V.d. Rk. 15. il 18. ma. Stato

Guij

RENATI

CHOPPINI

ANDEGAVI I.C.

ET IN GALLICA CVRIA MAX. ADVOCATI

DE SACRA POLITIA FORENSI

LIBRI III.

Ad HENRICVM III. Galliarum & Poloniæ Regem,

Cum Indice Verborum, Rerumque locupletißimo.

Μέγιστα δῶρα τῶν θεῶν, Ἱερωσύνη τε καὶ Βασιλεία· ἡ μὲν τοῖς θείοις ὑπηρετουμένη, ἡ δὲ τῶν ἀνθρωπίνων ἐξάρχουσά τε καὶ ἐπιμελουμένη. Iustin. Nouel. 6.

TERTIA EDITIO.







PARISIIS,

Apud Laurentium Sonnium, via Iacobæa, in circino Aureo

M. DC. IX.

CVM PRIVILEGIO.



CHRISTIANISSIMO REGVM REGI ERRICO III. VALESIO.

Renat. Choppinus, Fœlicitatem.



VOD PRECATVS sum à Deo Opt. Max. (PRINCEPS *Sacratiss.*) *vt Ecclesiasticam Politiam priscorum Regum virtute stabilitam, sed difficillimis hisce collapsam temporibus, restitui Orbi Christiano pateretur, id beneficio diuino immortalique tuo lætor identidem promoueri. Externa enim Ciuilisque Ecclesiæ disciplina, cuius vindices se Maiores tui assertorésque præbuerunt acerrimos, euersa erat propemodum huius effræni licentia seculi corruptionéque degeneris posteritatis. Ast tua nunc & priuatæ in Superos Pietati, & publicæ huius Imperij Curæ quantum tribui par est,* Externa seu Ciuilis Ecclesiæ Politia.

Te Duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,
Irrita perpetua soluent formidine Terras.

Duabus nempe illis Artibus vt initio parta est, ita retinetur reuocatúrve in vsum Censura Regia, Politicáque Ecclesiæ ministrorum Obseruatio: Quum hac iuncta demum inflectere sensus humanos Edicta queant ac Vita Regentis.

SCIO *equidem de rebus Sacris iudicium esse Pontificum, non Principum: Quod & Leontius Tripolitanus antistes Constantio Imp. fertur in conuentu Episcoporum respondisse. At nemo quoque negarit, Regium istud esse Ciuiliúmque Magistratuum munus, Ecclesiæ decreta tueri, conseruare, tum latis legibus, omnes sacris addictos continere in officio: vrgendos etiam ad canonum Ecclesiasticorum, veterísque cultum disciplinæ, Principali non minùs auctoritate quàm Pontificali. Alterius sic altera poscit opem res, & coniurat amicè*

ã iij

in politioris vitæ habitum à Clericis exigendum, externámque morum Politiam inter eos sanciendam. Laudatus est enim vel ex eo Ioas Hebræorum Rex, quòd metuens ne Sacerdotes nummos interuerterent, qui offerebantur à populo ad tutelam Templi, eos primùm in arcam clausam inferri iussisset, deinde scriba suo præsente fabris ac cæmentarijs erogari. Sed longè augustius illud Christianæque vtilius Reipub. Regem ipsius adeo Religionis cultusque diuini custodem se profiteri, nedum sacri Ærarij. Qualem se gessisse Constantinum Mag. accepimus, & Galliæ tuæ Heroas præstantissimos plerosque.

SANCTISSIMVM *ergo hoc depositum tibi (Rex Christianiss.) ab atauis traditum est, summis Politicarum virtutum Luminibus: vt Ciuili adhibita abs te Rei Ecclesiasticæ curatione, nepotes tandem in prisca Religione conquiescant, turbulentissimis, quibus iactamur, seditionum fluctibus liberati. Quo in negotio occupatis nunc arcani tui intimique Consilij primoribus viris, dubitaui primùm, an plebeïo mihi liceret vna conferre symbolum, & quasi argutos inter strepere anser olores. Quum verò laborantis Patriæ Rectori, quæ vniuscuiusque nostrum partem sibi vendicat, animum saltem ac studium optarem probari meum, proferre hoc tempore visum est lectissima aliquot sancti Senatus tui decreta, quæ ad Politicam modò Cleri emendationem spectare vtcunque arbitrabar: Vt ego simul & temeritatis, relato aliorum iudicio potiusquam meo, & ingrati animi probrum vitarem, leuata hoc qualicunque officio Republica. Aulicorum certè Optimatum alij in Bellis Ciuilibus iuuant armis Principem, consilio nonnulli: Priuati autem, quod possunt, comparatione auitæ fœlicitatis quærunt præsenti calamitati remedium, & Philosophico pallio præcincti repetunt intestini morbi medelam à prisca frugalitate, prudentiáque superioris ætatis. Adeo nihil vnquam verius, moribus antiquis rem stare Francicam virísque: quod sapientissimi etiam Præsules in Niceensi pio congressu censuerunt, * τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω.*

Gallicus Parisiorum Senatus, mixtum est peræque ex Ecclesiasticis ac profanis Iudicibus Collegium.

* Antiqui mores regunto. Ex Nicæna Synodo.

IAM *igitur* SACRAM POLITIAM, *quæ à me ex Francicis Institutis ac S. Consultis delibata est, Tuæ Maiestati mihi omnibúsque sacro-sancta dicare constitui: Seu quòd illa quidem rationibus temporum istorum publicè esset accommodata, seu quia tibi priuatim acceptò ferenda, quamque tuo quodammodo iure possis vendicare. Sicuti enim Alexandro Cæsari eæ adscribuntur Constitutiones, quarum sanciendarum auctores habuerat ipse Iurisperitos haud pauciores viginti, sine quorum consilio is nulla de re grauiore decernebat. Ita non eo minùs tua sunt puréque Regia Franciæ tuæ Edicta seu S.C. quod Ampliss. Curiæ iudicio comprobentur, aut fiant: Vnde & vtrumuis ipsorum in verba Principis concipi solet, Regijque nominis titulis insigniri. Et si autem fatendum est, Libellos hosce pragmaticos ac forenses dignitati Sacræ Politiæ nihilo magis respondere, quàm pictura Romanæ Reipub. in clypeo Æneæ magnitudini rerum gestarum Imperijque Pop. Rom. respondebat: Iis tamen fundamenta quædam iacta sunt, vt exuscitent animos ad tantam Politiam studiosius capessendam & intelligendam: nobis interim eousque progredientibus, quo ars nostra communisque fori vsus potuit attingere.*

MOVIT *me insuper constans populi de flagrantissimo tuo in Numen*

cultu

cultu perſuaſio, vt non modo abs te æqui bonique conſultum iri confidam noſtrũ hunc de Iure Eccleſiaſtico Tractatum, ſed omnino etiam melius ſperem de noſtrate Repub. Chriſtiana, téque ab ea velut * ἀλεξίκακον *Ciuilium Malorum reliquias omnino depulſurum. Quum enim inter Eccleſiam ac Regnum conuenientia ſit naturæque coniunctio, quam Græci* συμπάθειας *vocant, biforem Chriſtianæ Politiæ Ianum claudas oportet: cuius alioquin geminæ templi portæ, Legis nempe, ac Religionis, ſeu humanarum rerum perinde ac diuinarum tandiu manerẽt adapertæ, quoad in Eccleſia inteſtini tumultus perſonarẽt. Exin itaq; nemini dubitandũ erit, quin florentiſſimũ à Patribus relictũ, pari denuo fælicitate* Galliarũ *Imperiũ moderêre. Quẽadmodũ enim haud temere finxit* Homerus, *ſub Iouis clypeo ac patrocinio verſari principes viros: Sic Iohannes Rõ. Põtifex in Epiſtola ad Iuſtinianũ Auguſt. vetus illud eſt mutuatus ex Sacra Hiſtoria,* Cor Regis in manu Dei, Et quò voluerit, inclinabit illud. *Nec minùs verè quàm regiè Rex Tarraconenſis Alphonſus prædicauit, auorũ noſtrorũ memoria, Regios animos minimè Priuati cuiuſquam arbitrio regi, teſte Crinito. Maximè vero Chriſtiani Principis Dominatus, imago quædam eſt Diuinæ naturæ, ac Regni Cæleſtis inter incolas Terræ velut imitatio & exemplar: Vti ad Theodoſium Cæſarem ſcripſit Cyrillus Alexandrinus.*

* Depulſorem malorum, ſeu in malis adiutorem.

Sub Dei tutela ſacri Principes eſſe cenſentur.

Pet. Crinitus Lib. 18. cap. 19. de honeſt. diſcipl.

QVOD *ſi nobis ſacra tractantibus quiſpiam, procul hinc clamet, procul eſte profani: Velim is ſecum expendat, me non niſi exteriorem Eccleſiæ Politiam, quæ quotidiana Regij Fori diſceptatione teritur à noſtris, fuiſſe his Libris perſecutum. Aduertat rurſus, me coram Rege Sacrato agere velut in mediis Gallici Pop. Comitiis, de remedio Sacri belli Ciuilis tam diuturni. Quales publici olim conuentus quum haberentur apud Francos, libera cuiuis ſuffragia dabantur, vel ex infima Plebe orto: ex qua omnes Prouinciæ ordines ſimul vt è Sacerdotum ac Equitum genere fuere conſtituti. Hodie præſertim, quum de Aris ac focis ſanctioribus dimicemus inuicem, ac de Palladio Chriſtiani nominis periclitemur, ſydera quis mundúmque velit ſpectare cadentem, expers ipſe metus? ecquis, dum corruat arduus æther, terra labet mixto coëuntis turbine mundi, compreſſas tenuiſſe manus? vt Lucani carmen vſurpem. Eóque acerbius taxandi iſti ex vetere Solonis præcepto, qui in Gallica hac tragædia nullas ſumunt partes, niſi quas Græci* κωφὸν πρόσωπον, *Latini mutam perſonam appellant. Proin nouiſsimè in Bleſenſi totius Galliæ Concilio ad Tuam Maieſt. perlatæ ſunt trium Pop. claſſium querulæ voces, initáque ratio à Ciuitatum Syndicis confertim, delectiſque per Municipia prudentibus viris: qua tantis Reipub. vulneribus mederêre, ſupplicibus ad id tuorum ciuium libellis inſtructiſsimus.*

IVDICIARIA ECCLESIÆ POLITIA.

ERGO *& hunc tu pariter (Rex inclyte) ceu à ſubdito quouis porrectum* Libellum *accipies, pro ſalute communi ſupplicem: ceu ex tuo quaſi ære profectitium recipies ſerui tui peculium, id eſt, ex Regiis tum Edictis, tum Senatuſconſultis à me contextum Opus Eccleſiaſticæ* τῆς Πολιτείας *: Cuius ideo, tanquam æris Dominici cùm peculiares reddere rationes debeam Auguſtæ Tuæ Celſit. idem de eo licet mihi dicere, quod de ſuis Faſtorum Libris Ouidius dixit, quum eos ad Germanicum Cæſarem emitteret.*

Pagina iudicium magni ſubitura mouetur
Principis, vt Clario miſſa legenda Deo.

Sed quemadmodum Sacra Politua noſtri argumentum Voluminis, ita Volumen ipſum tui eſt patrocinij potiùs tutelariſque præſidij, quam Iudicij ſeuerioris. Nam ſi Octauio Cæſari quamlibet profana de re, ſcriptus dicatúſque codex, eo ipſo Hieratica dicebantur, quaſi religioſis deſtinatum voluminibus chartæ genus: multo magis Chriſtianiſſ. Principi oblatus de lege Sacrorum Libellus Regij iuris eſt regiæque clientelæ, iuſta ſummi Patroni protectione muniendus. Cui accedit & domeſtica ferme Principis in ſuos affectio natiuáque animi propenſio, velut communis Parentis noſtri omnium: qualem T. Liuius Imperatorem nuncupauit, ex nota Xenophontis ſententia, Ἄρχοντας ἀγαθοὺς οὐδὲν διαφέρειν πατέρων ἀγαθῶν.

Y. Bonos Principes à bonis Parentibus nil differre.

FLOREAT *Tua Maieſtas, & Valeat. Lutetiæ Pariſiorum. Calend. Martiis anno Chriſtianæ Pietatis.* CIↃ. IↃ. LXXVII.

RENATI



RENATI CHOPPINI

de ſuo Politiæ ſacræ Opuſculo.



ÆC TRIA iam totidem perſcripſi Iura Libellis, * TRIA AVCTORIS VOLVMINA.
  REGIA, quæ populos RVSTICA, SACRA regunt.
Regis enim primum Galli, Plebíſque Secundum,
  Tertium at hoc Cleri prædia tractat Opus:
Prædia deuotis Templo poſſeſſa miniſtris,
  Et ſacri mores diſcutit vſque Chori.
Vltima cœleſtum ſtudio ſic tangitur ætas,
  Aſtráque, quo propiùs corpore, mente petit.
Tunc Diuis geniti Diuina repoſcere iura
  Diſcamus, patrias & remeare domos.
Terrena ex aliis lege diuerſoria chartis,
  Ducit ad æternos Pagina ſacra lares.
Hæc Cynoſura piis, iter hac reuocemus ad Arcton,
  Ciuibus Elyſij ſpémque ducémque poli.
Vos modò, Pontifices, venia donate profanum,
  In veſtros auſum mittere ſemen agros:
Cui liceat ſancti decreta referre Senatus,
  Supremóque ſui Principis acta foro.
Mixta vbi Iudicibus ſacrorum turba profanis,
  Quæ Synodûm canones præcipit eſſe ratos.
Vt Plebeius ab hac, cenſuram vt ſumit Equeſter,
  Huius iudicio ſtat pius Ordo graui.
Hinc cape ſacra manu, miſeríſque viatica canis,
  Maturè poſitis (Lector amice) iocis.
Vnde pererratæ vagus hoſpes & incola terræ,
  Cœlicolûm proprias adgrediare vias.
Iſta peregrini * μικροκόσμῳ meta laboris, * paruo Mundo.
  Ad ſuperos, Diuis orta, redire Deos.

Pridie Calend. Martias An. 1577. quo Libri iſti primùm excuſi ſunt.

RENATI



RENATI CHOPPINI ANDEGAVI I. C. ET IN SVMMA PARISIENSI CVRIA ADVOCATI.

Ad venerandos Galliarum Pontifices.



ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

De mutuis Ecclesiasticæ, Regiæque Potestatis Officijs.



1 VM MVLTA diuinitùs ad Ciuilem Societatem tuendam instituta sunt à Principibus Christianis: tum nihil præclariùs, quàm quòd has duas res paribus inuicem studiis coli voluerunt, & DEI immortalis Religionem, & Iustitiam Politicam: quæ habent commune aliquod vinculum, ac cognatione veluti quadam inter se continentur. Non modò enim distinctis operis Pontifices Religionem interpretando, Magistratus iura dicendo, Rempub. conseruarunt: sed mutua quoque alter ab altero subsidia rerum gerendarum perere consueuit. Quanta sit Religionis ac Imperij affinitas, & coniunctio.

2 NAM (vt à Sacerdotibus ordiamur) Hieremias pius vates monebat populum haud dubio Numinis instinctu, vt pro Regis sui salute preces votáque effunderet. Daniel item interpres Diuûm deflebat ærumnas Iudaicæ Reipub. edebátque grauissimas conciones de futuris Principatuum, vel horum conuersionibus, vel illorum euersionibus. Similiter apud Babylonios, Ezechiel haud leuiori angebatur reparandæ Vrbis cura, quàm Ecclesiæ restituendæ. Ex quo sollicitos de Politiis mortalium sacros Vates possis agnoscere. Eadem quippe in Patriam propensa voluntate, Zacharias Προφήτης vrgebat peræquè Ciuitatis, vt Aggæus Templi instaurationem. Christi dehinc temporibus, commendati sunt à B. Paulo Ecclesiasticis precibus Ciuiles Gubernatores, vti sub eorum Ditione piam ducamus vitam ac tranquillam. Tunc enim conuenientes de more protochristiani, Superos orabant pro incolumitate Romani Imperij, Ecclesia, votis ritè nũcupatis, pro salute Principum Superos supplicat. Zachariæ Prophetæ virtus Politica. Primi Christiani.

pro Cęsarum ministris,& Potestatibus seculi,pro rerum quiete,pro mora finis. Vt Tertulliani verbis vtar, in Apologetico aduersus Gentes. Eóque spectarunt Christicolarum coitiones illæ antelucanæ, nocturníve cœtus, quas Plinius Hæterias Græco vocabulo appellat. In Epistola ad Traianum, Christiani dogmatis de moribus ciuilibus probatrice. Lib.10.Epist. Hunc adeò ritum consectari visa est posterior ętas,sumpto Agathensis Synodi exordio ab imploranda Christi Seruatoris ope pro vita Principis Romani,eiúsque Imperio cœlestibus auspiciis adaugendo. Ariminensis necnon Concilij primates libello professi sunt ad Constantium Cæsarem scripto, Episcoporum functionem versari in supplicationibus Numini habendis Sanctísque Martyribus,ad pacem Populis,incolumem Augustis vitam exorandam. Vt est apud Theodoritum Cyropolis Medorum Antistitem. Hist. Ecclesiast. Lib.2.cap.19.& 20. Quo nomine etiam Constantius gloriari solebat,crebrò expertus, Rempub. firmiùs Religione,quàm officiis corporísq; labore contineri. In Cod. Theodosiano De Episcop.& cler. Nec dissimili argumento, Athenagoras Christianus philosophus Aurelio Antonino renũciauit, ac L. Aurelio Cõmodo Cæss. solénia vota concipi à Christianis indies, hymnósque in Numen concini pro illorum Imperio consueuisse, tali clausula,* Τίνες γὰρ καὶ δικαιότεροι ὧν δέονται τυχεῖν, ἢ οἵτινες περὶ μὲν τῆς ἀρχῆς τῆς ὑμετέρας εὐχόμεθα, ἵνα παῖς μὲν παρὰ πατρὸς κατὰ τὸ δικαιότατον διαδέχησθε τὴν βασιλείαν, αὔξην δὲ καὶ ἐπίδοσιν καὶ ἡ ἀρχὴ ὑμῶν, πάντων ἐπιχειρίων γιγνομένων, λαμβάνῃ, τοῦτο δ' ἐστὶ καὶ πρὸς ὑμῶν, ὅπως ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγοιμεν, αὐτοὶ δὲ πάντα τὰ κεκελευσμένα προθύμως ὑπηρετοῖμεν. In Apologia Athenagoræ pro Christianis. Eleganter verò B. Fulgentius Trasimundo Vandalorum Regi, ORAMVS, inquit, DEVM VT AVRES CLEMENTIÆ TVÆ VERBO VERITATIS PLACIDAS REDDAT, ET PIO CORDI TVO LVMEN SAPIENTIÆ SPIRITALIS INFVNDAT: VT FILIVM DEI DEVM DOMINVM IHESVM CHRISTVM SIC HONORIFICES, SICVT HONORIFICAS PATREM. Lib. 3. DE MYSTERIO MEDIATORIS CHRISTI, DVAS NATVRAS IN VNA PERSONA RETINENTIS. Denique, vt de nostratibus Francis obiter loquamur, metricus extat Libellus Theudulphi Aureliorum pontificis, seu, vt alij volunt, Ioannis Sapientissimi ad Christum DEVM pro Karolo Caluo Romani tum orbis moderatore:* Cuius αὐτόγραφον Codicis versus sequuntur notatu digniores.

* Ecqui enim consequenter æquius ea petunt, quam nos hodie vobis deuoti addictique? Nos enim pro Imperio vestro preces ad Deũ fundimus, & vt filius (quod iustissimũ est) in Regnum ol m parenti succedat, vtque Imperiũ vestrũ indies amplius dilatetur, omnia demũ ex animi sententia vobis eueniãt oramus. Quod & nobis salutare foret, vt quietam tranquillámque vitam degentes, vobis interim ad quælibet imperata promptè inseruiamus.

* propria manuscripti.

O Rex, præclaro qui lustras lumine mundum
Largitor Carolo prospera cuncta tuo.
Da nostro Regi Karolo sua regna tenere,
Quæ tu donasti patribus almigenis.
Inuidiam miseram fratrum, sæuúmque furorem
Digneris pacto mollificare pio.

Hostiles

Hoſtiles animos, paganáque roſtra repellas,
Da pacem Populo, qui tua Iura colit.
Indulge famulo fragilis contamina vitæ,
Vt valeat purus cernere Regna tua.

Vnum his ſubiiciam Rigordum Philippi Auguſti vitæ ſcriptorem, qui in libro nondum edito, ECCLESIA (infit) MERITO DEBET ORARE PRO CHRISTIANISSIMO REGE PHILIPPO, QVIA ISTE EST QVI ASSIDVE STAT PRO IPSA ECCLESIA, PROTEGENS EAM AB INIMICIS EXTERMINANDO IVDÆOS, PROPVLSANDO HÆRETICOS. BONA ENIM ILLIVS OPERA STABILITA SVNT IN DOMINO, ET IDEO FACTA EIVS ET DICTA DEBET ENARRARE OMNIS ECCLESIA SANCTORVM. Cuius Lib. talis eſt Epigraphe, DE GESTIS CHRISTIANISSIMI REGIS PHILIPPI A DEO DATI.

Dicatum eſt Volumen Rigordi Ludouico filio huiuſce Philippi regis à M. Rigordo Gottho, de quo nos plura poſthac Tit. 4. lib. 1.

Qualium Auctorum, quorum Volumina nondum formis impreſſa ſunt, verba ipſa recitanda cenſui hoc Opere, quòd & plus habeant enërgiæ, maiorémque rerum geſtarum memoriæ fidē concilient.

Libri Rigordi inſcriptio.

3 REGES viciſſim paria referunt Eccleſiaſtico Ordini, communicata piis huiuſce decretis Manu Regia ac poteſtate: in qua ſacrorum ſimul μυστηρίων cuſtodiam tutelamque collocarunt DEI Principis Oracula. Deuteronom. Cap. 17. Teſtis eſt Hebræus rex Dauid, qui recenſitis Leuitis omnibus ac presbyteris, eos in claſſes aliquot ideò diſtribuit, vt alternis quæq; vacarent Dominici phani miniſterio. Chronicōn. 1. Cuiuſmodi renouandæ Politiæ auctor fertur Zacharias, æmulúſque Herois illius Politici extitiſſe. 2. Reg. Cap. 18. Solomonem verò palam eſt conſecraſſe Dominicum delubrum, ac ſoléni luſtratum ceremonia ſanctè deuouiſſe ſupremi Numinis venerationi. Regum Lib. 1. Poſteris tamen ſeculis actum penè erat de ſacra ea Baſilica, quòd fœdè polluta fuiſſet Ethnicorum ludibriis, prophaníſque manibus: ni Iudas Machabæus Iſraëliticæ Dux militiæ eandem curaſſet à ſordibus repugnandam per nouos Sacrorum Præfectos, quos in id præſertim muneris idoneos cooptarat. Et hęc nondum paſſo Chriſto, quid luce Euangelica colluſtrato Orbe? Imperialium ſanctionum de Eccleſiaſticis rebus plenæ ſunt Bibliothecæ, Legúmque Ciuilium, quæ de Sacra Politia conditæ verſantur in ore poſteritatis. Ex Theodoſiani Cod. Libro 16. & Iuſtinianeo Volum. τῶν Νεαρῶν. Ac propterea ſenſit Optatus Mileuitanus, non eſſe Rempub. in Eccleſia, ſed Eccleſiam in Republ. i. in Imperio Romano: Quaſi Reipub. pars Eccleſia ſit, cùm in illius ſinu veluti coaleſcat. Lib. 3. ad Parmenianū De Schiſmate Donatiſtarum. Sic, ediuerſò, Imperatorem eſſe in Eccleſia, non ſupra Eccleſiam, docet B. Ambroſius, de negotio fidei ad Cæſarem ſcribens.

Templum Hieroſolymitanum.

Conducit Eccleſiaſtico Miniſterio adiutorem Magiſtratum habere.

Nouellæ Conſtitut. Iuſtiniani.

4 ATQVI diuiſum cum Ioue (inquies) habet imperium Cæſar, & vulgari Heroico,

Edicunt Reges, indicit Feſta Sacerdos.

Vtì, econtra, Apoſtolico Canone 82. * Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διά-

* Epiſcopus, vel preſbyter, vel diaconus

exercitui vacans, & vtraque obtinere volens, Romanum scilicet magistratum, & sacerdotalem administrationem, deponatur. Quę sunt enim Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Ex Matthæi 22. cap.

D. Paulus ad Corinthios Epist. 1. eos Christianos taxat, qui ad Tribunalia Ethnicorum causas agebant: quoniam & hi impij infidelésque erant, & repetebantur Christiani, qui de causis eorum possent in Ecclesia cognoscere. Aliud autem in Christianis Impp videtur, qui tamen ecclesiasticarum controuersiarũ iudicium renuerunt, primariísque Ecclesiæ Presbyteris reliquêre.

D. Chrysostomus, præsul Constantinopolitanus.

κοινῶς στρατείᾳ σχολάζων, καὶ βουλόμενος ἀμφότερα κατέχειν, ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν καὶ ἱερατικὴν διοίκησιν, καθαιρεῖσθαι. Τὰ γὰρ τοῦ Καίσαρος, Καίσαρι· καὶ τὰ τοῦ θεοῦ, θεῷ. Hæc quidem agnosco ingenuè omnia, sed ita, vt Regiæ tamen potestatis præsidio, tanquam firmissimo Ecclesiam muro septam esse purem oporrere: Cuius alioquin iura mouentem nos Ciuilem Magistratum minimè probaremus. Hanc sententiam firmat vetus Byzantij Pontificis electio, quæ dissentientibus partium suffragiis anceps dubiáque turbas inuexisset in Ecclesiam grauissimas, aliis videlicet Isidorum Nectarij successorem legentibus, aliis Iohannem Chrysostomum: nisi eum tumultum pacasset Archadius Imp. mandata Chrysostomo Byzantiorum Hierarchia, quem & ab Episcopis in Synodum euocatis postulauit ordinari. Vt refert Theodoretus Lib. 5. Cap. 27. Cum Sozomeno Lib. 8. Cap. 2. Ac ne mirũ cuiquam hoc videretur, effecit D. Augustini Epistola. 68. dicentis, Constantino Cęsari attributam fuisse Ecclesiasticarum litium cognitionem. Adde innumeras Principum Romanorum constitutiones, aduersus sacrificia Paganorum latas, apud eundem Augustinum Epist. 48. Proin Regiis etiam Edictis instructi Clerici ac monachi funditus diruêre sepulchrales Phœnicum lucos, Chrysostomo procurante. Ex Theodoriti Lib. 5. Cap. 29. Ast interim Valentem Cæsarem quis non reprehendat, eò prouectum Audaciæ, vt * μονάζοντας militare iuberet? Anno post salutiferum partum trecentesimo duodeoctogesimo. Sic enim monachos vocabat in Lege à se condita, Quidam ignauiæ sectatores. De Decurion. Lib. 10. Cod. Idque P. Diaconus in literas retulit Lib. 12. Illum quippe tanto odio prosecutum monachos tradit Eutropius, vt multas ipsorum ex Eremis abstractas myriades barbaris obiecerit trucidandas, eo in prælio, quo aduersus Gorthos infœliciter dimicauit.

* Soliuagantes seu solos degentes.
Anno Salutis 378.

MITTAMVS Valentem & Valenti similes, Christianæ non tam Politiæ rectores, quàm Religionis hostes: quùm Regia isthîc verè in Ecclesiasticum Statum officia à nobis & exempla quærantur. Regiam nimirùm auctoritatem Ecclesiæ solùm metimur commodis, tantùmque ipsi rribuimus, vt sacro Cœtui quæ adiumento esse debet, offendiculo non sit, néve cuius adiutrix ornandæ illa quondam fuit, Ecclesiasticam opprimat libertatem. Haud secus ac Horatiani equi auxiliator in ceruum, cuius implorata ope frænóque recepto, victor quidé equus discessit ab hoste, at non equitem dorso, non frænum depulit ore. Ita ergo Magistratum vtrumque constituimus in hac Ciuitate DEI, Pontificium ac Regium, veluti concentum quendam ex distinctis collectum sonis, & dissimilium alioqui vocum moderatione eam Reipub. moderationem retinentem, in cuius conseruatione salus quoque Regni posita est. Quemadmodùm à Leone. 1. P. P. scriptũ legimus ad filiam Archadij Imp. natu maiorem. Epist. 29. & ad Leonem Augustum, Epist. 73. Quæ assuuntur Tomo 1. Concilior. Ab iis non dissidet beatus Augustinus,

Archadij Cæsaris ex Eudoxia coniuge filiæ tres, Pulcheria, Archadia, & Marina.

Augustinus, ad Macedonium Epistola 54. & Isidorus, à quo desumptus sacer canon, Principes seculi, 23. Quæst. 5. Vnde Ciuilis & Ecclesiastica potestas sunt ἀντίστροφα quodammodò, variísque modis circa eadem versantur, ac sese mutuò iuuant.

Ita ἀντιστρόφους artes Rhetoricen & Dialecticen nuncupat Aristoteles in Lib. ad Theodecten, quòd vtraque in iisdem versetur alio atque alio modo.

6 E o nomine Theodosius Cæsar laudibus vehitur à Leone. 1. Pontif., quòd Leuiticum ordinem non sineret à Nicæna Synodo vlla ex parte deficere. Epist. 33. Nec aliter quidam Orientis Episcopi orant, obtestantúrque Principes in Actis Ephesini Concilij, ne ad Nicenum Fidei symbolum adiici quicquam patiantur. Quinetiam pio Regum impulsu, coacta sunt maiora Ecclesiasticorum Præsulum Comitia. Flagitante enim Theodosio, Ephesinus Cleri conuentus indicitur: vti Chalcedonensis, Martiano Cæs. promouente, Ex Leonis Epist. 43. & 112. Tum concilio habendo locum statuebat Romanus Princeps Diplomate, quem & locum ex vsu Reipub. interdum commutabat: Vtpote Tyria illa Synodo à Constantino Cæsare in Syonis vrbem translata. Id quod auctor est Theodoritus, qui Sanctam pariter hanc Ciuitatē, Æliam vocitat, ab Ælio Adriano Hierosolymorum restitutore; quæ Titus Vespasiani filius euerterat. Hist. Ecclesiast. Lib. 1. Cap. 30. Peractis demum Christianis Comitiis, instabant Orbis Monarchæ apud quosuis sacrorum Antistites, vt Oecumenici Concilij decreta comprobarent: Quo modo Leonem illum obnixè precatus est Romanorum Imperator, vt missis literis ad Patres Chalcedonensis Synodi, profiteretur se fidei regulam isthic definitam amplecti, in eam iurare, cúmque cœlitus afflato consessu Patrum in eandem conspirare sententiam. Pari virtute Leo Imp. Petrum Gnapheum à Synodo damnatum eiecit, perspicuo exemplo, sanctissima Conciliorum præcepta esse, Regia Potestate manúque, si ita res ferat, exequenda militari. Vt inquit Euagrius Lib. 3. Cap. 8. Religionis autem nouatores quàm multi in fidem officiúmque reuocati, Principum Roman. cura ac vigilantia? Huius rei testem ciemus Augustinum Lib. de Gestis cum Emerito. In hoc genere præluxit cæteris Martianus, promulgatis Edictis in Euthychianos & Apollynaristas, qui Pseudoreligionem quandam sibi nouarum opinionum errore confinxerant. Vti Chalcidonens. Actis perhibetur. Gratianus pariter in auspicatu Rom. Imperij, decreuit hanc Saporo prouinciam Cæsarei exercitus duci, vt Arrianos è media Asia pelleret blasphemæ doctrinæ præcones, qua salutiferam Euangelicæ legis segetem viriabant; vtque eorum vice optimos sublegerent Agri cultores Dominici. Sicuti Theodoritus prodit Hist. Lib. 5. Cap. 2. Et verò Alexandrinus Clerus summo plausu excepit Zenonis Augusti ἑνωτικὸν Rescriptum, hoc est, Vnionis conciliatorium: quod dissidentes Ecclesias ad vnanimem Nicenæ fidei professionem exhortabatur. Idipsum ad litteram descripsit B. Liberatus Carthaginensis Ecclesiæ archidiaconus. Cap. 18. In Concil. Tom. 2. & Nicephori Lib. 16. Cap. 12. Cuius Opus Græci Historici

Translatio Concilij ab vrbe de Tyro ad Hierosolymitanam.

Inde Valer. Flaccus ad Vespasianum, *versam proles tua pandet Idumen.* &c. Argonaut. Lib. 1.

Falsæ religionis sectatores & hæretici.

S. Liberatus Breuiarium suum De causa Nestoriana & Euthychiana 24. Capitibus absoluit, quæ in 2. Tomo Conciliorum voluuntur.

Bibliotheca Matthæi Hungarorum Regis, in Buda vrbe.

Constantinopolitani Impp.

tùm primùm Occidentali innotuit Scholæ, quùm ex reliquiis Bibliothecæ Matthiæ Pannonum regis inter prædam Turcarum repertum est. Subiungámne Byzantios Cæsares posteriorum temporum, qui enixiùs studuerint Cleri Politiæ componendæ? Andronicum imprimis celebrat Nicephorus Gregoras, quia initio Græci Principatus instaurandum Ecclesiæ Statum suscepisset.* Αὐτὸς εἰς Βυζάντιον ἐπανήκε καὶ τελεσθέντος πένθους, ἔργον πεποίηται μέγιστον καὶ πρῶτον τὴν τῆς ἐκκλησίας κατάστασιν. Ζῶντος μὲν γὰρ τοῦ πατρὸς ἔκρυπτε τὴν μελέτην αὐτῆς ἐν τοῖς λογισμοῖς καθάπερ ἐν πόρῳ γῆ χειμῶνος ἐγχεῖν τινα σπέρματα. νῦν δ' ἦρος ὡς εἰπεῖν, ἐπιγενομένου τοῖς πράγμασιν, ἔδειξεν ὅστις ἂν ἐλάνθανε, καὶ μὲν δὴ κήρυκας πανταχῇ καὶ βασιλικὰ διατάγματα διεπέμποντο, τήν τε τῆς ἐκκλησίας διόρθωσιν εὐαγγελιζόμενα, καὶ ἅμα τοῦτο διὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας ζῆλον ὑπερορίας κατάγοντα, καὶ ὅσοι τῶν ἀρχιερέων τι ἐπεπόνθεσαν. Hactenus Gregoras.

* Cæsar ipse Byzantium rediit, iustisque peractis in componendo Ecclesiæ statu ante omnia desudauit. Quod consilium patre superstite sedulò dissimulatum per occasionem protulit, & quis esset, ostendit. Proinde caduceatoribus, & Edictis quolibet missis. Ecclesiæ correctionem obiciabat, & qui Ecclesiæ studio exulabant, aut malè tractati fuerant, eos reuocabat.

IAM cum exteris nostrates conferamus, Christianæ Reipub. Gu- 7
bernatores. Haud dubiè comperiemus non insignem modò Francorum Regum pietaté, ac feruentissimum in Religionem studium, sed ob exactam quoque eorum in tuenda Sacra Politia diligentiam fuisse Dei exaltatum in Gallia nomen cultúmque auctum, & patrij Cleri immunitatem libertatémque cõseruatam. Sit hæc Principum nostrorum communis cum multis in Ecclesiam propensio, qua ingentes opes in Templorum exstructionem magnificè impéderunt. Ast nullo alio virtutis merito potiùs illustrem hi CHRISTIANISSIMORVM titulum peperêre sibi hæreditarium, quàm Heroïca illa disciplinæ Ecclesiasticæ procuratione. Vultis incipiam à Rege Clodoueo Francicæ Religionis conditore? Hic Aureliæ hábito Gallicorum Præsulum conuentu (in quibus D. Melonus erat) id elaborauit potissimùm obtinuítque, vt in præficiendis Ecclesiæ Pastoribus antiqui canones retinerentur. Hormisda tunc Sacræ Reipub. Orbísque Christiani præside. Vt narrat Vincentius in Specul. Historia. Lib. 22. In ea verò Francicæ Ecclesiæ Synodo editi sunt Canones. 33. quos Gratianus Decretis suis intexuit. Persequárne Gallica alia Orthodoxæ Pietatis columina, Dagobertum, Childebertum, Martellum, Pipinum studiosos Ecclesiasticæ Rei obseruatores? De priore illo audi Flodoardum Rhemensem canonicum, sacræ Rhemensis Hist. Lib. 2. Cap. 11. DAGOBERTVS REX AD SVPPLICATIONEM S. RIGOBERTI RHEMORVM PRÆSVLIS, PRÆCEPIT CVM PROCERVM SVORVM CONSILIO AD PRÆDECESSORVM FORMAM REGVM, VT OMNES IPSIVS SANCTÆ DEI ECCLESIÆ RES TAM IN CAMPANIA ET INFRA VRBEM, VEL SVBVRBANIS, QVAM IN AVSTRASIA, SEV NEVSTRIA, VEL IN BVRGVNDIA, SEV PARTIBVS MASSILIÆ, IN RODINICO ETIAM, GRAVALITANO, ARVERNICO, TVRONICO, SEV PICTONICO, LEMOVICINO, VEL VBICVNQVE, INFRA REGNA EIVS, IPSA SVB INTEGRA IMMVNITATE OMNI TEMPORE POSSENT MANERE: SIC QVOQVE, VT NVLLVS IVDEX PVBLICVS

Clodoueus primus Regum nostrorum salutari aqua ablutus nomen in Christi militiam dedit.

Galli réges antiquiss.

Rheims.

PVBLICVS IN IPSAS TERRAS AVDERET INGREDI, ET MANSIONES INTRANDO FACERET, AVT QVÆLIBET IVDICIA VEL XENIA IBIDEM EXIGERE NVLLATENVS PRÆSVMERET.

8 PONAMVS ob oculos Karolum .1., Politicis legibus iuxtà, ac militari gloria Maximum. Ab eo multa ſparſim de Hierarchico munere præſcripta euoluimus apud Anſegiſum, Karoli ſcribam aulicum & familiarem. Cuiuſmodi illud eſt, ſacra in Æde humari quenquã non debere: Tùm presbyteris à ſordido quæſtu, profanóq; temperandũ commercio. Huius generis memorabilis fertur Magni conſtitutio in Vangionibus lata Diebus Germanici Imperij comitialibus, Procerúmq; cœtu aduocato, vt Manſus à ſacerdote Tẽpli perciperetur, cuiuſuis indictionis onere immunis ac ſolutus. Itẽ de cooptando in vacuam Cathedram Antiſtite quàm pia Karoli ſanctio, ne cuipiam mãdaretur Epiſcopale ſacerdotiũ, niſi concordib. anteà Cleri Pop. q; votis probatiſſimo? Inde Cæſarem legem hanc Canonibus ſacrarunt Iuris Pontificij cõpoſitores. Can. Sacrorum. 63. Diſtinct. Adiice his quinos Eccleſiaſticorum Patrum Conuentus, impellẽte eodem celebratos, Rhemenſem, Cauilonenſem, Turonicum, Aurelianenſem, Moguntinum. Quibus, ſolutiores Clericorũ mores ad frugem ſunt antiquitatíſq; æmulationem redacti. Nec prætereũdum etiam Magni Politicum Edictũ, ingenuos homines Monaſtica religione (niſi permiſſu Principis) non teneri: ne obducto ſanctæ profeſſionis velo, ipſis liceret bellica munia detrectare. Seruis autem vel in Clerum quidem prouehi interdictum fuit, niſi venia à Dominis impetrata. Cap. 227. Libri. 5. Capitul. & Legum Karoli Mag. ac Ludouici filij collectarum ab Anſegiſo Abba & Benedicto Leuita. Cui pariter mirè congruit Apoſtolic. hic canon. 81. * Οἰκέτας εἰς κλῆρον προχειρίζεσθαι ἄνευ τῆς τῶν δεσποτῶν γνώμης, οὐκ ἐπιτρέπομεν ἐπὶ λύπῃ τῶν δεσποτῶν τῶν κεκτημένων.

Carolus Mag. Chriſtiani Imperij propagator auguſtiſſimus, Pontificiæ dignitatis aſſertor & vindex, auræquè ætatis conditor.

Ordinatio Caroli Mag. facta Vvormatiæ, in congregatione Statuum Imperij Germanici. Manſus, ager certi modi ac menſuræ, quaſi metatus, ad ſacerdotis victum adſignatus.

Concilia Eccleſiæ prouincialia *tenus à Rheims, Chalon ſur la Saone, Tours, Orleans, & Maience.*

* Seruos in Clerum promoueri ſine voluntate Dominorum non permittimus, ad eorum qui poſſident, moleſtiam.

9 SED vnde, quæſo, Pij cognomen Karoli filio additum? Ab hoc nempè, in exordio Regni indictũ eſt Concilium Aquiſgranẽſe: quo Sacerdotũ deformata vitæ ratio ad veteris ſanctitatis ſpecimen formaretur. Illîc enim Præſulib. Eccleſiæquè miniſtris aliis præceptum fuit, exquiſitis veſtib. pretioſiſquè abſtinere: ſericis putà, & coccinei coloris, aut bracteatis. Id quòd valde etiam cõmendat Platina ſummorum Pontificum Hiſtoriographus, in Greg. 4. Eadem Synodo prohibitũ ſacratis viris ſacerdotio inſignibus, ne gẽmas, annulóſq; digitis imponerent: niſi in re diuina facienda. Taceo leges Eccleſiaſticas complures non ſolùm à Pio conditas, ſed à Lothario quoque primigenio, paterni conſorte Imperij: quas de Chriſtianæ Philoſophiæ inſtitutis & Cleri diſciplina Gratianus libris Decretorum attexuit. Can. Volumus. xi. Quæſt. 1. Circumactis deinde aliquot ſeculis, Philippus Theodotus, quum in iura Frãcici diadematis, cæleſti beneficio reduxiſſet Normaniam, Aquitaniam, Gallicáſq; alias Britannorum ditiones, ante Syriacam expeditionẽ edixit, ne ſacro vacãnte Solio, quiſquam aſſumeretur ad pontificale Sacerdotium, niſi de communi Cathedralis collegij ſententia: ſimul vt is modò allege-

Ludouicus Pius Imp. & Galliæ Rex.

Concile tenu à Aix la chappelle.

Franciæ rex Philip. Auguſtus, aliàs Deodatus, antequam bello peteret Syriam & Paleſtinam, leges ſcripſit de Epiſcoporum & Abbatum electionibus.

retur ad Cœnobiarchiá, qui Monastici cœtus liberis suffragiis censeretur eo munere dignissimus. Qua de causa Rigordus Gothus, IN ELECTIONE (ait) ABBATIS S. DIONYSII, MONACHI PETIERVNT AB AVGVSTO LIBERAM ELECTIONEM, QVOD CONCESSIT. STATIMQVE HVGONE PRIORE ELECTO, REX IN IPSO CAPITVLO, ADSTANTE CLERO ET POPVLO, ELECTIONEM CONFIRMAVIT: REGIA PROHIBITIONE ADIECTA QVOD IN ILLA NOVITATE SEV PROMOTIONE SVA ALICVI DE PARENTELA REGIS CLERICO SEV LAICO, VEL ALICVI ALII DE CVRIA SVA MVNVS ALIQVOD NEC DARET, NEC PROMITTERET. Planè auum imitatus, Diuus Rex legem sanxit de sacris Dignitatibus Pastorali mitra insignitis (quas vulgò electiuas vocamus) deferendis solenni tantùm electionum formula, vtque minorum donatio sacerdotiorum relinqueretur collatoris & patroni arbitrio: néve vllam eo nomine pecuniam à Gallis Romanæ Aulæ liceret corrogare, exigere Mart. Mense An. 1268. Cuius fidem Edicti facit Stylus Senatorius, Parte 3. Tit. 3. De Elect. Cum Pet. Rebuffo in Rubr. De Electionis derogat. In Concord. Quin & longè antea rex ipse Ludouicus confirmauit Ecclesiastica Maiorum suorum priuilegia, verbis ita relatis, LIBERTATES, FRANCHISIAS, IMMVNITATES, PRÆROGATIVAS, IVRA, PRIVILEGIA, QVÆ PER INCLYTÆ RECORDATIONIS FRANCORVM REGES PRÆDECESSORES NOSTROS ET SVCCESSIVE PER NOS ECCLESIIS ET MONASTERIIS, ATQ. LOCIS PIIS, RELIGIOSIS, NECNON PERSONIS ECCLESIASTICIS REGNI NOSTRI CONCESSA SVNT, RENOVAMVS ET APPROBAMVS, &c. An. 1228. Vt liquet ex Tit. 29. Tom. 4. Regiarum Galliæ Constitutionum. Nec verò degenerem B. Ludouici nepotem ostendit Philippina Sanctio, rerum hominúmque Ecclesiasticorum fautrix mirificè ac protectrix. Ann. 1302. & 1303. quæ habetur in Stylo Parlam. suprà citato Parte. 3. Tit. 2. d. Sanctio vniuersim confirmata à Iohanne Rege An. 1355. ex lib. albo Castelleti Parisien. fol. 24.

S. Ludouicus rex, Philipps Augusti nepos.

Stylus Parlamenti Parisien. refert hanc B. Ludouici ordinationem An. 1228. Sed cum Rebuffo arbitror fuisse editam Mense Mart. An. 1268.

Philippus 4. Rex, cognomento Pulcher.

INFINITVM erit, si latius exempla conquiram, quibus appareat Francos reges verè pios semper Gallicorum Templorum tutores se ac vindices præbuisse, libertatísq; Ecclesiasticæ propugnatores strenuissimos. Porrò sapiéter Karolus Sapiens vetuit Edicto, ne Francici Præsules sacro interdicto subijcerent in posterum, néve diris execrationibus deuouerent Gallicam vllam ciuitatem, Sodalitium, Municipium, seu Francicum corpus aliud, aut Vniuersitatem. Nonis Ianu. An. 1369. Relata est hęc Carol. 5. Constitutio in publicas tabulas Senatus Parif. Char. 62. Ac successu téporum quùm Pontificiæ Aulæ Officiales nonnihil molirentur in liberrima nostratium Templorum iura, ex iísque ingens auri pondus dietim colligerent, 10

Caroli. 5 Galliæ regis Ordinatio Die 5. Ianuar. An. 1369.

Karolus

Karolus.6.Lege aſſeruit Gallicum Clerum in priſtinam Immunitatem. Pridie Nonas Octobr. Ann. 1385.& An. 1407. quo iſthæc promulgata Lex fuit ac perſcripta in Supremæ Curiæ monumẽtis. Proinde eodem anno grauem pecuniæ ſummam imperante Benedicto 13. P. P. conqueſti ſunt apud Regem Gallici Antiſtites, eáque res ciuili more agitata in Senatu hoc Lutetiano. Qua in diſceptatione fori emicuit præclara illa à Scholaſtico Conuẽtu Pariſ. habita Oratio, poſcente nimirum, vt Princeps duras nummorum exactiones inhiberet: & hoc ampliùs, vt numeratas ob id pecunias iuberet reſtitui. Nil abſimile tum à Regio Actore poſtulatum: etſi nitentibus in contrarium Sacræ Aulæ adminiſtris, qui eo loci quicquid viſum fuit, in medium adduxêre. Perorata cauſa & Iudicibus in conſilium miſſis, decreuit tandem Ordo Senatorius, ne Romana Curia poſthac vllum extorqueret decumanum æs, aut caducaria Sacerdotiorum commoda, quæ vulgari *Annatarum* appellatione cenſentur. Areſto.3.Idus Septemb.& 6.Iduum Nouemb.An.1407. Atq; haud multò pòſt, latis Procerum Præſulúmque ſuffragiis, interdicta ſunt à Rege expectationum munera ſeu reſeruationes beneficiariæ, gratioſi ſummorum Pontificum Codicilli, & pecuniariæ id genus exactiones, quarum nomine Pontificij malè audiebant, ſeu Romani, ſeu Auenionenſes Magiſtratus. Edicto Idibus Martiis Ann. 1408. Poſtridie Idus Martias. An.1417., &. 4. Nonas Apriles. Ann.1418. iuxta Valeſiam Philippi.6.Legem.Ann.1340. Quibus proximè adhæret Karoli.7. Conſtitutio. Ann. 1453. cum Ludouici. XI. Diplomate, Sacerdotalis Politiæ reſtitutorio, aduerſus exteros Gallicorum ſacerdotiorum petitores, Reſeruationũ Bullatas tabulas, ac deniq; in Pontificia Reſcripta ſacrorũ beneficiorũ erogatoria, quæ non niſi Collegiorũ arbitrio priùs conferebantur. 4.Idus Septemb. An.1464. Eiuſdem Principis Ludouici Mandatis cautum fuit pridie Kal. Quintiles eo ipſo anno, ne Gallicum aurum Romam deferretur ad Sanctæ Sedis miniſtros, prætextu aliquo vel obitus Præfectorum Eccleſiæ Francicæ, vel *incompatibilium* quæ vocant, munerũ Eccleſiaſticorũ. Nec ab iis longè recedit Aurelianenſis Conſtitutio in celeberrimis Galliæ Comitiis edita An.1560. Art.22. qua diſertè Regiis iudicibus vetitum fuit, ne in poſſeſſorio ſacerdotiorum iudicio rationẽ vllam haberẽt Diplomaticæ expectationis beneficiariæ, aut venialium Pontificis Reſcriptorum, aut Romanæ Curiæ præuẽtionum in conferendis Eccleſiæ beneficiis. Talibus enim ſubdolè impetratis ex Aula Pontificia, incapaces vti legibus ſoluuntur leuiuſculè, ita Præſulis Max. religionẽ fœdè circũſcribunt. Qua in re Francicum illud, velut ex Delphico, ſeruatũ eſt prouocationũ ab abuſu conſiliũ atq; remedium. Vt putà, canonicorũ Societas quædã regij patronatus, ſibi legẽ præſcripſit, ne vacua huiuſmodi ſacerdotia aliis diſtribuerentur quàm eiuſdẽ ſacricolis phani, quos nominãt VICARIOS. Ita ſtatutũ ab Eccleſiaſt. Vicenarũ Collegio Lutetiæ ſubur-

Ordinatio regis Caroli.6.Die.6. Octob. Ann.1385. quę ad vnguem tranſcribitur in Stylo Parlamenti Parte.3. Tit. 37.

Vniuerſitatis Pariſiẽ. in Senatu oratio.

Quoad hæc *Annatarum* iura Pontificia ex beneficiis Conſiſtorialibus Galliæ extat Libellus An. 1545. editus hac tituli præſcriptione. Taxæ & valor Beneficiorum Regni Galliæ, an Taxis Cancellariæ Apoſtolicæ, necnon ſacrę Pœnitentiariæ itidem Apoſtolicæ &c. Hi ſunt Apoſtolicæ Cameræ Officiarij, qui Pontificiæ Aulæ operas impendunt.

Decreta Curiæ die 11. Septemb.& die 8. Nouemb. An.1407. contra Gratias expectatiuas, & reſeruationes nondum vacantium beneficiorum, quas Curiæ Romanæ, & Auenionenſis Officiarij Papæ tunc expediebant.

Regiæ Ordinat. die 15. Mart. An.1408. 16. Mart.1417.& 2.April. 1418. prohibitoriæ vſus Reſeruationum Apoſtolicarum, & Gratiarum expectatiuarum beneficiorum Regni Franciciꝫ

Literæ patentes Ludouici xj. Die vlt. Iunij, & 10.Septemb. Ann.1464. aduerſus beneficiarias prouiſiones Sed. Apoſtol. per præuentionem obtentas, vel in formam Regreſſus, gratias expectauitas & diſpenſationes Rom. Pont. datas contra ſancta Decreta & Concilia. Priores Regis Literæ in Parlamento verificatæ Die 13. Auguſti An. 1464.

Edictum ad postulationem trium Franciæ Statuum, apud Aureliam, An 1560. Appellationes tanquam ab abusu ad supremas Franciæ Curias.

Auctoris Actio forensis in Curia Parisien. aduersus Vicarios Collegiatæ Ecclesiæ Nemoris Vincennarum prope Parisios, qui seu ab abusu appellarant ab executione Rescripti Apostolici probantis regiam Cannonicatus collationem alteri factam, quam Vicario cum reseruatione pensionis. Choarto, contrà, Vicariorum appellantium causidicn. Die 10. Ianu. An. 1577.

Pragmatica Sanctio Francorum, ex Concilio Basiliensi extracta, & recepta a Rege in vrbe Bituricensi, Die.7.Iulij.Ann. 1438.

bano. Si igitur extraneo detur confirmetúrve à Romano Antistite
sacrum tale Munus, imminuta & profani patroni auctoritate, &
Sodalitij illius constitutione, receptum est, Amplissimum Ordinem
Gallicorum Tribunalium quemlibet abusus causa appellari.
Eiuratis tamen sacerdotiis cessionéque vacantibus applicandam
non esse Collegij legem defendimus in Senatu mordicùs, contra
sacri Vicenarum Sodalitij Vicarios sacrificulos, qui à Pontificij executione
diplomatis seu ex abusu ad Curiam prouocarant. Publica
fori concertatione 4. Iduum Ianuar. Ann. 1577. Vsque adeò, vt
nostræ huic distinctioni suffragante Aduocato fisci, paulò post herbam
porrexerint aduersarij, cessérintq; sacerdotij iure cõtrouerso.
SCILICET huc semper Francorum Regum studia spectarunt, 11
vt & libertatem Gallicæ Ecclesiæ sartam tectam custodirent (eius
iura institutáque haud sinentes euerti) nec propterea debitæ Sanctissimo
Solio obedientię excuterent iugum: Quos Pontifex etiam
quisque Reges expertus fuit Sedis Petri cultores officiosissimos,
obseruantissimos, obsequentissimos. Hinc Basiliensis Conuentus
placita libenter amplexus est Karolus.7. auditis vicissim Eugenij.4.
P.P. & sacrosanctæ Synodi oratoribus, Auarici Biturigum, Nonis
Quintilibus. Ann. 1438. Ponamus enim, Sacerdotis munia ab iis
solis peculiariter obeunda, qui ad presbyterij honorem promoueantur:
Ex quo Ozias lepra percussus sit, quia thuribulo arrepto,
conaretur incensum ad aram thymiamatis adolere. Paralypo. Cap.
26. Ecclesiasticam certè disciplinam, & mystica tutari sacra Ius Regium
est adeò ac Politicum, vt in curanda Diuinorum mandatorum
executione elucescat imprimis Christiani Principis solertia atque
prudentia. Deuteron. Cap. 17. Teste item B. Hieronymo in
Hieremiam, vnde tractus sanctior canon, Regũ officiũ. 23. Quæst.

Arnulphus Lexouiorum, in Normania, Episcopus, in Epist. 96. Libri Epist.

5. Hanc verò ciuilem tantùm interpretamur externámque penes
Reges Politiam Ecclesiæ, quasi tutelares eiusdem patronos. Can.
Boni principis. 96. Distin. Can. tributum. 23. Quæst. 8. Sicuti enim
(Arnulphi Lexouien. verbis) Ecclesiastica dignitas Regiam prouehit,
ita Regalis dignitas Ecclesiasticam conseruare potiùs consueuit
quàm tollere libertatem. Lib. Epist. 96.

Quænam Ethnica Religionis Politia vetus, apud Roman.

ETHNICA quoque Romanorum florente Politia, quam ritè 12
ipsi accuratéque tractantes, sunt Orbi terrarum dominati, Pontifices
iudicandi publicum munus non ad suas modò accommodabant
ceremonias, sed etiam ad Populi iussa: Quippe quùm pateat,
C. Cassium censorem de signo Concordiæ dedicando retulisse ad
Pontificum Collegium, eique M. Æmilium Pontif. Maximum
pro Collegio respondisse, nisi eum Pop. Rom. nominatim præfecisset,
atque eius iussu faceret, non videri ea rectè posse dedicari.
Vt à M. Tullio proditum est, in Orat. pro Domo sua. Huic affine recitat
Liuius de Senatu Pontificũ Collegiũ consuléte, nûm id omne
aurũ, quod Fuluio in ludos Ioui deuotos collatũ fuerat à Ciuitatib.
quibus-

quibusdam, in eos consumi necessarium esset. Negantibus enim tum Pontificibus ad religionem pertinere, quanta impensa in ludos fieret, Senatus Fuluio, quantum vellet impenderet, permisit: dum ne summam octoginta millium excederet. Deca. 4. Lib. 9. Quinetiam Romanæ Vrbis parens sanxerat primùm Romulus, SACRA PATRES MAGISTRATVSQVE INIRENT SOLI, PERAGERENTQVE. Vnde sacris operantes Romæ creabantur ex ipsa Patritiorum familia. Nam ita Dionysius narrat edixisse Romulum, quod hac lege continetur, * τοὺς εὐπατρίδας ἱερᾶσθαι. Nec aliter apud Græcos Prytanæa sacra fiebant ab iis, qui maiore in vrbibus potestate præditi erant.

Dionys. Halycarnasseus.
* Patritios sacra facere.

13 ISTA de Ethnicis obiter libuit * ὡς ἐν τῷ παρέργῳ annotare, quò longè nos feruentiùs in Christianam sinceræque pietatis Politiam incumbamus, eámque Regiæ amplitudinis viribus subsidio adscitis, reddamus firmiorem. Quod intuente olim Parisiorum Senatu, Iohannes Loiselerus, & Ianus Erricus ex eo Ordine Iudices lectissimi monuerunt totius Collegij verbis Ludouicum.11. Francorum Regem, ne Sacræ Ecclesiæ conuulsam libertatem pateretur, sed Hierarchicam tutaretur disciplinam, quæ sanctis continebatur canonibus, ad eámque custodiendam Regiam manum auctoritatémque adhiberet. Hæc quidem per Libellum, qui extat Capitibus. 85. constans, Principi oblatum à Consilio illo Centumuirali, pro publico Franciæ Ecclesiæ statu, ac libertatis ipsius contra Romanæ Aulæ procuratores defensione: Quos Pontificiæ Curiæ administros recenset Sansouinus, ipsorúmque munia singulorum describit. Libris.18. sua lingua exaratis De Gubernatione Regnorum Rerúmque Publ. Antiq. & Recentium. Atque interim silentio præteruehi nequeo pium Senatorij illius libelli procemium de reuerentia & obedientia S.R.E. debita, sempérque exhibita à Francicis Monarchis, & à Regio ipsorum Senatu vniuerso. Nam scriptæ illius Defensionis exordio (pro libertate Gallicæ Ecclesiæ) inscribitur sententia isthæc. ITA, VT REX IN OBEDIENTIA, QVAM VERÈ CATHOLICVS ET CHRISTIANISSIMVS REX SANCTÆ SEDI APOSTOLICÆ DEBET, PERPETVÒ MANEAT. Deinde eius Defensionis Cap. 19. hæc continentur. *Ante omnia protestatur Curia, se nolle sanctitati, dignitati, honori, & auctoritati Pontificis ac sanctæ Sedis Apostolicæ quicquam detrahere: Quin potius omnem honorē, reuerentiā & obedientiā, quam vnusquisq; pius & fidelis summo Ecclesiæ Pastori debet, exhibere parata est, & si quid emendatione dignum exciderit, Ecclesiæ determinationi, quæ errare non potest, subiicere se non recusat. Iuxta Canonem, A recta: 24. Quæst. 1.*

* velut extra propositum.

Ambo Iohannes Loiselerius & Henricus Cameræ Inquestarum Præsides in Curia Paris. eorumque exhortatorius ad Regem Libellus pro Gallicanæ Ecclesiæ Priuilegiis, contra Pontificiā abolitionem Pragmaticæ Sanctionis. In hoc Francisci Sansouini Itali Volumine, Romanæ res præsertim nostrorum temporum, Persicæ, Atticæ, Lucēses, Turcicæ, Tunetenses, Heluetícæ, Epidauriæ seu Ragusienses, cum aliquot aliis pertractantur.

Hæc Defensio Ecclesiasticorum Francisci Regni Priuilegiorū iam diu è Gallico in Latinū sermonem conuersa est.

14 DE re Francica hactenus. Cuius æmulatione Politiæ, Franci coloni tutores se quondam professi sunt Cleri Solymorum egregios, deducta in Syriam Europeorum ciuium colonia: his verbis, quæ ex Syriacis Francorum Legibus excerpsimus. *Se il y a Patriarche el Rey-*

Hierosoly. Ecclesia. Ao 1100. Gottofredus Bulloneus in Hierosolymitana ciuitate Proceribus conuocatis cum Patriar-

cha Hierosolym. illisque posteri sensim Reges tulerunt has Constitutiones, vulgò tum *Assises pour regir le Royaume*, quarum habemus exemplar. Nam belo sacro, quod ante 400. annos, indicente Vrbano P.P. ab illustribus Europæ Regulis pro Christiani nominis gloria susceptum gestúmq; est, Gottofredus supremum decus obtinuit.

aume de Iherusalem, ly Patriarches le couronnera: Sinon, l'Archeuesque de Sur, qui est ly Primat des Archeuesques: Sinon, l'Archeuesque de Cæsaree le couronnera. Et adonc ly Rois debout deit iurer ainsi. Ie de cest ior en auant feray feal aydeor, & deffendeor de la personne dou Patriarche, contre tos homes viuans. Les possessions & Franchises de la saincte Yglise de Hierusalem ma mere, & les Franchises garderay as gens d'Yglise, as vesues, & as orphelins iustice feray. Les priuileges des bons euroux Roys deuantiers, & les Assises dou Rey Amaury & do Rey Bauduin son fils, & les ancienes costumes dou Reyaume garderay, & le pueple Chrestian, &c. Ex volum. *Des Assises & des Vsages & des Plais de la haute Cort dou Reyaume de Hierusalem.* Ideóque quandiu Galli Asiæ domini auxerunt Templorum iura, tandiu res Sacræ incrementa, Latinum nomen pristinum decus, SANCTA TELLVS cultum ciuis Regísque sui Christi retinuit. O nimis optato seclorum tempore nati, Heroës saluete Deûm genus.

Hispanica Christianę Religiouis Politia.

EXTERNA autem Europæ Regna lustranti, quàm pij occurrent Hispaniarum Principes, Christianæ Politiæ rectores CATHOLICI? Legimus Ibericum Regem summatibus Ibericæ Ecclesiæ viris auctorem extitisse, vt publicos Conuentus haberent in D. Leocadiæ Toletana Æde, corruptos Christianorum mores censoria nota emendaturi. Cui sacro cœtui Iustus præfuit, Toletanus Archipræsul, assidentibus. 67. Diœcesum Præfectis. In quibus effulsêre Isidorus Hispalensis, Escluanus Narbonensis, Iulius Bracharensis, & Audax Tarraconensis, Archiepiscopi. An. 629. Illius porrò & Regiæ pietatis & Regni hæres Tulga stabiliit Politica lege, quæcumque decreta fuerant Toletanis Præsulum Comitiis. Ann. 644. Vt Rodericus Toletanus pontifex attestatur, qui Ecclesiæ dehinc clauum Hispanicæ tenuit. An. 1212. quùm Hispanis pariter iura daret Nonus Alphonsus. Memini etiam legisse, Ibericum regem Alphonsum, vsitato Principum more, suo quodam symbolo delectatum: Quippe qui Pelecanum circumquaque pinxerit, fodientem rostro pectus, & elicientem sanguinem ad pullos pascendos. Huic picturæ addidit elogium, PRO LEGE ET PRO GREGE. Significans pericula esse Principi obeunda, Religionis fouendæ gratia & excolendæ. Prudenter sensit Alfonsus, præcipuum munus esse superiorum Ordinum, Ciuile ac Politicum Ecclesiæ protegendæ studium, & Ciuilis huius conseruationem Disciplinæ. Cúmque mortales omnes ad hoc opus vocentur diuinitùs, vt suo quisque loco conferat aliquid laboris ad illustrandam ornandámque Christianæ Ciuitatis Aristocratiam, non existiment maiores Ordines, eximium hoc * κατόρθωμα nihil ad se pertinere. Vice mutua, sacrorum Præsides latis canonibus sanxerunt honorem dignitatémque Ciuilium Orbis Magistratuum, ne quis Principem contumelia afficere audeat: graui canonicæ pœnæ in reos comminatione, vel clericos, vt gradu deijciantur, vel prophanos, vt fidelium communione depellantur. Id quod Apostolico Canone. 83,

Prouincialia Hispaniæ Concilia.

Toletani Cōcilij decreta ab Hispano rege adprobata.

Alphonsus. 9. Hispaniarum rex.

* Rectum officium & perfectum.

ne.83. expreſſum eſt, tali periodo. * Ὅστις ὑβρίζει βασιλέα, ἢ ἄρχοντα, παρὰ τὸ δίκαιον, τιμωρίαν τιννύτω· καὶ εἰ μὲν κληρικὸς, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

* Quiſquis Regem vel Principem præter ius contumelia affecerit, pœnas luat. Et ſi ſit quidem clericus, deponatur: ſi verò laicus, ſegregetur.

16 ALIA porrò Europæa Imperia contemplanti, hei mihi quale videbitur Anglicum, quantùm mutatum ab illo Hiſpanico, vel à ſacra quondam Britannorum Regum Politia? Ecquinam hodie Odoardo Probo ſimiles, Regi Anglo, infrà ſcriptæ Legis auctori? OMNIS CLERVS, ET SACRI SCHOLARES, ET OMNES EORVM RES ET POSSESSIONES VBICVNQVE FVERINT, PACEM DEI ET SANCTÆ ECCLESIÆ HABEANT. Rurſus, DE CLERICO ET PEREGRINO VIOLATO, REX AVT SATRAPES, ET EPISCOPVS LOCO COGNATORVM ET PATRONI SVNTO. Talium I dictorum refertiſſima eſt Archayonomia Anglica, quam wilhelmus Lambardus è vetuſto idiomate patrio Latinam fecit. Neque iis cedit Canutij regis Politica Sanctio apud eundem ſcriptorem, *A rationis eleemoſynam ad quindecimum à Paſchate diem perſoluito, fœtuum decimas ad Pentecoſten, Terræ fructuum decimas ad feſtum omnium Sanctorum.* Memorabilis verò eſt etiamdum Regis Edgari ſacra Conſtitutio, his concepta verbis, DIES SABBATI AB IPSA DIEI SATVRNI HORA POMERIDIANA TERTIA VSQVE IN LVNARIS DIEI DILVCVLVM FESTVS AGITATOR: CÆTERI AVTEM DIES, VT FESTI INDICTI FVERINT A SACERDOTE, PERAGVNTVR.

Angliçæ ſacrotū Politiæ Regiæ præcepta nonnulla. Eduardi ſtij leges, Angliæ regis.

Archayonomia.i. vetus Legiſlatio Angliæ.

Conſimiles Sabbaricæ feriæ ritus ab atauis noſtris Francis religioſè culti & ad noſtram vſque memoriam retenti.

17 PERGAMVS ad Anglis finitimos Scotos: horum priſca Lege quiſquis cœtu piorum ac communicatione motus eſſet ab Epiſcopo, nec curaſſet noxiis expiandum ſe intra annum, diriſque ſoluendum Pontificiis, idem ſacroſanctæ Poteſtatis hoſtis, impiúſque iudicabatur. Poſt biennium autem, eo damnatus anathemate, fortunis exuebatur. Cuius Macabeum Scoticæ Legis latorem Regem celebrat Boëthius in Hiſtoricis Rerum Scoticarum monumentis. Dolendum certè iſtud Chriſtianis omnibus, Scotos pleroſque vnà cum Britannis tam ſanctam Politiam à maioribus acceptam tenere non potuiſſe. Hoc modò ſperare liceat in iis hæreſum ciuiliúmque procellis diſſenſionum, fore, vt Petri Nauicula, vel apud Orcades illas Inſulas tot fluctibus enatet aliquando: Cui demùm floridam Victoriæ lauream perpetuámq; ſucceſſuram affirmat ex ſacris Domini reſponſis Theodoritus, luculentus Pietatis fautor. Lib. 5. Cap. 40. Idque ocyùs tantò maturiúſque contigerit, quò accuratiùs ad priſcam frugem reuocati fuerint Eccleſiaſtici mores, reliquis dehinc lampada porrecturi ad bene beatéque viuendum. Nam qualis gubernator, tales proretæ, tales nautæ, tales vectores: ac Scripturæ diuinæ teſtimonio, qualis Sacerdos, talis Populus. Nimirùm ſacratus cœtus lumen eſt Orbis vniuerſi, & Terræ Sal dictus auguſto Chriſti DEI elogio. Matthæi. 5. Cuius loci B. Gregorius interpres aſſerit, cœleſtis Sapientiæ fructus deguſtari ac percipi longè ſuauiſſimos Eccleſiaſticorum hominum commercio & conſuetudine,

Scoticæ Politiæ Eccleſiaſt. capita quædam.

Hector Boethius.

non minùs quàm sale corporum humanorum cibi condiuntur. Proinde cum Theodorico & Theodoberto Galliæ regibus acerbè expostulauit Pontifex Max., quòd parum spectatæ virtutis Sacricolæ Francicis Ecclesiis sordidè præficerentur, exemplo valdè pernicioso. Can. Fertur. 1. Quæst. 1. Eadem ratione queribundi omnes Franciæ Ordines postularunt à Karolo 8. rege, ne sineret postea sacrorum munerum incapaces Ecclesiæ gubernaculis admoueri, aut Cœnobia secularibus commendari Clericis fiduciaria lege, Sacerdotij denique Statum, quem cæteri ducem sequantur, fœdè deformari. Habito in Turonibus Gallici Pop. conuentu, Februario Mense Ann. 1483. At nihilo seciùs, prolabente in deterius re Francica, & nostratibus sensim plerisque officium deserentibus Sacræ Nauis Magistris, minùs iam demirandum sit, Gallicæ Ecclesiæ proram puppímque illidi propemodùm ad scopulos, cum exitiali nostræ publ. naufragio.

Tres Status Franciæ congregati in vrbe Turonen. Nobilitas Ecclesia, & tertius Ordo populi.

Abbatiæ datæ in commendam secularibus Clericis, quæ Monachis attribui debuerãt. Inde Abbates commendatarij dicti.

QVIBVS ego argumentis impulsus, hæc pro tempore suscepi 18
tractanda * Ἀξιώματα τῆς Πολιτείας Ἐκκλησιαστικῆς· quæ è media Fori nostri officina petita conferre nonnihil ad Ciuilem Cleri disciplinam arbitrarer. Deflebam enim ex animo traductos passim nostros Sacerdotes istorum conuitiis, qui Orthodoxæ Religioni, à qua disperea priusquàm desciscam, bellum indixerant nouorum dogmatum assertores. Quasi verò improbati: Sacrorum ministrorum moribus, Ecclesiasticum ministerium sit improbandum. Qua in re turpissimè labuntur pseudochristiani. Sed quia de sacro ipso Ministerio tot sparsi sunt in vulgus defensionum Libelli à viris Theosophiæ peritissimis, tot Apologetici sermones, nihil vt ampliùs in illo esset desiderandum: alteram nobis partem selegimus, de externa Ciuilíque vitæ Clericorum Politia, quam scriptis prosequeremur: rati Hierarchiam hanc, nostrámque adeò Ἐκκλησίαν, opinionum errore quùm vacet, alieni etiam erroris occasione carere aut purgari oportere, præposito scilicet à singulis Clericis optimæ vitę speculo ac exemplo. Non quòd vllam quidem mihi arrogem Sacerdotalium morũ Censoriam virgulam, quę Pontificio magistratui competit solido iure: Verùm ne, cęteris nutantem Christianam Rempub. sustinentibus, ego vnus maneam * ἀσύμβολος, si quam isthuc forensis nostra Iurisprudentia opem possit adferre, & scripta Palatinus quæcunq; recepit Apollo. Vnde etiam minùs hoc in Opere nobis verendum I. Consultis, ne aliquo tanquam finium regundorũ iudicio, vel noui operis nunciatione à Theologis præpediamur. Quin & Sacerdotum alij iudicio prędìti, alij nuda & aperta vitæ freti innocentia, probabunt forsitan nostrum de Ecclesiastica Politia institutum. Quum constet adeò, Flauianum Antiochiæ Pręsulem, aduersariis mores criminantibus, vti Pontificia Cathedra minùs dignos, tantã prębuisse anteactæ vitę fiduciã coram Theodosio Cęs. vt ipsius iudicium committere se vltrò accusatorũ calculis, liberísque sẽtẽtiis declararit

* principia & regulas sacræ Politiæ.

Nam vt inferior hic Mundus Cœli, tum motu, tum lumine regitur, ita Christianæ gentes ab Ecclesiasticis rectoribus, velut à cœlestibus Pastoribus gubernantur. Qui si boni futuri sunt, & alios docebũt, & morum sanctarum actionum exercentes, quæ docuerint, ipsi imprimis & agendo præibunt: Vt exemplo eorum colantur boni mores, & concordia Christiana in vnum omnes coalescant.

* nihil in commune conferens.

declararit. Si Theodorito credimus in Hiſtoria, quæ Θεοφιλὴ, i. religioſa Hiſt. dicitur.

19 ADHOC item Eccleſiaſticæ ſcriptionis genus adegerunt me mei priuatim officij rationes, quæ tractato antea Nobilium virorũ, & Plebeiorum Iure, Nos reliquum perſequi, i. Eccleſiaſticum impulerunt. Nobilitatis enim Leges mandauimus literis abhinc quinquennium grandiore cothurno in Volumine DE DOMANIO FRANCIÆ, cum noſtris ſimul marginalibus Scholiis. Dehinc RVSTICORVM PRIVILEGIA excuſſimus Libro triplici, ſed humiliore dicendi genere ſtylóque populari, pro Operis cuiuſque argumento. Ex quo obiter placandi mihi nonnulli prioris illius Tractatus cenſores, tanquam Latinè exarati, qui Gallicè de rebus Gallicis debuerat, & obſcuriore phraſi, nimiſque adſtricto verborum ac ſententiarum Laconiſmo. At nobis idcirco decretum fuit, Regale patrium Ius Romana interpretari potiùs quàm vernacula lingua, ne vulgari cuiuſuis iudicio permitterẽtur arcana Auguſti eiuſce Patrimonij Regaliorúmque adyta penitiora: Vnde graues alioqui manarent de opimis Fiſci ditionibus controuerſiæ cum Proceribus clariſſimis, forſitan & bella ciuilia ab iis, quibus Princeps lege Fiſcalis Dominij conaretur opulenta latifundia extorquere. Quod mihi imprimis cauendum ſtatui, ne quùm bona fide DOMANIALE fuiſſem Opuſculum meditatus, ad ingenuam modò Rerum Francicarum cognitionem ab honeſtioribus capeſſandam, viderer tamen excitaſſe diſſidiorum inter noſtrates ſeminarium aliquod velut ex compoſito, aut forenſium ſaltem litium facibus accenſis, domeſticam multorum quietem perturbaſſe. Hoc inſuper Latinè ſcribendi conſilium auxit Publicæ vtilitatis ratio, quæ nobis communi omnium mortalium ſermone loquentibus eò patebat amplior fauorabiliúſque amplectenda, quò latiùs erat ad vniuerſos peruentura, nedum ad Gallos. Ex Ariſtotelico elogio in Politic. Etſi enim varij Gẽtium ritus, varias ſibi Regio quæque dictarit leges: ſumma certè Reipubl. ac fundorum publicorum iiſdem vbique regulis ferè continetur, & præceptis. Altera ſaltem alteri ſic affinis eſt, vt mutua proferat auxilia ad Ciuilem gubernationem rectè inſtituendam. Huc ſpectat, quod ego illîc crebrius in exterarum mores Nationum excurrens, non minùs alienigenis ſcripſerim quàm noſtris, ob ídq; familiari omnibus idiomate ex æquo ſim vſus. Ad eos venio, qui obſcuritatis arguunt noſtros DE RE DOMINICA Galliæ cõmentarios, ſed quorum vel accuſanda priùs incuria eſt, peritiores non conſulentium, vel ardui ſublimiſque Argumenti taxanda nouitas, quæ ſociam quandam aut comitem habet rerum caliginem. Ecquis enim de re ſumma ac difficillima facilè queat diſſerere? nullo potiſſimum præeunte magiſtro, nec poſitis vllis de Iure tanto ſcriptorum rudimentis? Difficultatem, fateor, mouent nonnullis ignota Regulorum Franciæ nomina, Vicorum, Oppi-

Siogulis enim noſtris Voluminib⁹ attexuimus quaſdam ad marginem Annotatiunculas: Quod in hoc quoque Opere à Nobis eſt obſeruatum. Vti & aliis poſteriùs editis, De Legibus Aodium, De Moribus Pariſiorum, tom De Iure Cœnobitarum, ſeu Monaſticõn, & in Panegyrico à Nobis Regi Errico 4. dicato.

dorum nostro passim insetta Volumini: at quæ omittere integrum non fuit, saluo tanti negotij pondere ac dignitate. Nec ignoro Maronem, quùm animo proposuisset Romanos Annales carmine cõplecti, stridore & quasi barbarie propriorum nominum deterritum ad Troiana bella sese conuertisse ob Græcorum vocabulorum dulcedinem. Haud alia itidem mente fuisse mihi videtur Politianus, homo delitiis ac lautitiis figuratum dictionúmque affluens: qui vbi animaduertisset, se in exiguo Libello Athanasij nihil suæ indolis retinere potuisse, à cæteris manum subduxit, ne stylum defoedaret. Ego verò, licet spinosi noualísque Agri DOMINICI cultura suscepta, non despondi animum, illúdque incommodi, quod rudis & indiscussæ materiæ forsan pareret obscuritas, facilè eleuatum iri in spem sum adductus: quia & doctis præcipuè meas dicarem vigilias, & Tyrunculis insuper præuium quoddam Lexicon, velut Ariadnæ filum, in calce Operis subtexerem. Nimirum pro captu Lectoris habet sua fata Libellus. Non ideò tamen Auctorem ipsum culpa libero, cui interdum haud pauca excidant, negotiis districto præsertim. Cuiusmodi Nos forensis Aduocationis distenti muneribus, hoc potuimus solùm *αὐτοσχεδιάζειν, & tantillum succisiuæ operæ DOMANIALI impendere commentationi, nostrísque aliis Opusculis quantùm clientibus furtim eripi poterat minore dispendio in Bimestribus Curiæ & Autumnalibus feriis posteriorum annorum.

* crassè & impræmeditatè scribere.

Sic vitæ pars nulla vacat, quodcunque recedit
Litibus, est dandum studiis, animúsque vicißim
Imponat curam Populis, aut otia Musis.

Vt ait ille.

Imò nec vllum tam elaboratum puto ingenij monumentum, cui non dicere expediat, in prima saltem ipsius editione, Optime postremam, lector, desidero limam. Vtut sit, fas Operi longo quandoque obrepere somnum. Nobis verò, si diutius lucis huius vsura frui contigerit, statutum est, in secunda editione, ni præcipitetur, raras quasdam antiquorum Regum, Cæsarum, Pontificum tabulas DOMANIALI Codici intexere, cum illustribus aliis vetustatis exemplis, quæ in nostras tùm manus inciderint. Omnia denique posthac maturiùs, politiùs, ἐκ τῶν δευτέρων ἐπιχειρημάτων, vt Diui Basilij verbo vtar, hoc est, secunda recognitione vel emendatiora, vel dilucidiora: Quemadmodum & Græco apophtegmate *δεύτεραι ἀμείνονες.

* Altera meliora, seu posteriores cogitationes sapientiores.

CÆTERVM, vt profanis omissis sacrata Iura, de quibus hîc agi- 20 tur, repetamus, vos oro obtestórque (Præsules ampliss.) nostram hanc Sacræ Politiæ Chartulam beneuolè excipiatis: vestræ nimirum Hierarchiæ cultricem magis ac veneratricem, quàm obtrectatricem, veréque communis matris Ecclesiæ alumnam sequacémq; fidissimam, nec nisi Ecclesiasticæ morum Politiæ, quatenus Regiis S. Consultis præfinita est, ciuilem hac tempestate obseruatricem.

Alioqui planè videret impudens, si occulti liuoris in vestrum Ordinem virus Regia prætegerem auctoritate: non ignarus, quanto obedientiæ cultu, qua pietate, quo honore Galli Reges fuerint hactenus Templorum Antistites prosecuti. Nam & Philippus Cæsar protochristianus Episcopo paruit reuerentissimè, non modò vitia hominis increpanti, sed eum quoque à sacra communione arcenti Die resurgentis Domini festo, quoad Imperatorem certa scelerum pœnitudo subiisset. Vt inquit Eusebius Hist. Ecclesiast. Lib. 6. Cap. 25. Sicuti illius ætati suppar Theodosius Mag. qui deposita purpura Insignibúsq; Imperij, hortante D. Ambrosio, sacram fecit * Exomologesin in delubro Mediolanensi ad expiendam Thessalonicensium cædem: ne Romanus Augustus naufragij sui tabulas ita colligens obrueretur, cùm emergeret fluctibus, sed subleuaretur. Iuniorem verò Theodosium ecquid attinet commemorare? Principem Sacerdoti adeò morigerum? Sacris enim abdicatus à monacho, non priùs Aulicæ mensæ voluit accubitum (regio licet apparatu instructę summáque conuiuarum frequentia) quàm ab eodem illo noxa solutus fuisset, inque piorum contubernium, summissè impetrata venia, reuocatus. Ex Theodoriti lib. 5. Cap. 37. Ne Arcadium Cæsarem producamus, quem Innocentius Pontifex ab Ecclesia proscripsit, quòd Ioh. Chrysostomum liberè sanctéque monentem in exilium eiecisset. Vt habetur in Can. Duo sunt. 96. Distinct. & Can. quoniam quidem Distinct. 18. Itaque tantùm abest, vt imminuti Sacri Magistratus rea agi debeat nostra hæc Politica tractatio, vt re etiam ipsa nihil aliud quàm Ecclesiasticam pro suo iure opem implorem afflictæ Patriæ, velut vnicum Ciuilibus Morbis ac efficacissimum remedium. Politicas enim renouantem Clericorum regulas, quib. vti morum Magistris cōponitur vita mortalium, bona spes habet animum meum fore, vt sanetur perniciosum schismatis vulnus, quo Dei sponsa scissa disiectáque est ab Hæresiarchis: & ita hi aura Zephyri cœlestis afflati, ad pœnitentiam adigantur, festa Pace languenti Galliæ restituta.

* Confessionem publicam.

21 ATQVE id tantò assequemur commodiùs, nec minore fortassis bonorum omnium plausu, quòd Sacræ Politiæ theoriam nunc primùm deducamus ad Praxin, noua quadam necdum Auctorum trita vestigiis scribendi ratione. * Νεωτέρων autem plerique multa assolent ab Ecclesiasticis scriptoribus mutuari dicam an suffurari, quibus deinde non precariis, sed pro suis vtantur literario in Opere cōtexendo. In iis planè odio digni, qui non solùm mutato Operis titulo suppilant vndecunque aliorum scriptorum lucubrationes tacito ipsorum nomine, sed eidem quoque interim non parcunt Auctorum nomini, si reprehendendum in iis quicquam existimarint. Ego verò ad perscrutanda Sacræ Politię documenta conuersus, ciuilium ea de re actionum syluam primùm congessi, è medio Fori vsu depromptam: Antiqua dehinc nostræ Galliæ

* recentiorum scriptorum.

In quosdam huius ætatis Plagiarios.

tabularia perlustraui, & Gallicæ Ecclesicæ monumenta, quæ in tenebris consenescere Maiores nostri, & in ipsa vetustatis caligine obsolescere permiserant, nequedùm ea aut cuiusmodi fuerint, indagare, aut comperta in lucem prodere studuerant ad posterorum notitiam. Quales sunt Max. Pontif. ac Principum Ecclesiasticis de rebus Codicilli, nullo quidem à nobis Romanæ facundiæ lepore conuestiti hoc loco, ne veteres illos Christiani Orbis Rectores, nisi prisca sua lingua loquerentur, minùs decorè minorique legentium fide spectandos exhibuisse videremur. Quùm enim in dogmatico versemur genere dicendi, ciuilísque Sacrorum Institutione Politiæ, expendendas potiùs eorumdem Politicorum auctorum duximus sententias, quàm verborum in iis fucatum quendam ornatum & adscititium. Vtcunque sit, Regia perinde ac Pontificia diplomata ciuilis disciplinæ Sacrorum, quæ his Libris inspersa sunt, euidenter demonstrant, Magistratum vtrumque, seu sacrum, seu profanum, in Ecclesiasticæ tuitionem Politiæ diligenter incumbere, ad communem hominum inter ipsos Societatem & cõcordiam Politico Religionis morúmque ciuilium nexu retinendam.

Hvc ergo æquanimes adeste (Orthodoxi Patres) ac ne sperato 22
tanti Boni fructu careamus, Vos ad id cum sacrosancta vestra Potestate Regiam isthîc conspirare patiamini non modò, sed & gratulemini. Quò Christianæ Politiæ Reíque Pub. Status, qui duobus his vinculis colligatus est, Sacerdotio ac Imperio, ab illo ordinatus, ab hoc regatur & conseruetur.

DE REGIA, AC CIVILI POLITIÆ

ECCLESIASTICÆ COGNITIONE.


SORDIDA rura leues produnt habitasse Camœnas,
Aoniæquè casas humiles in fontibus vndæ:
Sacra sed Astraæ Regales incolit arces
Pallas, & in solio Patrum spectanda Forensi
Publica quæ tangunt Clero dat iura soluto,
Nec Canones intra memori se ferre vetustos.
Ciuilis sancti est hæc Disciplina Senatus,
In sacrúmque frequens Censura Politica cœtum.
Cæsaris haud eadem, fateor, quæ munera Petri,
Distinctique Iouem dirimunt à Principe Fasces,
Vna nec Imperij in Clerum Populúmque potestas:
Sed quia stat geminis fultum Diadema columnis,
RELLIGIONE *ac* IVSTITIA *in Superósque Virósque,*
Sacra Sacerdoti, curanda Politica Regi,
Vt Canonum hic custos sit, quorum conditor ille:
Externos notat hic, ciuili vindice, Cleri
Ille velut sacro internos cum fulmine mores.
Diuidat ergo duplex licet horum quemque Tribunal,
Cum Lituo cernas in idem tendentia Sceptra,
Et baculum Pastore geri, gladiúmque Regente:
Mutuo vt auxilio subiecta commoda Gentis
Curent, communem & foueant hinc inde salutem.
Quò Terrena Viris, Animæquè Superna vicißim
Parta ab vtroque quies longum firmetur in æuum.
PROPRIA *Pontificum tamen ô tractate, Magistri*
Iura Sacri, modò nos Regum iactemus in Aula,
Ciuilísque fori sanctos penetrare recessus,
Morésque exemplis reuocare sinamur auitos.

PERIOCHA TRIMEMBRIS
SACRÆ POLITIÆ.

VT ETHICÆ Philoſophiæ, ſic Politiæ Eccleſiaſticæ tribuimus partes tres. PRIMO Libro, Μοναστικὴ, ï, ſingularis priuatim Clerici ttaditur ciuilis habitus, vitæque ratio Politica: Sacerdotis nimirum ordinatione vocationéque aſpirans ad Eccleſiaſticas præfecturas. SECVNDO, Πολιτικὴ, ſpecialiter dicta, quòd Clerico iam ad publicum Eccleſiæ Magiſtratum euecto præſcribat ſacræ Iuriſdictionis modum: ne quid Hierarchæ in iudiciis decernant contra ſanctiſſimos Canones, qui ſummis Principum Tribunalibus ptobati ſünt, neu in Regij Fori contemptum aliquid moliantur. TERTII Οἰκονομικὴ eſt peculiaris, ï, ſactarum facultatum Politica diſpenſatio, quæ, formara priùs ſigillatim publicéque Eccleſiaſtica diſciplina, tempeſtiuè procuret Miniſtrorum Templi alimoniam, corporúmque humanorum ſuſtentationem.

HORVM

HORVM IGITVR LIBRORVM TITVLOS quosque sequens INDEX ordine complectitur.



CAPITA EXPOSITORVM TITVLO SEQVENTI.

ECCLE-



ECCLESIASTICÆ POLITIÆ FORENSIS

LIBER PRIMVS


ΜΟΝΑΣΤΙΚΟΣ.

SEV

DE SINGVLARIBVS PRIVATI CVIVSQVE *moribus Politicis probandis, ad Sacri Ministerij functionem.*

AVCTORE RENATO CHOPPINO I. C.

TITVLVS I. De Electione beneficiarij Ecclesiæ.



1 SACRÆ POLITIÆ fundamentum est, morum Sacerdotis cuiusq; obseruatio ac inquisitio Ecclesiastica, i, τῆς Ἐκκλησίας probanda iudicio: Quam Latini cœtum, seu congregationem vocant, nos ex Pontificum Lege, Conuentum & Collegium ministrorum diuinæ doctrinæ, qui Clerici nuncupantur. Alexandri. 3. Rescripto vlt. Ne Præl. vic. suas, & Cap. Relatum De Præbend. Nisi autem spectatæ probitatis viri Sacerdotio fungantur, conspirantibus eò Sacri consessus votis cooptari, Principum animaduersio est quodammodo ciuilísque in id Magistratus: quo adiutore retineatur canonicæ disciplinæ neruus in rebus externis. Est enim anima Christianæ Reipub. nihil aliud quàm Politīa, tantam in ea vim obtinens, quantam habet in corpore prudentia. Id quod generatim expressum videtur ab Isocrate in Panegyrico, * ἔστι γὰρ ψυχὴ πόλεως οὐδὲν ἄλλο ἢ πολιτεία, τοσαύτην ἔχουσα δύναμιν ὅσηνπερ ἐν σώματι φρόνησις. Vnde refert Eusebius, Constantium Cæsarem audisse se, Præsules ita compellantem: Vos intimorum quidem Ecclesiæ officiorum, ego vero exteriorum Episcopus sum à Numine constitutus. Lib. 4. in vita Constantini. Atqui exorientis initio Ecclesiæ, haud secus designabatur templi sacerdos quispiam ac Clericus, quàm Christiano collegio placuisset docendi facultas, honestæ vitæ testimonio cumulata. Pauli Epist. 1. ad Timoth. cap. 3. & ad Titum. 1. tum Actorum Apost. 6. & 14.

De Electiuis Sacerdotiis.

Magistratus, Lex animata & loquens, necnon minister Dei (vt D. Paulus ait) Sed qui externam tantùm Ciuilémque Ecclesiæ disciplinam exercet.

* Est enim anima Ciuitatis, nihil aliud quam Politia, tantam in ea vim habens, quantam in corpore prudentia.

Beneficiorum prouisiones Apostolicæ, in forma *Dignum*. In vim quarum, Diœcesani Episcopi certificationem suam examinis beneficiati, tanquam digni & capacis ita expediunt, Visa signatura, &c. Concil. Tridentini Sessio 24. peracta, Die 11. Nouemb. An. 1563. Decis. Rotæ 631. in antiq. forma dignum arbitramur dicitur esse, quando Papa facit gratiam alicui de beneficio vacanti vel vacaturo committendo alicui, si per eum inuentus fuerit in scientia idoneus vel sufficiens in moribus etiã repertus fuerit vitæ laudabilis. Item decis. Rotæ 443. in nouis, sub rubrica de Rescriptis gratiosis &c. In apostolicæ gratiæ forma dignũ arbitramur, prius examinatio personæ facienda est, a qua examinatione non est appellandum, cum executoris conscientia sit onerata. Quisquis executor in forma dignum potest examinationem alteri subdelegare. Item decis. Rotæ 383. in Nouis, habens gratiam in forma dignum, cum clausula retroactiua, si concurrit in data cum habẽte gratiam puram, secuta purificatione suæ gratiæ conditionalis ante vacationẽ beneficij, debet præferri in assecutione eiusdem beneficij alteri habenti prædictam gratiam puram quæcumque sua diligentia non obstante.

Religiose enim D. Bernardus, Christi ministrum esse, mysteriorúmque Dei dispensatorem, mirabile quiddam existere. Cap. 30. De sustinenda persecutione. Hinc vel infimorum ordinum sacerdotia mandari iis solis debent, qui functione ea DIGNI sint, censorio Episcopi iudicio declarati. Vt Tridentinæ Synodi Pâtres definierunt. 3. Idus Nouemb. An. 1563. Sessione. 24. Decreto de Reformatione Cap. 18. Iuxta formulam propositam Clementina lege vn. De Offic. deleg. & eiusdem Clementis. 5. Constitutione. 1. De concess. præben. In concilio Viennensi. Idque ipsum bino Principis Edicto receptum est in Gallicis Templis, Blesensi nimirum, Artic. 12. & Melodunensi, Art. 14. 15. Quod quidem posterius Edictum promulgauit Senatus, me Francici Cleri patrono postulante, 8. Iduum Martiarum An. 1580. 2

Vt ergo Politiæ Ecclesiasticæ cum Theoria coniungam πραξιν, infirmata est à Regio illo Parisien. Senatu sacri ministri ordinatio præceps immaturáque, minùs nempe habito beneficiarij delectu à collegis omnibus ecclesiasticis, nec vniuerso Canonicorum conuentu viritim sententiam rogato. Putà, statutum fuit à Claromontano Aruernorum Collegio Episcopali, ne ipsius collectim beneficiaria forent in posterum sacerdotia, quæ solenni eiusdem arbitrio electioneq; conferebantur in Clericos: sed ea vt à singulis vicissim sacris Sodalibus erogarentur huic vel illi, vicario Sodalitij munere ac circulari quadam beneficij Ecclesiastici dispensatione. Ab isto autem Collegij decreto Canonicorum, appellatur Curia centumuiralis abusus ergò à fiscali Reginæ matris Actore, Claromontanæ Comitis. Appellationem iuuabant permulta, fuisse Cathedralem hanc Basilicam auita Comitum Aruerniæ pietate extructam patrimoniísque auctam. Isthic religiosum antiquitùs morem vsurpatum, vt in demortui beneficiarij locum haud alius sublegeretur, quàm ductis, velut ex vrna, sacri cœtus suffragiis Canonicus renunciatus. Neque id commentitio iure proditum esse, verùm à priscis Orthodoxorum institutis repetitum, & Lucij Pon- 3

Il y a Arrest donné à l'audience le 10. Feburier 1578. parauant les Edicts de Blois & de Melun. Par lequel, ce requerans Messieurs les gens du Roy, il est enioint aux Euesques de tenir residence en leurs dioceses pour bailler les Visa aux pourueus en cour de Rome, les examiner. & prendre garde que telles prouisions Apostoliques ou plustost mandata de prouidendo *ne soient executées sans examen & Visa prealable.*

Arrest de la Cour donné à l'audience le 3. de Iuin 1585. entre les parroissiens de l'Eglise parochiale de S. Martel en la ville de sainct Denys en France, appellans comme d'abus du Visa signatare baillé au nouueau pretendu Curé de ladite Eglise, par l'Archeuesque de Sens in refutationem *de l'Euesque de Paris diocesain, ou de son grand Vicaire, & maistre Pierre le Maire Curé susdit intimé, Eschorche plaidant pour les appellans, & Lommede pour l'intimé. Par lequel Arrest sur ce qui a esté dit, tant pour les appellans que par de Thou, Aduocat du Roy, que l'intimé chargé de plusieurs delicts, desquels auroit esté informé, & sans s'estre purgé d'iceux, il auroit prins signatare de ladite Cure* in forma dignum, *& partant ayant esté refusé par l'Ordinaire, il seroit allé prendre son Visa du superieur Archeuesque, lequel sans l'auoir veu ny examiné, luy auroit baille son Visa* & approbamus &c. *La Cour parauant que iuger diffinitiuement ledit appel comme d'abus, Ordonne que l'intimé presentera son Rescript Apostolic audit Euesque ou à son Vicaire, pour l'oyr & examiner personnellement sur sa qualité, capacité, & habileté, suiuant l'Edict de Blois pour ce faict. & suiuant le rapport proceder au iugement dudit appel.*

Regium Edictum, Blesis, Galliæ oppido, sancitum, publicatum verò in Senatu Parisien. Die 25 Ianu. An. 1580. Alterum Edictum mense Febr. 1580. ad supplicationem Francici Cleri apud Melodunum Senonum oppidum congregati An. 1579. Verificatum in Senatu die. 8. Mart. 1580. Publica fori actio in Parlamento Parisien. ex appellatione tanquam ab abusu interiecta in Statutum Capituli Ecclesiæ Claromont. ratione Canonicatus & præbendæ Die. 1. Maij. An. 1561. An in Capitulo communiter fieri debeat electio ad canonicatum vacantem, an verò per vnum hebdomadarium Canonicum in suo turno, vice Capituli eligentem & conferentem. Catharina Medicea, Franciæ regina, mater Regis, Comitissa Claromontis Aruerniæ. Lucij Pontif. verba, Nullus in Ecclesia, vbi duo vel tres fuerint in congregatione, nisi eorum electione canonica presbyter eligatur. D. Ambrosius Mediolani Archiepiscopus. Syluester Papa.

tif. Max.

tif. Max. rescripto (1. De Elect.) qui vir sanctus & martyr Romanæ Sedi præfuit, An. Christi.154. Idem ritus olim sanctè cultus est seruatúsque in Asiatica Ecclesia, cuius in partem ministerij sacri, nullus nisi firma Cleri Populíque consensione solebat adsciscí. Vt testatur Basilij ad Meletium Epist. 58. Ita Antiochenæ Ecclesiæ regimen Eustathio decretum legimus communí calculo sacerdotum ac Plebis. Tripart. Hist. Lib.2. Cap.5. Simili modo Europeæ Hierarchiæ deferebantur selectis panegyrico vulgi populariúmque iudicio, nedum clericorum: quò illi deinde plebem sibi commissam pascerent salutifera doctrina. Idipsum in Ambrosij Præsulatu apud Insubres animaduertit Socrates, Hist. Ecclesiast. lib. 4. Cap.30. Eodem alludit Synodicus canon, vota Cleri & populi habere eum, qui Sacerdotij candidatus sit, oportere. Quemadmodum ex Romanæ Synodi constitutionibus perspicuum est, quas prisca illa ac veneranda vetustas tulit, Syuestro tùm Sacrorum principe, Orbisque Christiani præside sanctissimo. Omnes itidem Pop. ordines regionis Asturicæ & Emeritæ monentur à D. Cypriano, vt Sacerdos præsente plebe designetur per suffragia, idoneúsque sacræ functioni publicitùs acclametur. Lib. 1. Epist. 4. Hæc quidem in ipsis propemodum Christianæ professionis cunabulis. Verùm aliquantò pòst sancítum fuit in Laodiceno Concilio, ne profanæ multitudini permitteretur eiusmodi ius liberi suffragij. Can. Non est. Distinct. 63. Quippe cùm Plebecula sæpe clamoribus excitari soleat, gratiáve, aut pretio commoueri. Vt inquit Origenes, cuius verba referuntur in Can. si ergo. 8. quæst. 1. Licet enim populo inuito non daretur sacrorum Antistes, sic tamen Ordinis cuiusque munia partitus est. Leo. 1. P. P. vt inter Episcopos habendum non esse censuerit, nisi qui & à clericis lectus, & à plebe expetitus esset, tum à comprouincialibus Episcopis cum Metropolitæ iudicio consecratus. Can. nulla. 62. Distinct. Eiusdem Leonis arguto epitheto, dicuntur in Libris canonicis vota ciuium, testimonia populorum, honoratorum arbitrium, electio clericorum, quæ in ordinationibus sacerdotum obseruentur. Can. vota. Distin. 63.

4 Ab Heroïcis ergo ætatibus deuenientes ad nostrorum temporum fæcem conniti animo debemus, vt iisdem, quibus nata est, Christiana Philosophia moribus recolatur postliminio, híque ad gubernacula Ecclesiæ assumantur soli, quos Sacra familia paribus calculis legitimáque vocatione in sanctum Solium euexerit, * πολλῶν ἀξίοις ἄλλων. Nec enim Regij arbitrij nominationisq; facta sunt electiua cuncta Galliç sacerdotia, Pacto conuento inter Principem nostrum Franciscum. 1. & Leonem. 10. Pontificem. Vt alibi ostendimus Lib. 2. Gallici Domanij, Monasticon Lib. 1. & inferiùs isthîc discutiemus. Idem iuris statuendum de sacris Sodalitatum beneficiis in pontificali Æde. Nam vtrique & Præsuli & Collegio canonicorum communia fuêre quondam omnia, citra vllam Ecclesiasti-

* Pluribus aliis digniores.

Concordatis inter Franciæ Reges, & Romanos Pont. initis, non sunt omnino, nec in omnibus beneficiis abrogatæ electiones. An. 1516.

cæ menſæ diuiſionem, hodie tametſi diſciſſæ paſſim inuicémq; ſeparatæ. Atque ideò, vt propoſitam litis ſpeciem perſequamur, (de qua palam actum fuit in Senatu) Celeſtinus 2. P. P. memorat Claromontani Capituli communionem veterem cum Epiſcopo, ne alterutri, ſpreto altero, quicquam liceret de ſacris ſpiritalibuſq; Annonis decernere, quas vulgò *Præbendas cum Canonicatu* nuncupamus. Cap. Quæſiuit. De his quæ fiunt à maiore part. Capit. Sigillatim verò Claromontis Decanatum attribui electione vocatis, indicant Dectetales Innocentij.3.epiſt. Conſtitutus, De Appellat. Veniens, De Teſtib. Subdo his Samarobrinæ Eccleſiæ Collegium Epiſcopale, quod eodem college deligendi cuiuſq; iure ſubnixũ eſt. Ex Pontificio Innoc 3.reſcripto, Propoſuit, De conceſſ. præben. Sicuti & in Bellocaſſiorum phano maximo, ſacræ dignitates adiudicantur iuſtis ſacetdotum comitiis. Cap. Auditis, De elect. Cuius ad Eccleſiæ Præſulem idem ſcripſit Innoc. Cap. cùm in iure. De offic. deleg. & Cap. in noſtra, De ſepult. Quinetiam Romuleæ vrbis conditor, cui ſola Naturæ ſcintilla prælucebat, de Sacerdotibus legem tulit, cooptari non modò eos à ſuis curiis tributim, ſed & cooptationem ita demùm ratam haberi, ſi ab Augurum Collegio cõprobaretur. Halycarnaſſ.li.2. Qualem dehinc Chriſtiani ſacræ cõfirmationis ritum ex S. Oraculis vſurparunt, in maiorib. præſertim Eccleſ. Præfecturis.

De Canonicatibus & præbendis in Eccleſia Cathedrali.

De Cameracenſis Eccleſiæ Capitulo.

Baiocenſis Normannorum Eccleſiæ maioris Dignitates ſacræ.

Romulus, in conſtituenda Romæ Politia.

Ex ſacris Scripturis & Eccleſiaſticorum Patrum Annalibus ſumpta conſuetudo confirmandarum ſacrarum Electionum.

DISSEREBAT, econtrà, Claromontanæ Eccleſiæ Sodalitium, ex 5
vſu publico fuiſſe, priſcas Electionum huiuſmodi formulas aliqua ex parte mutari, ad tollendum ſimul & Candidatorum ambitum, & emptitia aut emendicata Canonicorum ſuffragia. Nouum non eſſe, vt ſingularis Canonicus, mandáte vices ſuas Collegio, exequatur commune negotium. Ex Panorm. in Cap. quia propter, in ver. reliquis viris qui vice Capituli de Elect. Nil enim vetat, quo minùs vnum ad aliquem transferatur ſacerdotij dandi ius, quod Eccleſiaſt. cuidam familiæ cõpeteret. Abb. in Cap. ſcriptum De Elect. Notat. in Cap. ſi cõpromiſſarius Eod. Tit. Apud Bonifacium.8.Lib.6. Decretalium. Nec abſimili ratione cenſuit Innocent.3.P.P. liberam ſolutámq; in Sacerdotiis optionem, qua vtebatur Societas & Canonici Ædis Tholoſanæ, ab vno rectè exerceri, Cap. in cauſis De Elect. Imò & collegam vnum Ordinis decreto poſſe certos ſpecialéſque ſuffragatores conſtituere aſſerit idem Innocent. Cap. cùm in iure peritus De Elect. Vbi nominatim de Baiocenſi Normanicę oræ decanatu. Sic Ludou. Romano placuit, initam electionem ab vno è ſacra Familia, ab omnib. factam videri. Reſponſo 116. Ex hinc ſumpta eſt Pontificiæ legis regula, quo auctore a auſpiceq; conflatum ſit aliquid, eo ab vno perfectum illud exiſtimari. Cap. ij. qui auctoritate Apoſtolica. De præbend. In.6. Haud aliter Iulij Pauli reſponſo cautum eſt, ſi decuriones ſtatuerint actionem per eum mouẽdam, quẽ Duumuiri eligerent, hunc quaſi ab ordine electũ, ritè deinceps experiti. Parui enim referre, ipſe ordo eligat, an is cui ordo negotium dedit.

Ita Sueſſionem. Eccleſiæ Statuto capitulari, An 1101 Die 2 Iulij partitio facta fuit inter Canonicos beneficiorum præſentationis & col at o- ois Capituli in tres partes æquales: Eo modo, vt vnus canonicus cuiuſque earum partium quolibet menſe per turnum conferre deberet, cũ autem Canonici omnes coniunctim & confuſim.

Capitulum maioris Eccleſiæ Tholoſanæ.

Ludouici Romani Conſilium. 116.
Ea dicimur facere, quibus auctoritatem & adprobationem impertimur.

dedit. L. Item eorum. §. si decuriones D. Quod cuiusque vniuersit. Quò vergit & illud Papiniani lib. 19. Quæstion. in l. vnum ex familia. §. 1. ɷ. De legat. 2. Ob id quoque Bartolo visum, semel consumptam Ædilitio Vrbis mandato optionem retractari à mandatario ipso non posse, tanquam ab Ædilibus ministerio alieno peractam & expeditam. In l. 2. ɷ. De opt. legat. Et in l. omnes populi ɷ. De Iustit. & iur. Quod autem Decurionum ordo semel decreuerit, rescindi non oportet: nisi ad publicam vtilitatem rescissio prioris decreti respiciat. Vt Diuus Hadrianus Nicomedensibus rescripsit.

Quando quis habet electionem alieno iure, non suo, vt pote procurator Scabinorum vrbis, electione ab eo semel facta, non potest amplius variare.

L. penult. ɷ. de Decret. ab ord. facien.

6 PATRES Parisien. rem tantam miserunt in consilium Kalend. Maiis. 1561. nec diu post rectè appellatum pronunciarunt, Arest. 14. Cal. Maias An. 1562. aduersus priuatam illam ac domesticam constitutionem Sodalitij canonicorum Claromontani, quam tamen summus Pontifex Diplomate comprobarat. Atque isthîc obiter de Gergouia, Aruernorum oppido illo, ne supprimantur quæ pertinent ad Rempub. Ecclesiasticam, docemur sacris Annalibus, Vrbanum Roman. Antistitem è Claromonte totum Christianum orbem fuisse allocutum, indictis huc antea vniuersi Christiani nominis Comitiis: vt mores sacerdotum à prisca sanctitate degenerantes restitueret in integrum, Ecclesiæquè disciplinam instauraret. Philippo. 1. Gallis imperante. Qua de Synodo, Guibertus ita ad Lysiardum Suessionum Præsulem, *Annus* (infit) *incarnati Verbi.* 1097. *properabat euolui, cùm Papa valde frequens accelerauit euocare Concilium: cui tandem in vrbe Aruernica scholasticissimo omnium Præsulum Sidonio gloriosa dedit locum, cui tamen immutatæ Claromonti constat esse vocabulum. Quod fuit tantò celebrius, quantò excellentis & vsitatæ personæ ora cernere, verba audire, erat desiderabilius. Illic præter Episcoporum & Abbatum examina, quos circiter quadringentos per prominentes ferulas fuisse aliqui numerauerant, totius Franciæ & appendicium Comitatuum literatura confluxit.* (In Hist. Hierosolymitana manuscripta). Ibidem promulgati sunt Synodici Canones, quorum vnum retulit in Decretorum syluam Gratianus, Can. Nullus Episcopus. 60. Distinct. & Can. Congregato apud Claremontem vrbem multorum coëpiscoporum synodali conuentu 16. Quæst. vlt. Aruernensi item Concilio subscripsisse fertur Gallus Aruernorum antistes, Theodoberto Francorum rege. Præiecti autem pontificis Claromont. meminit in Chronico Sigebertus. Claromontanis dehinc Aruerniæ Præsulibus rescripsisse vicissim Romani Antistites, Cælestinus. 3. Cap. 3. Quæsiuit quæ fiunt à maior. part. capit. Alexand. 3. Cap. in literis. De raptor. Ac Innocentius 3., Cap. in nostra. de sepult.

Appoincté au Conseil Die. 1. Maij. 1561. Iudicatum a Curia Die. 18. April. 1562 super statuto Capituli Claromontani Aruerniæ.

Pontifex ad Claromontem Asiatico bello ad recuperandas Hierosolymas nomen dantibus, dextro humero rubra cruce obsignato, cœlestis vitæ præmia promittebat.

En tibi genuina scriptoris ipsius Historici phrasis, cuius ne voculam quidem mutandam censui, quòd sua & priscæ ætati cõstiterit eloquentia, & sermonis genus hoc plus nescio quo pacto videatur habere grauitatis.

Claromontani Concilij canon.

7 VERVM, vt eò reuertatur vnde discessit oratio, Principis munus est heroicum istud, * καὶ βασιλικώτατον, solennes sacrarum electionum formulas in vsu reuocare, prouocato ad id Regio magistratu abusus nomine, factóque à Patribus S. Consulto abrogante nouam

* & summè regium.

facrarum Familiarum confuetudinem, aut corruptelam potiùs, antiquæ expultricem difciplinæ. Id caufæ eft, cur Agennenfis Ecclefię Canonicatus quidam iamdudum fufpenfus teneatur forenfi cótrouerfia, quæ à Nobis longo fermone difceptata eft apud Confcriptos Curiæ Parifien. In publicis caufatum Actionibus. 14. Kalend. Februa. An. 1574. Mario aduerfæ partis caufidico. In hac enim fori quæftione intédebat Villerius Pauli Marquionis competitor, facra munera pontificalis huiufce Collegij canonicorum, in Marquionem conferri non debuiffe, nifi totius electione Sodalitij, ac de communi Sodalium Ecclefiæ fententia: more fcilicet veteri eius *Capituli* repetito. Nam haud ita pridem huic cótraria inita eft Conuentio ab Agennenfi Garitum Epifcopo, cum Societate canonicorum Cathedralis bafilicæ de Canonicatu & præbendo, quodcumque poffeffotem amiferit, in hunc modum erogando. *Item & pariter ftatuerunt & ordinauerunt, quòd loco nominationum & electionum Canonicatuum & Præbendarum eiufdem Ecclefiæ, collationes & prouifiones eorumdem fiendæ diuidantur & fiant per feptimanas inter eos diuidendas & afsignandas. Videlicet quòd Epifcopus Agennenfis & eius fucceffores habebũt duas feptimanas integras & continuas pro quolibet turno, & ipfis finitis quilibet Canonicorum habebit vnam feptimanam, fecundum eorum ordinem, & gradum vfque ad finem turni: Et fic dicto turno finito & completo, idem reuerendus Epifcopus reincipiet alias duas feptimanas, & quilibet ipforum Canonicorum eius feptimanam: Et hunc ordinem, fic vt fupra, inter eos perpetuò durare & feruari voluerunt & ordinauerunt Canonici Agennenfes &c.* 13. Kal. Sextiles. 1542. Nouam hanc pactionem comprobauit Paulus. 3. P. M. Bullatis tabulis. 4. Nonas Octobr. eod. Anno. Huic porrò Agenni Galliarum Ecclefiæ præfuit Phœbadius quondam, eximiæ Antiftes eruditionis, D. Hieronymi coætaneus: cuius etiam in Arrianos Liber circumfertur. De eo B. Hieronymus, in Catalogo Scriptorum Ecclefiafticorum.

Cathedralis Ecclefia d'Agen, en Gafcongne.

Arreftum Die. 19. Ianuar. 1574. quo lis definita quidem non eft, fed ad Confiliarios Curiæ libellis fupplicibus præfectos palatinos relegata.

Garites, Agenoenfis regio apud Aquitanos.

Statutum, feu Concordatum Capituli Agenoenfis Ecclefiæ cum fuo Epifcopo, Die. 20. Iulij, cum Bulla Pontificia illud confirmante, Die. 4. Octob Ao. 1542.

Phœbadius feu Sœbadius Agenni Galliarum Epifcopus, cótra Arrianos librum edidit.

NE AVTEM deprauatum hodie miremur Agennenfis Sacerdotij in eo ftatum, faciunt complura alia Aquitaniæ delubra, quotum fymmiftæ ad eundem impegêre lapidem: vt antiquato fanctiorum electionum ritu, Canonicus quifque viciffim fiduciarias præftet Collegij operas in beneficiis Ecclefiæ conferendis. Eo in genere eft Santonum Epifcopale phanum, Angolifmenfe, Pictonicum, Santoflorianum, Petragoricenfe. Quæ animo meditantem fubit me interim recordatio Saluiani cenfuræ in motes Aquitanorum. Lib. 7. De prouidentia Dei, in hæc ferè verba. Aquitani fpiritalia Dei munera poffederunt, & tamen priores in vitiis partes tenuêre. Tota enim Gallia, vt opibus fuerunt fuperiores, ita flagitiis. Nufquàm enim improbior voluptas, nufquam inquinatior vita, nufquã corruptior difciplina. Nec tamen in Celtica, feu Belgarum Ecclefia defunt etiamdum matrices Ædes facræ, eadẽ illa dandi Sacerdotij vtẽtes confuetudine, prifcarum electionũ derogatoria: Quippe quùm 8

Ecclefiæ d'Agen, Xainctes, Angoumois, Poictou, S. Flour, Perigueux.

Ibidem Saluianus, Aquitani (ait) populi medullam ferè omniũ Galliarum, & vber totius fœcunditatis habent, nec folùm fœcunditatis, fed quæ præponi interdum fœcunditati folent, voluptatis, iucunditatis, pulchritudinis.

variis in Templis haud pontifices quidem ipsi, sed pontificale Collegium sibi vindicet præbendorum donationem. Rotæ Romanæ Decis. 67. In nouis. Eiusmodi habentur Lugdunensis, Cathalaunica, Lingonum, Cabilonensis, Heduorum principes Ecclesiæ, quarum communem eligendi seu conferendi morem percenset Honorius. 3. P. P. Decretali Epistola, Ex parte Episcopi Heduensis De constitut. Idémque iuris speciatim Cabilonensi illi attributum est à Vido Ioynuilla Episcopo decessorúmque ipsius quorumdam cessione, qui votiua in Syriam profectione suscepta, Episcopali collegio transcripserũt canonicatuum collationem. Sub annum 1180. Id quod auctor est wasburgius Vertoduni archydiaconus, Antiquitatum Galliæ Belgicæ lib. 4.

Cathedrales Ecclesiæ de *Lion*, *Chaalons*, *Langres*, *Chalon*, & *Austun*.
Ad Cathalaunensem Episcopum Ebalum scripsit D. Bernardus Epist. 58. De Cabilonensi autem Præsule, Innocentius. 3. Cap. licet De Accusat.
Richard. *VVasbourg*. Archydiac. *de Verdun*.

9 SECVNDVM quæ, pendet in Foro appellationis controuersia, interposita à *Statuto* Ecclesiastici Lemouicum Collegij maximi: Quasi abusiuè conditum esset de præbendorum, sacrarúmque erogatione dignitatum. Has enim contendit Episcopus distribui ab eo Sodalitio non debere ex formula Constitutionis eiusdem ita scripta. *Quòd canonicatuum & præbendarum eiusdem nostræ Lemouicensis Ecclesiæ, quarum electio ad nos Decanum, Canonicos, & Capitulum, qui eligendo conferebamus, communiter spectare consueuerat, collatio & prouisio, quoties in posterum vacabunt, ad Canonicum existentem in Aquila chori Ecclesiæ ad beneficia conferenda tempore vacationis eorumdem Canonicatuum & præbendarum pleno & ordinario iure deinceps spectabit & pertinebit. Demptis tamen dignitatibus in dicta nostra Ecclesia, Decanali, Cantorali, & Archydiaconali, cum illarum annexis, quæ quidem dignitates ad communem nostram electionem, vt priùs consueuerant, pertinebunt.* 11. Kal. Iunias An. 1550. Cuiusmodi sacrorum Sodalium Constitutio recepta est vtique Pontificiis Iulij. 3. codicillis postridie Idus Iunias Pontificatus An. 1. Sed ab eadem Parisiorum Senatum appellauit Episcopus Lemouicensis, eiúsque beneficiarius nomine Benedictus, contra Ecclesiasticum illud Collegium, & Iohannem Vexierium, priuatum Sacerdotij competitorem: Boutino, Senatore regio huius litis enarratore. Declarat equidem Innocentij. 3. Rescriptum vetus, sacram Lemouicum Familiam deligere Canonicos consueuisse, eósque in collegarum fratrúmque cõsortium assumere: ea demùm renuente, vacuos Canonicatus donatos fuisse à Purpurato Romano in Franciam Legato, qui Lemouicensem insuper Ecclesiam, dictis Clero legibus, ordinarit. Cap. proposuit D. Cleric. excommun. minist.

Statutum Capituli Lemouicensis Ecclesiæ, Die. 22, Maij, cõfirmatum Bulla Apostolica, Die. 14. Iunij Ano. 1550. A quo tanquam abusiuo Episcopus *de Limoges, & le particulier pourueu par luy ont appellé comme d'abus en Parlement.*
Canonialis & Cathedralis Ecclesia *de Limoges*.
Rom. Ecclesiæ Cardinalis, legatus.

10 HÆC DE sacris. Sodalitiis, quæ veterem solennis electionis ritum abrogarunt in dispensandis Ecclesiæ beneficiis, statuta ab iis in cõtrarium domestica Lege: Cedò nunc, quid si Rom. Pont. talia dederit Sacerdotia, ius nè itidem erit, à Diplomatica ista collatione prouocare ad supremas Galliæ Curias? quasi illa abusus sit sacri muneris cãdidatus ad piorum Canonum euersionẽ? Prouocationi locum esse censeo, & Pontificiis id genus collationibus peræquè

A Statutis Capitulorum canonialium, electiones in beneficiis quibusdam interuertentium, transitus ad Apostolicas prouisiones electiuorum beneficiorum, quę ex speciali priuilegio per electionem attribui debuerant.
Collegiata Ecclesia S. Marcelli, lez *Paris*.

An Papa per preuentionem iure conferat beneficia electiua, quæ non sunt abbatiæ, nec Episcopatus.

districtas electionum regulas accommodari. Ex Placitis Basiliensis Conuentus ecclesiast. in Cap. 2. De Election. Quod tamen ciuiliter acceptum volumus de sacerdotiis ac dignitatibus Ecclesiæ, quæ speciali iure eligendi præditæ sint. Vt Amplissimus Ordo nuper iudicauit de Marcellei templi Decanatu, Lutetiæ suburbani, de quo Nos infrà. Ac dicitur quidem Rom. Pontifex liberam, nullísque legum vinculis adstrictam habere sacrorum beneficiorum dispositionem, nec cum omnibus tantùm ordinariis collatoribus concurrere, sed eos quoque anteuertere, sacrum munus vacuum erogando. Vt sanxit Innocent. 3. P. P. Cap. 4. De conceß. præben. Concedimus rursum, Apost. Sedis Præsulem legibus solutum esse *electiuorum*, quæ vocant, sacerdotiorum: Vt asserit Panormit. in Cap. 1. De elect. Hinc etiam Pontif. Max. licere, Ecclesiasticas dignitates præuentione conferre, tametsi liberis Collegiorum sententiis addictas. Cap. 1. §. Nec tamen De collat. in Pragm. Sanct. & Cap. Quanquam De elect. in 6. cum eius glossemate. Nec diffitemur, eandem in partem trahi posse Clementis. 5. Constitutionem in Concilio Viennensi editam An. 1311. Cap. 1. De Præben. Ex qua elicitur, Pontificios codicillos valere, electionum derogatorios. Vt taceam interim luculentam de eo Iohannis Seluæ disputationem in. 2. parte Tractat. benefic. Quæst. 1.

Clemens. 5. P. P. Viennæ in Allobrogibus coacto Concilio 1311. Pontificum, multa de eorum sententia sanctè constituit, & memoriam Petri *de Murrone*, qui Cælestinus in Pontif. Max. fuerat, sacrauit.

A prouisionis Apostolicæ beneficij executione appellatur tanquam ab abusu ad regias Franciæ Curias summas, si contra sanctos canones & decreta beneficiatus illam impetrarit.

PROBABILIVS tamen est, specialem eligendi libertatem in- 11
fringi non debere Pontificia concessione benefica, nec disciplinam ecclesiasticam temere labefactandam. Argum. §. Per præmissa De regia ad prælat. nominat. In Concord. Huiúsque admissi coerctio petitur in Senatoriis nostri Principis tribunalibus, cuius imprimis est suscipere gereréque patrocinium rei Ecclesiasticæ componendæ. Tit. De collation. & Tit. De reseruat. In Prag. Sanct. Constat enim, ritum hunc in ipsis adeò Christianæ Reipub. auspiciis custoditum, vt nemo ad Ecclesiæ ministerium adscisceretur, nisi & publicè de moribus inquisitione habita, & Cleri assensu consiliόve requisito. Quam nos consuetudinem erutam ex obscurissimis tenebris vetustatis, & à prima Christianorum memoria, digessimus seriatim Lib. 2. nostri Operis DE PATRIMONIO FISCI GALLICI, TIT. DE REGIA AD SACRAS PRÆFECTVRAS NOMINATIONE. Ne rem hoc loco retexere cogamur è variis S. Patrum monumentis. Tantum igitur Christianarum electionũ dogma, quod cœlesti Philosophia partum est, œcumenicis Synodis probatum, regiísque innouatum Edictis, licebítne vna conuellere Pontificia chartula? Non licere iudicatum est in Regio Prætorio (Cui Poyetus præsidebat Galliæ Iurispræfectus) nec Pontificiis tabulis erogari posse electiuos huiusmodi Templorum Decanatus. Aresto. 5. Idus Ianuar. An. 1539. Cui aulico Decreto causam dedit Meldorum Decanatus controuersus.

Iudicium arcani & Intimi Consilij Franciæ regis, Die. 9. Ianuar. An. 1539 cui Poietus Regni Cancellarius præerat.

Doyenné de l'Eglise de Meaux.

CVRIA pariter Lutetiana, ad quam deuolutũ erat ex appellatione 12
abusus ergò simile negotiũ, decreuit Pontificia auctoritate abusum fuisse

fuisse eum, qui Decanatum phani Marcelli Parisien. impetrarat à Rom. Præsule, Collegij nempe suffragationi merè obnoxium. Arestis Curiæ circa Natalitia Christi An. 1563. secundùm Franc. Curtium, qui appellantis partibus fungebatur, aduersus Ianum Sauarium Pontificis summi beneficiarium. Thuano protopræside tunc conspicua in purpura recitante. Meritò hercle, quùm singulari electionum priuilegio niterentur Canonici Ædis Marcelli, quod speciatim reseruatum est Placitis Bononiensibus Regiis ac Pontificiis Ann. 1516. De eo B. Marcelli Collegio Parisien. Henricus Bohicus nuncupatim ad Cap. Cùm in cunctis De Elect. Demus, item, Cathedralium templorũ Decanatus *electiuos* Pótificiæ subiici occupationi conferendorum sacerdotiorũ, quam & sibi ipse generatim recepit Romanus Episcopus §. Declarantes De Mandat. Apostol. In Concord. Admittamus etiam, Romanæ Sedis præuentionem hanc ad *electiua* quoque sacerdotia pertinere, quæ regiæ nominationi adscripta non sint. Teste Rebuffo in cit. §. per præmissa. Alia tamen causa est Decanorum Episcopalis, alia inferioris Collegij ecclesiastici. Illi enim suæ Ecclesiæ sodalitio præfecti verè non censentur, sed tanquam Episcopali Senatui purè præponitur ipse Episcopus. Hi autem vulgò iurisdictioni præsunt in Collegia illa minora, quorum primores existunt, vtpote Lituo non insignita. Quemadmodùm Pontificiæ legis Consulti subnotarunt in Cap. cùm ab ecclesiarum De offic. ordin. Et Celestinus. 3. P.P. Cap. ex parte vestra De Cleric. non residen. In vet. Ecclesiæ vestræ Decanus Et in vet. Eligendi alium, qui præesse Ecclesiæ vestræ valeat, vobis concedimus liberam facultatem. Eámque iuris dicundi prærogatiuam Decanis penè omnibus familiarem esse in Gallia, refert Hostiensis in cap. Dilectis filiis De appellat. & Guimerius in ver. Decanus. Tit. Quomodo diuin. offic. sit celebrandum In Pragmat. Francorum Sanctione. Proin Fani Quiriaci decanus, apud Agendicum Briæ oppidum, fertur iuridicam olim exercuisse potestatem Senonum Archiepiscopi vice, quæ non nisi sacra dignitate prædito committi solet ac debet. Auctore Innocentio. 3. P. P. in Cap. significauit. De conuers. coniugat. & Bonifacio. 8. in Cap. Statutum De rescript. lib. 6. Decretal. Epist. Parisiis certè fecit Hierarchica illa Politīa in deligendis, tum diligendis colendísque Sacri Collegij primoribus (de quibus suprà) vt Fortunatus Rauennas Pictonum Episcopus ornarit Lutetianum Clerum Encomiastico hoc carmine, quod è metrico illius Libro desumpsimus, Chilperici & Clotharij. 2. Regum temporibus manuscripto.

Decretum Curiæ Parisien. de Collegiatæ Ecclesiæ S. Marcelli ad Parisios, Decanatu litigioso. Die 23 Dec. 1563.

Rex Gallus in vim Concordatorum beneficialium vtitur tãtùm sua nominatione in electiuis beneficiis, in quibus antea electionis forma Cap. Quia propter De Elect. seruabatur. Putà in Episcopatibus, Abbatiis & maioribus Prioratibus Conuentualibus ac similibus, non autem in aliis, vt in decanatibus ecclesiarũ collegiatarum, licet aliquãdo electiuis. §. Monasteriis De regia ad Prælat. nominat.

Panormit. in Cap. ex parte De cleric. non resident. *tient que* Capitulum non potest citare Prælatum, id est Decanum absque licentia superioris, id est, Episcopi aut Archiepiscopi. *Lequel* C *ap.* ex parte t parte de Decano qui præest Ecclesiæ suæ.

Idem Panormit. in Cap. cum inter vniuersas, De elect. *dict*, quòd Decanus in Ciuitate tanquam honorabilior de Capitulo habet iurisdictionem, & primum locũ in Capitulo & Choro, *qui est aussi l'opinion* Archidiaconi loquentis de Ecclesiis cathedralibus Franciæ.

Concilij Tridentini Sess. 24. sub Pio 4. Pontif. celebrata die xj. Nouemb. 1563. Cap. 5. Decreti De Reformatione Archidiaconi & Decani, & alij inferiores in iis Ecclesiis, vbi hactenus visitationem exercere legitimè consueuerunt, debent assumpto Notario, de consensu Episcopi, deinceps per seipsos tantùm ibidem visitare. Visitatores etiam à Capitulo deputandi, vbi Capitulum ius visitandi habet prius ab Episcopo adprobentur. Collegiata Ecclesia S. Quiriaci *de Prouins en Brie.*

Celsa Parisiaci Cleri reuerentia pollens
Ecclesiæ genius, gloria, munus, honor.

Sacra Poesis Fortunati Itali, de quo obiter Platina vnum hoc

memorat, Gallos ab eo ad mitiorem cultũ traductos scriptis ac exemplo, & ad Sigibertũ eorum regem Libellum de gubernando Regno perscriptum, vitámque D.Martini eleganter ab ipso exaratam: Plat.in Iohan.3.Pontif.

Carmine Dauidico diuina Poëmata pangens
Cursibus assiduis dulce reuoluit opus.
Inde Sacerdotes, Leuiticus hinc micat ordo.
Illos canities, hos stola pulchra tegit.
Illi iam senio, sed & hi bene vestibus albent,
Vt placeat summo picta corona Deo.
In medio sedet Antistes Germanus honore,
Qui regit hinc iuuenes, subregit inde senes.
Sub duce Germano fœlix exercitus hic est,
Moyses tende manus, & tua castra iuues.

Qva velut in tabula spectare liceat vberem sanctorum Canonum fructum, qui melioribus facti annis, in ordinatione Clericorum inualuêre quondam: vt iis simul & regulis vita sacerdotum dirigeretur, & Patrum præscriptis posteri formarentur. Quùm autem aduersus hosce Canones Pontificiis rescriptis abuteretur sensim inferior ætas, Galli Monarchæ, prætorésque Regij cœperunt eum abusum Canonicæquè doctrinæ neglectum ciuili imperio vindicare: ne cui in Ecclesiasticam disciplinam Ecclesiæ primati fas esset moliri quidpiam intra Francicæ Ditionis pomœria, aut alioquin districtè reuocaretur mos Hierarchiæ vetustioris. Ac illius quidem auctoritatis libertatísque Francicæ vestigia cernimus identidem in summis nostrorum Regum tribunalibus, cùm ad ea prouocatio fit ab executione Pontificiorum diplomatum ceu abusiuè suscepta, siue à petitoribus circumuenta Romani Pastoris religione. Putà in magno regis Consilio agitatum est Interdictum Vti possidetis de Fani Florentij decanatu Royensi Veromanduorum. Qua in controuersia, litigatorum alter prouocauit incidenter à Pontificia eius Sacerdotij donatione ceu ab abusu, ad Senatum eundem Prætorianum. Mouebatur hac ratione, quòd Royensis Collegij Decurio legi designaríque assueuisset iustis Canonicorum comitiis. Quippe qui in Ecclesiæ suæ Chorum Præfectura quadam fultus sit iurisque dicundi potestate, & in Royenses parœcos omnes curatione animarum. Vt liquet ex honoraria arbitrorum Sententia inter Richardum Ambianorum Præsulem, & Royenses canonicos, lata Mense Januar. An. 1205. quam sequenti etiam Pacto vtrinque illi confirmarunt. Iunio Mense An. 1235. Proinde sacri Collegij Primatus haud alij attribui solitus est, quàm collegarum omnium lecto suffragiis, non autem vnius Rescripto Pontificis ambitiosiùs exquisito. Talem enim primi Christi Legati ritum seruarunt, quorũ exemplum præcepti vice nobis esse debet. D. Lucas memoriæ prodidit, Apostolos communi calculo septem allegisse Diacones, quibus post solennem precationem, adstante populi corona, manus imposuerunt. Actorum Cap. 6. Idem testatur, cooptationi Barnabæ & Sauli (quæ facta est Antiochiæ) manuum impositionem adhibitam. Is quoque Presbyteros asserit, oppidatim à Paulo & Barnaba constitutos, 13

Ecclesia collegiata *de S Florentin de Roye* in Picardia. Quam fundauit simul & Ecclesiam S. Quintini Hildebranta Veromandui Comitis Heberti coniunx. Illa Ecclesia S. Florentij exercet apud Royam iura Episcopalia. *Mesmes la saincte Huyle tous les ans qui luy est enuoyee par ledit Euesque, il la reçoit processionalement à Pasques, pour la distribuer* toto ac tanquam Episcopi in sua diœcesi. *Et encore ledit Chapitre a iurisdiction temporelle en certains endroicts de la ville de Roye, comme en leurs Cloistres & maisons Canoniales &c.*

Ex antiquis Titulis & Aresto Curiæ, contra Episcopum *d'Amiens*.

Apostoli.

stitutos, re diuina peracta ieiunióque celebrato. Exhinc colligunt multi, suffragio populi creatos fuisse: quòd Græca dictio, χειροτονεῖν, qua vsus est Lucas, non simpliciter creare significet, at suffragantis populi consensu duntaxat, qui manuum eleuatione significetur. Vtcunque sit, Eusebius tradit, Apostolos omnes, Discipulósque CHRISTI DEI, mortuo Iacobo Episcopo, variis ex locis in vnum côuenisse, & communicato consilio Symeoni fasces detulisse Pontificatus. Huc redit Antiocheni Concilij (quod congregatum fuit An. 340.) Canon Episcopo. 8. Quæst. 1. Toletanæ Synodi. Can. qui in aliquo 51. Distinct. Item Constantinopolitanæ, An. 867. Ac Lateranensis coactæ An. 1205. Cap. Ne pro defectu. De Elect. Nec dissimilem omnino Sacerdotum electioné apud Romanos Ethnicos recenset M. Tullius in 2. Orat. de lege Agraria, contra Rullum. Itaque decanus electus à Royensi Canonicorum Collegio non temere videtur Regios iudices appellasse à Pontificia in alium collatione Decanatus. Nam & Royense delubrum à Regibus fundatum est, & canonicum electionis ius in Royensi Clero sancitum vetustissimis Sententiis Curiæ Parisien. Quibus nempe adprobata sit Royensis Capituli transactio cum Pontifice Ambianorum de libera noui Decani cooptatione, capitibúsque aliis controuersis: Saluo eo, vt diœcesanus Ambianorum Episcopus electum Decanum maturè confirmaret.

Ecclesia fundata à Comitibus *de Vermadou*, quorum successores sunt Franci reges.

14 IMPETRANS igitur *electiui* huius Decanatus codicillos à Pontifice Max. abuti videtur benignitate Sanctæ Sedis in contemptum Regiorum Curiæ decretorum, profanæquè in perniciem fundationis supradictæ. Sicuti etiam Nos ex facto consulti respódimus, cum aliis Curiæ patronis quibusdam. 15. Kal. Maias. An. 1576. Quo temporis puncto litigabant inuicem Leo Lepotus, & N. Colessonius in Prætoriano Consilio de Royensi decanatu. Prisci autem de eo decreti formulam isthîc subiunximus. *Philippus D. G. Francorum Rex vniuersis &c. Notum facimus, quòd cùm Procurator noster dudum in Parlamento conquestus fuisset de & super pluribus casibus nouitatis, in quibus asserebat Episcopum Ambianensem impedire Decanum & Capitulum S. Florentij de Roya in certis possessionibus & saisinis, dictos casus per ordinem proponendo. Tandémque per Arestum dictum fuit, quòd dictus Episcopus in dicto Parlamẽto super dictis casibus Iurisdictionem spiritualem cernentibus respondere minimè tenebatur, exceptis solùm duobus articulis, videlicet articulo faciente mentionem de homagio seu fidelitatis iuramento, ad quæ sibi facienda idem Episcopus dictum Decanum compellere nitebatur: Item alio articulo faciente mentionem de subsidio eidem Episcopo per Sed. Apostol. concesso, habendo & tenendo super suis iustitialibus & subditis. Demùm inter dictum Episcopum pro vna parte, & Procuratorem nostrum pro nobis, & dictos Decanum & Capitulum ex altera, inter alia tractata pro bono pacis de licentia Curiæ nostræ extitit concordatum, in modum qui sequitur. Videlicet quòd Decanus electus confirmabitur per dictum Episcopum, & ab eo recipiet curam, iurabitque eidem Episcopo obedientiam in his quæ*

Quando in præiudicium laicalis fundationis beneficiorum aliquid attentatur à Prælatis eorum collatoribus, tunc ab his attentatis appellari potest, *comme d'abus*.

Die 17. April. An 1576 *Les Chanoines de Roye & le Chapitre ont leurs causes commises aux Requestes du Palais par Arrest donné enuiron l'an 1581. plaidans Talon pour eux, & Brisson le contre.*

Arestum Curiæ, Concordata litigantium omologans, *Concordatum in Curia*, à Practicis vulgò dictum. Die 19. Februar. An. 1346.

concernunt curam, & compositiones seruare. Item quòd dictus Episcopus prædictum ius hac vice remittet Ecclesiæ Royæ, & supersedebit ob honorem & contemplationem Domini Regis. Ita tamen, quòd per præsens pactum non generetur Domino Regi præiudicium, quin habeat iuramentum fidelitatis à Decano, in iis quæ concernunt temporalitatem, & pari forma quòd per dictam remissionem, quantum ad subsidium, neutri parti etiam præiudiciũ generetur. Parisiis in Parlamento nostro, &c. 11. Kalend. Martias. An. 1346. Prædictis etiam congruè aptatur vetus de electione controuersia Præfecti Ædis Siclinienſ. ad Betunam Atrebatum vrbem, inter Collegium Siclinien. Ecclesiæ, & Heroidem Philippi Flandriæ Comitis viduam. Hæc enim ius nominandi Ecclesiæ Præpositi sibi arrogabat: Capitulum, contrà, suo Canonicorum iudicio suffragiísque vendicabat eam Templi Præposituram. Itaque eius litis cognitionem Roman. Pontifex delegauit Atrebati, Neruiorum, & Morinorum Episcopis. Rescripto, quod solùm comperias in Lib. Antiquæ Collectionis Decretalium Epist. (cap. 1. De re iudic.) qui typis mandatus est paucos abhinc annos.

Episcopi Arthesiæ, Tornaci, & Terouennæ iudices delegati, *touchant la Preuosté de l'Eglise Collegiale Seclinien pres Betune, en Artois*, inter Capitulum, & Viduam doariam Comitis Flandriæ.

15 PRINCIPIS Senatus non modò appellatur abusus nomine, quùm *electiua* Sacerdotia, de quibus actum, concessa sint à Romano Pontifice, verùm etsi in electionis negotio discessum à præscriptis lege formulis. Qua de re Nos pridem longa oratione disseruimus in Curia Parisien. pro Collegio canonicorum Ædis Vedasti, apud Suessionas. Vacante eius fani Decanatu, sacri Sodales in locum Comitiorum vnà secesserant, vt nouum Decanum in mortui vicem sublegerent more institutóque maiorum. Blasius Montuellus plurimorum sententiis allegitur ad eam Collegij Præfecturam. Hinc Anthonius Duensis prouocat ad Ordinem Clariss. quasi abusiuè decreta Montuelli cooptatione ad hoc genus Ecclesiasticæ dignitatis. Intendit enim, sacros omnes Collegas, qui degebant in Prouincia, vocari ad comitia hæc debuisse. Vt sanxit Innocétius. 3. P.P. Cap. Coram de Elect. Alioquin vulgò iactatur, electioni magis obesse vnius contemptum absentis, quàm præsentium multorum intercessionem & contradictionem. Cap. Bonæ Eod. Tit. Infirmatur enim ob eam causam electio, quanquam aliàs ritè, & complurium assensu celebrata: nisi fortè is, qui spretus proponitur, ratum postea habuerit, quòd ita gestum sit. Cap. quod sicut. De Elect. Huic rursum electioni opponebatur aliorum omissio solennium, quæ & Basiliensis Conuentus Patres statuerunt sanctissimè, & statuta Francici reges comprobarunt. Tit. De Election. In Pragmat. Sanct. Nos, contrà, forensi Actione, ad id muneris cooptatum hunc rectè videri, in quem πολλοὶ κἀγαθοί, id est, maior meliórque pars Canonicorum consenserit, post communicationem deliberationémque mutuam, quæ in ipsis Comitiis solennè sequitur suffragiorum perscrutationem. Id ipsum à veteribus, dirimere suffragia, dicebatur. Non enim sententiæ singulorum & calculi numerantur istic, velut

Ecclesia collegiata *de S. V. apres de Soissons.*

Cõcilium Basiliense, An. 1434.

Dirimere sententias vel suffragia.

velut ex vrna, ſed etiam ponderantur: iſque potior habetur interdum, quem pars grauior ac melior Eccleſiæ miniſterio deſtinarit. Reſcripto Gregorij.9.De Elect. Cap. In Geneſi,& Honorij. 3. cap. Eccleſia veſtra.Eod.tit. Nec enim vincit ſuffragatorum numerus, ſi aliqua in meritis Candidatorum,aut eligentium affectu,cæteriſque huiuſmodi inæqualitas appareat: ad quam demonſtrandam admittitur is qui contra numerum pugnat, niſi competitor duarum partium Collegij puncta tulerit. Vt Concilio Lugdunenſi caurum eſt, ſub Gregorio. 10. P. M. Cap. Si quando De elect. Lib. 6. Decretal. Epiſtol. Addebam his, ſi quod electioni vitium ſubeſſet, appellandum fuiſſe tum potiùs ſuperiorem Antiſtitem, quaſi nulla ac irrita foret electio, quàm Regios profanóſque magiſtratus: Cùm Eccleſiaſtici negotij cognitio arbitriúmque ſolis competeret Eccleſiæ proceribus diuina Lege. Nihilo ſecius Conſcripti Curiæ electioné abuſiuè factam pronuntiarunt. Decreto.5. Idus Decemb. An.1572. Ramato,appellantis: Nobis, contrà, ſacri Sodalitij cauſam orantibus. In forenſi Volumine cauſarum Veromanduarum.

Placitum Curiæ Pariſien. Die 9. Decẽb. 1572. *En plaidant du Roolle de Vermandois.* Nona Deciſ. Rotæ 8. ſub Rubr. de præbẽd. & Deciſ.167 in Antiq ad Prælatũ & Capitulum Eccleſiæ collegiatæ pertinet de iure collatio præbendarũ. Quia Epiſcopus non eſt eorum Prælatus. Vt in cap. à collatione. De appel. in 6. Innoc. in cap. Venerabilis in ſi De except Gloſ. in cap Poſtulaſti. de iur patr. Quia in collegiatis Eccleſiis electio Prælati pertinet ad Collegiũ. cap. 1 de elect. & ſic Prælatus & Canonici inferioris Eccleſiæ eligunt canonicos & conferunt præbendas, cap ex ſacri Palatij Apoſtolici Auditores tranſmiſſa. de rennnc. cap. ex inſinuatione de Symon. In Cathedralibus autem Eccleſiis collatio præbendarum ſpectat ad Epiſcopum & Capitulum, niſi conſuetudine aliter diſponatur. Rot Deciſ.167. in Antiq. *La collation des benefices* iure communi Epiſcopo competit, cap. Aduenientem. cap. ex frequentibus. de conſtit. *Mais des prebendes & dignitez de l'Egliſe Cathedrale, la collation en appartient à l'Eueſque & au Chapitre enſemble.* Panorm. in cap cum Eccleſia Vulterana. de elect. Aut ſaltem Epiſcopo competit cum conſilio Capituli. cap. nouit cap. quanto. De his quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſ. capit ex vſu tamen & cõſuetudine pertinet ad ſolum Epiſcopũ. Cap. 1 De conſuet in 6. Panor. in d. cap. nouit. De his quæ fiunt à Prælat. *Et a-l'on accouſtumé de iuger au Parlement de Tholoſe pour celuy qui eſt en poſſeſſion de conferer. Meſmes entre l'Archeueſque de Tholoſe conferant les dignitez vacans d'vn coſté, & le Chapitre de S. Eſtienne conferant les vacans de l'autre.* Maynardus lib.8. Quæſt. iur ab eodem Senatu definitarum cap.4.

16 Exin obſeruare licet, Regiam Francorum nominationem ad Præfecturas ſacras, nó procedere in minorum primatu Eccleſiarũ, quæ Collegij nomine ac titulo cẽſentur. Nam illud quidem ius nominandi, quod Bononienſi cum Leone 10., Pactione introductum eſt, ad ea pertinet Sacerdotia, quæ electione antea deferebantur. §. vlt. in ver. Capitulis Eccleſiarum de Regia ad Prælar. nominat. In Concord. Sed idem quoq; circunſcribitur eo Sacerdotiorum genere nuncupatim, quibus vacuis, orbata foret Paſtore Eccleſia, quibúſque ſuffragio conferendis adhiberetur forma Cap. Quia propter (De elect.) ab Innocentio. 3. inſtituta. Eam ob rem inferiori canonicorum Familiæ præfectus (ſeu Decanus) minimè deſignatur nominatione Principali. Vt ſcitè notauit Scholiaſtes Concordat. in cit. §. vlt. Verſ. Capitulis Eccleſiarum. Quam in ſententiam præſto eſt decretum Prætoriani Senatus pro Collegio fani Æmylionis Burdegalæ ſuburbani, & Iac. Pontaco eiuſdem Decano, aduerſus pro-

Collegiatæ Eccleſiæ, non Cathedrales ſeu Epiſcopales. Concordata inter Papam, & Franciç regem. An. 1516. deferunt Regi nominationem ad Abbatias & Epiſcopatus, non ad inferiores electiuas dignitates Eccleſiæ, quibus vacantibus haud propter ea Eccleſia Paſtore vacat.

Eccleſia ſecularis & collegiata canonicorum S. Æmiliani Burdegalen. diœceſis, inſtituta fuit à Papa Clemente V., antea Archiepiſcop. Burdegalen., lege hac dicta quòd canonici ad ſacrum ordinem eidem annexum intra annũ a tempore pacificæ poſſeſſionis adeptæ temporibus ſtatutis promoueri, iuſto impedimento ceſſante: alioquin ijſdem præbendis ſint ipſo facto priuati, nec interim vocem in Capitulo habeant. Boetius in Deciſ. 223.

Arreſt du grand Conſeil du 10. May 1577. entre M. François Fabri Doyen eſleu de l'Egliſe Collegiale de S Yrreis en Limoſin, membre dependant de l'Egliſe de S-Martin de Tours, appellant de la ſaiſie & inſtitution d'Oeconomat audit Doyenné par la nomination du Roy, contre le Procureur general & le nommé par le Roy. Par lequel Arreſt il a eſté iugé que ledit Doyenné eſtant electif du Chapitre & ſubiect à la confirmation de l'election par le Chapitre dudit S. Martin de Tours, il n'eſt aucunement en la nomination du Roy, ſuyuant la patente de Declaration qu'en fit Henry 2. le 29. Iuillet 1550. enregiſtree au Conſeil priué le 4. Aouſt enſuiuant. Et pourtant l'eſleu l'a gaigné ſans auoir eſgard à la nomination du Roy, ny à ſon Oeconomat.

Areſtum Magni Conſilij Galliæ Regiæ pro Capitulo *de ſainct Emylion près Bordeaux*, Die 10. Januar. An. 1538.

curatorem Fisci, qui ab electione Decani Magnum illud Consilium appellarat, quasi abusiuè inita & peracta in Regij iuris dispendium. Hi enim Principis senatores prouocantem non audiendum censuêre. Aresto Prætoriani Consilij. 4. Idus Ianuar. An. 1538. Cui similia produnt nonnulli de Ædis Seuerini Decanatu ad Burdigalam, templi Spiritus ad Baionam, aliáque in Prætoriano consessu lata, patrum nostrorum ætate, quæ Regius Actor in suprema Curia Burdegalensi recensebat 15. Kal. Ian. An. 1535. Vt eiusce Curiæ Regestis est traditum. Idémque iudicio decisum nuper de fani Germani decanatu, in Vrbe Parisien. Decreto Prætoriani Senatus, circiter annũ 1572. Nauiero, Theobaldi Sudorij, & Daniele Maignani aduocatis.

Ecclesia collegiata S. Seuerini, prope Burdigalam: Alia Collegiata S. Spiritus, prope Baionam. Die 18. Decemb. An 1535. Arestum magni Consilij regij de decanatu Ecclesiæ collegiatæ S. Germani *de Lauxerrois*, apud Lutetiã.

17 SED maior suboritur ambiguitas de sacri Conuentus Præfecto, seu quem vulgus *Priorem secularem* vocat, nûm à rege nominandus sit Pontifici ex Pactitia illa Lege Bononiensi anno 1516. Ambigẽdi causa est, quòd Cõuentuum præfectura Augustæ subiaceat nominationi, quæcunque antea sacrorum comitiorum sententiis addiceretur. §. Monasteriis verò, & Prioratibus conuentualibus De regia ad Ptælat. nominat. In Concord. Primo igitur intuitu apparebat, sacerdotalis Conuentus Magistrum secularem peræque obnoxium esse regiæ nominationi: quod ante Leoninam Bononiæ sanctionem, tales Præfecti coaptari solerent à Presbyterorum cœtu in secularem ipsum *Prioratum*, indéque à superiori Antistite confirmari. Priorum eiusmodi secularium profert exemplum Gregorius 9. P. P. (cap. vlt. De Maiorit. & obed.) Vti & Abbatum secularium, Alexander. 3. Cap. ex transmissa De renuntiat. Quo loci Hostiensis pariter memorat secularem Abbam templi Fœlicis Valentini, & Abbam Claromontanæ Aruernorum Ecclesiæ, multos insuper id genus esse Abbates in Hispania attestatur. Ne quid dicam de simili Abbatiæ dignitate in Basilica D. Petri *de Burgo* apud Valentiam Allobrogum, quam sacræ Præpositurę adunatam scripsit Bertrandus Carpentoracten. Responso. 2. Parte 3. Consil. Vtvt sit, rectius dicitur, tales Ecclesiæ Primatus seculares lege non teneri Augustæ nominationis. Quoties enim Pontificio Canone illata mentio est *Prioratuum conuentualium*, monastici intelliguntur soli, non secularium conuentuum Primatus. Vt Clemens 5. constituit in Synodo Viennensi. Cap. Etsi principalis De rescript. & Laterani Concilij Præsules in Cap. Monachi De Statu monach. ibidémque Panormit. Regularis enim Conuentus Primas fungitur quodammodo vice monastici Cœnobiarchæ. Vti ab eodem Clemente rescriptum est Cap. ne in agro. §. cæterùm. De Statu monach. Huiusmodi quoque Præfecti, suis ius reddunt vniuersim sacra quadam potestate, de qua Panormit. in cap. Cùm contingat De foro compet. Quales iuridici Præfecti olim deligebantur, ex formula Concilij Lateranens. in cit. Cap. Quia propter. Sicut Panotmit. inibi obseruauit.

Prior Ecclesiæ collegiatę secularis, an iuxta Concordata Ann. 1516. sit à Rege nominandus Papæ, prioratu vacante.

Gregorianum Rescriptum ad Priorem S. Radegũdis Pictauien. Et Alexandri 3. P. P. de Abbate seculari Ecclesiæ S. Nicolai de Ceparano.

Itẽ Abbatia secularis in Ecclesia collegiata S Sebastiani Narbonæ, quæ vocatur Abbatia S Pauli De qua Rebuffus in praxi Benefic. 10 Tit. Seculare beneficium quotuplex.

Quarundam Ecclesiarum secularium rectores seu prælati vocantur Abbates. Sic in Ecclesia collegiata S. Petri *du Dorat*, in inferiori Pictonũ Marchia, præfectus dicitur Abbas. In Ecclesia S Martini Turonens. S Hilarij Pictauensis, & circunquaq; alibi. *Et en l'Eglise collegiale de nostre Dame la grand à Poictiers. Et à celle de nostre Dame de Corbeil lez Paris, l'Abbé a la premiere dignité seculiere entre les Chanoines. Item le Prieur, Chanoines, & Chapitre de Loches. Le Prieur, Chanoines, & Chapitre de Chastillon sur Yndre, en Touraine.*

Huc

Huc pertinent Geminiani dictata (in Reſponſo 131.) Pontificiam conſtitutionem de *Prioratu conuentuali*, neutiquam trahi ad Primatum cœtus presbyterorum, ſeu Collegij canonicorum, neque ad Præpoſituras ſeculares, ſacríve Sodalitij Decanatum. Quibus adſtipulatur Clementina ſanctio. 1. De Elect. in ver. Monaſteriis. Et cap. 1. De reb. Eccl. non alienan. In Viennenſi illo Eccleſiæ Chriſtianæ congreſſu. Secundum hæc, Prætoriani Conſiliarij Actorem regium prouocatione ſummouerunt, quam à ſecularis Præfecti electione abuſus ergô interpoſuerat. Decreto. 4. Idus Septemb. An. 1526. de ſeculari Primatu Pontiſ-Montium, apud Vaſates Aquitanos. In ea quidem appellationis controuerſia, electioni opponebatur varium multiplexque abuſus argumentum: ſed cùm leuia forêt ſingula, vnum hoc probabilius viſum prima fronte, quòd Fiſcalis Cognitor vrgebat inculcabátque ius Regiæ nominationis. Aſt nouam de ea Iuriſprudentiam priſcarum fauor electionum ſuperauit.

Conſilium ttt. Dominicide ſancto Geminiano.

In Clemeotinis.

Iudicatum io magno Franci Regis Conſilio. Die 10. Septemb. An. 1526. de Prioratu Pontiſ-môtium, diœceſis Vaſatenſis (*de Bazas*, in Aquitania.

18 Qui tamen patronum Regem conditorémque ſolum agnoſcût, Canonicis Decurio præponitur ab illo ipſo identidem, non quaſi nominatore, ſed collatore. Nam Regij purè patrocinij ſunt fundationiſque Collegia canonicorum Seruatoris Dei, apud Bleſos, Sacelli Palatini Lutetiæ & Diuionen. Ædis Stephani Trecenſis, Meloni apud Pontiſaram, B. Mariæ in Quintiniano Veromanduorum oppido, Virginis matris, Piſſiacenſis, D. Furcij Peronenſis, S. wlfrannij Abbæuillani, Florentij Royenſis, Almæ Virginis Cleriacenſis, B. Petri in Cenomana vrbe, ibidémque Sacelli in vado Malnei, Diuæ Mariæ Stampenſis, B. Spiri, & Deiparæ Virginis Corbolienſium. Itaque licet Decanũ ſibi electione adſciuerint nuper Sodales templi wlfrannij, præualuit Regia in alterum collatio veriùs quàm nominatio. Qualem nempe collationem ſemper exercuit Princeps in vacuos quoſque eiuſdem Templi canonicatus. Atque ita de eo latam audio à Senatoribus Prætorianis Sententiam poſtridie Nonas Mart. An. 1586. inter Ludou. Broquierum, & Dioniſiũ de *Mailli* litigatores. Sic eodem in Prætorio iudicatum de præfectura Ædis Petri Doratenſis, in Pictonibus, *Abbatiæ* titulum præferente: Quippe quam Regij illi iudices beneficiario Principis addixerint, victo aduerſario, qui ſacræ electionis ius ſuũ proſequebatur.

Eccleſiæ Caooniales regij patronatus & collationis, S. Saluatoris Bleſeo. Sanctæ Cappellæ Palatij Pariſico. *& de Degeon, de S. Loys au Palais de Sens, de Bourges, du Viuier en Brie, de Vic le Comte en Auuergne, la S. Chappelle de Dauphiné, autrement dicte* Capella Delphinatis *qui eſt l'Egliſe de S. André de Grenoble, de laquelle le Preuoſt eſt en la preſentatiõ des Dauphins de Viennois. Mais André Comte d'Albon Dauphin de Viennois, par tranſaction de l'an 1322. quitta & remit ledit patronnage de ladite Preuoſté de Grenoble au Chapitre de ladite Egliſe de S. André, lequel* eligendo con*fert ladite Preuoſté, & l'Eueſque la confirme. La ſaincte Chappelle de Bourbon, du Bois de Vincennes, de S. Frambourg à Senlis, de l'Egliſe collegiale de Vitry, la ſaincte Chappelle de S. Eſtienne de Troyes, S. Melon de Pontoiſe, de noſtre Dame à S. Quintin, de S. Furcy à Peronne, S. Vulfran d'Abeuille, de S. Florentin de Roye, de noſtre Dame de Clery, de S. Pierre de la Court du Mans, de la Chappelle du Gué de Maulny, de noſtre Dame d'Eſtampes, de S. Spire, & de noſtre Dame de Corbeil &c.*

Areſtum magni Conſilij. Die 8. vel 10. Mart. 1586. de decanatu S. Vulfranij, *à Abbeuille en Ponthieu.*

Abbas ſecularis Eccleſiæ collegiatæ *de* S. *Pierre du Dorat en la baſſe Marche.*

19 Fatendum eſt pariter, ſuffragatorum quandoque comitiis vitia obuenire, præfectum Eccleſiæ legentibus, aut ambitioſa vota, obnuntiationes interdum, nec raró diſſidia rixoſáſque interceſſiones: quò minus integerrimi viri prouehantur ad Eccleſiaſticas functiones totius cõſenſione Cleri, ac prærogatiua almi Spiritus afflantis ſententia. Cuiuſmodi apud Sidonium refertur Bituricæ Eccleſiæ ſtatus, quæ Paſtore vacua, vtriúſque profeſſionis ordinibus ambiendi Sacerdotij claſſicum cecinit, fremente populo per ſtudia diuiſo: quùm pauci alios, multi ſeſe non efferrent tantùm, ſed inferrent.

Sidonius Apollinaris Aruernorum Episcopus, qui Anthemio Augusto Panegyricũ scripsit, & claruit sub annom 480.

Hic Erricus floruit metricus scriptor An. Salutis 880. de quo Nos postea vberiùs. Is fuit Monasterij cœnobita D. Germani in vrbe Altisiodorensi.

Sancto Amatore die functo, D. Germanus in eius locum suffectus est Episcopus *d'Auxerre*.

Vt cum Sidonio loquar Epistol. Lib. 7. Epist. 5. Ex aduerso autem, mirè celebratur vnanimis illa Germani cooptatio in Altisiodorensem Episcopatum. De qua Henricus Benedictini ordinis cœnobita Antissiodoren. hoc poëmate Libri. 2. Rerum à D. Germano gestarum.

Tum verò populos in consona vota ruentes
Aspiceres, spirante Deo: Namque agmina Cleri
Nobilibus conserta ruunt, plebs rustica Plebi
Concinit vrbanæ, par est sententia cunctis,
Vox eadem, studiisque ardent communibus omnes,
Germano titulum decernere Pontificatus,
Hunc claris meritis, hunc nobilitate legendum.

Auxerre.

At posteriori seculo Antissiodorensis Ecclesia grauiter concussa est intestinis Canonicorum odiis atque dissidijs: ex quo Princeps in Episcopalia iura manum iniecit, Ecclesiasticas sibi vẽdicans possessiones. Circiter annum. 1182. Vt narrat Monachus quidam D. Mariani Altisiodoren. in Chronico, idiographo exemplari, quibus multa itidem ab eo de Episcopis Antissiodoren. inseruntur. Floruit enim hic Chronographus An. Christianæ Pietatis. 1172. qui, vt de se ipse scribit, mihi sextus decimus fuit æui, quo mea Christe tuo præbeo colla iugo.

Historicus Liber manuscriptus à monacho Abbatiæ *de S. Marian, à Auxerre.* S. Marianus. martyr, sub Decio Imp., colitur die 30. April., in Romano Baronij Martyrologio. Item S. Marianus cõfessor, apud Bituriges, die 19. Augusti. Tum S. Marianus Diaconus, martyr Romæ sub Numeriano, die 1. Decemb. Tum S. Marianus, martyr, cum S. Victore, die 17. Octo. temporibus Iustiniani Imp.

De veteri occupatione sacrarum facultatum & Cœnobiorum per prophanos Magnates, diximus latius in nostro Opere de Domanio Franciæ. Lib. 5. Tit. de Oblato à Principe Monasteriis veterano, Cum nostris in idem Annotationibus.

VTRINQVE igitur illa tempestate peccatum est, tum ab Ecclesiasticis ministris tritas maiorum vias deserentibus, tum à Regibus ipsis: Quibus nec vllam paro excusationem, quòd dum ciuiles Ecclesiæ motus pacari ab iis oportuisset, tunc tamen quasi de Sacerdotio vi sua victo triumphum trophæáque expeterent. Nullis præterea vnquam probabitur bonis, quòd paulò ante ea tempora, regio beneficio profani Proceres acciperent locupletissimorum Cœnobiorum opes, ac monachis duntaxat suppeditarent in sumptus, quantùm necessarius vsus postularet, ex eísque deligerent, qui non Abba (nam id sibi nomen velut amplissimum arrogabant) sed Decurio vocaretur. Sicuti à variis memoriæ scriptoribus est proditum. Eodem errore mos inoleuerat, qui ab Æmilio recensetur in Francicis Annalibus, vt Episcoporum iura viri summates inuaderent. Quo nomine expostulari iam cœptum Meldensi illa Gallicorum Præsulum Synodo, peracta. An. 845. Cap. 41. in hanc sententiam. PROVIDENDVM EST REGIÆ MAIESTATI, VT MONASTERIA, QVÆ AB HOMINIBVS DEVM TIMENTIBVS IN SVA PROPRIETATE CONSTRVCTA, PRÆCESSORES ILLIVS, CAVSA DEFENSIONIS, ET MVNDEBVRDI SVSCEPERVNT, VT LIBERA LIBERTATE, REMOTA SPE HÆREDITARIA DE ILLORVM PROPINQVITATE, IBIDEM RELIGIO OBSERVARETVR, ET NVNC IN ALODEM SVNT DATA. QVAPROPTER OMNIS EXINDE RELIGIO FVNDITVS EST EVERSA.

Gallicanum Concilium *de Meaux en Brie*, temporibus Caroli Calui Imp. & Franciæ Regis.

Cui

Cui malo vt occurreretur in Pannonia, sic cautum reperio Legibus patriis eius Regni, Latinè scriptis An. 1490. *Abbatias nemo teneat, qui infra annum habitum religionis non assumpserit. Abbatias Rex secularibus auferat, & reddat religiosis eius Ordinis.* Nec eò secius in varias Christiani Orbis regiones, nedum in Galliam, irrepsit fiduciaria mancipatio & custodia insignium Sacerdotiorum, in rem & gratiam profani cuiusque Magnatis. Custodes verò alienorum Ecclesiæ beneficiorum insectantur Bullatæ tabulæ Pij 4. Pontif. 17. Kal. Nouemb. An. 1564. quæ extant in Lib. Collectaneo diuersarum Constitutionum & Literarum Rom. Pontif. à Gregorio 7. vsque ad Gregorium 13. Hæc ædepol orta est Symonia matre filia peior, quam *Confidentiam* vocant, quæ nostro seculo ita grassatur, vt maxima Sacerdotiorum portio à Satrapis teneatur sub aliena vilium sacrificulorum fiducia, tacitóque fideicommisso. Inde etiam manat sacrorum munerum nefanda hæreditas, vel oppigneratio, vel turpis nundinatio, certissima Ecclesiasticorum bonorum labes ac ruina.

In tripartito opere Iuris Consuetudinarij Hungariæ.

Vide Tit. 2. lib. 1 manualium art. 25.

Bulla Pij 4. P.P. Die 16. Octob. An. 1564. contra retinentes in confidentiã recipientésve beneficia Ecclesiæ. In Lib. Collectionis Ordinationũ, & Literarum Papaliũ nuper impressarum.

21 NEQVE ea interim sine numine Diuûm, qui Pastores Ecclesiæ nonnullos perosi, fugitiuos gregis desertores, facilè passi sint Sacros Principatus adimi Clericis, & illota profanorum manu tractari, noua quadam rerum facie inopinàque exurgente. Eò quippe seueritas Ecclesiastica maiestásque deciderat, vt quos disciplinæ exactores grauissimos esse decebat, omniúmque officiorum ad Religionem pertinentium, remissiorem vitam & licentiæ plenam fouere viderentur. Ecquam verò salutis spem præbuerint ij, qui cùm sint principes Sacerdotes, in scopulos vitiorum impingant: & quũ vitæ splendore prælucere deberent Dominicæ familiæ, morum nobis corruptela tenebras offundant plusquàm Cymmerias? Idipsum prospexêre antea cordatissimi duo Galli presbyteri, Prosper Aquitanicus, & Saluianus Massiliensis. Ab hoc sũma Ecclesiæ pars Oculus appellatur, verbis ita conceptis. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Est enim Dei Ecclesia quasi Oculus, ac veluti in oculum etiamsi exigua incidat sordes, totum lumen occœcat: sic in Ecclesiastico corpore tametsi pauci sordida faciant, totum propè offuscatur fulgoris lumen Ecclesiastici. Rursus Prosper improspera omnia minitatur Christianis, quorum Ecclesiastæ profiteantur in concionibus Euangelicam synceritatem, quam priuatis moribus non exequantur. Gregorium his Nazianzenum adiicio, seuerissimum Pastoralis muneris sacri Præconem ac magistrum. In Apologetico. 1.

Prosper, Episcopus Regiensis, cuius extat Epistola ad D. Augustinum iam senem. Is Synodo secundæ Vasensi, & Carpentoractẽsi interfuit. Saluiani verò Episcoporum magistri vitam descripsit Gennadius presbyter in Catalogo illustrium virorũ.

Ecclesiastę, sacri concionatores.

22 ISTHÆC autem vestra omnium pace dicta existimate (Præsules Ornatiss.) quùm & ad pios Sacerdotes superior non pertineat expostulatio, & meum haud esse omnino concedam, de tanto Ordine censuram arbitriúmque morum interponere, quem meorum etiam censorem agnosco & castigatorem. Verùm in proposito sacrarum Electionũ argumento, nobis fuit exclamandum obiter, domestico Ciuilium malorum exemplo edoctis, spem vnam Cristianæ

tranquillitatis ſuperfore, ſi ritè iuſtéque delectis addicerentur Sacerdotia, quæ fundationis lege iam olim Collegiorum iudicio committerentur. Ex quo futurum confidimus, vt *ſermone operéque* præſtantes Clerici diſpellant tandem à Dei Eccleſia ſacroſancta atram ſchiſmatis nebulam, quam hæreſes noſtrorum temporum excitarunt, ac penitùs ab orbe Chriſtiano.

Collectáſque fugent nubes, Solémque reducant.

Titulus. II.

DE SACERDOTIIS IPSIS QVÆ ELIGENDO CONFERVNTVR.

1. *Electiua quadam beneficia, quorum prouiſio electione ſola abſoluitur, ſine confirmatione ſuperioris.*
2.3. *In ijs locus necne ſit Pontificiæ collationi aut præuentioni.*
4. *Quod Curiæ iudicio deciſum eſt de Carnutenſis Eccleſiæ Decanatu.*
5.6.7.8. *Nûm Commendæ regulares Ordinis S. Anthonij ſubiiciantur Regiæ nominationi Francicæ.*
9. *In Hiſpanicis Belgarúmque Eccleſiis Princeps necne vtatur nominatione.*
10. *Quid de Anglica Eccleſia.*
11. *Scotica.*
12. *Polonica, Bohemica.*
13. *Germanica.*
14. *Græca.*
15. *An Monaſticorum Ordinum capita, & monialium Cœnobia ſint regiæ nominationis.*
Nûm item Grandimontani ordinis Prioratus ſubſint nominationi Principis.
16. Prioratus *S. Mauritij in vrbe Senlitenſi, reformatus, ex Areſto Curiæ.*
17.18. *Non vſquequaque permiſſa olim maiorum Sacerdotiorum reſignatio.*
19.20. *Sacrarum commendatio electionum.*

Electiuum beneficiū dicitur, tantum illud in cuius colatione requiritur confirmatio ſuperioris ſeu ſeruatur forma Cap. quia propter. De elect. ſeu per cuius vacationem Eccleſia redditur viduata Prælato. Decis. Rotæ. 124. in Antiq.

Les Doyennez des deux Egliſes collegiales de la ville de Barleduc dioceſe de Toul ſont purement electifs en leur Chapitre, aſſauoir le Doyen de l'Egliſe de S. Pierre & le Doyen de l'Egliſe de S. Max (S. Maximi) Tellement que le Chapitre ayant eſleu, l'election doit eſtre confirmee par l'eueſque de Toul. Mais le Duc de Bar a la colation des Chanoines & prebendes, & chacun deſdits Doyens eſt un Canonicat, aſſauoir celuy de S. Pierre en l'Egliſe de S. Max, & celuy de S. Max en l'Egliſe de S. Pierre.



RÆMISSO generatim Electionum tractatu, videamus proximè, an electiuum ius Pontificiis literis minui poſſit in eiuſmodi ſacerdotiis, quæ mixta dicuntur, i. eligendo conferri à ſacris Sodalibus conſueuere. Eſt enim duplex electionum genus, alterum quód maior Eccleſiæ præfectus confirmare ſolitus eſt, manúmque electis cognita cauſa imponere. Ex Concilio Lateranenſ. in Cap. Nihil. Cap. Cùm dilectus., De elect. Et Bonifacij. 8. Conſtitutione 1

ſtitutione vltim. Eod. Tit. Lib. 6. Decretal. Epiſtol. Iuxta primatium naſcentis Eccleſiæ ritum, de quo in Apoſtolicis Actis ita conſtat, Cap. 14. * χειροτονήσαντες δὲ αὐτοῖς πρεσβυτέρους κατ᾽ ἐκκλησίαν. Alterum Electionis genus κατὰ χειροτονίαν intelligitur, quando Canonici vnà cum ſuis ſuffragiis conferunt Eccleſiaſticum beneficium, nec vllam Epiſcopi confirmationem expectant. Cuiuſmodi habentur Vvlterani templi canonicatus & præbenda, de quibus Pontifex Innocentius. 3. Cap. Cùm Eccleſia De Elect. vbi Panormit. eleganter. Cap. Cum in Eccleſiis De Præben. Apud Bonifacium 8. Lib. 6. Decretal. Quod & diſcuſſit accuratè Innocentius Pontificij Iuris profeſſor in Cap. tranſmiſſam. De Elect. Eam in claſſem refertur Præpoſitura quædam Ædis Canonicorum ſub titulo SOTERIS DEI, apud Mediomatrices. Vt tradit Innocentius. 3. P. P. Cap. conſtitutis De appellat.

* Cùm ipſi manuum poſitione creaſſent illis per ſingulas Eccleſias Preſbyteros.

Præpoſitura S. Saluatoris in Eccleſia Metenſis vrbis.

2 EIVSDEM ergo ſpeciei cùm eſſet decanatus matricis Carnutum Eccleſiæ (quem idcirco moris erat latis ſuffragiis concedi à ſacro Collegio) donatus eſt eo quidam à Sede Romana, cuius in gratiam præceſſor decurio ſacerdotium hoc eiurarat. Mox grauis de eo lis inſtituitur à Pontificis beneficiario aduerſus Carnutenſis Sodalitij candidatum, cui ſacram præfecturam in comitiis Canonici adiudicarant. Nam & iſti velut ex abuſu prouocant in Regium PARLAMENTVM, vnà cum recens cooptato ipſorum decurione. Contendunt nouos huiuſmodi Primicerios Eccleſiæ promoueri non debuiſſe in Aula Romana, priſcumvè ſacrarum Electionum ius ſingulari Pontificis Reſcripto conuelli, neque ſuffragatorum quod plurium commune eſt, vindicari ab vno oportere: Ex quo ſanctus Electionum ritus violetur peruertatur. Vt aſſerit Panor. in Cap. cum Eccleſia De Elect. & Reſponſo. 38. Volum. 2. Quippe cùm hic præſertim Carnutum Decanatus eximia præfulgeat dignitate & Eccleſiaſtica præminentia. Vt Honorius. 3. indicat Decretali Epiſtola ad Carnotenſem Decanum, Venerabili. De ſenten. ex communic.

Doyenné de l'Egliſe de Chartres.

Forenſis controuerſia inter reſignatariom *du Doyenné de Chartres*, cui à Papa prouiſom eſt, & electum à Capitulo per mortem reſignantis.

Conſilium Panormitani.

Arreſt du grand Conſeil donné à l'audience le 6. de Iuillet 1596. plaidant Camus pour M. Gilbert Loren nommé par l'indultaire du Parlement de Paris, M. Iacques Auguſte Preſident en ladite Cour demandeur en requeſte pour le tiltre du Doyenné de ſainct Germain de l'Auxerrois, comme colatif. Et V vecquet pour le Chapitre dudit S. Germain. Par lequel arreſt ledit Doyenné venant ordinairement par election dudit Chap. cum confirmatione Epiſcopi tanquam ſuperioris, *eſt declaré purement electif, & non ſubiect aux Indults & nominations de la Cour aux benefices ſeulement colatifs. Secus du Doyenné de Lymoge, par auant iugé audit Conſeil ſubiect aux Conſeils du Pape & des Indultaires*, quia eligendo conferebatur ſine confirmatione ſuperioris.

Electio quæ non exigit confirmationem, ſed quæ eligendo confertur, vim colationis habet potiuſquam collectionis. Gloſ. in regula Cancellariæ. 33. & in Pragm. Sanct. Rubr. De elect. §. ſed quod per electiones.

3 PONTIFICIVS, contrà, cum Decanatum veriùs collatitium videri, quàm electione tranſcriptitium. Vt enim Sacerdotium collatione dicatur quæri, nihil refert, an ab vno quopiam, an ab vniuerſitate aut Collegio conferatur. Eadem enim opera eligere ſimul & conferre cenſentur Canonici, quia electo nulla requirenda ſuperſit Epiſcopi ſententia ad electionem comprobandam. Deinde huiuſmodi electionibus vſitatam non eſſe ſuffragiorum formulam, quæ ab Innocentio. 3. præfinita (ſit in Cap. Quia propter De

An Decanatus Eccleſiæ Carnutenſis, ſit collatiuum beneficiũ, an electiuum.

elect.) at consensum in sacro Conuentu quoquo modo explicandum. Proinde hæc minùs propriè electio nominanda sit, quamlibet superioris auctoritate Prælulis fortè confirmetur. Teste Glos. in Cap. sicut De elect. In 6. Vnde & Guymerius Pragmaticæ Sanction. interpres putat, electionem impropriè Sacerdotiorum nuncupari, nisi quibus vacantibus, Pastore vidua fieret Ecclesia. In ver. Prælato De Elect. in Pragm. Sanct. Sic Rota Romana memorat, Innocentium. 7. P. P. *electiua* definiisse beneficia Ecclesiastica, in quibus erogandis seruaretur electionum via præscripta Synodo Lateranensi, aut quibus vacuis, Clerus populúsque destitueretur Hierarchico Rectore. Decis. 124. Cæteroquin minimè nouum sit, Ecclesiæ Decanatum Pontificio munere ei attribui, cuius fauore præcessor Decanus eiurarat sacrum hunc Primiceriatum. Atque ita Prætorianos Patres decreuisse narrat Rebuffus de summo Andium Decanatu: Iure nimirum Apostolicæ præuentionis, quæ ad *electiuas* id genus Dignitates producitur. §. Declarantes De mandar. Apostol. in Concord. Rebuff. in §. per præmissa De Regia ad Prælar. nominat. Idémque in Trecensi phano maiore vsurpatum à Rhemensi Antistite Legato Pontificio, nedum à Pontifice ipso. Cap. dilecto De præben. Pari iure vsus est Romanus Episcopus in Collegiorum sacerdotiis Auarici Biturigum. Vt Innocentius. 3. P. P. admonet, Decretali Epist. Constitutus, De Rescript. Ideóque Princeps noster Henricus. 2. heroïcè declarauit, Regiam nominationem ad sacras Præfecturas veterum electionum succedaneam, non pertinere ad tales Decanatus, seu primarias Collegiorum Ecclesiæ dignitates. Codicillis. 2. Kal. Sextiles. 1550. quos Iulij. 3. hortatu emissos Rex publicari iussit in sanctiore Prætorio, pridie Nonas Augusti eod. Anno.

Decisiones Rotæ Curiæ Romanæ.

Iudicium magni Consilij regis de maioris Ecclesiæ Andegauæ Decanatu.

De cathedrali Ecclesia de Troyes.

Canonicatus & Præbendæ Ecclesiæ Bituricens. Archiepiscopalis.

Litteræ patentes regis Errici 2 Die 29. Iulij. Verificatæ in Consistorio Principia Die 4. Augusti Ann. 1550.

PARTIBVS auditis, vicit Pontificis beneficiarius. Decreto Curiæ Parisien. 3. Nonas Februar. Anno sesquimillesimo vndeseptua- 4
gesimo, quod in publica fori disputatione latum fuit: cùm Brissonius pro Fontaneo electo, Montholoneus pro Capitulo Carnutensi, Versorius pro Pontificis donatario perorassent. Et verò Carnutum hoc Capitulum eximiis decoratum est priuilegiis à Sede Romana: ne cui imptimis liceret anathemate dānatum noxa soluere, ni priùs resarsisset damnum, eiúsque pensa æstimatione crimen expiasset.

Atestum Curiæ de Carnuten. Ecclesiæ decanatu, Die 3. Februar. An. 1569. Pro Stephano Boudeto, Decanatus resignatario, Apostolica prouisione munito.

Plaidoyé en la grand' Chambre du Parlement, comme le Lundy 9. May 1601. pour le tiltre du Doyenné de S. Germain de l'Auxerrois à Paris, entre Vviquet Aduocat du Chapitre de ladite Eglise, & son esleu appellant comme d'abus de la prouision Apostolique faicte à l'intimé resignataire in fauorem *du precedent Doyen: & Bouteiller pour ledit pourueu à Rome intimé. Sur ce que l'esleu & son Chapitre dient ledit Doyenné estant vrayement & purement electif,* cum confirmatione superioris. i. Episcopi. Cuiusmodi ad beneficia verè electiua non trahuntur Apostolicæ præuentiones seu prouisiones. *Mais Bouteiller dit que ladite qualité de benefice pur electif, n'empesche pas les resignations* in fauorem, quas sola Rom. Curia admittere potest: *Et que l'arrest du Chapitre S. Marcel lez Paris allegué au contraire par ledit Vviquet, ne parle pas* in casu resignationis in fauorem admissæ a summo Pontif. *La Cour par ledit plaidoyé continué le Lundy 13. May audit an, a reglé les parties au principal à escrire &c. & cependant ordonne que la partie de Bouteiller iouyra par prouision.*

Apostolica confirmatio concordiæ Capituli & Canonicorum Ecclesiæ sancti Germani Antisiodorens. *à Paris* 16. Kal. Augusti An. 4. Pontif. Pij 4. *qui est l'an 1566. Auec lettres du Roy aussi omologatiues dudit Concordat du 23 Iuin 1566. publiees au Parlement le 24. de Iuillet audit an. Par lequel Concordat, au lieu qu'auparauant les Chanoinies, Cures, & Chappelles dependans de ladite Eglise estoient conferees tant par le Chapitre à la presentation de celle des Chanoines qui estoit en tour, que autrement par l'Euesque de Paris & ledit Chapitre. Il a esté aduisé de diuiser lesdits benefices, & en laisser certain nombre en la colation & presentation de chacun d'eux à cause de leurs prebendes, ausquelles ladite colation, nomination & presentation sera affectee, sans plus que la forme dudit tour, duquel naissoient plusieurs differens. Et ainsi sera faict partage & assignat à chacun desdits Chanoines de certain nombre desdits benefices.*

Capituli Ecclesiæ Carnotensis Priuilegia Apostolica.

piasset. Vt Innocentius.3. disertè rescripsit ad Cœnobiarcham Diuę Genouefes, Decanum & Cancellarium Lutetianæ Ecclesiæ. Cap. ex parte. De verb. signific. Tum ad Blesorum Comitem fœminam. Cap. Cùm olim. Eod. Tit. De iuridica item illius Collegij potestate exemptioneque à foro Episcopi, Oldradus nominatim Responso. 206. & 254. Nec abs re profectò, quùm Episcopalis Carnutum Senatus vix vllis cedat Francicis canonicorum Collegiis, seu venerabilem huiusce Ecclesiæ antiquitatem intueâre, seu Antistitum ipsorum sanctimoniam. Ex tabulario enim sacræ Carnutum Basilicæ comperimus, Aduentinum à B. Petro sacratum Episcopum, Anno Christi 36. & Cathedræ præfuisse tricenis annis. Quod literis prodidit Monchiacenus Demochares, cum Præsulum istorum Catalogo, cuius factam sibi copiam à Carnutensi Canonico prędicat ipse. Tomo. 2. de Diuino Missę sacrificio Cap. 18. Sed ibidem obiter planum fecit Demochares, nondùm euoluisse se Errici Huntindunensis Archidiaconi Historiam, cui inserta est omnium ferè Pontificum series Celticæ Belgicæquè Galliæ, ac Carnutum speciatim: Quorum sua quisque ætate eam Diœcesin sacro imperio moderatus sit, à prima statim Christianæ Reipub. memoria. Ac Yuoni præsertim Carnutum Antistiti hoc debent reliquæ Gallorum Ecclesiæ propemodum, quòd veræ Ecclesiæ sint, formatæ ab eo scilicet, Canonicáque imbutæ disciplina. Ex libro, qui *Decretum Yuonis* inscribitur, contexto sub annum. 1090. quo Yuo inclaruit, Philippo. I. Francorum rege. Fulberti rursus Carnutum Episcopi legitur peruetustus Codex De tribus maximè necessariis Fidei Christianæ capitibus. Durandum sileo, renominéque Speculatorem Carnutum Decanum, cuius Opera in manib. sunt, canonicæ Pontificiæque doctrinæ refertissima: vbi Auctor quoque posteris testatū reliquit, Cap. Quæstioni. De appellat. fuisse se ea prefectura ornatum in primaria Æde Carnutensi. Specul. in §. vlt. Ne sede vacan. Haud ideò tamen honorariis titulis fraudandos puto reliquos Canonicorum Decuriones Episcopalis Galliæ Collegij cuiusque. Tales enim decani referuntur in numerum primarum Ecclesiæ dignitatum. Sicuti Romanus Pontifex variis ostendit Rescriptis mandatæ iurisdictionis Decano Parisiensi (Cap. cùm dilectus De Elect.) Bellouacensi, (Cap. tua nos, De Symon.) Cenomano (Cap. cùm inter, De Elect.) Lingonensi (Cap. significauit, De conuers. coniugat.) Andegauensi (Cap. inter corporalia, De translat. Episc.) Rhemensi, (Cap. proposuit, De concess. præben.) Engolismensi, Cap. Transmissæ, De verb.

Abbas S. Genouefæ, Parisiis.
Cōsilia Oldradi I. C.
Bulle de Paul 3. an 1535 7. Idus Iulij, *portant que vacation aduenāt de la Preuosté de Chartres, premiere dignité en ladite Eglise Cathedrale, le Chapitre auec l'Euesque s'assembleront que les formalitez & solenitez du Chap.* Quia propt De elect. *soient obseruez, esliront vn nouueau Preuost. & y a plusieurs autres constitutions & reglemens de ladite Eglise par ladite Bulle.*

De iure per Episcopum & Capitulum simul conferri debent beneficia C. primis De his quæ fiunt a Pralat. sine cons. cap. Can. diaconi 93. distinct. Cap. nonit. Cap. quanto. De his quæ fiunt a Prælat. Cap. à collatione De appell. in 6. cap. vn. Ne sed. vacant. in 6. Vbi Episcopus est caput Capituli, & Canonici membra Cap. nobis De iur. patronat & Cap. cum Ecclesia VVlterana De elect. & ibi Glos. Vbi Episcopus & Capitulum debent simul eligere & conferre. Sed consuetudo in pluribus Ecclesiis derogat iuri communi Cap. cum Ecclesia. De causa possess. Cap. Abbat. De verb. signif. Cap. cum dilectus. De consuet.

Autresfois l'Euesque de Chartres ne pouuoit conferer les prebendes de son Eglise, que viua voce. & non in scriptis, *iusques à ce qu'il eust presenté aux quatres premieres dignitez le colataire, & qu'il eust faict la collation en plein Chapitre. Par Arrest de la Cour du 7. Septembre 1479. Mais depuis par Arrest de ladite Cour du 26 Sept. 1551. l'Euesque messire Louys Guillart a faict iuger le contraire en confirmant la sentence des requestes du Palais, portant maintenuë à son profit contre ledit Chapitre du pouuoir de cōferer* in scriptis, *tant pour empescher la preuention du Pape, du Legat &c. que la deuolution* ad eos, *que pour la reception du pourueu* in possessione beneficij. De his Molineus in Reg. Cancellariæ. De infirm. resignant. num. 76. *parlant de l'ancien Arrest susdit du 7. Septemb. 1479.* & adheret huic arresto, *ignorant l'autre arrest. du 26. Septemb. 1551, retractif de l'ancien.*

Extat Huotindunensis Archydiaconi Volumen de Rebus Aoglie. calamo exaratū Ao 1135. cuius nobis præstò est exemplar. Yuo S. Quintini Bellouacorum Prior, deinde Carnotensis Episcopus scripsit ad Haymericum Aquitioensem Abbam, de passibili corpore Christi. In Epist. quæ inseritur sacræ Bibliothecæ veterum Patrum. Tomo 1. Aliæ eiusdem lectitantur Epistolæ de publicis Franciæ negotiis nostratéque Politīa, sub Philippo. I. Rege. Apostolica rescripta delegationis ad Decanos, *de Paris, Beauuais, Langres, Angers, Rheims, Angoulesme.*

ſignific. Morinenſi, (Cap. 1. De ſolution. Tullenſi), Cap. Odoardus eod. tit.

An Leodienſem maioris Eccleſiæ decanum exstat Epiſtola Decretalis, Veniens, De renunciat.

Præceptoriæ ſeu Commendæ regulares Ordinis S. Anthonij Viennenſis.

PONTIFICIÆ collationis ius excuſſimus in electiua mixtim ſacerdotia, nunc Regiæ in eadem nominationis vim expendamus. Nec enim ab inſtituto themate abludit quod de Anthoniani Ordinis Præceptoriis quæſitum eſt in Auditorio Principis Galli, hæ necne (quaſi electiuæ) Regia nominatione tenerentur: Iuxta Pactitia Conſtitutionem Franciſci. I. regis & Leonis. 10. P. P. An. 1516. quæ *Concordata* vocant. A parte regij Candidati ſtabant probabiles quædam rationes, D. Anthonij *Commendas* factáſque fiducias vnum agnoſcere Monaſticæ familiæ caput, Archimandritam Fani Antonij, apud Viennem Allobrogum: qui à ſacro Conuentu deligi conſueuerit. Vt Bonifacij. 8. Diplomate cautum eſt. 4. Idus Iunias. An. 1297. quo pariter Monaſterium hoc Viennenſe obtinuit Ordinis principatum. Diplomatica clauſula eſt iſthæc, *Quotiens autem Monaſterium ipſum fuerit Abbatis ſolatio deſtitutum, Conuentus eiuſdem eligendi ſibi Abbatem iuxta formam in huiuſmodi electionibus introductam plenam & liberam habeat facultatem, &c.* His conſequenter dicebat nominatus à Rege, ſingulos Cœnobitas, potiſſiméque minores conuentuum Monaſticorum Præfectos vulgò deſignari ab Abbate coniunctim cum ſacro regulari Sodalitio, dictíſque viritim de more ſententiis. Argum. Cap. ea noſcitur, De iis quæ fiunt à prælato. Panormit. in Cap. ad Apoſtolicam, De Regular. Oldradus Reſponſo. 97. Vnde colligebatur, Regiam nominationem, quæ in electionum vicem ſuffecta eſt, hac in ſpecie facti procedere, & ad ſacerdotia Antonianæ ſectæ producendam. 5

Edict du Duc de Sauoye du 22. Ianuier 1573. verifié le 27. Ianuier au Senat de Chambery portant inſtitution, en l'honneur de Dieu & de la Vierge Marie d'vn Ordre & Milice religieuſe, en Religion militaire, où il receura bon nombre de Cheualiers gentils-hommes & autres, tant eſtrangers que Sauoiſiens. Lequel ordre il a erigé & doté de ſon patrimoine au nom de ſainct Maurice martyr, protecteur de noſtre maiſon, & pays de Sauoie. Ce que le Pape Gregoire xiij. a confirmé, & à iceluy a vny & incorporé vn autre tres-ancien Ordre de la ſacree milice de ſainct Lazare, eſpars par toute la Chreſtienté, & octroyé que le Duc de Sauoye ayt la grand maiſtriſe hereditaire de l'vn & de l'autre Ordre qui s'appelle la milice des ſaincts Lazare & Maurice, ſous la reigle de S. Auguſtin & ce par Bulles du 16. Septemb. & 12. Nouemb. 1573.

Autre Edict dudit Duc, verifié audit Senat le 17. Feurier 1573. ſur les Statuts & reglemens dudit Ordre, pour les Cheualiers nobles, Cheualiers Preſtres, & Cheualiers ſuiuans les armes, leſquels en ladite Religion auront commanderies ſelon leur ancienneté, & auſſi en pourront obtenir des autres de leur qualité, ſeparement du grand maiſtre, iouyſſent de toutes les priuileges & dignitez de ceux de Malte. Et outre ce, pourront prendre femme ſelon leſdits Statuts. Et pour entrer en ladite Religion & Ordre, les Cheualiers nobles doiuent faire preuue qu'ils ſoient nobles de pere & de mere & d'ayeul & ayeulle, paternels & maternels, qu'ils ſoyent nez de loyal mariage, & qu'ils ne ſoyent yſſus de Iuifs ne de marannes. Et payeront pour le paſſage ou reception 150. eſcus d'or, & les ſeruans la moitié.

EDIVERSÒ Nos forenſi patrocinio allegabamus Iuris axioma, de Carnutum Decano ſuprà relatum. Præceptorias ſcilicet Antonio ſacras non tam electione deferri, quàm collatione. Quippe quùm maioris Antiſtitis confirmatione non egeant noui Præceptores, ſed à ſuo tantùm Abba cooptentur, ex priſcis Antonianæ Familiæ Inſtitutis. Ideóque talibus in Sacerdotiis locum non eſſe Gregorij. 10. Sanctioni in Concilio Lugdunen. editæ, quæ incipit, Auaritiæ De Elect. in 6. Vt Dominico placuit, Reſponſo. 15. col. 3. & 6. Doctor. in Cap. Tranſmiſſam De Elect. Rebuff. in Tractat. Nominat. Quæſt. 15. Num. 16. Ad hæc, Præceptorias, quæ Hieroſolymitanæ militiæ Equitibus dicatæ ſunt, nominationi non ſubeſſe, cenſuit Barbat. in Clement. Cauſam col. 51. De Elect. Cuius opinioni ſubſcribit Rebuffus loco ſuprà citato. Sunt enim illæ militarium Ordinum certis addictæ Familiis, neque ad extraneos trans- 6

Pontificium Bonifacij reſcriptum die. 10. Iunij An. 1297.

Religioſi Equites Ordinis S. Iohannis Hieroſolymitani, qui poſt Rhodum à Turca expugnatam An. 1522. ſedere cœperunt in Melitenſi oppido, & dicuntur iam Equites Melitenſes, *de Malte.*

ferri possunt. Hinc nonnulli etiam Milites orantes appellantur, alij Milites militantes. Quales in Lusitania Christi Equites instituit Iohannes. 22. P. P. An. 1326. Ac multò antea apud Hispanos floruêre Sacri milites D. Iacobi, DE LA SPATA, CALATRAVE, ALCANTARA, aliíque ita seriatim creati, quos Volaterranus fusè exequitur, Anthropologiæ lib. 21. post Oldradum I.C. qui & illorum plurimos militantium Ordinum percensuit. Consil. 93. 128. 300. Accedant his Lazarianæ militiæ Equites sacri, nuper restituti à Gregorio. 13. Romani Solij Antistite, cuius nutum Romana ciuitas grauissimum nouissimè intuebatur. Apud hunc quippe precibus egit Alpinarum gentium Regulus Philibertus, vt militaris hic D. Lazari ordo instauraretur à Sede Romana. Inde Allobrogum Duces, sacræ huius Militiæ principes renuntiati sunt Pontificiis auspiciis 16. Kal. Octobr. & pridie Idus Nouemb. Mense Ianu. An. 1573. Pontificatus à Gregorio initi Anno 2. Sicuti bino, antè, lustro Pius. 4. P. P. constabilierat D. Stephani militum Priuilegia, eiúsque Magistrum Militiæ & Conuentus scripserat Cosmum Medicen Florentiæ ac Senarum in Tuscia Ducem magnum. Bullatis tabulis Ann. 1562. Nonis Quintilibus. De solenni autem electionis formula Præfecti Hospitali Hierosolymitano, patent sacræ Constitutiones Equestris huiusce Conuentus Tit. 13. De Elect. Cap. 1. Hæc vulgò nuncupant STATVTA DOMVS HOSPITALIS HIERVSALEM.

Equites Iesu Christi, in Portugallia.

Hospitalis S. Lazari Hierosolymitani ordo: Cuius militiæ magister. Dux Sabaudiæ Philibertus, princeps Pedemontis.

Bulla Pij. 4 Die. 7. Iulij Anno. 1562. de Ordine Militiæ & Conuentus S. Stephani, in Ducatu Florentiæ, sub regula S. Benedicti.

Gregorianæ Bullæ duæ die 16. Septemb. & 12. Nouemb. 1573. tribuentes Sabaudo Duci perpetuum & hæreditarium magistratum sacri Ordinis Mauriciani & Lazariani eidem vniti.

7 QVÆ cùm ita sint de sacris militaribus Fiduciis seu *Commendis*, ne possessore vacuæ disponantur nominatione Principis, eadem firmiùs dicas de Præceptoria qualibet D. Antonio sacrata, quæ rectiùs Hospitiis piis annumeretur, quàm Ecclesiasticis purè beneficiis, vtpote Antoniano morbo affectis destinata. Cuiusmodi Nosocomia longè absunt à sacerdotij natura ac conditione: vt Clemens. 5. admonuit in Synodo Viennensi. Cap. 2. De Præben. Atq; adeò Bonifacius. 8. cùm Leges dictaret Monasterio D. Antonij Viennensis in Delphinatibus, illud Hospitale vocauit diuersorium, ipsique tanquam Ordinis primati summisit reliqua eiusdem Ordin. Xenodochia, hoc verborum tenore. *Prædictum Hospitale cũ omnibus membris suis in quibuscúnque mundi partibus constitutis, ipsi Abbatiæ subijcimus & vnimus auctoritate Apostolica, vt locus ipse, qui Prioratus antea dicebatur, sit & appelletur deinceps Abbatia, iique qui ei præfuerint, nomen & dignitatem obtinentes Abbatis, Abbatiam ipsam & dictum Hospitale S. Antonij Viennen. diæcesis sibi vnitum simul gubernent perpetuò, nec magistri vel Domini dicti Hospitalis, sed Abbates monasterij S. Antonij tantummodò appellentur: quibus vniuersi fratres Hospitalis & membrorum eorumdem, quos Canonicos seu fratres monasterij S. Antonij volumus de cætero appellari; pareant humiliter in omnibus & intendant.* Nec minùs vrget, quod Antonianæ sectæ Præceptores idcirco præferunt conspicuum viuificæ potestatis signum T. Ezechielis Prophetæ Symbolum, vt Antonij

De sacris hisce militarium Ordinum Legibus, Nos accuratè Lib. 2. Cap. 6. & Lib. 3. Tit. 3.

Commanderies de l'ordre de S. Antoine, de Viennois.

Nosocomia, publica ægrorum domicilia.

Bulla Bonifacij. 8 P. P. Die. 10. Iunij An. 1297. de qua supra.

T. Græca litera.

inftar Anachoretæ, fecernantur ipfi ab reliquo mortalium genere ac diftinguantur.

Areftum arcani ionimique Concilij regij, quod Priuatum Confilium appellant. Die. 9. Septemb. 1575. *pour frere N. Buteau, religieux de la Commanderie de S Antoine à Paris.*

Præceptoria, feu Commenda regularis, S. Antonij, apud Lutetiam.

Frat. Antonius *de Lanuac*, Abbas S. Antonij Viennenfis.

PROLATIS totin medium argumentis, decretum eft ab Auli- 8
co Galliæ Senatu, Regi ad Antonianas Præceptorias nominandi ius non effe, quantumuis fultum Pacto conuento cum Leone. 10. Pontifice. Arefto. 5. Idus Septembres An. 1575. Butello victore, Antoniani ordinis monacho, cui nos operam patroni præbuimus, contra Francifcum Bernam, fecularem clericum, Lutetianæ Præceptoriæ competitorem. Ortus verò ac progreffus Antoniani cœtus monaftici denarrat concinnè Frater Aymarus Falco Præceptor Barroducanæ Domus, D. Antonio fanctæ. In Antoniana Hiftoria quatuor libris concinnata ex armario Antoniani Cœnobij maioris, & ex variis fparfim Ecclefiafticis fcriptoribus. Quam Falco Hiftoriam perfecutus ad annum vfque. 1530. dicauit Antonio Langiaco, Viennenfi Cœnobiarchæ. Porrò de Antonianæ profeffionis fratrũ Priuilegiis Apoftol. tradita funt non pauca ab Oldrado Iureconf. in Refponf. 214. 293. & 321. Vbi cum primis irrogatum hoc Antonianis fratribus, vt liberè audirent facram Aulicorum omnium cõfeffionem, eófque Chriftianæ mandarent fepulturæ. Horum fummam Priuilegiorum repetiit Pius. 4. P. M. Bullatis literis. 14. Kaléd. Septemb. An. 1565. quæ defcribuntur in Lib. recens edito, cui titulus eft, *Collectio diuerfarum Conftitutionum, & Literarum Roman. Pont. à Gregorio. 7. vfque ad Gregorium. 13.* Planè Antoniani huius ordinis Conftitutiones latæ funt probatæquè Cœnobij Magiftro Aymoni, in Antonian. Patrum generali Conuentu An. 1298. Toti enim huic Familiæ præeft D. Antonij Cœnobiarcha, vtì Lufitanis Chrifti militibus Abba Archofiani cœnobij, Ciftercienfis, in Vlyffiponen. diœcefi, qui tales milites confcribendi & exauctorandi ius habet cenforia quadam poteftate. Vt inquit Taraffa in Hifpanic. Annalibus. Ne quid hoc loco interferam de Ordinis illius patre Antonio Ægyptio, fortiffima Ecclefiæ Dei columna, qui & Conftantio imperante floruit, & vitæ fuæ fcriptores habuit Athanafium Alexandriæ Epifcopum, & Alphonfum Hifpanum, ex Arabico veteri Codice.

Bulla Pij. 4. die. 19. Augufti An. 1565. approbatiua & innouatiua Priuilegiorum, facultatum, & gratiarum Monafterio S. Antonij eiúfque Hofpitalibus concefforum. Ex lib. formis impreffo An. 1579.

Abba Archofiani cœnobij cenfor moderatórque Ordinis Portugalenfium Chrifti militum.

Concordata Leonis 10. P. P. cum Franco rege An. 1516 a priuatis in rem fuam captiosè detorqueri prauum in fenfum & interpretationem.

Aragoniæ rex.

Hifpanica Ecclefia.

EXPENDITE obiter, quæfo, iniquum ad compendium trahi 9
à multis Leoninam illam Sanctionem, & Regiarum nominationum in Sacerdotiis parentem & conditricem: quæ eò arctiùs interpretanda eft, quò longiùs abfcedere videtur ab Ecclefiaftica vetere Electionum difciplina. Habuerunt olim Augufti Imperium maieftatémque apud humanum genus, facrarum clauium ius dirionémque iis relinquebant, quibus eæ diuinitùs dabantur. Quum (metrico Adagio) Iouis hæc fint, Cæfaris illa. Nam, vt de Hifpanis loquar, egregiè quondam meritus fuit de Sacra Republ. Petrus Tarraconenfium Rex, profligatis Mauris, & ab Ecclefia Iberica difiectis. Aft Vrbanus. 2. Pont. illum quidem eft remuneratus inclyto patronatus

patronatus iure in ea Templa ac oppida, quæ pulſi iam tum erant barbari Numidæ : ſed cum exceptione hac , ne idem poſteríque Reges ſibi vendicarent nuncupandorum Præſulum auctoritatem, quos iurati Sacerdotes delectu habito cooptare aſſueuerant. Annum circiter.1100. Narrante Taraſſa, Barchinonenſi canonico, de Hiſpan. Regibus. Inde etiam fluxit Alexandri.3. Decretalis Epiſtola ad Toletanum Archiepiſcopum, improbantis electionem Oxomenſis Epiſcopi, Regia firmatam auctoritate. Cap. De hoc autem De Symon. Iamdudum tamen antiquatæ ſunt in variis Ibericorum Regum prouinciis electiones. Quod apud Belgas illorum ſubditos Sequanóſque liceat experiri. In Belgicas enim oras irrepſit nouus mos, vt primi nominis Sacerdotiis præfectus deſignetur à Principe, deſignatus adprobetur Pontificiæ Sedi. Quemadmodum refert Guicciardinus in Belgiographiæ Tit. De Conuentionibus Pontificiis cum Belgico Duce. Nam haud ita diu Romanus Præſul complures inſtituit Epiſcopos in Belgio, conceſſítque Belgarum Principi Philippo regi Catholico & ſucceſſoribus liberam nominandi Antiſtitis copiam veteribus perinde ac nouis Epiſcopalibus ſacerdotiis; dummodò Romanæ Sedi offerrentur diuinæ Pontificiæve Legis Doctores, aut docendi Licentia prædití, ſalua etiam Regij candidati inſtitutione penes Pontificem ſummum. Quo de negotio Bullati diplomatis exemplar habet Boëtius Epo Friſius, apud Duacum Catuacorum Iuris profeſſor. Vt ipſe inquit Lib.1.Heroïcarum Quæſtion. Tit. penul. Eadémque in Belgica, Principis placitum neceſſarium eſt Romanis beneficiorum Eccleſiæ Codicillis. Ex Pactione inter Pontificem, & Belgarum Regulum iampridem celebrata.

Tota Flandria & in Comitatu Burgundię conferuntur à Pontifice Epiſcopatus ex Principis Regionum nominatione, qui idem Rex eſt Hiſpaniarum.

Antiqui in Flandria Epiſcopi, *de Cambray Arras. & Tournay* Noui verò inſtituti, à nobis citantur & enumerantur infrà Lib.2. Tit.4.

Douay, en Flandres.

10 ANGLORVM vtique Cathedralibus Collegiis demiror ademptum à Richardo Rege ius deligendi Antiſtitis, in ſuúmque vnius tranſlatum arbitrium. Conſtat enim ex wilelmo Neubrigenſi, multas Diœceſeon Præfecturas id temporis Præſulibus vacaſſe, quo Anglica ſceptra Richardus obtinebat. Sub annum 1200. Ab iſto fuiſſe Elienſem Theſaurarium Cathedræ impoſitum Londinenſi, Vintonienſi Gottofredum Lucienſem, Eboracenſi Gottofredum Regis germanum : Cuius etiam coactu minacibúſque literis, Eboracenſes canonici Gottofredũ paſſi ſint in Archiepiſcopalis Throni poſſeſſionem induci. Anglicæ Hiſtor. Lib.4. Cap.2. Atque eo nomine Eccleſiaſticum Statum deflere par eſt cum D. Hieronymo: vbi nimirum multi ædificent parietes, & columnas Eccleſiæ ſubtrahant, marmora niteſcant, auro laquearia ſplendeant, gemmis altare diſtinguatur, & miniſtrorum Chriſti nulla ſit electio. Vt ad Nepotianum ſcripſit ille De vita Clericorum.

Londres Vicefire.

Eboracen. Archiepiſcopatus, Dyork.

11 BRITANNIS porrò ſi vicinos conferamus Scotos, peræquè reperiemus ſublatas Scotici Cleri electiones: Iacobo.3. Rege apud Pontificem Max. procurante. An.1473. Nam eo anno Henricus

Abbatia *de Dumfermling* in Scotia, Regis intercessione, donata à P.P. Errico *Crychtoux*, spreto Alexandro Thomsone, vno monachorum in Abbatem electo.

Crychtonus, nominante Principe, ornatus est Cœnobiarchia Dúfermlinga. Pontificiis Syxti.4.codicillis, qui nec Monasticorum in eo Comitiorum habendam esse duxit rationem. Ita paulo post, Robertus *Schaw* rector à Mynto creatus est Cœnobij Magister Passeletij, Regio libello, suppliceque Principis in Pontificem cómendatione. Hinc seculares primùm Clerici euehuntur ad Monasterij Antistitia cuiusuis, neglecto piarum electionum ritu aureis maiorum seculis obseruato. Inde & Regium ad nutum arbitriumque redactæ sunt paulatim Xenodochiorum omnium præfecturæ, quæ Episcopalis iuris munerísque extiterant: conniuente tunc, aut circumuenta potiùs Sacrosanctæ Sedis pietate. Ex quo deinceps Scotici Hierarchæ neque electos confirmare ausi sunt, neque electi ipsi confirmationem à Romano Episcopo, vt moris erat, postulare. Factum insuper, vt monasteria, quæ ad sacram inopum stipem alimoniámque aucta fuerant patrimoniis, verterentur in profanos Aulicorum vsus, obliterata fundatorum Templi memoria, sanctísque eorum mandatis valere iussis. Tum piæ erogationes cessárunt fouendis pauperibus destinatæ, ac in deliciarum abusum detortæ, iustis detrahuntur Cœnobiorum præfectis, quibus diuini cultus Cœtúsque monastici cura incumbebat. In summa, Scotis iam increbruit consuetudo creandorum Regia nominatione Antistitum, Pontificiis nonnunquam literis prætexenda ac comprobanda. Vt Scoticis Annalibus Hect. Boëthij perhibetur.

Monasterium à Passeleto, in Scotia.

Piorum Hospitalium administratio profanata, quæ antea ab Episcopis piè gubernanda dabantur.

Boëthij Historiæ Appendix ab.I. Ferrerio concinnata, particulatim hæc omnia recenset.

De Poloniæ Regni Ecclesiis.

EÒDEM recidit Polonicus Ecclesiæ Status, ex quo tempore 12
habiti sunt Conuentus Ordinum Petricouiæ An. 1463. In iis quippe detecta paucorum ambitione, qui venabantur Cracouiensem Episcopam, imminuta est iam inde à Regibus Ecclesiastica auctoritas, sacratæque electioni Cleri tanta vis allata, vt eius lenis vmbra duntaxat manserit penes Collegia Sacerdotum, nec sine graui Hierarchiæ, Religionísque iactura. Illic quippe Sennenius primùm Episcopam nactus fuerat Præsulis Max. beneficio, sed repulsam tulit à Kasimiro Rege, frequenti tum Polonico Senatu. Vnde illo cedente, Gruscinius statim ad id muneris adsciscitur, successorémque insuper sibi designat Lutecum Brezium, apud Sarmatas Iuris Propræfectum. Exhincque solutus sensim Ecclesiasticæ Politiæ neruus deploratur à Chromero, Hist. Polon. lib. 5. Nec diu tamé antea scripsit Æneas Syluius ad Casimirum illum Sarmatię Principem, se Varimensium Canonicorum in Glogonia maiori, electione vocatum ad pontificale Varimensium sacerdotium, & Apostolico iudicio confirmatum. Hoc tantùm petiit à Rege, vt per eum sibi liceret Episcopatus possessionem vicaria procuratoris opera adipisci. An. 1457. Lib. Epist. 288. In Bohemia pariter ingens orta est de Pontifice legendo contétio Vladislaï Principis cum Pragensi Clericorum Ordine. Sub annum. 1198. Princeps enim Danieli sacellano aulico Pragensis Episcop. fasces detulit pro arbitratu. Sed cùm Pragenses Sacerdotes

Lutecus Brezius, Procancellarius Regni Poloniæ.

Æneæ, postea Pij. 2. P.P. Epist. 288. Libri Epistol.

Sacerdotes eum agnoscere recusarent, vt pote nondum ab Ecclesia cooptatum liberis Comitiorum sententiis, adacti sunt eò randem, vt communi suffragatione, & adumbrata quadam electionum specie Danielem admitterent Pragensium Antistitem. Id quod refert Dubrauius Olomuzensis, Bohemicæ Hist. Lib. 14.

5 GERMANI verò non vtique exploserunt sacrarum electionum solennia, sed certis eas legibus adstrinxêrunt: vt & auctore Cæsare, ineatur à suffragatoribus electio futuri Præsulis, & semel facta Imperatoriis auspiciis confirmetur. Sicuti memorat Suggerius Abbas fani Dionysiani, ad Parisios, in Ludouici. 6. & 7. Rebus gestis, quibus identidem interfuisse se testatur ille chartaceo exemplari, necdum Typographicis operis peruulgato. Quùm enim ipsius ætate Paschalis Rom. Pont. migrasset in Gallias, iis apud eum verbis fertur egisse Treuirorum Archiepiscopus, Cæsareæ legationis princeps. *Temporibus antecessorum nostrorum, sanctorum, & Apostolicorum virorum Magni Gregorij, & aliorum, hoc ad ius Imperij pertinere dignoscitur, vt in omni electione hic ordo seruetur, antequàm electio in palam proferatur, ad aures Domini Imperatoris perferre, & si personam deceat, assensum ab eo ante factam electionem assumere, deinde in conuentu secundùm canones, petitione populi, electione Cleri, assensu honoratoris proferre consecratum liberè nec symoniacè, ad Dominum Imp. pro Regalibus, vt annulo & virga inuestiatur, redire, fidelitatem & hominium facere. Nec mirum: etenim Ciuitates, castella, marchias, telonea, & quæque Imperatoriæ dignitatis nullo modo aliter debere occupare.* Haud tamen æqua Pontifici visa est talis electionum ratio, Legatis ita respondenti. *Ecclesiam pretioso Iesu Christi sanguine redemptam & liberam constitutam nullo modo iteratò ancillari oportere: si Ecclesia eo inconsulto Prælatum eligere non possit, cassata Christi morte, et seruiliter subiacere: si virga & annulo inuestiatur, cùm ad altaria eiusmodi pertineant, contra Deum ipsum vsurpare: si sacratas Dominico corpori & sanguini manus, layci manibus gladio sanguinolentis obligando supponant, ordini suo & sanctæ vnctioni derogare.* Isthæc è Suggerij Cœnobiarchæ scriptis, ad quem D. Bernardi coæui extant Epistolæ. 78. 222. & 266. Nec eo secius dehinc irrogauit Paschalis P. P. Errico. 5. Cæsari ius Episcopos, Abbatésque sacra induendi vestitura. Quod non tam priuilegium quàm prauilegium vocat Albert. Crantzius in Metropoli, seu Ecclesiastica Saxonum Histor. Lib. 6. Capite 10. De Paderburnensi Episcopatu, cuius in Æde maiore Decano rescripsit Innocentius. 3. Capite Cùm dilecta, De confirmat. vtil. vel inut.

Suggerius Abbas S. Dionysij, in Francia; tempore Ludouici Crassi & Ludou. Iunioris Franciæ regum.

Treuirensis in Germania Archiepiscopi Oratio ad Pontificem summum, nomine Germanici Imperatoris.

Imperialis Inuestitura nouorum Episcoporum Alemaniæ per virgam & annulum, præstito fidelitatis iuramento. De quo nos etiam Lib. 4. de Domanio Franciæ Tit. 10.

Deux arrests du grand Conseil entre Monsieur le Procureur general du Roy appellant comme d'abus de l'election d'un Abbé, l'vn du 8 Nouemb. 1522. touchant l'Abbaye de S. Pierre du Serches. L'autre du 18. Mars 1524 pour l'Abbe de S. Pierre de Mantes, Ordre de S. Benoist comme l'autre. Par lesquels a esté iugé que le Roy n'a point de nomination aux monasteres ayans priuilege special d'eslire l'Abbé. Suiuant le 4. Per præmissa.

Depuis y a eu vne cause pareille de ladite Abbaye plaidee au grand Conseil l'an 1595. & appointee au conseil entre l'esleu par les Religieux, & le nommé par le Roy, le procez a esté party en Septembre audit an 1595. Mais departy audit Conseil le 5. Iuin 1604. ou enuiron & a esté iugé contre Gregoire l'esleu, au profit de Iean de Cous nominataire du Roy. Prononcé aux Procureurs le 3. de Septembre 1604. parce que l'esleu depuis conuentuellement s'estoit departy de son election, dont il ne s'en estoit releué.

Ladite Abbaye du Serches fondee par Hildegorius Euesque de Limoges, suiuant l'intention & fondation de son pere Gerault Viscomte de Limoges regnant le Roy Loys. Le special priuilege d'eslire est du Pape Gregoire 8. en Auril l'an 1118 d'Eugene 3 l'an 1141. Alexandre 3. l'an 1180. suiuant la clause expresse de ladite fondation & lettre Episcopale, portant que en cas de decez de l'Abbé, l'election appartienne aux Religieux.

Haud ideò certè libera suffragia Clero adempta sunt in Præsulibus Ecclesiæ adhibendis. Teste ibidem Crantzio. Cuius rei fidem augent innumera sacrarum electionum exempla, apud Gasparum Bruschium, in Epitome Germanic. Episcopatuum: quibus Præfecto vacuis successorem designarunt sigillatim Collegia canonicorum. Vt videre est apud Crantzium de Saxonico Sacerdotio, Tritemium, & Vrspergensem Abbates, quorum Chronici libri eruditorum manibus teruntur. Dempto hoc vno, quòd Germani Augusti supremum calculum addunt electionibus sacerdotum: Qualem adscripsit Erricus Cæsar Iaromyrio Pragensium Episcopo. Circa annum.1070. Vt narrat Dubrauius Olomucensis pontifex, Bohemiæ Hist. Lib.8. Nec diuersum ab Æneа Pio memoriæ proditum est An. 1453. in Epist. 148. de Patauiensi Antistite in Cathedram suffragiis allecto, quem tamen iratus Fridericus Imperator comprobare abnuerat. Per hunc modum refert alio loco Æneas, ei vni cessurum Frisingẽsem Præsulatum, cuius electioni Romanus Princeps auctoritatem interposuisset. Epist. 36. Quinetiam Seuerino P.P. confirmatum tradunt summum Hierarchiæ fastigium ab Isatio totius Italiæ Exarchiam obtinente. Plura à nobis de Cæsarea hac Episcoporum confirmatione petes ex nostris monumentis, *De iure fisci Gallici, Tit. 10. Lib. 2.* Quùm mihi vsquequaque religio sit, alibi discussa vel à meipso, vel ab huius ætatis scriptoribus refricare.

Gaspar Bruschius.

Albert. Crantzius de Saxonica Ecclesia.

Bohemici Annales Dobrauij Olomucensis Episcopi.

Seuerinus Papa.

LATINO Imperio frustra Græcum subiunxeris, cuius Principes, quòd sacras Prouincias obuio cuique mandarent pro libidine, luerunt violatæ sacræ Politiæ pœnas, Thracio demùm Diademate cum vita mulctati. Nam ipsi in publicas leges traducere non erubuerunt priuatam profanamq; Dignitatum Ecclesiæ largitionem, quam impiè sibi, nedum ineptè arrogabant. Id planum facit Nicephori Phocæ constitutio, cui leues quidã vereque Græculi Pontifices subscripsère, ne Cæsaris iniussu vllus crearetur Episcopus: summisso etiam aulico dispensatore, qui simul ac Præsul exisset è vita, definitos sumptus faceret, residuos verò sacrarum opum reditus in Fiscum inferret. Apertiùs adhuc polluta sunt Sacra magnæ matris Ecclesiæ ab Alexio Comneno Imp. graui Edicto, sibi vni licere pontificalem Thronum concedere Ecclesiis, ac Præsulatus vel Archipræsulatus Metropoleõn titulis adaugere. Cuiusmodi Byzantiorum Cæsarum leges voluuntur, à Theodoro Balsamone digestæ, eodem Nomocanonis Græci Interprete: Cuius Volumen Antiocheni Patriarchæ inscribitur: * τῶν Ἀνατολικῶν Νομίμων Βιβλία γ'. Sed & Nicephori edictum fusiùs recitans Zonaras,* ὁ βασιλεὺς (infit) ἀφορμὴν ἐκ τούτου δεξάμενος, ὡς οἰκείας ἐξουσίας τὸ πᾶν τῆς τῶν ἐπισκόπων μετήνεγκε προχειρίσεως, μηδένα κελεύσας γνώμης ἄτερ αὐτοῦ εἰς ἐκκλησίαν οἵαν δή τινα στέλλεσθαι· ἀλλὰ κἂν ἐτεθνήκει ἐπίσκοπος βασιλικὸν ὑπηρέτην εἰς τὴν χηρεύσασαν ἐκκλησίαν ἐξέπεμπε, καὶ γλίσχρως παρ' ἐκείνου τῶν ἀναγκαίων γινομένων ἀνάλωμα τ' αὐτὸς ᾠκειοῦτο τὰ περιττεύοντα. 14

Constantinopolitani Impp. Episcopatuum collationem sui iuris fecère.

Theodorus Balsamõ I.C & Theologus An.1181. florebat, & multa scripsit. Vt ipse de se testatur in Præfatione super Nomocanonem.

* Iuris Orientalis liber triplex Græcè scriptus, cuius Latinus interpres fuit Enimundus Bonefidius Iurecons. Græcè autem scriptoris earum Legum Balsamonis meminit Nicetas Li. 3. de Isaacio.

* Imperator ex hoc sumpta occasione, & omni auctoritate designãdi Episcopos sibi vẽdicata, edixit, ne quisquam iniussu suo in vllam Ecclesiam mitteretur. Mortuo igitur Episc. ex ministris suis in Ecclesiam vacantem mittebat aliquem, qui sumptus necessarios parcè faceret, ipse reliqua sibi vsurpabat.

Annalium Tomo 3. Quæ cogitanti mihi subit ex aduerso heu pietas, heu prisca fides Constantini, ac Irenes matris Augustæ, qui Tharasium Patriarcham suffragiis lectum eduxere in totius conspectum Populi, libera omnibus potestate facta illum criminandi, vt innocentia purgare se reus cogeretur. Quemadmodùm ex eorum Epistola ad Nicenam. 2. Synodum liquet, Annos ab Orbe redempto circiter octingentos.

SATIS de exterorum Politia Ecclesiastica, quæ reprehendi magis quàm corrigi possit. Nunc Franciam repetens gratulor Patriæ religiosiùs paulo tractanti Ecclesiastica munera, nec à semitis Patrum omnino discedenti tritísque sacrarum Electionum vestigiis. Nam Erricus. 2. rex Iulij. 3. P.P. admonitu, piè declarauit, monastici Ordinis capita, Vestaliúmque Cœnobia virginum minimè teneri Regio Iure nominationis ad sacras Præfecturas, nec dignitates pariter Cathedralium, minorúmve Collegiorum Ecclesiæ, ac regularium Conuentuum. Regiis codicillis. 4. Kal. Augusti. 1550. qui in Consistorio Principis subinde promulgati sunt pridie Nonas Sextiles eodem Anno. Item receptum audimus in monasticis Primatibus Ordinis Grandimontani, vt Abbæ Conuentúsque arbitrio distribuantur, etiamdùm quatuor primùm vacuæ monachorum Præfecturæ seu *conuentuales Prioratus*, ex qua die nouus Cœnobij Antistes creatus sit Grandimontensis: Pro auspicato nempe Abbatis in Monasterium ingressu, quem nostri homines *iocundum aduentum* appellant. Vsqueadeo, vt nec Gallus Princeps in ea sacerdotia vtatur nominatione, nec Pontifex Regiæ nominationis probatorio diplomate. Tales itaque *Prioratus* eligendo conferuntur à Cœnobiarchis; ex prisco monastici huius Ordinis instituto. Id quod pluscu-lis Sententiis decretum est Prætoriani Consilij, secundùm Francisc. Neuuillæum Antistitem Grandimontanum, tricenos abhinc annos. Nec enim diuersam in partem Iudices flexit, quòd summus Pontifex illic Principali nominationi suam adiunxisset auctoritatem, Regiúmque ius Codicillari Prioratuum munere adprobasset. Præclaro certè Iohannis. 22. Rescripto *electiui* habentur Grandimontani monasticorum conuentuum Primatus: Hac tamen lege & cautione, vt si Conuentus quisque menstruo spatio moretur electionem, ilicò penes Grandimontis Abbam liberum sit vacui *Prioratus* arbitrium, & cui collibuerit, eum ipsum attribuendi. Nouemb. Luce 17. An. 1317. Hisdem Pontificiis tabulis memorantur Clementis. 5. Literæ & Innocentij. 4. de Ordine Grandimontensi, ac in vniuersum Monasticæ huic familiæ statuuntur canonicæ Leges pleræque. Ordinis auctorem citat Vincentius Stephanum

Literæ patentes Regis Galli Die. 29 Iulij, lectæ & omologatæ in arcano Consilio regio Die. 4. Augusti. Ao. 1550. quòd deinceps Princeps non vtetur nominatione ad capita Ordinis, aut monialium Monasteria, *ne aux dignitez des Eglises Cathedrales, Collegiales ou Conuentuelles*, Sedeæ canonicis electionibus conferentur.

Prioratus Ordinis Grandimontani quorum caput est Abbatia *de Grandmont*, in Lemouicensi Diœcesi. Qui omnes Prioratus sunt conuentuales

Aresta Magni Consilij Regis, de quatuor Prioratibus conuentualibus, qui primi vacent post noui Abbatis iocundum aduentum, electione conferendis, non regia nominatione.

Bulla Papæ Iohan. 22. apud Auenionem, qua Grandimontis Prioratus erigitur in Abbatiam, & beneficia ipsius eriguntur in Prioratus & cellulas Abbatiæ annexas.

Arrest du grand Conseil du Roy du 16. Octobr. 1573. entre sœur Marie de Castres, religieuse de l'Abbaye de Poulangy, demanderesse, & compleignante pour l'Abbaye de nostre Dame de Rougemont, ordre de S. Benoist, diocese de Langres, & sœur Loyse Damoncourt Pepape, Abbesse de ladite Abbaye, defenderesse & opposante, & entre ladite de Castres appellante comme d'abus de l'election de ladite Damoncourt. & veu les plaidoyez & conclusions du Procureur general du Roy, Dict a esté que sans auoir esgard audit appel comme d'abus, ladite Damoncourt est maintenue & gardée en la possession de ladite Abbaye.

Monasteres des Moniales non subiects à la nomination du Roy.

Stephani Lib.27. & Volaterranus Anthropolog. Lib.21. Cum verò mutatis sedibus, Grandimontem occupassent Stephani successores, constituto ibidem regulari Primatu sacri Ordinis principe, Iohannes 22. subuexit *Prioratum* hunc in Cœnobiarchiam, & illius Sacerdotia in Prioratus regulares, aut cellulas Monasterio nexas. Vt constat Pontificio Iohan. diplomate supradicto, quod dudum tenuimus præ manibus, quùm Abbati pridem forense patroni munus accommodaremus. De hoc Grandimontano ordine nos pluscula, Monastic. Lib.2. tit.1. Art.22.

Abbatiæ quædam & Prioratus speciale habentes eligendi priuilegium.

16 SVFFRAGIORVM item latione deliguntur monastici aliorum Ordinum Præfecti nonnulli, quibus speciale hoc fuit Comitiorum ius quondam indultum. Nam Ludouicus.9. Rex monasticã Ædem condidit in Syluanectensi vrbe, D. Mauritio sacram: Cuius legi fundationis adscriptum erat, ne quis alius cœnobitarum calculis allegeretur ad eius primatum Conuentus regularis, quàm ex eodem cœtu Collega, rubro indutus amictu, cœnobitis condicto celebrandæquè Martyrum memoriæ. Successu temporum, Magister sacri Primatus hunc eiurauit in gratiam certi successoris, & talem eiurationem admisit Pontifex. Interim obeunte eo, qui cesserat sacerdotio, Præfectus huic designatur Fr. N. Cormelius vnanimi eligentium Fratrum sententia. Mox electionem oppugnat Pontificis beneficiarius, prouocato Senatu abusus nomine. An.1520. Nec malè quidem prouocationi quæsitus color videbatur, quòd cedentis successor receptus fuisset à Romana Sede, & manum Regiam quæ sacerdotij fundis iniecta fuerat, tollendam curasset Principalibus codicillis. Electus, contrà, defendere, Pontificis candidatum, Regia ipsa fundationis lege excludi monastico Primatu: Quippe qui nec regularis vitæ sacra instituta professus esset, nec rubræ vestis cultum atque Insignia gestaret, eius Cellulæ monachis præstituta. Huic forensi Actioni Lizetus interuenit aduocatus Fisci, obtestatur gratiosam eiusce Sacerdotij cessionem sibi non placere: postulauit demùm, vt auctore Senatu, labentis eiusdem Ecclesiæ reformationem adgrederetur Præsul monasterij superioris. CONSCRIPTI PATRES de appellationis negotio censuerunt maturiùs deliberandum, iusso interea Caroliloci Abba, cui in sacro imperio contribuitur Mauritianus *Prioratus*, Vicarios censores duos præficere ipsius emendationi Conuentus monastici. Adiectúmque est ab Ornatiss. Curia, res spiritales monasticæ Domus à cœnobitis duobus, prophanas à secularibus totidem procuratum iri. Decreto. 17. Kal. Ianu. An.1521. Poyeto, appellantis Pontificij: & Vilmoreo, competitoris electi causam agentibus.

D. Ludouicus Galliarum Rex fundator Prioratus D. Mauritij, in vrbe Senlirensi.

Prioratus resignatione admissa in Curia Romana, resignatarius obtinuit leuationem Manus Regiæ impositæ temporalib. bonis eius beneficij.

Arestum Curiæ. Die. 16. Decemb. An. 1521. de reformatione dicti Prioratus S. Mauricij tam in spiritualibus quàm in temporalib. per duos monachos Vicarios Abbatis *de Challis*.

17 QVÆ apud me ipse voluens, vt non dubito successoris nominationem, quæ à moriente fieret beneficiario, fuisse olim iustæ adæquatam electioni: ita puto mehercle temporib. deprauatam, muniisse viam Syoni in sanguinibus ædificandæ, DEIQ. sanctuariis hæreditate

Antiquus sacerdotum mos, successorem sibi in sacerdotium adoptantium, seu, quod aiunt, *beneficium suum resignantium*, sed cum vnanimi Pop. adprobatione.

hæreditate poſſidendis. Sicuti Regius Pſaltes demonſtrat Pſal. 81. & Habacuc. 2. Vaticiniorum, cum Reſcripto Alexandri. 3. Ad hæc De Decim. Cap. conſuluit De iur. patron. Planè fœlici illo primorum Chriſtianorum ſeculo, adoptabat ſacerdos ferè quiſque ſibi ſucceſſorem, non fraude, non affectione domeſtica, non carne, ſed occulto Numinis iudicio, ſpirantéque cœleſtis Patris inſtinctu. Sic Theotecnus Cæſareæ Paleſtinę Epiſcopus Anatolio manus impoſuit, Philoſopho ac Theologo laudatiſſimo, hunc ſibi ſucceſſorem deſtinans in Sedem eam Pontificalem. Vt eſt apud Euſebium Sacræ Hiſtor. lib. 7. Cap. 32. & Nicephorū Lib. 6. Cap. 36. Quo etiam modo Alexander Alexandriæ Præſul, cùm moreretur, ſucceſſorem reliquit diuini arbitrij calculo Athanaſium. Vt tradit Sozomenus lib. 2. Cap. 17. Ex Apollinaris Cyri teſtimonio. Rurſus Athanaſio in Cathedram ſucceſſit Petrus quidam, eius primùm ſuffragio huc promotus, ſed quod ratum habuerunt Prouinciæ Epiſcopi, Clerus, Magiſtratus, viri primarij & Pop. vniuerſus. Sicuti à Theodorito refertur (lib. 4. Cap. 20.) & Nicephori libro. 11. Cap. 26. Ad hæc, Byzantiorum pontifex Alexander fato proximus, in locum ſuum purè ſubſtituit neminem: hoc tamen, quibus id competebat, ſuaſit è duobus quos nominaret, vnum cooptarent. Rogantibus enim Clericis, cui ſacrum Solium, extincto eo, committi deberet, reſpondit, Paulum habetis preſbyterum, virum in rebus diuinis probatum, & ad dicendum inſtructum: Sin mallent rebus gerendis idoneum, & Principum conſuetudini Magiſtratuumque aptiorem, in iis præcellebat Diaconus Macedonius ætate prouectior. Morte autem abſumpto hoc deſignatore, maior erupit ſuper deſignatis turba atque contentio: Homouſianis Paulum, Arrianis Macedonium petentibus. Vti à Socrate perhibetur Eccleſ. Hiſt. Lib. 2. Cap. 6. & Sozomeno, lib. & Cap. 3. Nicephoro lib. 9. Cap. 4. Similis motus auctor fuit in Memphitica regione Melitus Alexandriæ decedens, Iohanne quodam ex familiaribus, in ſuum miniſterium ſuffecto, præter Nicenæ Synodi præſcripta. Vt Socrates enarrat Lib. 2. Cap. 21. Hieroſolymis pariter Maximū ſucceſſorem præfecit Macarius, quùm vereretur ne Arriani, ſe mortuo, Sedem alicui ex ſuis eam concederent. Hic itaque pœnitentia ductus, quòd Dioſpoleos illum creaſſet Epiſcopum, egit ſedulò, vt Maximum Solymæ vrbis ciues detinerent, vnà ſecum Sacerdotio functurum, eoq; humanis erepto, ſufficiendum. Agelius quoque Siſinium preſbyterum inſtituit Cathedræ ſuæ ſucceſſorem. Id tamen improbanti Plebi, quæ Martianum potiùs ſubrogandum cenſebat, gratificatus eſt Agelius, huncq; Epiſcop. ordinauit, priore poſthabito, & ingreſſus ſic ad Populum retulit, Martianum ab obitu meo, & poſt Martianum, Siſinium Pręſules habebitis. Tripart. Hiſt. lib. 9. Ca. 36. Socrat. lib. 5. Cap. 21. Adde eiuſdē factionis Epiſcop. Paulum, qui migraturus ad Superos, vocatis Clericis, dixit, Pontificem ſe viuo deligendū

Dauid rex pſalmographus, & Abacuch propheta.

Conſtantinopolitanus Patriarcha.

Ægypti Alexandria.

Aduerte hîc ſucceſſoris deſignationem velut hæreditariam, & vti videtur cum regreſſu, quem vocant, ceſſionem: Cuius nullam in iudiciis

Gallicis habitum irritationem sanxit Gallus Rex Edicto Aurelianen. Art. 22.

vrì cogitarent, & illis electionem ipsi deferentibus, scribite (ait) vos quem decreuero, cooptaturos. Quibus scribentibus Marciani nomen presbyteri adscripsit & signauit, iussitque subscribere presbyteris. Chartam apud Marcum itidem deposuit, Nouatianorum Episcopum, ita fatus. Si vixero, mihi tedde, sin abiero, hîc inuenietis, quis debeat ordinari. Die igitur post obitum tertio resignata tabella, cùm reperissent Martiani nomen, electionem collaudarunt, ac protinus dolo bono vsi, illum manu prehensum deduxerunt in thronum Ecclesiæ, & Præfectum sacrorum ordinarunt. Tripart. lib. 12. Cap. 14. & Socrat. lib. 7. Cap. 48. Nicephot. lib. 14. Cap. 41.

VT A Græcis ad Latinos veniamus, patet Augustinum Vale- 18
rio, Etadium Augustino commendantibus successisse in ponrificatum. Tradit enim & ipse Augustinus, Eradium à se viuo adiutorem adscitum, & successorem in Episcopale munus se relicturum. In Epist. 110. Talem Plebi & Sacerdotio Thessalonicensi gratulatur Ambrosius, Acholio Præsuli Anysium discipulum communi omnium plausu successisse. Epist. 59. 60. Et hîc successorem obserua à moribundo sene designatum, imò comministrum diu probatum anrea, & runc Plebi, Cleróque acceptissimum. Deinceps verò, cùm sacra officia sanguini cœpissent deferri, non vitæ, & tales quisque Præsulatuum velut hæredes nuncuparet, qui docendi magis quàm docturi essent, vetita est successio huiusmodi: Inira sanctis Canonibus ratione, qua reperirentur Christi Principis famuli ea integritate vitæ, vt Plebis vtilitati studerent, non suæ, nec augendis opibus inhiarent. Id quod variis locis inculcat Gratianus, Can. qui in aliquo Distinct. 51. Can. Petisti. 7. Quæst. 1. & 8. Quæst. 1. in princ. Antiocheni Concilij, Can. 23. sub Iulio. 1. P. P. qui idem Martini Bracarensis. 8. sic habet, Episcopo morti vicino successorem sibi constituere non licere. Huc alludit Romanæ Synodi, Hilatio Pontifice, Canon vltimus, noua & inaudita in Hispaniis vitiorum semina enasci: sacrorum præfecturam quæ non nisi lectissimis viris debetur, hæreditarium compendium videri quibusdam potius quàm diuinum munus: Sacerdotium, vt res caducas & mortales, legari, dimitti iure testamentario, fideicommitti: Plerósque Sacetdotes, imminente fatali hora, in sacram functionem successores præscribere, vt non legitima expectetur censoriaque electio, sed defuncti gratificatio vicem obtineat popularis suffragij. Cùm igitur Nundinarius Barcinonensium Antistes, expleta humanæ conditionis sorte, Itenęum supremo iudicio optauisset, vt suum in locum substitueretur, applaudenti Clero, & Prouincialibus hanc quasi testamentatiam substitutionem cupientibus comprobari, respondit Summus Pontifex, Batcinone alium de Clero proprio legendum Episc. quàm Irenęum: ne sacræ Dignitatis apex hęreditariú ius putetur, quod sola DEI Opt. Max. benignitate erogatur. Huius Rescripti frag-

D. Hildeberti Cenoman. Episc. Epist. 55. in substitutiones sacrarum dignitatum Ecclesiæ Claromont. quas etiam ait præsertim Canonicas à Laicis, & quibuslibet hæreditario iure obtineri.

Barcelonne.

Coadiotorię, cum spe futuræ successionis in Episcopatus & Abbatias, prohibitæ: In quas etiam, & cum Regressu resignationes inuehitur Claud. Espencæus in epist. Pauli ad Titum Ca. 1.

pti fragmentũ extat. Causa. 7. Quæst. 1. Can. Remoto. Quin & propterea Tridentinæ Synodi Patres vetuêre, Episcopalis muneris coadiuuas assumi in spem futuræ successionis. Concilij Sessione. 25. Decreti de Reformatione Cap. 7. Tametsi ægris aut senibus Episcopis adiutores præbeantur Pontificia Lege. Toto Tit. De Clerico ægrotante Lib. 3. &. 6. Decretalium Epistol. Tum regia Gallorum constitutione Aurelianensi, Artic. 7 Quòd si Ecclesiæ Cathedralis, aut Monasterij vrgens postulet necessitas, euidésvè vtilitas. Præsuli Coadiutoré dari cum futura successione, datio tùm demùm valet, cum causa diligenter à Sanctiss. Pontifice sit cognita, & qualitates omnes in illo concurrere certum sit, quæ à Iure & Decretis Tridentini Concilij in Præfectis Ecclesiæ requirentur. Iuxta Canoné quãuis. Can. Non autem. 7. quæst. 1. Ita Gregorius Nazianzenus propter effœtum corpus postulauit ab Episcopo gratiam subrogandi in vices sedésque suas Eulalij. Vt ipsemet in Epist. 39. De coadiutoribus attestatur. Narcisso etiam Hierosolymorum Antistiti datus fuit coadiuua Alexander, ob ingrauescentem ætatem, ac valetudinem. Auctore Eusebio Lib. 6. Cap. 9. &. 10. Tum Nicephori lib. 5. Cap. 9. Gallicis verò Episcopis minùs est hodiè laborandum de successore sibi, vt olim, deligendo, & Canonicorum Senatui, qui ratũ

Tales Episcoporum conductores descripsimus obiter Lib. 2. Monasticon, seu de iure Cœnobitarum.

Art 7. Edicti Aurelian. *Il est enioint aux Prelats qui pour maladie, ou vieil aage, ou autrement ne pourroient vacquer à leur charge, prendront & retiendront Coadiuteurs & Vicaires personnages de qualité requise, tant pour présider qu'administrer les saincts Sacremens, ausquels sera assignee pension raisonnable &c. Concile de Trente.*

Coadiutor datus seni Episcopo, si mentis iudiciique compos non potest conferre beneficia, infirmo autem corpore vel animo eo potest cõferre tanquam Episcopatus generalẽ habens procurationem & administrationem Cap. Is cui. De elect. in 6. Oldrad. in Consil 44. Selua. de benefic. parte 2. qu 4. Coadiutor autem Archiepiscopi etiam cum futura successione, non potest vti pallio, nec benedictione Episcopali nisi sit Episcopus. Sed scilicet & exercet ea quæ Episcopus electus & confirmatus, non tamen quæ consecratus.

Plusieurs telles Coadiutoreries futuræ successionis, se sont passees à Rome pour la France, assauoir de l'Archeuesque de Rouen, de la part du Cardinal de Borbon à son nepueu le Cardinal de Vendesme, receu au Chapitre de Rouen l'an 1582., Item pour l'Euesché de Lambez, & en l'annee 1603. pour l'Euesché de Condon, de laquelle M. Iehan du Thenin est titulaire, & son nepueu coadiuteur pour la vieillesse de l'oncle, nommé Anthoine Descouz Chanoine & Archidiacre de l'Eglise Cathedrale de S. Pierre de Condon, & Conseiller clerc au siege Presidial de Condomou, à la nomination de la Royne Marguerite de Nauarre Duchesse de Valon, Comtesse de Senlis, d'Agenon, Condomou, Lauraquez, Rouergue, Auuergne, d'Usson, des quatre Iugeries.

Otho Spirensis Episcopus, senio confectus assumpsit de Canonicorum assensu in Coadiutorem, Conradum Metensem Episcopum Ao. 1199. vt refert Gasp. Bruschius, de omnibus Germaniæ Episcopatibus.

cum gratúmque habeat, offerendo. Iampridem enim Rex maiorum ordinum Sacerdotia transtulit in suum ius Augustæ nominationis: ea saltem, quæ verè fuerunt *electiua*, vt pote Episcopales & Cœnobiorum dignitates superioris Præsulis confirmationi obnoxiæ. Pactitia lege Bononiensi, de qua suprà, quæ licet piis Maiorum electionibus derogarit, haud omnes tamé abrogauit. Vt alibi edocuimus, complures Ecclesias benignitate nostrorum Principum ad priscam electionum normam redactas fuisse. Lib. 2. fisci Gallici Tit. 10.

Regis Franciæ cum Papa Leone 10. Concordata de iis Beneficiis electiuis, regia nominatione concedendis, quorum vacatione Ecclesia Pastore viduata esset.

19 DENIQVE magna me spes tenet fore, vt Electiones Francicis generatim Ecclesiis postliminio restituantur. Siue quòd Aurelianẽ. Edicti capite. 1. instaurata sit Basiliensium Decretorum auctoritas Bononiensi Pactione labefacta, seu quòd prisca Reipub. Ecclesiasticæ fœlicitas, repetitis veterum moribus, possit ad hæc quoque secula reuocari. Voluamus igitur solemnes tot Episcoporum nostratium electiones in Rhemensi Flodoardi Historia diuino afflatas Numine, quas Regia pariter Maiestas temporum illorum obnixè tuebatur. Ea de causa scribit ille, in Rhemensib. Ecclesiæ Comitiis, quibus de Nouiomensi Præsule cooptando agebatur, fuisse con-

Regia Ordinatio Aureliæ lata An. 1560. Ecclesiasticarum electionum renouatrix iuxta Pragmaticam Sanctionem Biturigibus editam. Sed quæ in eo capite nondùm executioni mandata est.

Rheims.

Episc. de Noyon.

Flodoardi verba ipsa Rhemensis Ecclesiæ presbyteri.

ſtitutum, *vt Hugo Abba Ludouicum & Carlomanum Reges hortaretur, quatenus voluntatem Dei & anteceſſorum ſuorum conſuetudinem hac in parte conſeruarent.* Rhemenſ. Hiſt. lib. 4. Inſuper coacto Rhemis Synodico conuentu, nihil antiquius viſum in emendandis Cleri moribus, quàm perpetua lege ſanciri Eccleſiaſticas electiones, hoc modo. *Item vt decedente Epiſcopo in locum eius non alius ſubrogetur, niſi loci illius indigena, quem vniuerſale & totius Pop. elegerit votum, aut comprouincialium voluntas aſſenſerit: Aliter qui præſumpſerit, abiiciatur à Sede, quam inuaſit potiùs quàm accepit.* Huic Gallicæ Eccleſiæ Synodo præſedit Sónatius Rhemorum pontifex, aſſidentibus Magnebodo, Andium, Chadoindo, Cenomanorum, & quadragenis aliis Galliæ Præſulibus. Sicuti à Flodoarto mandatum eſt literis, Hiſt. Rhemenſ. Lib. 2. Cap. 5. Cuiuſmodi ex ſanctarũ electionum tractatu prodîere inſignia Eccleſiæ lumina, gregis Chriſtiani paſtores pietate iuxta ac eruditione cumulati. Talem Fortunatus Iginium depingit, Rhemorum Archiepiſcopum, his Verſibus calamo exaratis.

Reformando Clero apprimè vtilis Sacrarum electionum obſeruatio.

Synodicus Canon.

Fortunatus Rauennas Pictauorum Epiſcopus vixit ſub Iuſtino iuniore Imp. Circa annum 580. Cuius Fortunati extat carminum Liber quem legi manuſcriptum.

Nil lupus inſidiis cauto ſubducit ouili,
Te Paſtore ſacro peruigilante gregem:
Pontificis ſtudio correctio Plebis haberis,
Ne tenebræ noceant, ſemita lucis ades.

Depuis œcumenica Rhemorum Synodo coacta à Calixto 2. Pontif. An. 1119. menſ. Octob. decretum ita fuit, teſte Orderico Vitali Anglo, in hiſtoria ſui æui exarata Epiſcopatuum, Abbatiarum inueſtituram per manum laicam fieri penitùs prohibemus. Quicunque igitur laicorum deinceps inueſtituræ præſumpſerit, anathematis vltioni ſubiaceat. Si quis item vendiderit, aut emerit per ſe vel per ſummiſſam perſonam quemlibet Epiſcopatum, Abbatiam, Decanatum, vel quælibet Eccleſiaſtica beneficia, promotiones, ordinationes, conſecrationes, Eccleſiarum dedicationes, clericalem tonſuram, ſedes in choro aut quilibet Eccleſiaſtica officia, vendens & emens, dignitatis, officij & beneficij ſui periculo ſubiaceat. Quod niſi reſipuerit, anathematis mucrone perfoſſus, ab Eccleſia Dei, quam læſit, modis omnibus abſcindatur.

Ferraria, Monaſterium Galliæ in diœceſi Senonum, quod Betlehemiticum etiã appellatur.

Lupus Ferrarienſis abba, conſiliarius Caroli Calui Imperat.

Abbatia S. Mauricij Foſſatenſis, *des Foſſez lez Paris.*

Yuo Carnotenſis.

Rheims.

Inſuper Lupus apud Ferrariam Senonum Abba fidem fecit Eccleſiaſticarum Galliæ electionum, quæ ſuo ſeculo liberè celebrabantur. Sub annum. 850. Epiſt. 99. cum præcedenti, (quæ Lupi libro inſeruntur,) ad Guenilonem Senonum Metropolitẽ ſcriptis nomine Cleri matris Eccleſiæ Pariſiorum, fratrũ Cœnobij S. Dionyſij, B. Germani, D. Genoueſæ, & Foſſatenſis: Quorum Epiſcopus Pariſien. Ercanradus naturæ conceſſerat. Eiuſmodi electionũ plenæ ſunt Yuonis Carnutum Epiſcopi miſſæ ad plurimos Literæ. 43. 116. 142. 181. Vbi inter alia affirmat Yuo, Rhemorũ Sedem diadema Regni habere, & omnibus penè Gallicanis Eccleſiis exemplum ruinæ vel reſurrectionis exiſtere. Nec obſcura eſt electionis hiſtoria Præfecti monaſticæ Ædi *de Pellicea*, in Comitatu Cenomanorũ. Quo de cœnobio nominatim Celeſtinus. 3. P. P. in Cap. cùm monaſterium de Pellicea De elect. Sic Prioris *de Charitate* velut electiui, meminit Gregorius. 9. Cap. ſacroſancta De elect. Pendet autẽ hic Charitatis Conuentus à monaſterio Franciæ Cluniacenſi. Cõperimus deinde in Antiquis Decretaliũ Collectionibus nouiſſimè excuſis, D. Audoeni cœnobiarchiam Rothomagenſem, monachorum votis & calculis mandari ſolitam, ſed de electionis forma ſola litem ſuperfuiſſe. Cap. *Inter monaſterium S. Audoeni Rothomagen. & veſtrum ſuper modo eligendi Abbatem in dicto Monaſterio veſtro dudum agitata*

Abbatia *de la Peliſſe* prope Feritatem Bernardi, apud Cenomanos.

Prioratus *de la Charité dependant de Cluny.*

Abbatia *de S. Ouen, de Rouen.*

tata quæſtio &c. De re iudic. His ſubnecto noſtratium electionum teſtem Arnulphum Lexouienſem Neuſtriç Epiſcopum, ad monachos Bernacenſes ſcripta Epiſt. in lib. Epiſtol. Circa annum. 1180.

Hic Arnulphus cum per 40 annos Lexouienſem, in Normania rexiſſet Eccleſiã, renunciauit Epiſcopatui, & perrexit Pariſios, ſuos dies dimidiaturus apud S. Victorem. Ex Chronic. Sigeberti Gemblacenſis.

VNVM nobis ſupereſt, tantæ Maiorum Politiæ hæredibus, ne ab ſolenni ipſorum ritu, ſacráque electionum diſciplina recedamus poſthac. Quam Reges noſtri quandiu retinuerint, Otthodoxę pietatis neruum, tandiu & Religionem Regno, & ita Coronam capiti ſuo hæſuram prædixit Clodoueo D. Remigius Rhemorum Archipræſul Oraculo teſtmentario: quodà moriente editum, non tam humano iudicio adſcribere debemus, quàm cœleſti cuidam Varicinio. Nec aliter Toletani Concilij. 6. Cap. 3. monentur Hiſpaniæ Reges ſinguli, priuſquàm Regium Solium conſcendant, ſanctè deierare, nullum ſe niſi Catholicum ſuo in Regno paſſuros. Cæteroquin verendum ſit, ne

D. Remigij teſtamentum exſcribitur ad verbum à Flodoardo in Hiſt. Rhemen Eccleſ.

Tandem poſcatur ab ipſo
Principe, non tantùm rerum quas geſſerit ipſe,
Subtilis ratio, verùm & quas geſſerit olim
Improbus aut Iudex, aut praua mente Sacerdos.
Ille miſer pœnas alieni criminis, imò
Exoluet proprij, qui non prouiderit ante,
Quos, quibus immeritos viuens mandaret honores:
Quoſue minùs dignos ſacris præponeret Aris.

Mentis autem obiectum, veritas, quæ nunquam magis homini lucet, niſi cùm propè ſit, vt corpus deſerat. Inquit Greg. Magn. Lib. 4. Dialog. Socrates quoque in ſua Apologia, apud Platonem, Poſthæc (ait) vobis qui me cõdemnaſtis, cupio diuinare Nam illuc iam mihi peruentum eſt, vbi ſolent homines diuinare, quando nẽpe morti ſont proximi ac verę voces promuntur pectore ab imo.

Titulus. III.

DE COLLATIONIBVS PRIMARVM SACERDOTII QVALITATVM DEROGATORIIS.

1. *Beneficiorum primaria qualitas conditióque in Collationibus ſeruanda.*
2.3. *Sic Cenomanæ Eccleſiæ* ſemipræbendis *certæ qualitates in fundatione ſunt adſcriptæ.*
4.5. *Idem de Andegauenſis Eccleſiæ* ſemipræbendis.
6. *Capitula Eccleſiarum Canonialium, olim monaſtica & regularia, vt plurimùm.*
7.8. *Cuncta ferè Gallicarum Eccleſiarum Capitula è regulari in ſecularem ſtatum commutata.*
9. *De Carnutenſis Eccleſiæ Beneficiis non niſi debitè* qualificato *cõferendis.*
10. *Varia Clericorum Eccleſiæ deſeruientium Officia.*
11. *Mandatarij Apoſtolici ſeruãdis quoque Sacerdotij qualitatibus adſtricti.*
12. *Anglicorum Beneficiorum vindices patroníque Angli reges.*
13. *Beneficia ſemel affecta, perpetuò manent affecta, niſi ius antea alteri quæſitum ſit.*
14.15.16.17. *Areſtum Curiæ de huiuſmodi beneficiis affectis in Eccleſia Lingonenſi.*

Communia vtriusque generis beneficiorum siue electiua sint, siue collatiua: Quorum Pontificia donatio, vel Capituli electione adiudicatio, si qualitatum beneficij derogatoria sit, ex fundatione requisitarum, vel ei contraueniat vllo modo, rescinditur à Regio Senatu, auxilio prouocationis quasi ex abusu interpositæ.



ABETIS duplex Sacerdotiorum genus, quæ 1
electione Clericis conceduntur. Vnum purè *electiuum*, cui maioris Antistitis accedit confirmatio: Mixtum alterum, cuius plenam absolutamque electio inducit collationem. De quibus singulis distinctè, superioribus Titulis est actum. Nunc externæ vtriusuis qualitates subiungendæ, quæ speciatim Ecclesiastici beneficij addicantur fundationi: Ne liceat vtiquè suffraganti Collegio, vel conferenti Pontifici, Sacerdotem Templo præponere, nisi iis præditum qualitatibus, animísque dotibus fultum, quas ipsi primitùs Fani conditor indixerit. Quo nomine etiam D. Bernardus Campanum Comitem hortatus est, Theobaldum sacrarum Campaniæ ædium fundatorem, ne aliis Ecclesiasticas mandari functiones sineret, quàm qui eas dignè ac pro Numinis voto administrare vellent ac possent. Epist. 271.

Theobaldus Briæ & Campaniæ Comes.

Beneficia affecta *aux enfans de chœur* Ecclesiæ cathedralis, vel collegiatæ.

Exempli causa, in Sodalitiis Ecclesiasticis (quæ Capitula vo- 2
camus) existunt sacra aliquot Ministeria, vulgò *Semipræbendæ* aut *Vicariæ*, symphoniacis eiusdem Collegij pueris destinatæ antiquitùs, velut subsidio quodam militiæque sacræ supplemento. Ne videlicet diuinus cultus decrementum reciperet, antea propè neglectus, aut à paucis defunctoriè celebratus, multis absentibus canonicis, aliis senio confectis, aliis morbo præpeditis. Nam tempora si fastósque velis euoluere rerum Ecclesiasticarum Galliæ, constitutas reperies ab Episcopali Cenomanorum Collegio Semipræbendas binas, ceu quas Præbendas seruas nominant. 16. Kalend. Ianuar. An. 1394. Cum hac adiectione, vt tales beneficiarij priùs ad Presbyterij ordinem promouerentur, omnibus deinde horis interessent choro, sacra peragerent solemnia, hymnos etiam diu noctúque in Superos concinerent. Qualium præbendorum institutio, seu Annonarum spiritualium sancita est Benedicti. 13. Rescripto sequenti. *Ordinamus quòd dictæ Semipræbendæ per aliquos obtineri non possint, nisi in dicto sacerdotio constituti existant: & quòd ipsarum præbendarum collatio & institutio*

In Ecclesia cathedrali Cenomaniæ duarum Semipræbendarum constitutio à Capitulo facta Die 17. Decemb. An. 1394.

Ainsi que l'Euesque de Xaintes Nicolas le Cornu de la Maison de la Courbe au Maine, a ces dernieres annees à l'instance de son Chapitre crée & erigé deux Semiprebẽdes en sõ Eglise Cathedrale, cõposees de deux prebẽdes, à ceste fin par luy vnies & supprimees, pour en faire illos duos nouos Semicanonatus & Semipræbendas, *par sa sentence d'vnion donnee canoniquement apres informations* super commodo vel incommodo. *Auec Bulle du Pape Clement 8. d'omologation de ladite vnion, dattee ladite Bulle* Pridie Kalend. Septemb. An. 1599. *Laquelle Vnion auoit esté faicte par acte Capitulaire à Xaintes le 7. Feburier 1597. Par Bulle du Pape Celestin 5. les Prebendes & Chanoinies de l'Eglise du Mans sont reduictes à nombre certain. Lequel nombre ne se trouue complet, sinon que ledit Doyen en soit.*

tineat præsentatio. Auenione, Pontificatus Anno.1. Nec ita multò post erectæ sunt ab eodem Sacerdotum cœtu Cathedrali duæ aliæ Semipræbendæ Eugenij. 4. auspiciis, qui erectioni calculum adiecit, hac Codicillari Sententia, *Quam præbendam ita diuisam in duas semipræbendas sub quibusuis gratiis expectatiuis, Apostolicis prouisionibus, & dispositionibus nullatenus comprehendi aut cadere posse decernimus.* 6. Kalend. Iunias An. 1436.

Eugenij Bulla Apostolica, erectionis duarũ dimidiatarum Præbendarum approbatiua Die 27. Maij An. 1436.

3 ITAQVE ex facto proponebatur in Senatu, nûm tales semipræbendæ conferri in alios possent, quàm ea morum ratione instructos, quæ illarum fundatione præfiniretur. De eo interlocuta est Curia Parisien. ex fundatorum voto, priùs inquirendum de capacitate Pontificij candidati, sacríque cantus peritia in huiusmodi beneficiariis requisita. Sunt enim hi, operariorum instar, à Canonicis adsciti ad Cenomanæ Ecclesiæ ministerium, quasiquè huic adscripti glebæ, vt fiduciaria Canonicorum opera rem diuinam in Templis exequerentur. Quales percenset Innocentius 3. Iotrensis phani Meldorum sacrificulos quosdam. Cap. dilecta. De excess. prælat. Habita demùm inquisitione à sacerdotibus Palarini Sacelli Parisien. Ordo Ampliss. rem controuersam Pontificio addixit, quem illi capacem Ecclesiastici muneris retulerant. Decreto. 4. Kal. Decemb. An. 1573. Alioquin beneficiarij huius incapacitate perspecta, Senatus contra eum pronuntiasset, tametsi fundationis legibus solutum veniali gratiosóque Pontificis diplomate. Nam & Cenomani illius principis Collegij sacri fundationem commendat Innocentius 3. P.P. seruandámque rescribit Decano & Capitulo Cenomanen. Cap. Cum inter, De consuet. Lectissimos, ad hæc, Cenomanæ Ecclesiæ Præsides floruisse, palam arguit pia Hildeberti Poësis, Cenomani quondam Episcopi (de mysterio Missæ) quæ etiamdum à multis lectitatur. Ad eosdem Cenomaniæ Præsules Rescripta voluuntur Gregorij 9. Pont. (in Cap. Is qui fidem, De sponsal.) & Alexandri 3. in Cap. 2. Qui cler. vel vouent.

Interlocutorium decretum Curiæ, de examinando eo, cui a Sede Apostol prouisum fuerat de beneficio.

Assisij Gregorij 9. cap. penult. De cler. non resid.

Ecclesia *de Ioserre*, in diœcesi *de Meaux en Brie.*

Iudicium Curiæ, Die 28. Nouemb. An 1573. de Semipræbenda Cathedralis Ecclesiæ Cenomanæ, litigiosa inter Bouuerum, & Rocherium, post interrogationem & inquisitionẽ mandato Curiæ factam a Canonicis sanctæ Capellæ Palatij Lutetiani.

4 EO modo intelligendum est etiam Curiæ decretum de *Semipræbendis* matricis Andium Ecclesiæ, cúm nos actione forensi, pro maximo canonicorum Sodalitio dixissemus, rectè prouocatum abusus ergò à Pontificiis tabulis, eiusce Sacerdotij collatitiis cum clausula profanarum fundationum, ac *Statutorum* derogatoria. Disserebamus enim in Senatu, maius hoc Andium delubrum à Karolo Mag. extructum fuisse, nec tenuis census dote cumulatum, hac Regiæ munificentiæ Formula quam nobis Canonici exhibuêre summi templi Mauritiani. *Carolus &c. Mauriolus Episcopus Andegauensium Ciuitatis, qui monasterio S. Stephani, quod est sub vrbe ipsius Ciuitatis prope murum constructum, præest, nobis suggessit, vt quod antecessores Reges ipsi Monasteriolo ad ipsius lumen Ecclesiæ S. Mauricij concesserunt, & nos modò per mercedis nostræ augmentum tale beneficium ei concedere deberemus, vt in locella illa ipsius Monasterij, in quibuscunque Pagis vel Territoriis libet ea videtur habere,*

Semipræbendas istas in Ecclesia Cathedrali S. Mauricii apud Andes, vocant vulgò *Corbicularias*, & qui eas obtinent, Corbicularios, seu Corbelieros, maiores nempe Ecclesiæ, Sacellanos, seu Capellanos.

Charta fundationis Mauritiani Andegauorum Templi facta: cuius chartæ mihi à Capitulo facta est copia, licet mendoso aliquantulum corruptóque exemplari.

nullus Iudex publicus, nec ad causas audiendum, nec ad infrandas nec freda exigendum, nec hostilitates, nec mansiones aut paratas faciendas, nec vllas redibutiones requirendum, nec quæ Fisci à longo tempore fuit consuetudo, exactandum, pro nostro augmento sub diuinitatis nomine in luminaribus S. Mauricij gloriosi Martyris concedere deberemus. Quod ita & fecimus. Quapropter decernimus & iubemus, vt nec nos, nec iuniores nostri, nec successores eorum, nec quilibet de partibus iudiciu Fisci nostri in quibuscunque Pagis ac Territoriis, quæ ipsa cella S. Stephani locella tenere videtur, nec infrandas nec freda exigendum, nec hostilitates, nec mansiones, nec paratas faciendũ, nec vllas redibutiones requirendas ei, nec ad iuniores suos exactare, nec offerre penitùs requiratur, & pro mercedis nostræ augmento in luminaribus ipsius S. Mauricij sub diuinitatis nomine, vbi ipse Mauriolus Episcopus custos esse videtur, proficiat in augmentum &c. Mense Martio An. 2. Regni. Hinc consequens esse intendebam, Mauritianos Andium Canonicatus à patrono Rege dari solitos, vel datos saltem eousque patronali Regum munere, quoad Principes erogandi Sacerdotij ius Decano transcripserint. Quod historica Epistola proditum est Honorij. Cap. Dilectus. 3. De Præben. Atqui prophani cuiusuis patroni auctoritas subuerti non debet Pontificio diplomate. Quin & Princeps Regaliorum legib. conferens beneficium Ecclesiasticum, tenetur innatam ipsi qualitatem sequi, ac fundationis tabulis indictam. Ex Priuilegio Regaliorum apud Ruzæum vndequinquagesimo. Quibus respondet Clementis 5. Constitutio. 1. de supplen. neglig. Prælat. Panormit. expressim in Ca. Ne pro defectu, Et Cap. Cum in magistrum, De elect. §. Item quod vniuersitates, De collat. In Pragmat. Sanct. Multo minùs igitur priuato cuique abuti liceat Pontificiis Rescriptis in neglectum perniciemque Statuti Andensium Canonicorum, quo decretæ primùm fuêre quatuor illæ spiritales annonæ, seu *semipræbendæ*. An. 1346. Confirmatæ denuo authenticis literis Benedicti 13. qui in summa Præsulis Max. tiara conspiciebatur. 12. Kalend. Quintiles, An. 1402.

Contra laicalem patroni beneficij fundationem nihil attentandum.

Arnulphus Ruzæus in Tract. Regaliorũ.

Bulla Benedicti 13. P P. Die 10. Iunij Pontificatus An. 11. Nam Petrus de Luna Benedictus 13. creatus est Papa An. 1391. Froissarti Lib. 4. Cap. 58.

Patentes du Roy enregistrees au grand Conseil le 29. ou 30. Apuril 1599 par lesquelles chasque Euesque & Archeuesque de Frãce, pour le serment de fidelité qu'ils prestent au Roy, il doit conferer au nommé par le Roy la premiere Chanoinie & prebende vacante en son Eglise.

HIS adiungebam, Reipub. interesse Statúsque Politici, vt non 2
nisi aptus idoneusque sacro ministerio in cœtum Ecclesiasticum allegeretur: A quo ritè decentérque diuinus cultus celebraretur pro iure suscepti officij. Decreto Basiliensis conuentus, in Tit. Quomodo diuinum officium sit celebrand. & Tit. Quo quisque tempore debeat esse in choro. Sunt quippe Clericorum gradus ordinésque distincti in sacro Episcopali Sodalitio, quo Diœcesani Cleri typus repræsentatur. Cathedralis enim, seu matricis Ecclesiæ Collegium, dicitur totius Diœceseos concilium & presbyterium. Can. Videntes. 12. Quæst. 1. Can. placuit, vbi Archydiac. & Can. Episcopus qui. 12. Quæst. 2. Vnde & Decis. Rotæ 136. & 408. in Antiq. Dispensatus per Episcopum super illegitimitate, non potest recipere præbendã Ecclesiæ Cathedralis, propter eminentiam & maioritatem quam habent canonici Ecclesiæ Cathedralis super alios clericos Diœcesis: quia ipsi sunt pars corporis Ecclesiæ & Episcopi. Cap. requisisti. De testam.

Ecclesia Cathedralis totius Diœcesis dicitur Parochia generalis omnium Diœcesanorum eiusdem.

De teſtam. Cap. nouit. Cap. quanto. De his quę fi. à Prælat. ſine conſenſ. Cap. Minimè igitur nouum ſit, inferiores Preſbyteros chori modulorúmque ſacrorum curam gerere, maioribus viciſſim ſuas partes munúſque obeuntibus. Teſte D. Hieronymo in Tractat. de ſeptem ordinibus Eccleſiæ. Quod & latius explicat Yuo Carnutenſis lib. 3. De officiis ordinandorum. Ne Iſidorum omittamus Hiſpalenſem Antiſtitem, in Epiſtola ad Ludifredum. Can. perlectis. 25. Diſtinct. Nota ſunt enim antiquiora illa Mediolanenſis inſtituta Eccleſiæ, vt Dauidicum carmen, ſacríque hymni canerentur à Templorum miniſtris, ex vſu Orientalis Cleri. Quem ad nos traductum publicarum precationum morem æmulatæ ſunt reliquæ propemodùm Orbis Eccleſiæ. Vt narrat Auguſtinus, Confeſſionum Lib. 9. Primitùs namque in Antiochenis Templis ritum hunc induxerant Diodorus & Flauianus Dauidicos Pſalmos decantandi, in duas partes canentium cœtibus diuiſis. Vt Theodoritus tradit. Hiſt. lib. 2. Cap. 24. Speciatim verò Galliarum Eccleſias & Pipinus Rex Romano concentu modulíſque decorauit, & decoratas Magnus filius præcipuarum ſerie lectionum inſigniuit. Quas nempè Paulus Aquileienſis Eccleſiæ Diaconus, Magni cliens, ipſi obtulit duplici Volumine, quū eas lectiones è Patrum Catholicorum ſcriptis decerpſiſſet, ac cuique in ſingulos annos feſtiuitati accommodaſſet. Neque his ſubtexere neceſſe eſt, quæ poſteriùs à Ruperto Tuitienſis cœnobij Patre, de Diuinis officiis prodita ſunt Libris 12. Proinde auorum memoria Martinus 5. P.P. lege ſanxit, Eccleſiaſtica illa munia templorum Pontificalium Galliæ nuſquam collatum iri in Academiarum alumnos gradibus ſcholaſticis inſignes, neq; in Romanæ Aulæ candidatos, in alioſvè, præterquam ſacræ ipſi Familiæ addictos à puero, piíſque eius canticis, ac Ritualibus libris informatos. 12. Kal. Septemb. An. 1428. hoc modo. *Quòd Vicariæ perpetuæ inſtitutæ in Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis in Regno Franciæ & Delphinatu Viennenſi cōſiſtentibus, quibus incumbit onus officij diuini, necnon Capellaniæ, quarum cuiuſlibet fructus.* 10. *librarum Turonenſ. valorem annuum non excedunt, exnunc in antea non cadant ſub gratiis expectatiuis, nec ſub aliqua reſeruatione comprehendantur, aut vſurpentur à Scholaribus Vniuerſitatum: Sed per locorum ordinarios & alios, ad quos ipſarum collatio pertinet, liberè conferantur.* Imò & Hoſtienſis æuo teſtimonióque nullus ad canendū in choro admittebatur Cathedralium Franciæ Eccleſiarum, niſi eiuſdem clericus Chori extitiſſet. Hoſtien. in Cap. 1. De celebrat. Miſſar. Gloz. in ver. ingrediantur. Tit. Quomodo diuin. offic. ſit celebr. In Pragm. Sanct. Quibus in Senatu citatis ad cauſæ noſtrę defenſionem, ea ſuperior euaſit, Andenſíſque Capituli iuſta eſt appellatio pronunciata: Vetitum inſuper, talia Andegaui Templi Miniſteria aliis attribui in poſterum quàm ſymphoniacis pueris Mauritianæ Ædis huiuſce ſacrarum maximæ. S. Conſulto. 4. Kal.

Carolus Magnus Imper. Galliæ Rex.

Tuitiēſe monaſteriū è regione Agrippinæ Coloniæ, in ripa Rheni ſitum, ordinis benedictini.

Bulla Martini 5. P.P. Die 21. Auguſti An. 1428. de Mandatarij Apoſtolici, vel graduati ſcholares Vniuerſitatum poſſint petere beneficia affecta Clericis à puero deſeruientibus in Eccleſia aliqua canoniali.

Cauſa hæc poſt publicam Fori cōcertationē conſilio quidē cōmiſſa eſt à Senatu, Mēſe Iunio An. 1574. Sed pauld poſt ſupremo iudicio definita. die 29. Ianu. An. 1575.

Februar. An.1575. ex prouocatione abusus ergò interposita ab Collegio canonicorum, pro quo egi, in Petrum Touchetum, cuius partes Martinus causidicus tuebatur. Huic sacro Andium Sodalitio rescribit Innocentius. 3. Cleri Magister Cap. Inter corporalia De translar. Episc.

6 EQVIDEM publicè expedit, certa Ecclesiastici officij præcepta, vt Monachis, ita Canonicis quibusque præscribi, Regio auctore vindiceque Magistratu, ad Ciuilem Ecclesiæ Statum commodè gubernandum. Canonici etenim, cucullatorum instar sacerdotum, communem olim tenebant vitæ victúsque regulam, monastico simul iureiurando constricti. Quo sensu Canonicè viuere dicuntur illi à Gregorio, in Can. Quoniam. 12. Quæst. 1. Inde Eboracenses quondam Anglorum Canoniæ regulares, Alexādri 3. verbis in Cap. Auaritiæ, De præben. Tholosanæ item in Gallia, Lumbanēses, Burdigalenses, Turonum Martinianæ, Auxitanæ, Gratianopolis Delphinatium, Vt asserit Iohannes. 22. Pontif. in Exrrauag. Saluator, & Extrauag. Nuper. 2. De præben. Tum Alexander 3. Cap. Præterea. Eod. Tit. in Antiq. & Innocenrius 3. idem subindicans, missa ad Auxiorum Præsulem Epistola Decretali, Quanto, De offic. ordin. Cap. per tuas, De Voto, Perbeato enim seculo illo, vt Orientalium sacri Cœtus votiuam profitebantur D. Basilij regulam: Ita D. Benedicti, Occidentales. Cui rei argumento est vel Aquisgranensis sanctorum Patrum Consessus, à quo sacri Sodales communibus vti iubebantur claustris, mensa, victu & amictu. An. 816. quo Ludouicus Pius Romano Orbi imperabat. Quin & Britannorum Rex Eadgarus Pacificus eò impulit Anglicos Pontifices, vt exactis Clericis, monachos sufficerent in Cathedrales Basilicas. An. 970. Vnde D. Osualdus Eboracensium Antistes, ex clericis Wigorniensibus fecit cœnobitas, & sacrum cucullum induere coëgit, vestium cultu immutato. Vt est apud Matthæum Westmonasteriensem, qui Anglicos præsertim Annales scitè contexuit, ad Annum vsque 1307.

Les Euesques & Archeuesques d'Asie & Afrique sont moynes & Religieux de l'Ordre S. Basile, trespopuleux par tout l'Orient & Leuāt, & n'y en reçoit l'on d'autres. Au liure Italien imprimé à Venise l'an 1599. Le Relationi vniuersali di Giouanni Botero Benense, diuise in quadro parti, *dedié au Duc de Sauoye Charles Emanuel. Lesdits Euesques & Archeuesques sont sous les quatre Patriarches de la nation Chrestienne d'Orient.*

In Decisione 448. Capel. Tholos. legūtur Canonici Ecclesiæ Tholosæ fuisse tum regulares Ordinis S. Augustini.

Canoniæ *Dork* in Anglia.

Canonicatus Ecclesiæ Cathedralis *de Tolose, Lombaus, Bordeaux, d'Aux., & de Grenoble.* Et Collegiatæ *de S. Martin de Tours.*

Innocentius 3. Cap. Per tuas nobis litteras intimasti, te in Garnpolitana Ecclesia suscipiendi habitum regularem votum solemniter emisisse, &c.

Concilium habitum *à Ayx la Chapelle*, vbi de Canonicorum viuendi modo

Osuualdus Archiepiscopus *Dork*, in Anglia.

Vide Lib. 1. Monasticon Tit. 3. art. 5. 6. & seq.

L'Abbaye de S. Thierry in territorio Remensi. *en laquelle y auoit primitiuement Moynes, a eu depuis des Chanoines.* Flodoardi Lib. 1. sacræ Rhemens. Hist. Cap. 23. vide Lib. 1. Monasticon. Tit. 3 art. 6.

7 AST sequenti ætate multa canonicorum Collegia voto exempta sunt monastico, factúmque hinc, vt cæteri sacri Collegæ, quorum haud mutata conditio est, non simpliciter Canonici, sed Canonici regulares vocarentur ab illiteratis: Quasi non idem vtraque vox Græcè significaret. Ita complures Monachorum Conuentus seculari habitu donauit Clemens. 5. P. P. Nempè Metropolim ecclesiam diœceseos Burdigalen. & Collegia D. Seuerini Diuíque

Æmi-

Æmiliani, quorum Abbates conuertit in Decanos. Sic Ludouici xj. temporibus, monastico sacramento soluta est canonicorum Societas B. Flori Aruernorum. Pontificiis Codicillis Syxti. 4. ad vnguem hîc transcriptis. *Supplicationibus dicti Capituli S. Flori, & memorati Regis Ludouici consideratione inclinati ad Dei omnipotentis laudem, gloriosæ Virginis Mariæ, & S. Flori, cuius dicta Ecclesia dicata est nomini, honorem, auctoritate Apostolica ex certa nostra scientia, in præfata Ecclesia & Prioratibus ac membris ab ea quomodolibet dependentibus, Ordinem prædictum S. Benedicti penitus supprimimus ac extinguimus, & illius Priorem, Decanum, Camerarium, Cantorem, Sacristam, Eleemosynarium, Infirmarium, Præpositum, & Priorem Montisacuti, aliósque monachos & personas etiam Ordinem prædictum expressè professas ab obseruatione regularium Statutorum, institutorum ac diffinitionum dicti ordinis, emissorúmque per eos votorum quorumlibet in professione huiusmodi castitatis, paupertatis & obedientiæ votis substantialibus per eos emissis (quæ in sua volumus firmitate manere) duntaxat exceptis, absoluimus & totaliter liberamus, & ad statum secularium presbyterorum & Canonicorum reducimus, ac pro talibus haberi volumus, eisque vt de cætero regularem habitum dicti Ordinis gestare, & eiusdem regularia statuta, ordinationes, diffinitiones, ritus & mores, quoad diuinorum celebrationem, indicta ieiunia, victum & ciborum vsum, ac alia quæcunque obseruare minimè teneantur, sed possint & debeant in habitu, ceremoniis, moribus & vita, quoad omnia, secularibus presbyteris, Canonicis Cathedralium Ecclesiarum partium illarum se conformare concedimus, &c.* Postridie Nonas Ianuar. An. 1476. Eius Fani Flori Aruerniæ meminit Ioh. Gallus Quæst. 385. In Arest. Parlam. Nec longè post Tutelensis Ecclesiæ Chorus apud Lemouices conuersus est à Leone. 10. P.P. in secularem vitæ cultum, sublata Monastici voti professione. An. 1513. Idem hoc anno Iulij. 2. Rescriptum confirmauit, quo inter seculares retulerat Metropolitici Tholosatum templi canonicos, antea regulares, ordinis Augustiniani. Quo de regulari Canonicorum Templo Max., ordinis S. Augustini in vrbe Tholosana scriptũ est nominatim, Decis. 448. Capel. Tholos. Sagienses rursus Episcopalis templi cœnobitas secularibus adscripsit Clericis Paulus 3. summus Christianæ Ecclesiæ Sacerdos An. 1542. Quo de Sagiensi Episcopatu ac Diœcesi Gregorius 9. cap. Rodolphus De Rescript. secundum Clementem 3. cuius de Sagiensi Archydiacono legitur Epistola Decretal. Ex insinuatione De procurat. Arnulphus autem Lexouiorum Episcopus literis prodidit causam ortúmque

Apostolicæ litteræ secularizationis Ecclesiæ Cathedralis S. Flori apud Aruernos, die 6 Ianuar. An. 1476

Hugo Episcopus Gratianopolitanus, fecit erigi Cathedralem suam Ecclesiam Gratianopolit. ad statum Canonicorum regularium, & fundauit de redditib. Ecclesiæ suæ Religionem Carthusieorum Et Papa Sixtus 4. tẽpore suo erexit Cathedralem Ecclesiam Auenionensẽ quę prius erat regularis, ad statum secularium, vt scribit Fr. dẽs. Marcus in Delphinali decis. 1008. parte. 1.

L'Euesché de Codõ en Gascögne estoit encor simple Abbaye de religieux appellee l'Abbaye de Comdon, laquelle appartenoit Edouard Roy d'Angleterre cõme duc d'Aquitaine à ses biens, à scauoir que toute la iustice seroit demesee entre le Roy, & l'Abbé depuis Euesque, io paragium, ent & les fiefs, cens & autres deuoirs feodaux qu'eust depuis le Chappitre de l'Eglise Cathedrale de Comdon erigée en Euesché & secularisee Ledit parage & partition est du 20. Iuin l'an 1329. confirmée par le Roy Philippes de Valois en Ianuier ensuiuant.

L'Euesché de Castres & l'Eglise Cathedrale dudit lieu n'a esté secularizee que par Paul 3. Pape.

L'Eglise Cathedrale de S. Pons au pais de Languedoc est encores reguliere & monastique, & celle de Sarlat en Perigort.

Arestum Curiæ pro parrus de S. *Fleur*, cõtra magnos, apud Ioh. Gallũ. An. 1397.

Cathedralis Ecclesia *de Tulles en Limosin.*

De ceste secularisation de l'Eglise Cathedrale de Tulles, & de l'arrest donné sur icelle le 20. Feburier 1527. escript Boerius Decis. 6. Burdugalens.

L'Eglise Cathedrale de S. Vincent de Chalon estant anciennement reguliere & tenue par Chanoines reguliers, a esté depuis secularizee. Petrus de sainct Iulien Doyen de Chalon, *en ses Antiquitez de Chalon.*

Les Chanoines de l'Eglise de Nismes en Languedoc, estoient anciennement reguliers & Religieux. Innoc. 3. Cap. Ad nostram. De confirmat. vtil. vel inutil. vid. Lib. 1. Monasticon Tit. 3. cap 6. & 7.

Secularizatio Canonicorum regularium maioris Ecclesiæ Tholosanæ.

Sees in Normania. *Lyzieux.*

Stephani Lib.27. & Volaterranus Anthropolog.Lib.21.Cum verò
mutatis sedibus, Grandimontem occupassent Stephani successo-
res, constituto ibidem regulari Primatu sacri Ordinis principe,
Iohannes 22. subuexit *Prioratum* hunc in Cœnobiarchiam, & illius
Sacerdotia in Prioratus regulares, aut cellulas Monasterio nexas.
Vt constat Pontificio Iohan. diplomate supradicto, quod dudum
tenuimus præ manibus, quùm Abbati pridem forense patroni mu-
nus accommodaremus. De hoc Grandimontano ordine nos plus-
cula, Monastic. Lib.2. tit.1. Art.22.

Abbatiæ quædam & Prioratus speciale habentes eligendi priuilegium.

D. Ludouicus Galliarum Rex fundator Prioratus D. Mauritij, in vrbe Senlirensi.

SVFFRAGIORVM item latione deliguntur monastici aliorum 16
Ordinum Præfecti nonnulli, quibus speciale hoc fuit Comitiorum
ius quondam indultum. Nam Ludouicus.9. Rex monasticā Ædem
condidit in Syluanectensi vrbe, D. Mauritio sacram: Cuiùs legi
fundationis adscriptum erat, ne quis alius cœnobitarum calculis
allegeretur ad eius primatum Conuentus regularis, quàm ex eo-
dem cœtu Collega, rubro indutus amictu, cœnobitis condicto ce-
lebrandæquè Martyrum memoriæ. Successu temporum, Magister
sacri Primatus hunc eiurauit in gratiam certi successoris, & talem
eiurationem admisit Pontifex. Interim obeunte eo, qui cesserat
sacerdotio, Præfectus huic designatur Fr. N. Cormelius vnanimi
eligentium Fratrum sententia. Mox electionem oppugnat Ponti-
ficis beneficiarius, prouocato Senatu abusus nomine. An.1520. Nec
malè quidem prouocationi quæsitus color videbatur, quòd ceden-
tis successor receptus fuisset à Romana Sede, & manum Regiam
quæ sacerdotij fundis iniecta fuerat, tollendam curasset Principa-
libus codicillis. Electus, contrà, defendere, Pontificis candidatum,
Regia ipsa fundationis lege excludi monastico Primatu: Quippe
qui nec regularis vitæ sacra instituta professus esset, nec rubræ ve-
stis cultum atque Insignia gestaret, eius Cellulæ monachis præsti-
tuta. Huic forensi Actioni Lizetus interuenit aduocatus Fisci, ob-
testatur gratiosam eiusce Sacerdotij cessionem sibi non placere: po-
stulauit demùm, vt auctore Senatu, labentis eiusdem Ecclesiæ re-
formationem adgrederetur Præsul monasterij superioris. CON-
SCRIPTI PATRES de appellationis negotio censuerunt matu-
riùs deliberandum, iusso interea Caroliloci Abba, cui in sacro im-
perio contribuitur Mauritianus *Prioratus*, Vicarios censores duos
præficere ipsius emendationi Conuentus monastici. Adiectúmque
est ab Ornatiss. Curia, res spiritales monasticæ Domus à cœnobitis
duobus, prophanas à secularibus totidem procuratum iri. Decreto.
17. Kal. Ianu. An.1521. Poyeto, appellantis Pontificij: & Vilmoreo,
competitoris electi causam agentibus.

Prioratus resignatione admissa in Curia Romana, resignatarius obtinuit leuationem Manus Regiæ impositæ temporalib. bonis eius beneficij.

Arestum Curiæ. Die. 16. Decemb. An. 1521. de reformatione dicti Prioratus S. Mauricij tam in spiritualibus quàm in temporalib. per duos monachos Vicarios Abbatis *de Challis*.

Antiquus sacerdotum mos, successorem sibi in sacerdotium adoptantium, seu, quod aiunt, *beneficium suum resignantium*, sed cum vnanimi Pop. adprobatione.

QVÆ apud me ipse voluens, vt non dubito successoris nomi- 17
nationem, quæ à moriente fieret beneficiario, fuisse olim iustæ ad-
æquatam electioni: ita puto mehercle temporib. deprauatam, mu-
niisse viam Syoni in sanguinibus ædificandæ, DEIQ. sanctuariis
hæreditate

hæreditate possidendis. Sicuti Regius Psaltes demonstrat Psal. 81. & Habacuc. 2. Vaticiniorum, cum Rescripto Alexandri. 3. Ad hæc De Decim. Cap. consuluit De iur. patron. Planè fœlici illo primorum Christianorum seculo, adoptabat sacerdos ferè quisque sibi successorem, non fraude, non affectione domestica, non carne, sed occulto Numinis iudicio, spirantéque cœlestis Patris instinctu. Sic Theotecnus Cæsareæ Palestinę Episcopus Anatolio manus imposuit, Philosopho ac Theologo laudatissimo, hunc sibi successorem destinans in Sedem eam Pontificalem. Vt est apud Eusebium Sacræ Histor. lib. 7. Cap. 32. & Nicephorũ Lib. 6. Cap. 36. Quo etiam modo Alexander Alexandriæ Præsul, cùm moreretur, successorem reliquit diuini arbitrij calculo Athanasium. Vt tradit Sozomenus lib. 2. Cap. 17. Ex Apollinaris Cyri testimonio. Rursus Athanasio in Cathedram successit Petrus quidam, eius primùm suffragio huc promotus, sed quod ratum habuerunt Prouinciæ Episcopi, Clerus, Magistratus, viri primarij & Pop. vniuersus. Sicuti à Theodorito refertur (lib. 4. Cap. 20.) & Nicephori libro. 11. Cap. 26. Ad hæc, Byzantiorum pontifex Alexander fato proximus, in locum suum purè substituit neminem: hoc tamen, quibus id competebat, suasit è duobus quos nominaret, vnum cooptarent. Rogantibus enim Clericis, cui sacrum Solium, extincto eo, committi deberet, respondit, Paulum habetis presbyterum, virum in rebus diuinis probatum, & ad dicendum instructum: Sin mallent rebus gerendis idoneum, & Principum consuetudini Magistratuumque aptiorem, in iis præcellebat Diaconus Macedonius ætate prouectior. Morte autem absumpto hoc designatore, maior erupit super designatis turba atque contentio: Homousianis Paulum, Arrianis Macedonium petentibus. Vti à Socrate perhibetur Eccles. Hist. Lib. 2. Cap. 6. & Sozomeno, lib. & Cap. 3. Nicephoro lib. 9. Cap. 4. Similis motus auctor fuit in Memphitica regione Melitus Alexandriæ decedens, Iohanne quodam ex familiaribus, in suum ministerium suffecto, præter Nicenæ Synodi præscripta. Vt Socrates enarrat Lib. 2. Cap. 21. Hierosolymis pariter Maximũ successorem præfecit Macarius, quùm vereretur ne Arriani, se mortuo, Sedem alicui ex suis eam concederent. Hic itaque pœnitentia ductus, quòd Diospoleos illum creasset Episcopum, egit sedulò, vt Maximum Solymæ vrbis ciues detinerent, vnà secum Sacerdotio functurum, eoq; humanis erepto, sufficiendum. Agelius quoque Sisinium presbyterum instituit Cathedræ suæ successorem. Id tamen improbanti Plebi, quæ Martianum potiùs subrogandum censebat, gratificatus est Agelius, huncq; Episcop. ordinauit, priore posthabito, & ingressus sic ad Populum retulit, Martianum ab obitu meo, & post Martianum, Sisinium Præsules habebitis. Tripart. Hist. lib. 9. Ca. 36. Socrat. lib. 5. Cap. 21. Adde eiusdẽ factionis Episcop. Paulum, qui migraturus ad Superos, vocatis Clericis, dixit, Pontificem se viuo deligendũ

Dauid rex psalmographus, & Abacuch propheta.

Constantinopolitanus Patriarcha.

Ægypti Alexandria.

Aduerte hîc successoris designationem veluti hæreditariam, & vti videtur cum regressu, quem vocant, cessionem: Cuius nullam in iudiciis

Gallicis habitum iri tationem sanxit Gallus Rex Edicto Aurelianen. Art. 22.

vti cogitarent, & illis electionem ipsi deferentibus, scribite (air) vos quem decreuero, cooptaturos. Quibus scribentibus Marciani nomen presbyteri adscripsit & signauit, iussitque subscribete presbyteris. Chartam apud Marcum itidem deposuit, Nouatianorum Episcopum, ita fatus. Si vixero, mihi redde, sin abiero, hîc inuenietis, quis debeat ordinari. Die igitur post obitum tertio resignata tabella, cùm repetissent Martiani nomen, electionem collaudarunt, ac protinus dolo bono vsi, illum manu prehensum deduxerunt in thronum Ecclesiæ, & Præfectum sacrorum ordinarunt. Tripart. lib. 12. Cap. 14. & Socrat. lib. 7. Cap. 48. Nicephor. lib. 14. Cap. 41.

VT A Græcis ad Latinos veniamus, patet Augustinum Vale- 18
rio, Eradium Augustino commendantibus successisse in pontificatum. Tradit enim & ipse Augustinus, Eradium à se viuo adiutorem adscitum, & successorem in Episcopale munus se relicturum. In Epist. 110. Talem Plebi & Sacerdotio Thessalonicensi gratulatur Ambrosius, Acholio Præsuli Anysium discipulum communi omnium plausu successisse. Epist. 59. 60. Et hîc successorem obserua à moribundo sene designatum, imò comministrum diu probatum antea, & tunc Plebi, Cleróque acceptissimum. Deinceps verò, cùm sacra officia sanguini cœpissent deferri, non vitæ, & tales quisque Præsulatuum velut hæredes nuncuparet, qui docendi magis quàm docturi essent, vetita est successio huiusmodi: Inita sanctis Canonibus ratione, qua reperirentur Christi Principis famuli ea integritate vitæ, vt Plebis vtilitati studerent, non suæ, nec augendis opibus inhiarent. Id quod variis locis inculcat Gratianus, Can. qui in aliquo Distinct. 51. Can. Petisti. 7. Quæst. 1. & 8. Quæst. 1. in princ. Antiocheni Concilij, Can. 23. sub Iulio. 1. P. P. qui idem Martini Bracarensis. 8. sic habet, Episcopo morti vicino successorem sibi constituere non licere. Huc alludit Romanæ Synodi, Hilario Pontifice, Canon vltimus, noua & inaudita in Hispaniis vitiorum semina enasci: sacrorum præfecturam quæ non nisi lectissimis viris debetur, hæreditarium compendium videri quibusdam potius quàm diuinum munus: Sacerdotium, vt res caducas & mortales, legari, dimitti iure testamentario, fideicommitti: Plerósque Sacerdotes, imminente fatali hora, in sacram functionem successores præscribere, vt non legitima expectetur censoriaque electio, sed defuncti gratificatio vicem obtineat popularis suffragij. Cùm igitur Nundinarius Barcinonensium Antistes, expleta humanæ conditionis sorte, Irenęum supremo iudicio optauisset, vt suum in locum substitueretur, applaudenti Clero, & Prouincialibus hanc quasi testamentariam substitutionem cupientibus comprobari, respondit Summus Pontifex, Barcinone alium de Clero proprio legendum Epis. quàm Irenęum: ne sacræ Dignitatis apex hęreditariũ ius putetur, quod sola DEI Opt. Max. benignitate erogatur. Huius Rescripti frag-

D. Hildeberti Cenoman. Episc. Epist. 55. in substitutiones sacrarum dignitatum Ecclesiæ Claromont. quas etiam ait præsertim Cannnicas à Laicis, & quibuslibet hæreditario iure obtineri.

Barcelonne.

Coadiutoriç, cum spe futuræ successionis in Episcopatus & Abbatias, prohibitæ: In quas etiam, & cum Regressu resignationes inuehitur Claud. Espenceus in epist. Pauli ad Titum Ca. 1.

pti fragmentú extat. Causa. 7. Quæst. 1. Can. Remoto. Quin & propterea Tridentinæ Synodi Patres vetuêre, Episcopalis muneris coadiuuas assumi in spem futuræ successionis. Concilij Sessione. 25. Decreti de Reformatione Cap. 7. Tametsi ægris aut senibus Episcopis adiutores præbeantur Pontificia Lege. Toto Tit. De Clerico ægrotante Lib. 3. &. 6. Decretalium Epistol. Tum regia Gallorum constitutione Aurelianensi, Artic. 7 Quòd si Ecclesiæ Cathedralis, aut Monasterij vrgens postulet necessitas, euidésvè vtilitas. Præsuli Coadiutoré dari cum futura successione, datio tùm demùm valet, cum causa diligenter à Sanctiss. Pontifice sit cognita, & qualitates omnes in illo concurrere certum sit, quæ à Iure & Decretis Tridentini Concilij in Præfectis Ecclesiæ requirentur. Iuxta Canoné quàuis. Can. Non autem. 7. quæst. 1. Ita Gregorius Nazianzenus propter effœtum corpus postulauit ab Episcopo gratiam subrogandi in vices sedésque suas Eulalij. Vt ipsemet in Epist. 39. De coadiutoribus attestatur. Narcisso etiam Hierosolymorum Antistiti datus fuit coadiuua Alexander, ob ingrauescentem ætatem, ac valetudinem. Auctore Eusebio Lib. 6. Cap. 9. &. 10. Tum Nicephori lib. 5. Cap. 9. Gallicis verò Episcopis minùs est hodiè laborandum de successore sibi, vt olim, deligendo, & Canonicorum Senatui, qui ratú

Tales Episcoporum conductores descripsimus obiter Lib. 2. Monasticum, seu de iure Cœnobitarum.

Art 7. Edicti Aurelian *Il est enioint aux Prelats qui pour maladie, ou ten aage, ou autrement ne pourroient vacquer à leur charge, prendront & retiendront Coadiuteurs & Vertueres personnages de qualité requise, tant pour présider qu'administrer les saincts Sacrement, ausquels sera assignee pesion raisonnable &c.* Concile de Trente.

Coadiutor datus seni Episcopo, si mentis iudiciique compoti non potest conferre beneficia, infirmo autem corpore vel animo eo potest cõferre tanquam Episcopatus generale habens procurationem & administrationem Cap. is cui. De elect. in 6. Oldrad. in Consil 44. Selua. de benefic. parte 2. qo 4. Coadiutor autem Archiepiscopi etiam cum futura successione, non potest vti pallio, nec benedictione Episcopali nisi sit Episcopus. Sed scilicet & exercet ea quæ Episcopus electus & confirmatus, non tamen quæ consecratus.

Plusieurs telles Coadiutoreries futuræ successionis, *se sont passees à Rome pour la France, assauoir de l'Archeuesque de Rouen, de la part du Cardinal de Borbon à son nepueu le Cardinal de Vendesme, receu au Chapitre de Rouen l'an 1582., Item pour l'Eueschè de Lumbez, & en l'annee 1603. pour l'Eueschè de Conden, de laquelle M. Iehan du Theuin est titulaire, & son nepueu coadiuteur pour la vieillesse de l'oncle, nommé Anthoine Descenz Chanoine & Archediacre de l'Eglise Cathedrale de S. Pierre de Condon, & Conseiller clerc au siege Presidial de Condomou, à la nomination de la Royne Marguerite de Nauarre Duchesse de Valois, Comtesse de Senlis, d'Agenois, Condomois, Lauraguez, Rouergue, Auuergne, d'Usson, des quatre Iugeries.*

Otho Spirensis Episcopus, senio confectus assumpsit de Canonicorum assensu in Coadiutorem, Conradum Metensem Episcopum Ao. 1199. vt refert Gasp. Bruschius, de omnibus Germaniæ Episcopatibus.

eum gratúmque habeat, offerendo. Iampridem enim Rex maiorum ordinum Sacerdotia transtulit in suum ius Augustæ nominationis: ea saltem, quæ verè fuerunt *electiua*, vt pote Episcopales & Cœnobiorum dignitates superioris Præsulis confirmationi obnoxiæ. Pactitia lege Bononiensi, de qua suprà, quæ licet piis Maiorum electionibus derogarit, haud omnes tamé abrogauit. Vt alibi edocuimus, complures Ecclesias benignitate nostrorum Principum ad priscam electionum normam redactas fuisse. Lib. 2. fisci Gallici Tit. 10.

Regis Franciæ cum Papa Leone 10. Concordata de iis Beneficiis electiuis, regia nominatione concedendis, quorum vacatione Ecclesia Pastore viduata esset.

19 Denique magna me spes tenet fore, vt Electiones Francicis generatim Ecclesiis postliminio restituantur. Siue quòd Aurelianê. Edicti capite. 1. instaurata sit Basiliensium Decretorum auctoritas Bononiensi Pactione labefacta, seu quòd prisca Reipub. Ecclesiasticæ fœlicitas, repetitis veterum moribus, possit ad hæc quoque secula reuocari. Voluamus igitur solemnes tot Episcoporum nostratium electiones in Rhemensi Flodoardi Historia diuino afflatas Numine, quas Regia pariter Maiestas temporum illorum obnixè tuebatur. Ea de causa scribit ille, in Rhemensib. Ecclesiæ Comitiis, quibus de Nouiomensi Præsule cooptando agebatur, fuisse con-

Regia Ordinatio Aureliæ lata An. 1560. Ecclesiasticarum electionum renouatrix iuxta Pragmaticam Sanctionem Biturigibus editam. Sed quæ in eo capite nondùm executioni mandata est.

Rheims.

Episc. de Noyon.

Flodoardi verba ipsa Rhemensis Ecclesiæ presbyteri.

Reformando Clero apprime vtilis Sacrarum electionum obseruatio.

Synodicus Canon.

ſtitutum, *vt Hugo Abba Ludouicum & Carlomanum Reges hortaretur, quatenus voluntatem Dei & anteceſſorum ſuorum conſuetudinem hac in parte conſeruarent.* Rhemenſ. Hiſt. lib. 4. Inſuper coacto Rhemis Synodico conuentu, nihil antiquius viſum in emendandis Cleri moribus, quàm perpetua lege ſanciri Eccleſiaſticas electiones, hoc modo. *Item vt decedente Epiſcopo in locum eius non alius ſubrogetur, niſi loci illius indigena, quem vniuerſale & totius Pop. elegerit votum, aut comprouincialium voluntas aſſenſerit: Aliter qui præſumpſerit, abiiciatur à Sede, quam inuaſit potiùs quàm accepit.* Huic Gallicæ Eccleſiæ Synodo præſedit Sónatius Rhemorum pontifex, aſſidentibus Magnebodo, Andium, Chadoindo, Cenomanorum, & quadragenis aliis Galliæ Præſulibus. Sicuti à Flodoarto mandatum eſt literis, Hiſt. Rhemenſ. Lib. 2. Cap. 5. Cuiuſmodi ex ſanctarũ electionum tractatu prodîere inſignia Eccleſiæ lumina, gregis Chriſtiani paſtores pietate iuxta ac eruditione cumulati. Talem Fortunatus Iginium depingit, Rhemorum Archiepiſcopum, his Verſibus calamo exaratis.

Fortunatus Rauennas Pictauorum Episcopus vixit sub Iustino iuniore Imp. Circa annum 580. Cuius Fortunati extat carminum Liber quem legi manuscriptum.

Nil lupus inſidiis cauto ſubducit ouili,
Te Paſtore ſacro peruigilante gregem:
Pontificis ſtudio correctio Plebis haberis,
Ne tenebræ noceant, ſemita lucis ades.

Deinde œcumenica Rhemorum Synodo coacta à Calixto 2. Pontif. An. 1119. menſ. Octob. decretum ita fuit, teste Orderico Vitali Anglo, in historia sui æui exarata Episcopatuum, Abbatiarum inuestituram per manum laicam fieri penitùs prohibemus. Quicunque igitur laicorum deinceps inuestituræ præsumpserit, anathematis vltioni subiaceat. Si quis item vendiderit, aut emerit per se vel per summissam personam quemlibet Episcopatum, abbatiam, Decanatum, vel quælibet Ecclesiastica beneficia, promotiones, ordinationes, consecrationes, Ecclesiarum dedicationes, clericalem tonsuram, sedes in choro aut quælibet Ecclesiastica officia, vendens & emens, dignitatis, officij & beneficij sui periculo subiaceat. Quod nisi resipuerit, anathematis mucrone perfossus, ab Ecclesia Dei, quam læsit, modis omnibus absciodatur.

Ferraria, Monasterium Galliæ in diœcesi Senonum, quod Bethlehemiticum etiá appellatur.

Lupus Ferrariensis abba, consiliarius Caroli Calui Imperat.

Abbatia S. Mauricij Fossatensis, *des Fossez lez Paris.*

Yuo Carnotensis.

Rheims.

Inſuper Lupus apud Ferrariam Senonum Abba fidem fecit Eccleſiaſticarum Galliæ electionum, quæ ſuo ſeculo liberè celebrabantur. Subannum. 850. Epiſt. 99. cum præcedenti, (quæ Lupi libro inſeruntur,) ad Guenilonem Senonum Metropolitenſcriptis nomine Cleri matris Eccleſiæ Pariſiorum, fratrũ Cœnobij S. Dionyſij, B. Germani, D. Genoueſæ, & Foſſatenſis: Quorum Epiſcopus Pariſien. Ercanradus naturæ conceſſerat. Eiuſmodi electionũ plenæ ſunt Yuonis Carnutum Epiſcopi miſſæ ad plurimos Literæ. 43. 116. 142. 181. Vbi inter alia affirmat Yuo, Rhemorũ Sedem diadema Regni habere, & omnibus penè Gallicanis Eccleſiis exemplum ruinæ vel reſurrectionis exiſtere. Nec obſcura eſt electionis hiſtoria Præfecti monaſticæ Ædi *de Pellicea*, in Comitatu Cenomanorũ. Quo de cœnobio nominatim Celeſtinus. 3. P. P. in Cap. cùm monaſterium de Pellicea De elect. Sic Prioris *de Charitate* velut electiui, meminit Gregorius. 9. Cap. ſacroſancta De elect. Pendet autẽ hic Charitatis Conuentus à monaſterio Franciæ Cluniacenſi. Cóperimus deinde in Antiquis Decretaliũ Collectionibus nouiſſimè excuſis, D. Audoeni cœnobiarchiam Rothomagenſem, monachorum votis & calculis mandari ſolitam, ſed de electionis forma ſola litem ſuperfuiſſe. Cap. *Inter monaſterium S. Audoeni Rothomagen. & veſtrum ſuper modo eligendi Abbatem in dicto Monaſterio veſtro dudum agitata*

Abbatia *de la Pelisse* prope Feritatem Bernardi, apud Cenomanos.

Prioratus *de la Charité dependant de Cluny.*

Abbatia *de S. Ouen, de Rouen.*

tata quæstio &c. De re iudic. His subnecto nostratium electionum testem Arnulphum Lexouiensem Neustriæ Episcopum, ad monachos Bernacenses scripta Epist. in lib. Epistol. Circa annum. 1180.

VNVM nobis superest, tantæ Maiorum Politiæ hæredibus, ne ab solenni ipsorum ritu, sacráque electionum disciplina recedamus posthac. Quam Reges nostri quandiu retinuerint, Orthodoxę pietatis neruum, tandiu & Religionem Regno, & ita Coronam capiti suo hæsuram prædixit Clodoueo D. Remigius Rhemorum Archipræsul Oraculo testmentario: quodà moriente editum, non tam humano iudicio adscribere debemus, quàm cœlesti cuidam Vaticinio. Nec aliter Toletani Concilij. 6. Cap. 3. monentur Hispaniæ Reges singuli, priusquàm Regium Solium conscendant, sanctè deierare, nullum se nisi Catholicum suo in Regno passuros. Cæteroquin verendum sit, ne

Tandem poscatur ab ipso
Principe, non tantùm rerum quas gesserit ipse,
Subtilis ratio, verùm & quas gesserit olim
Improbus aut Iudex, aut praua mente Sacerdos.
Ille miser pœnas alieni criminis, imò
Exoluet proprij, qui non prouiderit ante,
Quos, quibus immeritos viuens mandaret honores:
Quosue minùs dignos sacris præponeret Aris.

Hic Arnulphus cum per 40 annos Lexouiensem, in Normannia rexisset Ecclesiã, renunciauit Episcopatui, & perrexit Parisios, suos dies dimidiaturus apud S. Victorem Ex Chronic. Sigeberti Gemblacensis.

D. Remigij testamentum exscribitur ad verbum à Flodoardo in Hist. Rhemen Eccles.

Mentis autem obiectum, veritas, quæ nunquam magis homini lucet, nisi cùm propè sit, vt corpus deserat. Inquit Greg. Magn. Lib. 4. Dialog. Socrates quoque in sua Apologia, apud Platonem, Posthæc (ait) vobis qui me cõdemnastis, cupio diuinare Nam illuc iam mihi peruentum est, vbi solent homines diuinare, quando nẽpe morti sunt proximi ac verę voces promuntur pectore ab imo.

Titulus. III.

DE COLLATIONIBVS PRIMARVM SACERDOTII QVALITATVM DEROGATORIIS.

1. *Beneficiorum primaria qualitas conditióque in Collationibus seruanda.*
2.3. *Sic Cenomanæ Ecclesiæ* semipræbendis *certæ qualitates in fundatione sunt adscriptæ.*
4.5. *Idem de Andegauensis Ecclesiæ* semipræbendis.
6. *Capitula Ecclesiarum Canonialium, olim monastica & regularia, vt plurimùm.*
7.8. *Cuncta ferè Gallicarum Ecclesiarum Capitula è regulari in secularem statum commutata.*
9. *De Carnutensis Ecclesiæ Beneficiis non nisi debitè* qualificato *cõferendis.*
10. *Varia Clericorum Ecclesiæ deseruientium Officia.*
11. *Mandatarij Apostolici seruãdis quoque Sacerdotij qualitatibus adstricti.*
12. *Anglicorum Beneficiorum vindices patronique Angli reges.*
13. *Beneficia semel affecta, perpetuò manent affecta, nisi ius antea alteri quæsitum sit.*
14.15.16.17. *Arestum Curiæ de huiusmodi beneficiis affectis in Ecclesia Lingonensi.*

18. *De Capellis quibusdam in Tēplo D. Germani Auxerrensis, apud Lutetiā.*
19. *De* Semiprębendis *seu Vicariis in maiori Ecclesia Senonensi.*
20. *An in talibus Beneficiis affectis locum habeat nominatio* Graduatorum *ab Vniuersitate facta.*

De Æqualitate prębendorum Ecclesię Canonialis *cuiusque, variis Curię Decretis statuta.*

21. *In prębendis re & onere distinctis cessat huiusmodi ęqualitatis regula.*
22. *Nūm Canonici excusentur, adscito Vicariorum & coadiutorum auxilio in Ecclesia ministrantes.*

Commenia vtriusque generis beneficiorum siue electiua sint, siue collatiua: Quorum Pontificia donatio, vel Capituli electione adiudicatio, si qualitatum beneficij derogatoria sit, ex fundatione requisitarum, vel ei contraueniat vllo modo, rescinditur à Regio Senatu, auxilio prouocationis quasi ex abusu interpositæ.



HABETIS duplex Sacerdotiorum genus, quæ electione Clericis conceduntur. Vnum purè *electiuum*, cui maioris Antistitis accedit confirmatio: Mixtum alterum, cuius plenam absolutamque electio inducit collationem. De quibus singulis distinctè, superioribus Titulis est actum. Nunc externæ vtriusuis qualitates subiungendæ, quæ speciatim Ecclesiastici beneficij addicantur fundationi: Ne liceat vtiquè suffraganti Collegio, vel conferenti Pontifici, Sacerdotem Templo præponere, nisi iis præditum qualitatibus, animíque dotibus fultum, quas ipsi primitùs Fani conditor indixerit. Quo nomine etiam D. Bernardus Campanum Comitem hortatus est, Theobaldum sacrarum Campaniæ ædium fundatorem, ne aliis Ecclesiasticas mandari functiones sineret, quàm qui eas dignè ac pro Numinis voto administrare vellent ac possent. Epist. 271. 1

Theobaldus Briæ & Campaniæ Comes.

Beneficia affecta *aux enfans de chœur* Ecclesiæ cathedralis, vel collegiatæ.

EXEMPLI causa, in Sodalitiis Ecclesiasticis (quæ Capitula vocamus) existunt sacra aliquot Ministeria, vulgò *Semiprębendę* aut *Vicariæ*, symphoniacis eiusdem Collegij pueris destinatæ antiquitùs, velut subsidio quodam militiæque sacræ supplemento. Ne videlicet diuinus cultus decrementum reciperet, antea propè neglectus, aut à paucis defunctoriè celebratus, multis absentibus canonicis, aliis senio confectis, aliis morbo præpeditis. Nam tempora si fastósque velis euoluere rerum Ecclesiasticarum Galliæ, constitutas reperies ab Episcopali Cenomanorum Collegio Semipræbendas binas, ceu quas Præbendas seruas nominant. 16. Kalend. Ianuar. An. 1394. Cum hac adiectione, vt tales beneficiarij prius ad Presbyterij ordinem promouerentur, omnibus deinde horis interessent choro, sacra peragerent solemnia, hymnos etiam diu noctúque in Superos concinerent. Qualium prębendorum institutio, seu Annonarum spiritualium sancita est Benedicti. 13. Rescripto sequenti. *Ordinamus quòd dictę Semiprębendę per aliquos obtineri non possint, nisi in dicto sacerdotio constituti existant: & quòd ipsarum prębendarum collatio & in-* 2

In Ecclesia cathedrali Cenomaniæ duarum Semipræbendarum constitutio à Capitulo facta Die 17. Decemb An. 1394.

Ainsi que l'Euesque de Xaintes Nicolas le ornu de la Maison de la Courbe au Maine, a ces dernieres annees à l'instance de son Chapitre crée & erigé deux Semiprebēdes en sō Eglise Cathedrale, cōposees de deux prebēdes, à ceste fin par luy vnies & supprimees, pour en faire illos duos oooos Semicanonatus & Semipræbendas, *par sa sentence d'vnion donnee canoniquement apres informations* super commodo vel incommodo. *Auec Bulle du Pape Clement 8. d'omologation de ladite vnion, dattee ladite Bulle* Pridie Kalend. Septemb. An. 1590. *Laquelle Vnion auoit esté faicte par acte Capitulaire à Xaintes le 7. Feburier 1597. Par Bulle du Pape Celestin 5. les Prebendes & Chanoinies de l'Eglise du Mans sont reduictes à nombre certain. Lequel nombre ne se trouue complet, sinon que ledit Doyen en soit.*

stitutio

tineat præſentatio. Auenione, Pontificatus Anno.1. Nec ita multò poſt erectæ ſunt ab eodem Sacerdotum cœtu Cathedrali duæ aliæ Semipræbendæ Eugenij. 4. auſpiciis, qui erectioni calculum adiecit, hac Codicillari Sententia, *Quam præbendam ita diuiſam in duas ſemipræbendas ſub quibuſuis gratiis expectatiuis, Apoſtolicis prouiſionibus, & diſpoſitionibus nullatenus comprehendi aut cadere poſſe decernimus.* 6. Kalend. Iunias An. 1436.

Eugenij Bulla Apoſtolica, erectionis duarũ dimidiatarum Præbendarum approbatiua Die 27. Maij An. 1436.

3 ITAQVE ex facto proponebatur in Senatu, nûm tales ſemiprębendæ conferri in alios poſſent, quàm ea morum ratione inſtructos, quæ illarum fundatione præfiniretur. De eo interlocuta eſt Curia Pariſien. ex fundatorum voto, priùs inquirendum de capacitate Pontificij candidati, ſacríque cantus peritia in huiuſmodi beneficiariis requiſita. Sunt enim hi, operariorum inſtar, à Canonicis adſciti ad Cenomanæ Eccleſiæ miniſterium, quaſiquè huic adſcripti glebæ, vt fiduciaria Canonicorum opera rem diuinam in Templis exequerentur. Quales percenſet Innocentius 3. Iotrenſis phani Meldorum ſacrificulos quoſdam. Cap. dilecta. De exceſſ. prelat. Habita demùm inquiſitione à ſacerdotibus Palatini Sacelli Pariſien. Ordo Ampliſſ. rem controuerſam Pontificio addixit, quem illi capacem Eccleſiaſtici muneris retulerant. Decreto. 4. Kal. Decemb. An. 1573. Alioquin beneficiarij huius incapacitate perſpecta, Senatus contra eum pronuntiaſſet, tametſi fundationis legibus ſolutum veniali gratioſóque Pontificis diplomate. Nam & Cenomani illius principis Collegij ſacri fundationem commendat Innocentius 3. P.P. ſeruandámque reſcribit Decano & Capitulo Cenomanen. Cap. Cum inter, De conſuet. Lectiſſimos, ad hæc, Cenomanæ Eccleſiæ Præſides floruiſſe, palam arguit pia Hildeberti Poëſis, Cenomani quondam Epiſcopi (de myſterio Miſſæ) quæ etiamdum à multis lectitatur. Ad eoſdem Cenomaniæ Præſules Reſcripta voluuntur Gregorij 9. Pont. (in Cap. Is qui fidem, De ſponſal.) & Alexandri 3. in Cap. 2. Qui cler. vel vouent.

Interlocutorium decretum Curiæ, de examinando eo, cui a Sede Apoſtol. prouiſum fuerat de beneficio.

Aſſiſij Gregorij 9. cap. penult. De cler. non reſid.

Eccleſia *de Ionerre*, in diœceſi *de Meaux en Brie.*

Iudicium Curiæ, Die 28. Nouemb. An 1573. de Semiprębẽda Cathedralis Eccleſiæ Cenomanæ, litigioſa inter Boutierum, & Rocherium, poſt interrogationem & inquiſitionẽ mandato Curiæ factam à Canonicis ſanctæ Capellæ Palatij Lutetiani.

4 EO modo intelligendum eſt etiam Curiæ decretum de *Semiprębendis* matricis Andium Eccleſiæ, cúm nos actione forenſi, pro maximo canonicorum Sodalitio dixiſſemus, rectè prouocatum abuſus ergô à Pontificiis tabulis, eiuſce Sacerdotij collatitiis cum clauſula profanarum fundationum, ac *Statutorum* derogatoria. Diſſerebamus enim in Senatu, maius hoc Andium delubrum à Karolo Mag. extructum fuiſſe, nec tenuis cenſus dote cumulatum, hac Regiæ munificentiæ Formula quam nobis Canonici exhibuêre ſummi templi Mauritiani. *Carolus &c. Mauriolus Epiſcopus Andegauenſium Ciuitatis, qui monaſterio S. Stephani, quod eſt ſub vrbe ipſius Ciuitatis prope murum conſtructum, præeſt, nobis ſuggeſſit, vt quod anteceſſores Reges ipſi Monaſteriolo ad ipſius lumen Eccleſiæ S. Mauricij conceſſerunt, & nos modò per mercedis noſtræ augmentum tale beneficium ei concedere deberemus, vt in locella illa ipſius Monaſterij, in quibuſcunque Pagis vel Territoriis libet ea videtur habere,*

Semiprębendas iſtas in Eccleſia Cathedrali S. Mauricij apud Andes, vocant vulgò *Corbicularias*, & qui eas obtinent, Corbicularios, ſeu Corbelieros, maiores nempe Eccleſiæ, Sacellanos, ſeu Capellanos.

Charta fundationis Mauritiani Andegauorum Templi ſacratiſſ. cuius chartæ mihi à Capitulo facta eſt copia, licet mendoſo aliquantulum corruptóque exemplari.

nullus Iudex publicus, nec ad causas audiendum, nec ad infrandas nec freda exigendum, nec hostilitates, nec mansiones aut paratas faciendas, nec vllas redibutiones requirendum, nec quæ Fisci à longo tempore fuit consuetudo, exactandum, pro nostro augmento sub diuinitatis nomine in luminaribus S. Mauricij gloriosi Martyris concedere deberemus. Quod ita & fecimus. Quapropter decernimus & iubemus, vt nec nos, nec iuniores nostri, nec successores eorum, nec quilibet de partibus iudicü Fisci nostri in quibuscunque Pagis ac Territoriis, quæ ipsa cella S. Stephani locella tenere videtur, nec infrandas nec freda exigendum, nec hostilitates, nec mansiones, nec paratas faciendũ, nec vllas redibutiones requirendas ei, nec ad iuniores suos exactare, nec offerre penitùs requiratur, & pro mercedis nostræ augmento in luminaribus ipsius S. Mauricij sub diuinitatis nomine, vbi ipse Mauriolus Episcopus custos esse videtur, proficiat in augmentum &c. Mense Martio An. 2. Regni. Hinc consequens esse intendebam, Mauritianos Andium Canonicatus à patrono Rege dari solitos, vel datos saltem eousque patronali Regum munere, quoad Principes erogandi Sacerdotij ius Decano transcripserint. Quod historica Epistola proditum est Honorij. Cap. Dilectus. 3. De Præben. Atqui prophani cuiusuis patroni auctoritas subuerti non debet Pontificio diplomate. Quin & Princeps Regaliorum legib. conferens beneficium Ecclesiasticum, tenetur innatam ipsi qualitatem sequi, ac fundationis tabulis indictam. Ex Priuilegio Regaliorum apud Ruzæum vndequinquagesuno. Quibus respondet Clementis 5. Constitutio. 1. de supplen. neglig. Prælat. Panormit. expressim in Ca. Ne pro defectu, Et Cap. Cum in magistrum, De elect. §. Item quod vniuersitates, De collat. In Pragmat. Sanct. Multo minùs igitur priuato cuique abuti liceat Pontificiis Rescriptis in neglectum perniciemque Statuti Andensium Canonicorum, quo decretæ primùm fuêre quatuor illæ spiritales annonæ, seu *semiprabendæ*. An. 1346. Confirmatæ denuo authenticis literis Benedicti 13. qui in summa Præsulis Max. tiara conspiciebatur. 12. Kalend. Quintiles, An. 1402.

Coorta laicalem patroni beneficij fundationem nihil attentandum.

Arnulphus Ruzæus in Tract. Regaliorũ.

Bulla Benedicti 13. P P. Die 20. Iunij Pontificatus An 11. Nam Petrus de Luna Benedictus 13. creatus est Papa Ao. 1391. Frossarti Lib. 4. Cap 58.

Patentes du Roy enregistrees au grand Conseil le 29. ou 30. Apuril 1599 par lesquelles chasque Euesque & Archeuesque de Frãce, pour le serment de fidelité qu'ils prestent au Roy, il doit conferer au nommé par le Roy la premiere Chanoinie & prebende vacante en son Eglise.

HIS adiungebam, Reipub. interesse Statúsque Politici, vt non 2
nisi aptus idoneúsque sacro ministerio in cœtum Ecclesiasticum allegeretur: A quo ritè decentérque diuinus cultus celebraretur pro iure suscepti officij. Decreto Basiliensis conuentus, in Tir. Quomodo diuinum officium sit celebrand. & Tit. Quo quisque tempore debeat esse in choro. Sunt quippe Clericorum gradus ordinésque distincti in sacro Episcopali Sodalitio, quo Diœcesani Cleri typus repræsentatur. Cathedralis enim, seu matricis Ecclesiæ Collegium, dicitur totius Diœceseos concilium & presbyterium. Can. Videntes. 12. Quæst. 1. Can. placuit, vbi Archydiac. & Can. Episcopus qui. 12. Quæst. 2. Vnde & Decis. Rotæ 136. & 408. in Antiq. Dispensatus per Episcopum super illegitimitate, non potest recipere præbendã Ecclesiæ Cathedralis, propter eminentiam & maioritatem quam habent canonici Ecclesiæ Cathedralis super alios clericos Diœcesis: quia ipsi sunt pars corporis Ecclesiæ & Episcopi. Cap. requisisti. De testam.

Ecclesia Cathedralis vnius Diœcesis dicitur Parochia generalis omnium Diœcesanorum eiosdem.

De teſtam. Cap. nouit. Cap. quanto. De his quę fi. à Prælat. ſine conſenſ. Cap. Minimè igitur nouum ſit, inferiores Preſbyteros chori modulorúmque ſacrorum curam gerere, maioribus viciſſim ſuas partes munúſque obeuntibus. Teſte D. Hieronymo in Tractat. de ſeptem ordinibus Eccleſiæ. Quod & latius explicat Yuo Carnutenſis lib. 3. De officiis ordinandorum. Ne Iſidorum omittamus Hiſpalenſem Antiſtitem, in Epiſtola ad Ludifredum. Can. perlectis. 25. Diſtinct. Nota ſunt enim antiquiora illa Mediolanenſis inſtituta Eccleſiæ, vt Dauidicum carmen, ſacríque hymni canerentur à Templorum miniſtris, ex vſu Orientalis Cleri. Quem ad nos traductum publicarum precationum morem æmulatæ ſunt reliquæ propemodùm Orbis Eccleſiæ. Vt narrat Auguſtinus, Confeſſionum Lib. 9. Primitùs namque in Antiochenis Templis ritum hunc induxerant Diodorus & Flauianus Dauidicos Pſalmos decantandi, in duas partes canentium cœtibus diuiſis. Vt Theodoritus tradit. Hiſt. lib. 2. Cap. 24. Speciatim verò Galliarum Eccleſias & Pipinus Rex Romano concentu moduliſque decorauit, & decoratas Magnus filius præcipuarum ſerie lectionum inſigniuit. Quas nempè Paulus Aquileienſis Eccleſiæ Diaconus, Magni cliens, ipſi obtulit duplici Volumine, quũ eas lectiones è Patrum Catholicorum ſcriptis decerpſiſſet, ac cuique in ſingulos annos feſtiuitati accommodaſſet. Neque his ſubtexere neceſſe eſt, quæ poſteriùs à Ruperto Tuitienſis cœnobij Patre, de Diuinis officiis prodita ſunt Libris 12. Proinde auorum memoria Martinus 5. P.P. lege ſanxit, Eccleſiaſtica illa munia templorum Pontificalium Galliæ nuſquam collatum iri in Academiarum alumnos gradibus ſcholaſticis inſignes, neq; in Romanæ Aulæ candidatos, in alioſvè, præterquam ſacræ ipſi Familiæ addictos à puero, piiſque eius canticis, ac Ritualibus libris informatos. 12. Kal. Septemb. An. 1428. hoc modo. *Quòd Vicariæ perpetuæ institutæ in Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis in Regno Franciæ & Delphinatu Viennenſi cõſiſtentibus, quibus incumbit onus officij diuini, necnon Capellaniæ, quarum cuiuſlibet fructus. 10. librarum Turonenſ. valorem annuum non excedunt, exnunc in antea non cadant ſub gratiis expectatiuis, nec ſub aliqua reſeruatione comprehendantur, aut vſurpentur à Scholaribus Vniuerſitatum: Sed per locorum ordinarios & alios, ad quos ipſarum collatio pertinet, liberè conferantur.* Imò & Hoſtienſis æuo teſtimonióque nullus ad canendũ in choro admittebatur Cathedralium Franciæ Eccleſiarum, niſi eiuſdem clericus Chori extitiſſet. Hoſtien. in Cap. 1. De celebrat. Miſſar. Gloz. in ver. ingrediantur. Tit. Quomodo diuin. offic. ſit celebr. In Pragm. Sanct. Quibus in Senatu citatis ad cauſæ noſtrę defenſionem, ea ſuperior euaſit, Andenſiſque Capituli iuſta eſt appellatio pronunciata: Vetitum inſuper, talia Andegaui Templi Miniſteria aliis attribui in poſterum quàm ſymphoniacis pueris Mauritianæ Ædis huiuſce ſacrarum maximæ. S. Conſulto. 4. Kal.

Carolus Magnus Imper. Galliæ Rex.

Tuitiẽſe monaſteriũ è regione Agrippinæ Coloniæ, in ripa Rheni ſitum, ordinis benedictini.

Bulla Martini 5. P.P. Die 21 Auguſti An. 1428. ne Mandatarij Apoſtolici, vel graduati ſcholares Vniuerſitatum poſſint petere beneficia affecta Clericis à puero deſeruientibus in Eccleſia aliqua canoniali.

Cauſa hæc poſt publicam Fori cõcertationẽ cunſilio quidẽ cõmiſſa eſt à Senatu, Mẽſe Iunio An. 1574. Sed paulò poſt ſupremo iudicio definita. die 29. Ianu. An. 1575.

Æmiliani, quorum Abbates conuertit in Decanos. Sic Ludouici xj. temporibus, monaſtico ſacramento ſoluta eſt canonicorum Societas B. Flori Aruernorum. Pontificiis Codicillis Syxti. 4. ad vnguem hîc tranſcriptis. *Supplicationibus dicti Capituli S. Flori, & memorati Regis Ludouici conſideratione inclinati ad Dei omnipotentis laudem, glorioſæ Virginis Mariæ, & S. Flori, cuius dicta Eccleſia dicata eſt nomini, honorem, auctoritate Apoſtolica ex certa noſtra ſcientia, in præfata Eccleſia & Prioratibus ac membris ab ea quomodolibet dependentibus, Ordinem prędictum S. Benedicti penitùs ſupprimimus ac extinguimus, & illius Priorem, Decanum, Camerarium, Cantorem, Sacriſtam, Eleemoſynarium, Infirmarium, Præpoſitum, & Priorem Montiſacuti, alióſque monachos & perſonas etiam Ordinem prędictum expreſſè profeſſas ab obſeruatione regularium Statutorum, inſtitutorum ac diffinitionum dicti ordinis, emiſſorùmque per eos votorum quorumlibet in profeſſione huiuſmodi caſtitatis, paupertatis & obedientiæ votis ſubſtantialibus per eos emiſſis (quæ in ſua volumus firmitate manere) duntaxat exceptis, abſoluimus & totaliter liberamus, & ad ſtatum ſecularium presbyterorum & Canonicorum reducimus, ac pro talibus haberi volumus, eiſque vt de cætero regularem habitum dicti Ordinis geſtare, & eiuſdem regularia ſtatuta, ordinationes, diffinitiones, ritus & mores, quoad diuinorum celebrationem, indicta ieiunia, victum & ciborum vſum, ac alia quæcunque obſeruare minimè teneantur, ſed poſſint & debeant in habitu, ceremoniis, moribus & vita, quoad omnia, ſecularibus presbyteris, Canonicis Cathedralium Eccleſiarum partium illarum ſe conformare concedimus, &c.* Poſtridie Nonas Ianuar. An. 1476. Eius Fani Flori Aruerniæ meminit Ioh. Gallus Quæſt. 385. In Areſt. Parlam. Nec longè poſt Tutelenſis Eccleſiæ Chorus apud Lemouices conuerſus eſt à Leone. 10. P.P. in ſecularem vitæ cultum, ſublata Monaſtici voti profeſſione. An. 1513. Idem hoc anno Iulij. 2. Reſcriptum confirmauit, quo inter ſeculares retulerat Metropolitici Tholoſatum templi canonicos, antea regulares, ordinis Auguſtiniani. Quo de regulari Canonicorum Templo Max., ordinis S. Auguſtini in vrbe Tholoſana ſcriptũ eſt nominatim, Deciſ. 448. Capel. Tholoſ. Sagienſes rurſus Epiſcopalis templi cœnobitas ſecularibus adſcripſit Clericis Paulus 3. ſummus Chriſtianæ Eccleſiæ Sacerdos An. 1542. Quo de Sagienſi Epiſcopatu ac Diœceſi Gregorius 9. cap. Rodolphus De Reſcript. ſecundum Clementem 3. cuius de Sagienſi Archydiacono legitur Epiſtola Decretal. Ex inſinuatione De procurat. Arnulphus autem Lexouiorum Epiſcopus literis prodidit cauſam ortúmque

Apoſtolicæ litteræ ſecularizationis Eccleſiæ Cathedralis S. Flori apud Aruernos, die 6 Ianuar. An. 14·6

Hugo Epiſcopus Gratianopolitanus, fecit erigi Cathedralem ſuam Eccleſiam Gratianopolit. ad ſtatum Canonicorum regularium, & fundauit de redditib. Eccleſiæ ſuæ Religionem Carthuſientium Et Papa Sixtus 4. tẽpore ſuo erexit Cathedralem Eccleſiam Auenionenſẽ quę prius erat regularis, ad ſtatum ſecularium, vt ſcribit F. Deciſ. Marcus in Delphinali deciſ 1008. parte. 1.

L'Eueſché de Condom Gaſcogne eſtoit encor ſimple Abbaye de religieux appellee l'Abbaye de Comdon, laquelle a, pariẽ Edouard Roy d'Angleterre cõme duç d'Aquitaine à ſes biens, à ſçauoir que toute la iuſtice ſeroit diuiſee entre le Roy, & l'Abbe depuis Eueſque, in paragium, ent & les fiefs, cens & autres deuoirs feodaux qui ont depuis le Chappitre de l'Egliſe Cathedrale de Comdom erigée en Eueſché & ſeculariſee. Ledit parage & partition eſt du 20. Iuin l'an 1329. confirmée par le Roy Philippes de Valois en Ianuier enſuiuant.

L'Eueſché de Caſtres & l'Egliſe Cathedrale dudit lieu n'a eſté ſeculariſee que par Paul 3. Pape.

L'Egliſe Cathedrale de S. Pons au pais de Languedoc eſt encores reguliere & monaſtique, & celle de Surlat en Perigort.

Areſtum Curiæ pro paruis de S. *Fleur*, cõtra magnos, apud Ioh. Gallũ. An. 1397.

Cathedralis Eccleſia *de Tulles en Limoſin.*

De ceſte ſeculariſation de l'Egliſe Cathedrale de Tulles, & de l'areſt donné ſur icelle le 20. Feburier 1527. eſcript Boerius Deciſ. 6. Burdugalenſ.

L'Egliſe Cathedrale de S. Vincent de Chalon eſtant anciennement reguliere & tenue par Chanoines reguliers, a eſté depuis ſeculariſee. Petrus de ſainct Iulien Doyen de Chalon, en ſes Antiquitez de Chalon.

Les Chanoines de l'Egliſe de Niſmes en Languedoc, eſtoient anciennement reguliers & Religieux. Innoc. 3. Cap. Ad noſtram. De confirmat. vtil. vel inutil. vid. Lib. 1. Monaſticon Tit. 3. cap. 6. & 7.

Secularizatio Canonicorum regularium maioris Eccleſiæ Tholoſanæ.

Sees in Normania. *Lyzieux.*

prisci illius Sagiensium canonicorum instituti regularis, hac verborum nuncupatione. *Habuit Ecclesia Sagiensis Episcopum, cui me fraterni sanguinis necessitudo coniunxit. Ipsam thesauris ornatam, instructam ædificiis, possessionibus reddidit ampliatam: Adeò, quòd pro. 13. Canonicis, quos seculares appellant, ipsisque pauperibus, moriens ibidem, 36. Canonicos regulares cum omni ædificiorum sufficientia, & redituum copia dereliquit, &c. Perro ne qua posset oriri secularitatis in posterum reuocandæ suspicio, & quia potior fructus poterat de regularium administratione sperari, statutum est, & Romanæ Ecclesiæ nihilominus auctoritate firmatum, quòd in regulares personas sicut prebendæ, ita & Archidiaconatus, & omnium rerum tam potestas quàm administratio conferretur: ita nimirum, vt omnes obuentiones deberent in commune referri, ne cupiditati daretur occasio, si eas liceret priuatis vsibus applicare.* Sub annum. 1170.

Episcopatus *de Maillezais en Poictou*, antea Monasterium fundatum à Guillelmo Aquitaniæ duce & Adomalda vxore. Magalonensis Ecclesia Cathedralis, quæ fuit regularis, in secularem redacta est An. 1536 & translata est Montempessulum vt ait Rebuffus 10 quæst. vlt. Tractatu nominationum, in fin.

IVXTA hæc, Maleacensis Pictonum Ecclesia, Cœnobium fuit 8
quondam à Vilhelmo conditum Aquitaniæ Duce: sed pontificali lituo auctum, & monastica lege solutum à Iohanne. 22. P. P. quoad Abbatem ipsum, manentibus vtique cœnobitis, Annum circiter. 1333. Eius fundationem Cœnobij, quæ scripta est mense Iunio An. 1003. Sergius. 4. P. P. quadriennio post comprobauit. Teste Boucheto in Aquitan. rebus gestis, Parte. 2.

L'Abbaye de nostre Dame de Bologne sur la mer, Ordre de S. Augustin, erigee en Euesché faisant partie de l'ancien Euesché de Theroane ruinee, dont il est escript cy apres. Tit. 7. art. 1. huius lib. 1.

Quand l'Euesché de Bologne sur la mer fut erigee, l'Abbaye de nostre Dame de Bologne fut vnie à l'Euesché & faicte Eglise Cathedrale, & les Religieux d'icelle furent faicts Chanoines & secularizez, apres le traicté de Casteau Cambresis de l'an 1559.

Le Monastere de Lodesue erigé en Euesché par le Pape Iehan 22.

Pontificatus *de Luçon* priùs Abbatia à Lucio fundata Constantij Imp. filio 2. Ex Literis fũdationis à Bouchetolectis, In 1. Part. Annal. Aquitan. Ecclesia Cathedralis *de Comdon*, in Vasconia fuit etiam nuper regularis.

Insuper Lucionensis Pictonum Familia monastica subuehitur in Episcopale fastigiũ, regularis vitæ statu inter Canonicos etiam immutato, Bullatis tabulis Iohannis 22. Pontif. Nec ita diu monasticũ habitum exuêre Condomienses Vasconiæ Canonici Templi maioris. Ex auctoritate Pauli 3. P. P. sub annum 1548. Antea verò in Iudiciis controuersum fuerat, secularis, necne Episcopi censuram ferre tenerentur religiosi Ecclesiæ ipsius sacerdotes. De quo interlocutum Burdigalensem Senatum An. 1526. refert Boërius Decis. 231.

Ecclesiæ Canoniales *de S. Iust. & S. Paul de Lyon.*

Haud absimiliter Lugdunenses Ædis Iusti Canonici, fuêre monachi, Archimandritæ seu Abbæ subiecti. Vt Sidonius Appollinaris innuit Epistol. 3. Libr. 9. Quemadmodùm & de Paulini templi canonicis Lugdunens. produnt Annales rerum Lugdunensium. Lib. 2. Cap. 88. Sed temporum interiectu secularem vtrique habitum induerunt. Ad hæc, Diui Petri flamines in Templo Matisconensi inferiore, cucullati extitêre sacerdotes, quũs *Prior* monasticus præsidebat, nunc Pontificia indulgẽtia Canonici, sub sacra Præpositi ditione iam ab Anno 1556. Eòdem vergit Riomense Aruernorum Monasterium D. Amabili sacrum, cui secularem vitæ cultũ imposuit Paulus 3. summus Ecclesiasticæ Hierarchiæ princeps. Bullatis

Ecclesia collegiata S. Petri *de Mascon.*

Abbatia *de S. Amable de Rion en Auuergne secularizee.* Die 14. Augusti 1548. Adprobante Curia Magnorum dierum Moliensium die 9. Sept. Ao. 1550. Et Senatu ipso, die 11. Apr. An. 1564. secundum Regias Literas diei 5. Febr. Ao. 1549.

latis litteris poſtridie Iduum Sextilium. An.1548. quas ad appellationem Riomenſium ciuium Senatoria Decuria probauit. Areſto in Iuridicis Molinorum conuentibus lato. 5. Idus Septemb. 1550. Huic conſentaneum acceſſit Curiæ ipſius Pariſien. decretum pridie Idus April. An.1564. ex regio Diplomate Nonis Februar. An. 1559. Item Paulus 3. P.M. ſeculari toga inſigniuit cucullatos ſacerdotes Monaſterij Sablonij, apud foſſas Marianas, Narboneſis Galliæ oppidum. Reſcriptis Menſ. Mai. & Decemb. An. 1537. ad libellũ ſupplicem Franciſci I. Regis. Circa id temporis, Vergiliacenſe cœnobium, Antiſſiodoren. diœceſeos, traductum eſt in ſeculare Canonicorum Collegium. Idem de B. Mauri monaſtica Æde, in agro Pariſien. Sub annum. 1544. Haud aliter quoque monaſticam veſtem depoſuerunt Orilliacenſes Aruernorum cœnobitæ D. Geraldi. Literis Pontificiis. 3. Iduum Majarum An. 1561. quæ in Senatu lectæ ac recitatæ ſunt. 5. Idus Decembr. eod. Anno. Hinc ſecundum eas iudicarunt Conſcripti Patres in. 2. Inquiſitionum Curiæ claſſe. 3. Nonas Sextiles An. 1576. & 5. Iduum Auguſti An. 1586. ad prouocationem, quam abuſus titulo interpoſuerat Franciſcus Tercaſſeus à Pontificij Reſcripti executione, regularem Cœnobij formam commutantis. Quod ſi addubitet quiſpiam, nûm ſacri Collegæ Fani Quitiaci apud Agendicum Briæ Franciçe, fuerint monaſticis olim regulis deuincti, huic documento erunt authenticæ Maiorum Tabulæ An. 1160. Quibus Abba & Canonici regulares Ædis Quiriaci, Auguſtiniani ordinis, tranſlati ſunt in Cœnobium eiuſdem oppidi, D. Iacobo ſacrum, eiuſque tranſlationis executores dati ab Hadriano P. P. Hugo Senonum; Theobaldus Pariſiorum, & Manaſſes Aureliorum Præſules. Denique Auxiorum Archiepiſcopalem Eccleſiam Pontifex ſecularem fecit paulò ante noſtra tempora, quam regularem primitùs extitiſſe ſuprà ſcriptum eſt.

Abbatiæ B Mariæ *de Sablons, de la ville d'Arguemortes en Languedoc*, ſecularizatio.
Monaſterium *de Vezelay en Auxerrois.*
Monaſterium *de S. Maur des Foſſez, lez Paris.*
Bulle de ſecularization de l'Abbaye de S. Maur des Foſſez. vide lib. 1. Monaſticon Tit. 31 art. 6.
Cœnobium *de S. Geraulr d'Orillac, en Auvergne*, ſeculariza rum Bulla Apoſtol. Die 13. Maij An. 1561. promulgata in Senatu Pariſ. die 9 Decemb. End. An. cum Areſtis diei 3. Auguſti An 1576.
Cannnici *de S. Quiriace de Prouins en Brie Par Chartre de l'an 1167. de Henry le Large Comte de Troyes, frere de Thibaut Cõte de Blois, il exempte de la iuſtice, tailles, & ſubſides les Chanoines de S. Quiriace, & de tous leurs cloiſtres*, inter ſuos, *& les forains de dehors le Royaume leur laiſſe toute la iuſtice, de laquelle ils ont touſiours iouy iuſques à preſent.*
Aux, Eccleſia Archiepiſcop.

9 Vtvtsit, in quauis Canonicorum Societate permanſerunt cum nomine ipſo regularium Inſtitutorum veſtigia nonnulla, ſtatíque ac definiti canones Eccleſiaſtici officij, deſtinatis in id ſacerdotiis quibuſdam certo Clericorum generi, qui & ſacra cantica ſcitè moduletur, & in diuinæ rei miniſterio verſentur aſſidua functione. Ideóque talium Sacerdotiorum deſtinationem quoties aliquis euertere conatus eſt gratioſa Pontificis relaxatione, Senatus parendum ei non eſſe pronuntiauit. Celebri Sententia ad prouocationem abuſus cauſa factam, (quæ forenſi patronorum actione diſcuſſa fuerat). 3. Idus Quintiles An. 1563. de Sacellis quibuſdam Carnutenſis templi maximi. De quibus nimirum Rober. Carterius & Renat. Langleſius, qui Patres Parisien. appellarãt abuſus nomine, certabant contra Claudium Tuuaium, & Mathur. Hacheum Sanctæ Sedis beneficiatios ex ceſſione ſacri beneficij eo-

Areſtum Curiæ die. 13. Iulij An. 1563. de Capellis quibuſdã Eccleſiæ Carnutenſ. nonobſtante diſpenſatione Papæ.

rum gratia expedita. Huic decreto consonat posterius Curiæ Iudicium. 5. Idus Februar. An. 1576. Mario, wilhelmi Moysei: Chauchone, sacri Collegij: & Ramato, Mauritij Lorgei causidicis. Quibus Patrum sententiis causam præbuit Pontificium Martini. 5. diploma An. 1427. (impetrante maiori Carnutum Sodalitio Ecclesiastico) ne 12. spirituales Annonæ seu *Præbendæ* Sacelli Piati in Fano Carnutensi, senæquè aliæ *Capellæ* eodem in Templo vllis darentur in posterum, præterquàm eius Choro Familiæ adscriptis, sacrísq; cantoribus. Nec aliò tendit Carnutensis Capituli bina constitutio, Altera, die Purificationis sancto edita An. 1428. Altera, diebus Iohãni Baptistæ sacris, An. 1429. Secundùm quæ etiam *Statuta*, litem definiit Curia Parisien. 7. Idus Quintiles, An. 1558. Ægidio Sohiero, & Ioh. Malleto hinc inde altercantibus de Fani Piati Sacello Carnutensi. Nec dissentaneum his, S.C. factum audio de Ambianæ Ecclesiæ Sacellis, quæ initio dicata sint Templi operariis huiusmodi. Senatu ita censente 4. Kal. April. An. 1536.

Placitum Curiæ diè 9. Februa An. 1576.

Præbendæ Ecclesiæ *de S. Piat en l'Eglise de Chartres.*

Senatus Decretum die 9. Iulij An. 1558. iuxta statuta maioris Ecclesiæ Carnutensis hîc allegata.

Arestũ Curiæ die 29. Martij An. 1536. de quibusdam Capellis maioris Ecclesiæ *d'Amiens.*

Qvin & Gregorij magni iudicio postpositus est Florentio Rauẽ- 10
natium diacono Rusticus Diaconus in adipiscendo Præsulatu Anchonitano, quòd Psalmos ignoraret, sacrarúmque esset cantionum imperitus. Ex Regesti li. 12. Ca. 6. Iis enim per magnam Ecclesiasticæ functionis partẽ constare ostendit B. Ignatius Ioh. Euãgelistæ auditor, qui mirifica Angelorũ visione edoctus, sibi inuicem carmine respondentium, Sanctámque Triadem laudantium, auctor fuit Antiocheno Clero Antiphona instituendi, hoc est, responsoria, seu hymnos alternis concinnendos. Tripartitæ lib. 10. Cap. 9. & Socratis lib. 6. Cap. 8. Similiter Apostolorum seculo proximus Philo scriptum reliquit, solita iam tunc ab Alexandrinis sacra carmina decãtari: Ita quidem, vt vno ex omnibus medio consurgente, qui versiculum rythmis ac modulis ritè obseruatis, decenter psallebat, præibátque, cæteri extremas hymnorum clausulas terminarent. Quemadmodum Eusebius narrat Ecclesiast. Histor. libr. 2. Capit. 17. tum Nicephorus libro secundo. Cap. 16. Quare Ciuilis etiam Magistratus studium probandum est, antiquam illam Ecclesiastici cantus Politĩam instaurantis pro virili, aut certè procurantis, vt sacra beneficia solis adplicentur Ecclesiæ cantoribus & psaltis, quibus fuêre olim destinata. Sicuti præcedentibus rerum iudicatarum exemplis demonstratum est. Hinc pariter Cantor, præses seu præsul Chori dictus, aut Chori director, cum sacra potestate Iuridica in sacrificulos Templi, vel Canonicos quidem, & alios Ecclesiastica præstantes dignitate. Vt notat disertè Gloz. in §. vlt. Quomodo diuin. offic. sit celebrand. In Pragmat. Sanct. Et vetus constitutio Capituli Parisien. An. 1494. Nam veluti ex ordine presbyterorum & diaconorum antiquitus creati sunt Archipresbyteri, & Archidiaconi: Ita canentiũ choro præsidet vnus Præcentor vulgò dictus, seu Protopsaltes, penes quem est auspicatus melodiæ, quod

Sacri versiculi in Ecclesia numeris certis ritè seruatis decantabantur.

Cãtor in Choro, Decanus in Capitulo præest: Illeque punit & corrigit delinquẽtes in Choro, habituatos in Ecclesia.

Episcopo & Cantori Cabilonensi dirigitur ab Honorio 3. Pontif. Rescriptum

quod Græci ὑπόβολον appellant. Can. Cleros. 21. Diſt. Ac propterea Frā-ciſ. Curtius in Eccleſia Pariſiorū Cantor nuper appellauit Conſcri-

delegatæ iuriſdictionis in Heduenſes Canonicos. Cap. Ex parte Epiſcopi Heduenſis. De conſtitut. Ita Succentori Pariſien. reſcripſit Gregorius 9. P. in Cap. Dudum 2. De elect. Item Innocentius 3. Epiſcopo & Cantori Trecenſi Cap. Dilectis. De appellat. Idem Decano & Præcentori Herfordenſi, in Cap. Significauit. De appellat. Idem Epiſcopo & Cantori Tornacenſi in Cap. Cum iandudum. De præbend. & dignit. Item Gregorius Pontif. Stephano cantori, Cap. 3. De cenſib.

Vrbanus 3. Pontif. Decano, Cantori & Capitulo Lexonienſi in Cap. 2. De donat. inter vir. & vxor.

Innocentius 3. Epiſcopo & Cantori Attrebaten. in Cap. Abbate S. Siluani. De verb. ſignif. Idem Decano & Præcentori Lugdunenſi, in cap. Cum pro cauſa. De ſenten. excommunic. Idem Decano Pariſienſi in cap. Suborta. De re iudic.

L'Abbaye de Touſſaints d'Angiers fut fondee par le Chantre de l'Egliſe d'Angiers l'an 1030. & augmentee par les Comtes de Beaufort, qui luy donnerent plusieurs donations.

ptos Patres tanquam ab abutente iudice, ſic à Collegio Canonicorum ſtatuente, Cantori in Canonicos ſolum competere ius referendi ad Collegium ipſum, ſi quid illi ſigillatim peccarent in Choro, ſalua ipſi animaduerſione pura in alios inferioris gradus ſacerdotes. 17. Kal. Decembr. An. 1578. De eximia item Cantoris Eccleſiaſtici auctoritate, locus eſt Oldradi in Conſil. 146. Græca certè Eccleſia non habuit Protopſalten eiuſmodi, ſed Domeſticum: at Clerus Imperatoris etiam vtrúmque, cùm ille præſertim exarchus foret Cleri Imperatorij. Vt eſt apud Sapientiſſ. Curopalatā, in Lib. De Officialibus Palatij Conſtantinopolitani, & Officiis magnæ Eccleſiæ, ita ſcribentem. * οὐδὲ πρωτοψάλτην ἔχει ἡ ἐκκλησία, ἀλλὰ δομέστικον. ὁ δὲ βασιλικὸς κλῆρος καὶ ἀμφοτέρους. καὶ ὁ μὲν πρωτοψάλτης, τοῦ βασιλικοῦ ἔξαρχος κλήρου.

Nouum Statutum Capituli Eccleſiæ Pariſien. Die 15. Nouemb. An. 1578.

* Neque Protopſalten Eccleſia habet, ſed domeſticum. Clerus autem Imperatoris etiam vtrumque. Ac Protopſaltes quidem exarchus eſt Cleri Imperatorij.

11 HAVD diſpari ratione nititur Senatus decretum in Mandatarios Pontificios, qui certo Clericorum generi conditioníque áddicta ſacerdotia aucupentur. Sunt illi quidem hoc nomine fauorabiliores, quòd alteri quæſitum ius minimè præripiant, ſed futurum qualecunque in Sacerdotio expectent Pontificiæ Sedis candidati. Nihilo tamen ſeciùs ſuccubuit Pontificis beneficiarius huiuſmodi, Curiæque iudicio deciſum, *ſemiprabendas* Cenomani Templi maioris nulli poſthac diſpenſatum iri, vel Pontificio etiam Mandatario, niſi iis artibus viuendíque norma inſtituto, quæ fundationis tabulis diſtrictè præfiniretur. 11. Kalend. Mart. An. 1563. Pouleno & Germontio litigatoribus. Præclarè, quùm ſimili modo Sacerdotale beneficium alij non ſit diſtribuendum, quàm presbytero veréque ſacerdoti. Qualia Laudunenſis Veromanduorum Templi præbenda memorat Innocentius. 3. Epiſtola Decretali, ad Epiſcopum & Capitulum Laudunenſe, Conſtitutus De conceſſ. præben. Lib. 3. Et Bonifacius. 8. Cap. Cui de non ſacerdotali præbenda, De præben. Lib. 6. Decretal. Epiſt. Talis vtique ſacerdotiorum diſtinctio, conditio-

Beneficia affecta, quod aiunt, non debentur mandatarus Apoſtolicis, niſi eo modo qualificatis. Aresto Curiæ die. 19. Februa. An. 1563.

Canonicatus & Prębendæ Eccleſiæ cathedralis *de Laon en Vermandois.*

In Eccleſia Bononienſi Italiæ eſt conſuetudo quod nullus in ea ad dignitatem prouehatur niſi ſit Canonicus. Archid. in cap. nullus 1. diſtinct. 60. & de generali conſuetudine Eccleſiarum regni Franciæ non conferri dignitas, niſi canonico illius Eccleſiæ Gloſ. Cap. 1. §. item cenſuit. De collat. in Pragm. ſanct. Poſt Innoc. Hoſtienſ. & Panorm. in Cap. tua. De his quæ ſi. à Prælat. ſine conſenſ. capit.

Deciſ. Rotæ 442. in Antiq. Decanatus Eccleſiæ collegiatæ eſt dignitas cum ſit caput collegij, quia hodie ſuccedit in locum Archipresbyteri, vt præpoſitus in locum Archidiaconi. De quibus tantum, Archipresbyteri & Archidiaconi officio, tanquam dignitatum Eccleſiæ ſunt Tituli in iure canonico Scilicet decanatus qui non habet adminiſtrationem ſeu prærogatiuam & iuriſdictionem non eſt dignitas, & idem in decanatu rurali. Et ita ſententiatum in Rota.

L'Egliſe collegiale de noſtre Dame de Moulins en Bourbonnois, appartenoit anciennement à l'Abbaye de Cluny, & eſtoient les Religieux dudit Cluny. Mais les Ducs de Bourbon, moyennerent la tranſlation deſdits Religieux, & de leur conſentement ladite Egliſe de noſtre Dame fut baillee à Chanoines ſeculiers, à la charge que le Doyenné de ladite Egliſe eſtant fait electif par les voix deſdits chanoines, le Prieur en auroit l'authorité de l'inſtallation & miſe en poſſeſſion dudit Doyenné.

que multiplex mihi videtur ab vetustiori Christianorum ritu repetita: apud quos certum erat cuiusque ministerium, siue Presbyteri, siue Diaconi, siue Lectoris, Cantoris, &c. Et cuique certus locus adsignabatur, cui velut mancipatus adstrictúsque erat. Atque illud est quod absolutè olim, & sine titulo ordinationes fieri vetabantur à Chalcedonensi Ecclesiæ Patrum Concessu, hac Græca phrasi. Μηδένα ἀπολελυμένως χειροτονεῖσθαι, μήτε πρεσβύτερον, μήτε διάκονον, μήτε ὅλως τινὰ τῶν ἐν τῷ ἐκκλησιαστικῷ τάγματι, εἰ μὴ ἰδικῶς ἐν ἐκκλησίᾳ πόλεως, ἢ μαρτυρίῳ ὁ χειροτονούμενος ἐπικηρύττοιτο. Huic affine Placentinum Concilium, quod recitat Gratianus in Can. Sanctorum canonum statutis consona sanctione decernimus, vt sine titulo facta ordinatio irrita habeatur, & in qua Ecclesia quis intitulatus est, in ea perpetuò perseueret. 70. Distinct. Ita apud priscos Romanos ordinari dicebatur is, qui ad magistratum aliquem prouehebatur. Vt perspicuè docet Tranquillus in Vespasiano, qui publici muneris Candidatum ad se vocauit, exactáque pecunia, quantam is cum suffragatore suo aliquo pepigerat, sine mora ordinauit. Parimodo Metium Rufum à Domitiano Cæs. ordinatum ferunt, decreta ei Memphiticæ prouinciæ præfectura. Id quod auctor est Suetonius in Domitiano. At vetusto sacrarum ordinationum iuri derogatum fuit Pontificia lege posteriori, cautúmque non ideò illicitam fore ordinationem, quia absque titulo sacri muneris peracta sit, sed ordinatorem tantisper eum alere cogendum, qui ordinatus laboret inopia, dum certus ei titulus fuerit adsignatus. Vti Alexander. 3. sanxit ex Lateranensi Concilio, in Cap. Episcopus. Et Innocentius. 3. P.P. Cap. cùm secundùm De præben. Regiis sanè Gallorum Constitutionibus interdictum est Episcopo, ne quem sacris presbyterij ordinibus exornet, nisi iamdudum beneficio Ecclesiæ munitum, aut profanis ditatum latifundiis, ad quinquagenas vsque libellas Francicas prouentus annui: Sin minus, Antistes ipse teneatur ordinatis suggerere alimenta de suo, donec locuples sacerdotium nacti fuerint. Art. 12. & 13. Edicti Aureliæ lati in Gallicis Comitiis Mens. Ianuar. An. 1560. quod Lutetiana Curia promulgauit. 7. Idus Septemb. 1561.

Concilio Chalcedonensi Sacerdotes nisi cum titulo ordinari prohibebantur, hac Græca sententia.

Met. Rufus Ægypto Præfectus à Cæsare.

Regia Ordinatio Francorum, verificata in Parlamento Parisien die. 7 Septem. 1561. Qua etiam reditus temporalis qui presbytero in titulū adsignatur, fit inalienabilis, nec obnoxius alicui hypothecæ vel iuri reali imposito post promotionem ad presbyterij ordinem, quandiu scilicet hic sacerdos vixerit.

TAMETSI igitur Clerici ordinentur hodie gradatim citra Ec- 12
clesiæ certæ adsignationem, certivè populi, cuius subinde curationem gerant in sacro ministerio: Ne tamen antiquæ disciplinæ neruus eliderentur omninò, varia sacerdotia à veteribus perpetuò addicta sunt certò Clericorum generi, alia Presbyteris nuncupatim, alia Diaconis, Cantoribus, iísque potissimùm, qui Diuûm ante Aras sacris operarentur assiduè, non aliis. Id causæ fuit, cur Regij Britanniæ Insulæ procuratores olim Pontificiis Legatis responderint, à triplici Angliæ Ordine petentibus duo Sanctæ Sedi præbenda attribui in Templo quouis Episcopali, & duas simul in quolibet Cœnobio monachi portiones, fuisse scilicet Regia Procerúmque beneficentia extructas Angliæ sacras Ædes ac dotatas. Ideóque profanæ

Variis Ecclesiæ ministeriis distincta sacra quædam beneficia.

In Anglia, duplex præbenda Cathedralis cuiusque Ecclesiæ petita ab Internuntio Apostol. Sedis, in publico Angliæ Parlamento.

ſanæ fundationis munera non eſſe in alios aliorumvè vſus detorquenda. Hinc graue itidem ſancitum Edictum in Anglicos Epiſcopos, qui regiæ clientelæ fundis potiebantur, ne profana hæc beneficiarij iuris prædia Romanæ obſtringerent Eccleſiæ, vnde Reges clientelari obſequio fraudarentur. Itaque ſummus Pontifex repulſam tulit, in publico Anglici Pop. Conuentu weſtmonaſterij habito. An. 1226. Quemadmodum literis traditum eſt à Matthæo weſtmonaſterienſi. In Britannic. Chronic.

Arreſt du Parlement de Renes du 4 Octobre 1576. entre les habitans de Guerrande appellans comme d'abus du refus à eux fait par l'Eueſque de Numes, de pourueoir vn Maiſtre aux arts libraux Precepteur en faueur de ladite ville, d'une prebende ou reuenu d'icelle, ſuiuant l'Edit d'Orleans & les Conciles de Tolede & de Latran celebré ſous Innocent 3. L'Eueſque qui ſe defendoit que leſdites prebendes ont vaqué aux mois reſeruez au Pape. La Cour dit qu'il a eſté mal & abuſiuement ordonné & refuſé, & ordonne que le precepteur ſera pourueu de la prebende dont eſt queſtion ſuiuant les Ordonnances du Roy.

13 SVPERIOR regula non procedit in ſacerdotiis certo dicatis miniſterio, poſt ius alteri ſemel partum & acquiſitum. Putà, Senator quidam Pariſien. nominatur à Principe ad beneficium Eccleſiæ conſequendum. Eam nominationem denuntiauit Lingonum Collegio Epiſcopali, ita quidem, vt ſibi primũ quoque eius Templi præbendum teneretur erogare, An. 1559. Poſteto anno conſtitutæ ſunt à Rege *Magiſtrales Præbendæ* in Eccleſiaſticis Sodalitiis, quæ literarum Magiſtris adſignentur. Cap. 9. Edicti Aurelianen. Vacante dehinc ſacra Annona ſeu *Præbenda* in Lingonum Æde maiori, hæſitatũ eſt, vtri ea rectiùs adiudicaretur, nominato necne à Principe, an literarij Ludi Magiſtro. Huic ille quidem videbatur poſtponendus, quia Mineruale iſtud ſeu * δίδακτρον meritò adſignetur iuuentutis præceptori: cuius è ſchola nimirum, velut ſeminario quodam, noui identidem exurgant prouinciarum Rectores in ſuam quamque ſparſim gubernandam Politiam, cum vberrimo Reipublicæ fructu. Id iuris non ſolùm Regia conſtitutione inuectum in Gallias, ſed Synodicis Comitiis introductum fuit, veterique Templorum more vſurpatum: vt teneræ ætati formandæ quærerentur ingenuarum artium profeſſores, Eccleſiaſticorum hominum cura ac impenſa. Nam Paulus ille magnus Eccleſiæ propugnator, & diuinitùs electum organum Euangelicæ Philoſophiæ refert, alios eſſe in Eccleſia doctores, Paſtores alios, nonnullos miniſtros inferiores. Epheſ. 4. Ex quo antiquitùs proditæ Eccleſiaſticæ ſcholæ, ad Clericorum, cæterorúmque egentium eruditionem: Quibus literariis gymnaſiis viri præficiebantur lectiſſimi, qui non Theoſophiã modo, ſed Grammaticam quoque, & humaniores diſciplinas edocerent. Vetuſtæ huius conſuetudinis in Alexandrina Eccleſia meminit Euſebius Lib. 5. ſacræ Hiſt. Cap. 10. Qua in Eccleſia functos eo profeſſionis munere Achillam, Pantenum, & Origenem ſcriptum eſt ab Eugenio ipſo. Lib. 6. Cap. 3. & lib. 7. Cap. 29. Nec diuerſum narrat de Alexandrino illo Didymo Ruffinus lib. 5. Eccleſiaſt. Hiſt. Cap. 7.

Præbendæ preceptorales vulgò dictæ, in Eccleſiis Cathedralibus & Collegiatis, vtpote in Eccleſia *de Langres.*

Ab initio Daniel ſignificat. Regi ſcholam curæ fuiſſe. Præcepta enim dat rebus ſcholicis Præfecto prætorio. In Lege iubet Deus, manibus ſuis Regem tenere librum Legis, & ſecundum hunc munis Regni ſui dirigere. Deu. 17. Proin Regum ac Principum eſt, dare populo doctores & adminiſtratores, adeò que ſingulariter curare ſcholas.

* Mineruale munus.

D. Paulus.

Didymus Alexandrinus, præceptor D. Hieronymi, breuem contexuit enarrationem in Canonicas Epiſtolas.

14 VNDE continuus fuit hic, & ad longas ætates mos perductus, vt à Presbyterorum Collegio pubis erudiendæ functio mandaretur

literato Gymnaſiarchæ, illiúſque officio incumbebat, proſpicere, vt politiori doctrina iuuẽtus imbueretur. Sicuti ex Canonibus à Gratiano congeſtis manifeſtum fit. Can. de quibuſdam. (37. Diſtinct.) qui deſumptus eſt è ſacra Synodo Eugenij. 1. P.P. Hodie etiamnùm in Cathedrali quolibet Sacerdotum cœtu Scholiarchos videmus, ludo literario præpoſitos, qui doctores elegantiorum Artium ſeligant, cæteráque Muſæi publici commoda promoueant. Imò & ſacram hanc Dignitatem eſſe in pontificali Templo quolibet, notat Innocẽtius. 3. Moguntinenſi reſcribens Studiorum Præfecto. Cap. licet De tranſlat. Epiſc. Scholaſtico item Demerenſi, intra Coloniæ Agrippinæ prouinciam. Cap. Veniens De Regular. Tum Archipresbytero & Magiſtro Scholarum Bituricenſium Cap. cum Apoſtolica De his quæ fiunt à Prælato. De Hildeſenſi pariter Scholiar-

Les Scholaſtiques ou Eſcolaſtres, nomen Eccleſiaſticæ Dignitatis in Æde Cathedrali.

Theodulphi Aurelianenſ. Epiſcopi ad fratres & conpresbyteros ſuæ Aurelianenſ. Parochiæ, Epiſtola edita inter Epiſtolas Hincmari Rhemenſ. Archiepiſcopi Artic. 59. Siquis ex presbyteris voluerit nepotem ſuum, aut aliquem cõſanguineum ad ſcholam mittere in Eccleſia S. Crucis, aut in monaſterio S. Aniani, aut S. Benedicti, aut S. Liſardi, aut in ceteris de his cœnobiis, quæ nobis ad regendum conceſſa ſunt, ei licentiam id faciendi concedimus. Art. 20. Presbyteri per villas & vicos ſcholas habeantur. Et ſi quilibet fidelium ſuos paruulos ad diſcendas literas eis commendare vult, eos ſuſcipere, & docere non renuant, ſed cum ſumma charitate eos doceant, attendentes illud quod ſcriptum eſt, (Daniel. 12.) Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Cum ergo eos docent, nihil ab eis pretij pro hac re exigant, nec aliquid ab eis accipiatur, excepto quod eis parentes charitatis ſtudio ſua voluntate obtulerint.

Le Ieudy 12. Decemb. 1602 plaidant du Marthé pour le Docteur Theologal de Langres, appellant comme d'abus de la concluſion capitulaire du Chapitre de Langres, de priuation de tous les fruits de ſa prebende à faute de lire & preſcher ſelon la qualité de ſadite prebende Theologale, & Gouliere pour le Chapitre de Langres intimé, qui a ſouſtenu que meſmes il le pouuoit priuer du tiltre de ſadite prebende, nedum des fruits, ſuiuant le Concile de Baſle & les Concordats, encores que l'appellant aye maintenu qu'il n'eſt tenu que de lire ou de preſcher alternatiuè. La Cour ſur l'appel comme d'abus a mis les parties hors de Cour & de proces, & ſic ladite ſentence capitulaire demeure. Et au ſurplus enioint aux parties garder l'Ordonnance des prebendes Theologales, qui eſt l'Edit d'Orleans & de Blois.

Cathedralis Eccleſia *de Therouenne*.

Liege.

D. Adelmannus è Leodienſi Archydiacono, Brixienſis fuit Epiſcopus.

Anſiun.

cha, Cap. cum dilecta De reſcript. Ita Gregorius. 9. reſcriptum emiſit ad Morinenſem Scholæ Gubernatorem, in principe ſcilicet Morinorum Baſilica ſacra. Cap. ex parte De appellat. Legitur & hoc æuo D. Adelmanni Eburonum Scholaſtici Epiſtola ad Berengarium, *De veritate corporis & ſanguinis Domini in Euchariſtia*. Heduorum tamen id matrici Eccleſiæ peculiare eſt, vt eius Cantor Scholas Ciuitatis Diœceſiſque moderetur, ipſaſque diſtribuat iuuenum Rectoribus pro arbitratu. Id quod Oldradus percenſuit, in foro Romano cauſarum patronus: quo tempore Iohannes. 22. ſummum gerebat Pontificatum. In Reſponſo. 146. Nam in Anglicis etiam phanis quibúſque, Præcentores obtinent primas ſacræ dignitatis partes, teſte Innocentio. 3. Cap. cum olim De conſuet. Lugdunenſi itidem Præcentori ab Innocentio. 3. ſcriptum eſt. Cap. cum pro cauſa De ſenten. excommun. Quocirca Lingonenſis pædagogus, quem Canonici honeſtarant præbendo Templi maioris, Senatum prouocauit à Pontificia ſacræ Annonæ donatione, quaſi abuſiuè collata in Senatorem, Principis candidatum: præfractéque aſſeruit, conceſſioné hanc irritam inutilémque eſſe, Regio nimirum Edicto repugnantem priſcíſque Eccleſiæ inſtitutis. Quippe quùm ad tuendam rei Eccleſiaſticæ tranquillitatem neceſſaria ſit Legum Principalium, Magiſtratúſque ſeueritas. Magiſtratus enim ab Ariſtotele definitur his verbis, * ὁ ἄρχων φύλαξ ἐστὶ τοῦ νόμου. Deus idcircò cùm eidem traderet vtrámque Decalogi tabulam, eũ iuſſit harum cuſtodem eſſe Sanctionum: vt Politicam Religionis, Ciuiliſque diſciplinæ

Appel cõme d'abus par le precepteur de la prouiſion Apoſtolique de la Prebende de Langres faite au nominataire du Roy, comme pretendue affectee au precepteur de la ieuneſſe.

* Magiſtratus eſt legis cuſtos.

ciplinæ tutelam ſuſciperet. Nam & Homerus* Theſmophylacas eſſe Reges ſignificat: quibus nempè Sceptrum, nota ſit Iuſtitiæ, haſta verò, fortitudinis ſymbolum. Iliados lib. 1.

* Legum & inſtitutorum cuſtodes cœlitùs præfectos.

15 Nos verò in illa Actione forenſi, pro Senatore, huic iam purè adſcriptum fuiſſe ſacerdotiũ nominatione Principali, antequam Lege Regia Magiſterij merces inſtitueretur, præbendum Eccleſiæ. Haud temerè dici à Rota Romana, *Beneficium ſemel affectum, ſemper durare affectum.* Deciſ. 617. In Antiq. Ac Deciſ. 20. ſub rubr. De præbend. In Nouis. Qua die nunciatum ſit Lingonenſi Capitulo Regis diploma nominantis, tum inde nominato addictum fuiſſe beneficium quod poſtea vacaret, nec conferri alteri potuiſſe à Lingonenſi Canonicorum Collegio, quorum ius dandi præbendi eſt proprium. Vt dilucidè monuit Innocentius. 3. Decretali ad Archiep. & Archydiac. Sononen. Epiſtola Dilectus filius. T. Canonicus Lingonenſis De præbend. Suggerebam inſuper, Pontificiis mandatariis ſcholaſticas nominationes cedere. quamlibet publica *Concordati* lege ratas receptáſque. §. Declarantes De mandat. Apoſtol. In Concord. Iuxta hæc, à Senatu Burdigalen. decretum, Mandatis Pontificiis præbenda contineri, Theologis etiam attributa (quæ à noſtris *Præbendæ Theologales* nuncupantur) & curationem animarum in Ciuitate, vel oppidulo quouis mœnibus cincto: Tametſi hæc parœciarũ ſacerdotia non aliis deferantur quàm Scholaſtico gradu præditis, Iure cõmuni. Deciſ. Burdegal. 225. Quãtò firmiùs idem in Regis beneficiario ſtatueris, qui Pontificia ſimul auctoritate muniatur.

Auctoris, forenſis Actio in Senatu, pro regio Curiæ Conſiliario, & Regis ad beneficia nominatario.

Præbenda Eccleſiæ Canonialis, proximè vacans, præceptori iuuentutis pro mercede debita.

Mandatarij Apoſtolici præferuntur graduatis nominatis in beneficio vacaturo obtinendo.

Arreſt du 4. Feurier 15͗6. au roolle de Senlis, à l'audience, plaidant Nauarrot pour les habitans de Gerberoy appellans comme d'abus du refus fait par l'Eueſque de Beauuais de conferer une prebende de l'Egliſe collegiale de Gerberoy à vn Precepteur: ſelon la requiſition deſdits habitans. Et Maiſtre Pierre le Brun, pourueu comme gradué nommé de ladite prebende, par l'Eueſque, intimé. Et l'Ommedé pour l'Vniuerſité de Paris, iointe auec ledit intimé: & Bernard pour l'Eueſque de Beauuais auſſi intimé. La Cour ſur l'appel comme d'abus, a mis les parties hors de Cour & de procez. Ordonne que l'intimé comme gradué nommé iouyra, comme n'ayant l'Edit d'Orleans compris ne derogé au priuilege des graduez nommez: (quod notandum) *neantmoins eſt ordenné, qu'en attendant la vacation de prebende qui ſera affectee à vn Precepteur, ledit Eueſque fournira audit Precepteur les fruits & reuenus de prebende, telle que de ladite Egliſe de Gerberoy.* Beneficia curata in Villa murata ſolis graduatis debentur.

16 Singvlaria enim iura quædam prodita ſunt Regiæ ſacrorum munerum erogationi. Cuiuſmodi illud, Academiæ nominationis lege Regalia non teneri. Priuilegio. 9. Regaliorum, ex gloſſemate. §. Quod ad dictas In verſ. eccleſiaſtico De collat. In Pragmat. Sanct. Item Põtificius Canon *De veriſimili notitia obitus* ceſſat in Principali donatione ſacerdotij, licet eadem Romanæ Curiæ regula trahatur ad collationes factas ab ordinario ſacrorum Antiſtite. Quod Delphinatium Senatus iudicaſſe fertur, apud Decium, Reſponſo. 398. Regia itidem *Magiſtralium præbendarum* Sanctio, quæ in Collegia ſacerdotum lata eſt, torqueri non debet in legiſlatorem ipſum, Regemque ad ſacerdotia nominantem. Quùm Regia iura minimè comprehendi generali Conſtitutione credantur, nec à Sceptris abdicari. Quibus adhæret Romanæ Rotæ ſententia ſecundum Hiſpani regis beneficiarium, ex vetuſto priuilegio, conceſſúque Alexandri. 6. Pontif. Etſi enim aliquot Hiſpanica ſacerdotia iam olim adſignentur certæ Clericorum poſeſſioni, ad ea nihilominus valet Principis nominatio. Vt inquit Staphyleus, cum Rota, in Tractatu

Aperta Regalia per vacationem Epiſcopatus, Rex ſuo iure confert libere beneficia eiuſdem Diœceſis, etiam vacãtia in menſibus affectis graduatis ab vniuerſitate nominatis.

Regula Cancellariæ Apoſtolicæ, *De veriſimili notitia obitus*, ceſſat in regia collatione, ſed non in Epiſcopali. Phil. Decij Conſilium. 398.

mæua ſacerdotij qualitate non liquebat. Vtputà, olim inſtituta ſunt purè ſimpliciterq; Sacella aliquot à Flaminum Collegio D. Germani Antiſſiodoren. apud Lutetiam. Cautum dehinc Pontificiis Benedicti. 13. codicillis, ne ea Sacella quis adipiſci poſſet beneficij titulo, niſi ab ineunte ætate mancipatus diuino Templi eiuſdem miniſterio. 5. Kalend. Septemb. An. 1400. Exhinc quoque ſtatuit Collegium, ne ad ea Sacella impetranda cuiquam pateret aditus, niſi antea ſacris delubri huius operanti continuò, (auctore Martino. 5. Pontif.) Cal. Sextilibus An. 1423. Nouiſſimè ſacra huiuſmodi *Capella* dimittitur à ſacrificulo in Titij gratiam, huicque attribuitur à Sede Romana. Expoſtulare ilicò Sodales Fani Germani, Senatúmque appellare à Pontificio collati ſacelli munere, tanquam abuſiuè exorato. Citant in ſuas partes vetus S. Conſultum, Pontificias improbans expectationis Literas ſacellorum Eccleſiaſtici huius Sodalitij. 16. Kal. Maias. An. 1415. ſecundum Andræam Monachum, Capituli, aduerſus Matthæum Coupeum Pontificis beneficiarium. At Pontificius, ediuerſo, nil proponi, cur liberum initio Sacerdotiũ Antiſtiti ſummo non liceat erogare, quãuis temporũ ſucceſſu certis Templi miniſtris cõſecratum à Collegio ipſo. Secus reſpondendum, ſi fundationis lege deſignata fuiſſet Clericorum ſpecies quædam Sacello adminiſtrando. Acta inſuper Benedicti. 13. Pſeudopontif. reſciſſa fuiſſe Conſtantienſi Synodo: Curiæ porrò Iudicium ſuprà dictum infirmaſſe duntaxat Pontificias ſacerdotiorum expectationes, non autem vacantis iam Sacelli conceſſiones Apoſtolicas. Cauſam vtrinque peroratam Senatus miſit in conſilium. 8. Kal. Martias. An. 1571. Thorodeo & Daneſio dicentibus. Tandem Capitulum prouocationis cauſa cecidit, vnà cum Sulpitio Venone, cui Capitulum adhærebat. Decreto Curiæ ſecundùm Petr. Thieueninum. 15. Kal. Sextiles An. 1573.

Capellæ & ſemipræbendæ Eccleſiæ collegiatæ S. Germani Auxerrenſis in vrbe Pariſiẽ. Quæ per gratias expectatiuas Papæ conferri non poſſunt, nec aliis quàm antea habituatis in eadem Eccleſia. Statuto Capituli die. 1. Augusti. 1421. omologato à Papa Martino. 5. Poſt Bullam Benedicti. 13. Die. 28. Augusti An. 1400. Areſtum Curiæ Pariſ. die. 16. April. An. 1415. contra gratias expectatiuas Capellarum Eccleſiæ collegiatæ S. Germani *de L'Auxerrois*, Lutetiæ. *Appointé au Conſeil*, in Parlemento, die. 22. Febr. An. 1571. Eiuſque definitiuum Areſtum die. 18. Iulij An 1573. *Bulle du Pape Paul 3. de l'an* 1541. 6. Kal. Ianuar. *à la requeſte du Roy François, & des Doyen, chanoines, & chappitres de l'Egliſe de Noyon, ladite Bulle confirmatiue d'autre precedente du Pape Clement 7. contenant que certain nombre de chappelles & benefices deſeruis en ladite Egliſe Cathedrale de noſtre Dame de Noyon, eſtans en la collation deſdits chanoines & chapitre, ne puiſſent eſtre reſeruez, affectez, ne conferez par le Pape, ny donnez par leſdits collateurs ordinaires & autres que aux enfans de chœur, ou Vicaires habituez en ladite Egliſe, & faiſant ordinairement le ſeruice en icelle. Leſquels en cas d'abſence d'icelle, par l'abſence de ſix mois ſans congé du chappitre,* ipſo iure *ſeront priuez dudit benefice en cas qu'ils euſſent demãdé congé d'abſence, apres le terme* vnica monitione facta, *ſeront pareillement priuez &c. Ladite* Bulle de Paul 3. *auec lettres du Roy enregiſtrees en Parlement, ouy ſur ce le Procureur general du Roy le* 20. *de Nouem. l'an.* 1551. Capellæ Vicariales Nouiomenſis Eccleſiæ cathedralis B. Mariæ.

19 EAM fori controuerſiam excipit alia conſimilis, de Senonum templi *ſemipræbendis* nuper actitata: quùm Senonenſe Canonicorum Collegium ex abuſu prouocaſſet à Pontificia *ſemipræbendæ* donatione, quam non niſi antiquo huius phani adminiſtro dari poſſe intendebat, teneríſque ab vnguiculis eiuſdem Choro inſeruienti. Firmabat hanc ſacerdotiorum deſtinationem Conſtitutione ſacri Sodalitij, pactíſque ab eo conuentis cum Senonum Antiſtite Lodoïco Melodunenſi, quæ Xyſtus. 4. P. P. adprobarit. Reſcripto An. 1471. Eò quoque accedebat geminum Senatus decretum de. 14. *Semipræbendis* templi huius, in alium non conferendis, quàm qui vetuſta Collegij lege vocatus, habilíſque foret ad eas poſſidendas renuntiatus. 15. Calend. Quintiles. An. 1570. & Poſtridie Kalend. Maias An. 1573. Aduerſarius autem ſic defendebat, capacem ſe ac idoneum eſſe Eccleſiaſtico huic muneri. Statuto Collegij, non tot tantáque exigi à *Semipræbendario*, quanta ipſe Pontificis dona-

Semipræbendæ Eccleſiæ Metropolitanæ *de Sens*. Duo Areſta curiæ citantur: Prius. 17. Iunij An. 1570. pro capitulo Senonen. Eccleſiæ, & Ioh. Symone appellantibus, contra *Edmo Morant chanoine ſemiprebendé en ladite Egliſe intimé*, Ioh. Bonnier *& conſors*. Poſterius die. 2. Maij An. 1573. quòd tales ſemipræbendæ affectæ certo generi clericorum in alios cõferri nequeũt. *Appointé au conſeil en la Cour.* die vlt. Maij An. 1575.

tarius facilè præstiterit. Aliísque permultis idem ius suum tuebatur Pontificiæ collationis. De eo Curia Ornatiss. censuit ampliùs deliberandum. Pridie Kalend. Iunias. 1575. Bautruo, & Ramato causæ patronis.

POSTREMÒ cessat axioma prædictum in scholastica Nomi- 20
natione ad Ecclesiasticum beneficium. *Semipræbendæ* enim seu *Vicariæ* sacrarum Sodalitatum licet addicantur certò presbyterorum generi, licitè tamen vendicátur interdum à studiosis literarum Scholastico gradu insignitis. Iudicato Curiæ, de sacellis quibusdam Turonen. Basilicæ sacratiss. 11. Kalend. Februar. An. 1520. Quod tamen ita velim acceptum, dummodò Academicus ille præditus sit iis animi dotibus, quæ in Sacerdotiis huiusmodi requirantur. Cedò autem, nûm talium Præbendorum vt grauiora sunt Ecclesiastica onera, sic fructus aliis debeant præbendis æquari, oneráve saltem inter Sodales ex æquo diuidi? Quidni? (inquies) Nam præbendorum æqualitatem sanxit Innocentius. 3. Rescripto Cùm omnes De constitut. Iuxta Trecensis Capituli consuetudinem de Sacerdotalibus sportulis ad æqualitatem redigendis. Cui conuenit Pragmatica Biturigum Sanctio, ex placitis Synodi Basileæ Rauracorum hausta, in §. iubet. Tit. Quo quisque tempore debeat esse in Choro. Post Innocentium 3. In Cap. Cum Martinus. De Constitut. in vers. pares potuerint cum alij, sortiri præbendas. Eiusque partis sententia placuit Senatui Parisien. Aresto. 7. Kal. Apriles An. 1529. de sactis Annonis Fani Hilarij Pictauensis. Tum Nonis Quintilibus An. 1535. de Aurelianis. Item de Lugdunensibus, 6. Calend. Iunias, seu. 3. Nonas Quintiles An. 1535. & 7. Idus Iulias. 1565. De Lucionensibus Pictonum, 17. Kalend. Quintiles. 1553. De Vindocinensibus, postridie Idus Sextiles. Anno 1570. De Cenomanis Templi Petti de Curia, 4. Idus Maias Anno 1580. Cuius quidem Ædis Petri Collegium canonicorum memoratur ab Innocentio. 3. in Capit. ex parte De consuetud. Tan-

Iudicium Curiæ de quibusdam Capellis in maiori Ecclesia Turonensi, die. 22. Ianuar An 1520. pro graduato nominato ab Vniuersitate studiorum.

Decreta Curiæ de æqualitate redituum Præbendarum inter Canonicos, nempè S. Hilarij apud Pictauũ, die. 26. Martij. 1529. *d'Orleans*, die. 7. Iulij. 1535. *de Lyon*, die. 27. Maij seu. 5. Iulij An. 1535 & 9. Iulij. 1565. *de Luçon*, die. 15. Iunij. 1553. *de Vendosme*, die. 14. Augusti. 1570. *De S. Pierre de la Court du Mans*, die. 12. Maij. 1580 *Et de S. Tugal de Laual* die 2. Iulij An 1584. *Au Roolle des causes de Poictou*. Ac die 2 Octob. 1587. *au rapport de M Lenoix, entre les mesmes Chanoines de S. Tugal.*

Arrest d'esgalement des prebendes de l'Eglise Cathedrale de Poictiers du 13. Aoust 1588. en Parlement. En l'execution duquel arrest il a esté iugé au rapport de M. Bouyale 25. ianuier 1597. que les semiprebendes de ladite Eglise y estoient compris, & le reuenu de leurs semiprebendes declaré subiet audit egalement, encores qu'ils se disent estre de diuerse fondation d'auec les Chanoines prebendez.

Rebuff. in §. 1. de collat. in Concordat. ad verb. Canonicatum *cite l'Arrest de S. Hilaire de Poictiers du 5. Mars 1522.* Reseruata tamen antiquioribus optio fuit.

dem, Me dicente, Senatus, D. Tugalli apud Lauallum canonicis adiudicauit eandem redituum Præbendi cuiusque peræquationem. Decreto postridie Calend. Quintiles Ann. 1584. lato, ex forensi causarum Pictauensium Volumine. Intantùm, vt Patres quoque Parisienses, nouitiis instantibus D. Tugalli Canonicis, resciderint publicas fundorum Ecclesiæ locationes, quæ antiquis propalàm licentibus addictæ fuerant. Nummariæ enim mercedis pretijquè vilitas grauem inter socios præbendorum inæqualitatem pariebat. Iudicio. 6. Nonas Octobres Anno 1587. Dn. *Lenoix* senatore regio litis inspectore. Nimirum qui officij studiorumque similitudine iuncti sunt fratres ac collegæ, eosdem par est, æqua

Ecclesia collegiata *de S. Tugal de Laual*, diœcesis Cenomanæ. Qua in Ecclesia fuit olim Capicceriatus de Monte securo, *Chefecerie de Monseurs*, sed perpetuò vnitus fuit decanatui Ecclesiæ, Bulla Eugenij. 4. P. An. 1445. Die. 21. Octobr. In eadem Ecclesia primum canonicatum & præbendam tenent Episcopi cenomani, ab Episcopatu inseparabilem.

est, æqua redituum communicatione sociari, tanquam fraterni altrice consortij & amoris. Hinc etiam pactæ Fraternitatis Tabulæ visuntur inter Canonicos vicinarum inuicem Cathedralium Ecclesiarum. Nam inter Andium & Cenomanorum Collegia huiusmodi conuentum est, vt si quando alterius Templi canonicus alterum adierit, pestis occasione vel belli grassantis, aut in viæ transitu, hic perinde lucrifaciat Præbendi ecclesiastici fructus, ac si in suomet Templo, cui adscriptus est, sacris inseruiret. Ibidem Canonicus viator ius habet sessionis in Choro, dicendæque in Capitulo sententiæ. Eidem necnon satis prærepto solennes parantur inferiæ, & funebris exequiarum honos: qualem suo communísque Templi collegæ & canonico cæteri deferre consueuerint. Societate conuenta. An. 1256. cuius multoties repetitæ Instrumenta vidimus in Chartario Ecclesiæ Andegauen. Nec dispari lege contracta nuper Societas est ab Andegauo Canonicorum Collegio Max. cum Nannetensi. Annum circiter. 1577. Talem coîere iam olim sacri Sodales Ædis Hilarij Pictonû, & Turonum Martinianæ: Quarum scilicet Diui tutelares coæui amicíque fuerant, & similis ambarum titulus Monasterij. Vt patet ex vetusto Aquitanicæ Historiæ fragmento nuperrimè edito, in hæc verba. VILHELMVS HIC PICTAVORVM COMES SVO GERMANO ABBATIAM S. HILARII AC S. MARTINI, CVM NONNVLLIS ALIIS POSSESSIONIBVS IN PICTAVIENSI SOLO PRÆBVIT, &c.

Literæ Fraternitatis & Societatis iuratæ inter Episcopum & Capitulum Andegauense, & inter Episcopum ac Capitulum Cenomanum, multa capita & Articulos continentes Et instar huius Societatis, alia pacta est ab Andensi cum Nannetensis Ecclesiæ Capitulo.

Nantes, in Britannia Gallica. Pactum Fraternitatis inter Canonicos S. Hilarij Pictauensis, & S. Martini Turonen.

Pareille confraternité y a eu ab antiquo entre l'Eglise de S. Iust de Lyon, autrefois reguliere & Abbatiale, & l'Abbaye de l'Islebarbe pres de Lyon. Item *entre les Eglises collegiales de S. Irenee de Lyon, & de nostre Dame de Beaujeu, en Beaujolois.*

Inter S. Mauri Fossatensis & Saciacum Monasteria, *comme dit Guillaume Paradin, Deyen de Beaujeu, en son Histoire de Lyon, Liure 2. Cap. 25.*

Fraternitas inter Capitulum Ecclesiæ maioris Cabilonensis, & Præfectum Monastici conuentus Lodonensis seu Lothoniensis, circa annum 1036. *Lequel Prioré Doyenné de Cluny, appellé le Prioré de nostre Dame de Losne, le second siege Episcopal de Chalon, de la fondation duquel, & de la cause de ladite fraternité accordee, escrit* Petrus de S. *Iulien, Doyen de l'Eglise dudit Chalon en son Liure des Antiquitez de Chalon.*

Pareille fraternité de deux Abbayes Tit. 1. Lib. 2. Monasticon art 7.

Item y a eu Societé, fraternité & Vnion congregationis Cluniacensis cum Casinensi, pacta Desiderio Montiscasini Abb?, cum Hugone venerabile Cluniacensi Abbate, & successoribus ipsorum. Ex Lib. 3. Chronici Casinen. Cap. 30.

21 ENIMVERÒ præbendorum æqualitas, de qua suprà, locum non habet in Annonis spiritalibus censu onereuè inuicem distinctis: in quibus idcircò tolerantur prouentuum imparitas, ex variarum fundationum præscripto, quas Basiliensis Ecclesiasticorum Patrum Conuentus minimè abrogauit. Cap. cùm in rua. De consuet. Apud Bonifacium. 8. (Lib. 6. Decretal. Epistol.) Cap. Ex parte Astensis De concess. præben. Glos. in Cap. Statuimus De maior. & obed. Qualia sunt Normanicorum templorum imparia distinctáque præbenda. Atque ita *Conscripti Curiæ* censuerunt secundum Nouiomense Collegium canonicorum, aduersus inferioris gradus Flamines, seu quos alibi *semipræbendarios* vocamus. Aresto postridie Kal. Decemb. An. 1538. Nouiomensibus illis Canonicis mandata est litium disceptario à Pontifice Innocentio. 3. Cap. Ad petitionem De

P. Pithœus I.C. clarissimus è manuscripto suo exemplari curauit hoc Aquitanicæ Hist. fragmentum publicis formis imprimendum.

De multiformi Præbendarum Ecclesiæ præstatione, vide Decisionem Rotæ. 460. In Nouis.

Iudicium Curiæ, die. 2. Decemb. An. 1538. pro Capitulo Ecclesiæ *de Noyon*, contra semipræbendarios in eadem Ecclesia.

accusat. Eiusdem Rescriptum legitur ad Nouiomensem Episcopum Cap.pastoralis.De causa possess.& propriet.Rursus Nouiodunensis Præsulis controuersiam cum Sodalibus Fani Quintini,recitat Gregorius.9.Cap.1.De lit.contestat. Quin & ante horum Pontificum tempora,extat D.Bernardi Epistola.339.ad Balduinum Nouioduni in Belgica Antistitem.Lib.Epist.Bernardi.

Lis prisca inter Ecclesiam S. Quintini, & Episcopum *de Noyon*.

IN SVMMA, laudamus erectas à Canonicis *Semipræbendas*,seu 22
Vicarias, ad ecclesiasticum officium accuratiùs excolendum. Sed canonicos ipsos nihilò magis probamus, Vicariis Ecclesiæ seruis committentes Templorum ministerium, cui erant ipsimet obnoxij. Nam Flacci versu, Siue vicarius est,qui seruo paret,vtì mos Vester habet,seu conseruus, tibi quid sum ego ? nempe Tu mihi qui imperitas, aliis seruire te oportet. Sic Canonici non ideò sacræ seruitutis iugum possunt excutere, quòd Vicario seruorum munere vtantur defunctoriè conductitiísque aliorum operis in re diuina facienda. Demus enim,sua cuique messis operario,ac Christi vineæ cultori fuisse distributa munia,in ipsis adeò Christianæ Ecclesiæ primordiis: alios Psaltes seu Cantorum principes extitisse, alios Psalmorum lectores:quos D. Augustinus obseruauit ex solenni ecclesiastico ritu B.Patris Athanasij.Lib.10,Confessionum Cap.33.Concedamus item,in Mosaïca Ecclesia Psalmistatum functionem fuisse à reliquis sacris muneribus ordine vicibúsque distinctam. Lib.2. Regum.Cap.6.& Paralipom.6.Cap.9.Esdræ.2.& Neemiæ. 12.Addatur etiam , Cyprianum expressim feriatis diebus sacros lectores instituisse,Aurelium modò , modò Saturium,qui diuinis celebrandis lectionibus personarent.Lib.2.Epist.5.& 22. At certè statuta semel * μυστηρίων , Ecclesiæquè ministrorum Politĩa,quæ iam antiquitùs perfecta est Episcopalis Cleri institutionéque Canonicorum,hi quidem officij desertores sunt existimandi, qui per procuratores ministerio Ecclesiæ sibi imposito defungátur. Idque eò ferendum minùs videatur , quòd in Hellenismo etiam ipso , Alexander Seuerus edixerit,Rectores Prouinciarum eas per se administrare debere,non per assessores.Auctore Lampridio. Vtcunque sit, nemo dignè satis commendet auctum symmistarum numerum (in Æde pontificali præsertim) quibus adiutoribus, sanctum ministerium pleniùs celebriúsque adimpleatur. Sed hoc ita, ne obtentu auxiliaris & adscititiæ Clericorum turmæ, Sacri Præfecti solutos se putent Ecclesiasticæ militiæ operæquè sacramento:Ast eorum grauissimus quisque, veluti Censor, intersit Sacerdotali choro assiduè, cæteros ad officium extimulet verbo & exemplo(vt Dauidicis hymnis concinendis feriant cœlos) curétque identidem reliquum Superis debitum Sacrificium,

Sacrum officium Canonicorum.

Subserui, seu Vicarij Ecclesiæ.

* sacrorum arcanorum.

Hellenismus, gentilismus, paganismus.

Augendus potius sacrificorum Templi numerus quàm minuendus.

Per medios instans Operi,Regnísque futuris.

Titulus

Titulus. IIII.

DE PROPHANO TEMPLORVM PATRONATV.

1 
VALIS SACERDOS quisque in Collegiis Ecclesiasticis esse debeat ex fundatione Sacerdotij, diximus suprà: Iam de Fundatorum genere vniuerso, ac patronorum in collatitia quæuis beneficia, est quærendum. Profanos imprimis Templorum patronos fauore prosequuntur non solùm Pontificij canones, sed & Iustinianus Cæsar in Græco τῶν Νεαρῶν codice: Quò minùs Pontifici liberum *Patronnage lay, cuius ratione competit ius præsentandi collatori ad beneficium vacans.*

Nouellæ Constitut. Iustiniaoi Cæs.

sit, neglecto patrono, sacerdotia conferre. Nouella. 67. 123. & Can. decernimus (16. quæst. 7.) quem è Toletano Concilio. 4. Gratianus deprompsit. Itaque vsu Fanciæ Iurisprudentiæ recepta est prouocatio ad Regium Senatum abusus nomine, siquidem Romanus Antistes profano patroni iuri derogarit, diplomate sacri muneris erogarorio. Vt est apud Guymerium Pragmat. Sanctionis inrerpretem, & in Tridentini Concilij Sessione. 25. Cap. 9. Cuius tamen decretis prudenter cautum est, sacerdotij patronum audiendum neminem, nisi qui iuris patronatus tabulas exhibeat, aut quinquagenariæ possessionis fidem faciat authenticis scriptis. Reliqui ab illo patronatus abrogati, nisi qui summis Principibus competant in Cathedrales, aliasve Augustæ Fundationis sacras Basilicas.

Laieo patronatui Ecclesiarum derogandum noo est Apostolica beneficij collatiooe.

Apud Hispaoos Bullę Apostolicæ iuris Prioratus laici derogatoriæ ooo admittuntur, & suprema Regis tribuoalia inibi talium bullarũ ex anno suspẽduntur, eorumdem vsum grauissimis pœnis interdicentes. Co uarruuas, Practicarum Quæstioo. Cap. 35. (Tomo a.) de iure prioratus laicorum.

Ibidem est Edictum Caroli 5. Cæs. Hispaniarum Regis, An. 1525. vt nullus à summo Pontif. impetraret Apostolicas literas ad dignitates, vel beneficia quæ sunt Regij iuris prioratus, aut impetratis vteretur in derogatiooem consensus & præsentationis quæ à Rege postulaoda & ad eadem beneficia obtinenda.

2 Hæsitatum est porrò, nûm profani fundatoris ius singulare, de quo suprà, trahatur ad patronatum dote partum, non fundatione Ecclesiæ. Verbi causam, Alebretus Regulus Pontificiis auspiciis commutauit parœciacam Ædem oppidi sui Castrigelosi in Canonicorum Sodalitiũ, quod & amplissimo censu locupletauit: retenro patronatus iure, nominationísque ad sacra beneficia Ecclesiastici Collegij. An. 1520. Puteanus quidam postea decanatui Collegij cessit in gratiam nepotis ex sorore Labatij: Eam cessionem Romanus Præsul admisit, spreto patrono, Albretensi dynasta: qui sacerdotis nominãdi decus sibi reseruarat, patronatus sui fructum. Mortuo interim Pureano, Alebretus toparcha obtulit Vasatensi Episcopo nouum Decanatus petirorem: oblatum Episcopus Decanum instituit. Inde patroni beneficiarius Francicam appellat Curiam à Pontificia illa sacerdotij donarione. Quippe quùm profani Templorum patroni, Canonicis etiam decretis, possint Ecclesiæ gerendæ rationem constituere: eatenùs Sacratis viris imperantes Politica Ciuilíque potestate, quatenus illi prisca Ecclesiæ instituta, dignitarémque labefactare fuerint ausi. Can. filiis vel neporibus. 16. Quæst. 7. Gallicis planè vsiratum est Sacerdotiis, ne ea impetrantem Pontifex Max. soluat lege profanæ nominationis, quam vulgò *præsentationem patroni layci* vocant. Et hoc quidem Franciæ Ecclesiæ priuilegium commemorat Geminianus in Cap. 2. De præben. Apud Bonifacium. 8. P.P. Vbi speciatim de Gallis Britanníque Regibus, sacrarum passim Ædium patronis. Nec verò tantum paratur ius patronatus, fundi traditione, in quo sanctæ Diuis aræ extruantur, sed & dotali prædiorum assignatione. Imol. in Rubr. De iur. patron. Bald. in Capit. Quoniam Eod. tit. Vsque adeo, vt qui priùs conditam sacram Basilicam opimis ditarit latifundiis, ei competat patronatus suo quodam fundationis iure potiùs, quàm noua & adscititia prædiariæ dotis consti-

Ecclesia Parochialis *de Chastelgeloux*, io Vasconia, vertitur in Collegiatam Canonicorum à Domino *d'Albret*, eius oppidi proprietario.

Episc. *de Bazas*, in Vasconia.

Ao ei qoi iam fuodatam Ecclesiam dotarit, eiusdem Patronatus comperat magis ex Apostolico priuilegio, quàm primæuo fundationis iure.

conſtitutione,aut Rom. Sedis munere ſingulari. Vt ſanxit Clemẽs 3.Cap.Nobis,De iur. patron. Et Gelaſius Pontif. in Can. Eleutherius.18. quæſt. 2. Hoſtienſis & Imola. in Cap. cum acceſſiſſent. De conſtitut.

Pro Apoſtolicæ Sedis beneficiario.

3 CERTABAT, è contrà,Pontificis Candidatus,ſemel conditis piis Ædibus imponi ſeruitutem non potuiſſe aduentitia dotalium aruorum donatione. Vt ait Bartholom. Brixienſis in Can. Piæ mentis.16.quæſt.7.Ideóque ſi dos prædiorum adiecta ſit phano iam cõſtructo, dotanti patronatum quæri veriùs beneficio Pontificiæ Sedis,quàm ex templi fundatione.Panor.in Cap.cùm Eccleſia Vulterana,De elect.Cardinal.in Clement.per literas,De prębend.Panor. Reſponſo.6.in 2. Volum. Alioqui dotis conceſſio ſola non inducit ius patronatus fundationi debitum. Nec enim delubrum,quod ſemel Diis ſacratum ſit ab Epiſcopo, licet indotatum, ſeruituti adſtringitur denuò, nec iuri patronatus, ex dotali quolibet munere. Brixienſis gloſſematarius in cit.Can. Piæ mentis,& Can. quicunq;, Ead. quæſt. Federic. Senenſis in Concluſ. 234. Felyn. in Cap. Cùm venerabilis, De except. Ergo patronale ius nominandi ad ſacerdotia, quod Pontificis indulgentia nactus ſis,faciliùs remittatur Apoſtolica ipſius derogatione Codicillari. Vt ſenſit diſertè Butrigarius in Cap.Cùm dilectus,De off.legat. Vbi Panor. Frider. Senenſ. Reſponſo.65.Cardinal. Reſponſ. 61. Rem vltrò citróque diſceptatam PATRES conſilio commiſerunt 17.Kal.April.An. 1540. Marillaco & Reburtio dicentibus. Explora interim Vaſatis Eccleſiæ, cui canonicorum illud Collegium ſubeſt, vetuſtatem admirabilem: Quùm imperante Orbi Tyberio, templum in Vaſate vrbe extructum fuerit à Chriſtiana matrona,& D.Iohanni Baptiſtæ dedicatum. Teſte Gregorio Turonẽn.in Lib.Glor. plur. Martyr. Eandem Vaſatium ciuitatem celebrat Sidonius, Burdigalæ nempè Vaſconum principi finitimam.Epiſt.lib.8.Epiſt. 12. Hanc quoque Regionem illuſtrauit Fauſtus Poëta natione Gallus, patria Vaſates,Boëthij æquæuus, Claudiani, Mamerci, & Caſſiodori, qui à ſecretis fuit Theodorici Italiæ regis.

Appoinctẽ au Conſeil en la Cour, Die 16. Martij An.1540.

Eccleſia Pontificalis *de Bazas*, cui ſubiicitur collegiata *de Chaſtelgeloux*. Cuius Vaſateoſis Eccleſiæ Epiſcopus eſt Burdigalenſis Archiepiſcopi ſuffraganeus.

Fauſti Poetæ vitam ſcripſit Pet. Crinitus lib. 5. de Poetis Latinis.cap.92.

4 INTERDVM patronalis Clericorum nominatio ad ſacerdotia, conſtringitur certo cognatorum gradu lineáve, aut numero perſonarum:ſic,vt conſumpto eo,liberè redeat ad ordinarium Præſulem ius dandi ſacri beneficij.Putà, Meuius duo Sacella erexit in phano Quintini Vetomanduorum, legémque fundationi condixit, ſe ac poſteros ad quartam vſque lineam preſbyterũ nominaturos Quintiniano canonicorum Collegio, ſacelli miniſtrum ordinandum. Longo pòſt interuallo, nepos fundatoris ſacrificulum obtulit Sodalibus templi Quintiniani. Nominatoris rurſùm filius ſibi arrogauit ius offerendi ſacerdotis Eccleſiaſtico Collegio. In alium autem Canonici ſacrum munus liberè contulerunt. Hinc delata ad Senatum patronatus controuerſia, intendebat ille, patronalis nomina-

Duæ capellæ in Eccleſia collegiata S. Quintini,in Picardia.

tionis decus sibi perinde ac patri suo competere, qui vacuo antea Sacello ministraturum Clericum obtulisset Canonicorum Societati. Parentem quippe suum è recta patroni linea postremum non extitisse, sed quartum, seu quartam modò personam in recto eo limite: Cuiusmodi personarum series non inducit totidem propinquitatis gradus. Cùm igitur is nondùm quartum à fundatore contigisset necessitudinis gradum, sequebatur, omnibus licere ad quartum vsque eum gradum, posteris frui benefica illa & honoraria sacerdotis nominatione. Vt autem captiosa, sic ridicula est posterorum interpretatio Caligulæ Cæsaris, qui eos vltra filiorum gradum intelligi non debere cauillabatur. Vt narrat Suetonius in Caligula. His verò ita respondebat Canonicorum cœtus, non esse isthîc cognationis gradum à linea secernendum ac distinguendum: Qua de linea graduque mixtim scripsit Iulius Paulus Lib. singulari, De gradibus & affinibus eorum in l. Iurisconsultus & l. Stemmata cognationum ϖ. De gradib. & affinib. Modestinus in l. non facilè ϖ. Eod. Tit. In proposito enim, Capitulum istud Sacellorum fundationi consenserat, patronalique iuri à conditore excepto, formula sequẽti, AD QVARTAM VSQVE LINEAM, SIVE GRADVM. Vnde quartam sanguinis lineam transgresso aduersario, euanuit iam inde patronatus, libera manente posthac penes Canonicos sacellorũ collatione. Secundùm quos propterea Senatus iudicauit. Aresto luculento, quod Montholonius Præses in conspicua purpura recitabat. Die Purificationi Virginis profesto An. 1537.

Iudicium Curiæ, in vigilia Candelosæ solenniter pronunciatum.

CREBRÒ itidem à patrefamilias eriguntur Sacerdotia dedicantúrque, eo animi decreto, vt ad solam gentem familiámque suam longis successionibus deuoluatur sacrorum cura, fructuúmque perceptio ipsius Sacerdotij. Nimirum quæ à fundatore agnatis suis & propinquis gradatim adsignantur, ea sunt familiaria ac gentilitia Ecclesiæ munera, Christianis etiam vsurpata. Quemadmodũ enim hoc Sacerdotiorum genus prisci Gentilia sacerdotia, sic nostri appellarunt Beneficia iuris patronatus. Hinc apud Tacitum Otho Cæs. legitur recens ab exilio reuersos adolescentes auitis & paternis Sacerdotiis in solatium reposuisse. Ita Hercules statuit, sola vt Pinariorum familia ministra esset epulantibus Potitiis, & complentibus Sacra. Vtì apud Fenestellam relatum est, & Valerium Max. lib. 1. Ex quo à Marone dictus 5

primúsque Potitius auctor,
Et domus Herculei custos Pinaria sacri.

Æneid. 8.

Arma domus patroni, Templo insculpta, quæ ibidem aliorum socia arma non patiuntur. Alioquin patrono licet querela possessoria in iudiciis experiri. Vt D. *de Laual* iudicio expertus est, Senatu adprobante.

Gentilitia item Christiani patroni Insignia seruantur in sacris Ædibus vsquequaque interdicto retinendæ possessionis. Ob id recepta est à Senatu huius formula interdicti pro Lauallo Comite, qui profanum se templi patronum ferebat, ne aliena cuiusquam Insignia eo in templo nisi ipsius permissu collocarentur: Tametsi Lauallitum

tum aduersarius à possessoriæ actionis libello Curiam summam prouocasset. Aresto in publica fori disputatione lato, cùm Magister appellantis, & Thuanus Lavalli causam egissent. Rectè equidem. Ne enim eius nomine, cuius liberalitate pium Opus structum sit, eraso, aliorum nomina inscribantur, Præses Prouinciæ auctoritatem suam interponit. Vt Papiniano placuit, lib. 3. Opinionum l. 2. ☞. De oper. publ. & ibi Bartol. nuncupatim. Si tamen in delubris sacra potiùs quàm profana hæc iura vendicentur à conditore templi, nempe vt parœcorum primus hic sacrum panem conficiat, pacis symbolum sumat, seu Aris se suáque offerat libamina, tunc audiendus non est in interdicto Vti possidetis. Sicuti PATRES PARISIENSES decreuerunt. 4. Nonas Mart. An. 1533. Capello, & Magistro partium aduocatis, Præside Guillarto. In hunc sensum plura à nobis citantur ex variis rerum scriptoribus. Lib. 3. Fiscalis patrimonij Gallorum, Tit. 19. Art. penult. & vlt.

Arestum Parlamenti die 4. Mart. An. 1533.

6 POLITICO certè ac Ciuili in Ecclesiam imperio vnus vtitur patronus Galliæ Rex, ne sacro quisquam Templi ministerio adhibeatur pontificali auctoritate, contra publicam Ecclesiæ disciplinam, & honestatem. Verbi gratia, Vidus Parcus Belliloci Abba sibimet conferendum curauit monasticum Primatum *de Brains*, qui Belliloci cœnobio subiacet, in Cenomana diœcesi. Inde sacro incestu pollutæ manus Archimandritæ, qui *Prioratum* Inuadens thalamum natæ, vetitósque Hymenæos. Monasterio, quasi filiam matri pellicem adiunxisset. Cœnobiarchæ enim regulariter obtinent Primatuum inferiorum præfecturam, eósque monachis suis tenentur elargiri. Cap. cum singula, De præbend. In 6. Natiuum autem inter Donatores huiusmodi & donatarios interponitur discrimen, vt Cœnobij præsul inferiores obnoxiósque sibi Prioratus minime attribuat. Rescripto Innocentij 3. ad Trecensem Episcopum, & Archydiaconum Parisien. Cap. vlt. De Præbend. & Cap. per nostras, De iur. patron. Cap. vlt. De institut. Ne isthîc grauius pungam mortalium conscientias ad sacerdotiorum Polygamiam prostitutas. Ob id regium Senatum abusus ergô appellauit Procurator fisci, vnà cum Priuato monastici Primatus competitore, abusiuéque hunc Abbati ipsi datum vterque contendit: licet alij postea Abba ius suum transcripsisset. Supremæ tandem Curiæ placuit rectè prouocatum. Memorabili decreto in peruigiliis Natiuitatis D. Mariæ An. 1570. inter Frat. Franciscum *de Bellee*, Stephanum Launeum, & Vidonem Tohierum litigatores. Forgeto litis enarratore, in 3. Classe Curiæ Inquisitoria. Imo nec Abbati maiori licet in generali Capitulo erigere officium aliquod in Prioratu à sua Abbatia dependente sine iusta causa, & possessore non vocato, Rotæ Decis. 347. in Antiq.

Frater Guido *du Parc* religiosus Abbas *de Beaulieu lez le Mans*, qui per Vicarium a se constitutum obtinuit vacantis Prioratus collationem, membri ab Abbatia sua dependentis.

Il y auoit pareil proces aux Requestes du Palais, sur ce que l'Abbé de la Victoire de Senlis, de laquelle Abbaye depend vn seul Prioré de Geresme, qui est prés de Cressy en Valois, pretend vne pension annuelle de cent liures à luy accordee pro bono pacis, *par le titulaire dudit Prioré, lors que ledit Abbé parauant sa prouision de ladite Abbaye auoit tiltre dudit Prioré, & contendoit sur iceluy. Mais le Prieur soustient que depuis que ledit pensionnaire a à present prouision de ladite Abbaye, deslors il a esté faict incapable de ladite pensiõ du Prioré, comme subrogee au lieu du tiltre dudit Prioré, tout ainsi cõme s'il vouloit tenir ladite Abbaye & Prioré ensemble, la mere & la fille, par vn inceste spirituel. Ce proces estoit en Aoust 1604.*

In eum qui multiplici Ecclesiæ beneficio fruatur, quasi multarum vxorum virum.

Iudicium Curiæ, die 7. Septemb An. 1570. ad relationem processus factam in tertia Camera Inquestarum Curiæ a D. Forgeto Regis Consiliario.

7 SICVTI mehercle illustris Heroïs institutum commendatur, qui pio religiosóque ductus affectu, patrimonium suum cõsecrat Principi DEO: Ita æquum visum est, eum iure abs se retento minimè pri-

uari, quod pietatis ipsius singularísque in Ecclesiam voluntatis perpetuum extet monumẽtum. Non quidem, vt sacrarum facultatum possessionem sibi vendicent patroni, sed honorariam modò nominandi sacerdotis prærogatiuam, cum tutela Ecclesiæque procuratione coniunctam. Id quod Tridentina Synodo sancitum est, 25. Sessione Cap. 9. Hanc sanè patronalem eminentiam tanto studio complexi sunt Reges Galli, vt nec eam transire in emptorem passi sint regiæ ditionis alienatione. Quemadmodùm fusè exposuimus Lib. 3. DOMINICÆ REI FRANCICÆ, Tit. 19. art. 5. Sic tamen in proposito res dirimenda: Aut agitur de patronatu simplicium minorúmque sacerdotiorum, putà sacelli, Canonicatus: Quo casu in nouum fundi possessorem transfertur vtique patronatus, sed expressa tantùm Principis cessione cum fundo. Vt crebro vsu compertum habemus. Aut verò quæritur de maioribus sacerdotiis, cœnobio nempe, vel Episcopio ac Episcopali templo: tunc eorum tutelare patrocinium nunquam auellitur à Diademate ipso, nec in priuatum transmitti potest quàmlibet speciali pactione translatitia fundi. Testem huius rei ciemus Rigordum Philippi. 2. coætaneum, cuius ille vitam exarans, *Francorum (ait) Reges Ecclesias suæ fundationis in sua libertate semper custodire cupientes, quibuscunque Principibus terras custodiendas tradidissent, tamen Ecclesias sub potestate & protectione sua retinere decreuerunt: Ne Principes, quibus terra delegabatur custodienda à Regibus, Ecclesias vel Clericos ibidem Domino seruientes, angariis, talliis, vel exactionibus aliis grauare præsumerent.* Hæc Rigordus in manuscripto Codice, qui nobis est in manu. Antea quidem Franciçæ Monarchiæ regulis nondum stabilitis, Princeps dabat identidem & Regni portiones, & Pontificalis sacerdotij patronatum. Ita Ludouicus Pius, cum Regni partem specie diuisionis cuiusdam adsignaret Karolo filio, statis Regionum limitibus circunscriptam, ei disertè adiecit Præsulatus quoscunque, Cœnobiarchias, Comitatus, Fiscos, & reliqua iisdem septa finibus, quæ sui ipsius iuris erant, quæque tunc Carolo transcripta percenset sigillatim Flodoardus in Ludou. Pio. Scilicet Regium in filium paternæ pietatis ratio sustinuit eximiam istam ac singularem Principis munificentiam. Nec Regiæ tamen stirpis intuitu, posteri Principes à Regiis fascibus abdicarunt augustum Templorum patrocinium: Reges videlicet egregiis factis, non minus quàm solenni cognomine Christianissimi. Idipsum ostendit magnifica illa Eburouicum donatio à Philippo 4. collata in Ludouicum fratrẽ, cum hac exceptione. DICTO FRATRI NOSTRO IN LOCIS INFRASCRIPTIS ASSIDEMUS ET TRADIMUS. 15. MILLIA LIBRARUM ANNUI REDITUS IN ASSISIA TERRÆ. IMPRIMIS FACIMUS DICTUM FRATREM NOSTRUM COMITEM EBROICENSEM, ET TRADIMUS, ET ASSIDEMUS SIBI CIVITATEM, PRÆPOSITURAM, ET CASTELLANIAM EBROICENSEM, CUM EARUM PERTINENTIIS:

Ius præsentandi ad beneficia.

Rigordus genere Gotthus, professione Physicus, B. Dionysij Areopagitæ templi Clericus, Librum cõtexuit, quẽ habemus manu descriptum, De gestis Christianissimi regis Philippi Augusti a Deo dati.

Ludouicus Pius Imp. & Rex Franciæ.

Philip. Pulcher rex Franciæ.

Ebroicarum Comitatus, *Eureux*, in Normania: De cuius regia in Appennagium concessione diximus lib. 1. & 2. De Domanio Franciæ, Tit. 3.

NENTIIS: EXCEPTIS ET RETENTIS NOBIS ET SVCCESSORIBVS NOSTRIS, REGALIBVS, RESSORTO, SVPERIORITATE IMMEDIATA, ET GARDIA EPISCOPI ET CAPITVLI, ET ECCLESIÆ EBROICENSIS, ET TERRARVM ET FEODORVM, ET RETROFEODORVM SVORVM, PLACITO DE SPATA IN TERRIS EORVM ANTIQVIS, ET ALIIS PER IPSOS DE NOVO ACQVISITIS, ET PER NOS ADMORTIZATIS, &c. Menſe Aprili, An. 1307.

8 QVOCIRCA Præfecturas etiam Eccleſiaſticas Reges in ſuum patrocinium aſſeruêre, veluti iuſti patronatus notam ac teſſeram. In Germania enim, Conſtantienſis Harudum, & Vangionum Epiſcopatus munificum prædicant conditorem, Clodoueum regem Gallum: Dagobertum, Spirenſis Nemetum, & Argentinenſis: Bremenſis Karolum Magn. quem ſimul patronum celebrant Mindenſis, Verdenſis, Padeburnenſis, Oſnaburgenſis, Hildeſemenſis, Halberſtatenſis, & Monaſterienſis Pontificatus. Nec aliter Otho Magn. Cæſar Magdeburgenſem præſulatum inſtitui procurauit: Miſnenſem, & Babenbergenſem Erricus 2. Imp. Alióſque alij Germanici Auguſti, quorum cura, feruentíque in Sacram Rempub. ſtudio, Eccleſiis præpoſiti ſunt primitùs viri morum integritate côſpicui, decretis tùm horum cuilibet iuſtis Epiſcopi titulis inſignibus. Quemadmodum à Brucchio ſcriptum eſt in Epitome Germanic. Epiſcopatuum, & à Crantzio Hamburgenſis Eccleſiæ Decano, in Eccleſiaſtica Saxonum Hiſt. Vbi etiam de Ludgero Phryſió, Monaſterienſi primo Epiſcopo. Imprimis verò Othonem illum Cæſarem luculento elogio vocauit Templorum patronum Ditmarus Merſburgius Præſul, quòd Merſburgium phanum ad Salam, Brandeburgium ad Hauelum, Citienſe ad Eliſtrum amnes extruxerit, variíſque poſſeſſionibus cumularit. Annum circiter 958. Vt eſt apud Fabritium Chemnicenſem, in Annalibus Miſnæ vrbis, & Miſnenſium Marchionum. lib. 1. Proinde mos hic eſt à ſummis vſurpatus Proceribus, vt Epiſcopos oppidatim conſtitui ſtuderent nonnulli, alij ritè creatos electóſque ſacra veſtitura adprobarent, quaſi Principali auctoritate. Ita Bohemorum principi Boleſlao datum eſt ius primi nuncupandi Epiſcopi, Pontificio Iohannis 9. diplomate. An. 897. Exin Bohemus Dethmarum primum in Bohemia Antiſtitem nominauit, mox inaugurandum à Moguntino metropolite: vtì nouus deinceps Epiſcopus Regalia ab Othone Cæſ. acciperet. Sicuti narrat Ioh. Dubrauius Olomucenſis Pontifex, in Bohemicis Annal.

Prælaturæ, in patrocinio Regis.

Epiſcopales Eccleſiæ Germanicæ *de Conſtance, Vuormes, Spire, Strasbourg*, &c. Quarum fundatores priorum duarũ citat Bruſchius in Lib. & Catalogo Epiſcopatuum Germaniæ. Aliarum verò fũdatores Crantzius in Saxonica Hiſt.

Archiepiſcopus *de Mayence*, metropolitanus.

9 HAVD ſecus in Polonia, Mieciſlaus rex condidiſſe fertur ſacras nouem Baſilicas, & peramplis auctas ditionibus, in Diœceſes diſtribuiſſe: quarum duæ quidem Archiepiſcopis, Gneſnenſis nempe, & Cracouienſis, cæteræ autem Epiſcopis ſunt adſignatæ, hoc eſt, Poſnanienſis, Smogorouienſis, Cruſuicienſis, Plocenſis, Culmenſis,

Polonici Epiſcopatus.

Smogorouienſis, poſtea Bicinenſis, ac demum Vratiſlauienſis diœceſis eſt dicta: Cruſuicienſis progreſſu temporum Vladiſlauiam tranſ-

lata est. Licet Cracouiensis Ecclesia Archiepiscopo adsignata sit, tamen remansit postea simplex Episcopatus.
Hungarorum Ecclesiæ maximæ.
De Constantinopolitano Patriarcha.

Lubuslensis, & Camenensis. Harum item singulis Miecislaus frugum omnium decumas adscripsit è suis iuxta, ac Equitum Plebisq; latifundiis. Circa Annum 965. Vt inquit Chromerus, Rer. Polonic. lib. 3. In Græcia necnon credibile est, eapropter sacros Byzantiorum Primates pastorale pedum ab Augustis porrectum assumere consueuisse. Ex quo Thracij Cæsares Patriarchica etiam iura tractabāt, quæ cum Sacerdotio nihil haberent coniunctum. Teste Gregora, Hist. Rom. lib. 6. vbi de Græcorum Patriarchis alia multa: In quibus Tharasius effloruit Byzantiorum Hierarcha sanctissimus, qui ad Hadrianum P.P. *De non faciendis pecunia ordinationibus* Epistolam emisit, nunc commentariis illustratam Balsamonis, Patriarchæ Antiocheni. Quid porro Græcis vicinos Pannonas commemorem? D. Stephanus rex Strigoniensem erexit Ecclesiam, sibíque hoc natale solum, Pannoniæ solium esse Metropoliticum iussit: tum Colocensem excitauit Basilicam, & Austricum ipsi Archipræsulem designauit. Quod à Bomfinio perhibetur, Rerum Vngaric. Decade 2. lib. 1. Ex eo deinceps irrepsit Strigoniæ Archiepiscopi cum Colocensi altercatio de sacra Hunnorum Metropoli. De qua Innocentius 3. P.M. Cap. cùm in iuuentute De purgat. Canon. At enim Strigoniensem veriùs Metropoliten habendum, quàm Colocensem, haud obscurè innuit Pontifex idem Innocentius Cap. Bonæ, De postulat. Prælat. Quamuis multos Colocensi à suffragiis esse Episcopos non ignorem, vel ex Gregorij 9. Rescripto Cùm inferior, De maiorit. & obedien. Vbi cœnobium de Cheur. situm in Firmiensi Archydiaconatu, Colocensis diœceseos, erectum est in Episcopalem Cathedram ab Archiepiscopo Colocensi.

D. Paolus Epistolam ad Colossenses scripsit, id est, Colossarũ ciues, Phrygiæ oppidi, non procul à Laodicea. Quo de oppido Orosius & Plinius lib. 5. cap. 32. Alia autem est Colocensis Hungariæ ciuitas, de qua Nos hoc loco. Nam illa sub Nerone, cum Laodicea & Hierapoli terræ motu cōcidit, vt idem tradit Orosius.

Episcopi complures suffraganei suot Archiepiscopi Colocensis.

Scutici Episcopatus.

10 Et hæc in continenti: quid de Insulis, Europeis præsertim? Dauid 1. Scotorum rex quatuor Episcopatus constituit, Rossensem, Brechmensem, Dunkeldensem, Doumblacensem. Pari pietate Scotici alij Pontificatus, qui vetustate aboliti erant, instaurantur à Malcolmo rege. Ex Boëthio in Scoticæ Chronic. Nec tamen huiusmodi Templorum conditores sibi arrogabant plenam summámque creandi Pastoris Ecclesiastici potestatem, sed honorarium duntaxat noui Præsulis auctoramentum, seu fidelitatis iusiurãdum, quod ex profanis Ecclesiæ prædiis Reges omnes videntur suo quodammodo iure sibi vendicare. Eóque grauiùs lapsum tradunt Erricum 1. Britanniæ Insulę Regem, qui cùm Anglicarum se Ecclesiarum patronum iactitaret, in Episcopali sede, quos vellet, pro arbitrio collocarit. Tales autem Principis beneficiarios sacrare recusauit Anselmus Cantuariensium Archipræsul, tanquam abortiuos Religionis filios, nec à publico Ecclesiæ Senatu vocatos ad sacrum Magistratum.

Iuramentum fidelitatis a nouo quoque Episcopo ratione tēporalium bonorum suorum Regi pręstandum.

11 Verum vt iam satis expatiati, ad institutum iter reuertamur: haud minor est in Gallia nostra Regij sacrorum patronatus dignitas atque præstantia. Nam Annalium monumentis patet, Childebertum

bertum 3. Dagoberti 2. patrem fundasse Cenomanám basilicam sacrarum maximam, Pipinum Santonicam An. 767. Karolum Caluum, Niuernensem: addita ab singulis opimorum prouentuum dote, in annua sacerdotum stipendia. Atque adeo Francicos alios pontificatus, Regij purè beneficij patrociniíque esse edocuimus Lib. 2. De Domanio Fráciæ, Tit. 8. Proinde nunc omnium vice vnû hoc fuerit regiæ fundationis exemplum de Cenomana Æde vetustissimum. *Dagobertus rex Francorum vir illuster. Tunc Regalis Celsitudo fundamenta sui culminis corroborat, quando petitionibus sacerdotum aut Pontificum quod pro opportunitate pertineat, obauditur. Ideoque Apostolicus vir donnus Herlemundus in Christo pater noster, Cenomanicæ vrbis Episcopus nobis suggessit, eo quòd antecessores sui ab anteriore Rege parente nostro emunitates de omnibus rebus eorum vel Ecclesiæ suæ promeruissent, & postea ipsa emunitates à malis hominibus fuissent furatæ: Et denuò dominus & præcelsus genitor noster Hildebertus quondam Rex integras emunitates de omnibus villis & curtis Ecclesiæ suæ, & monasteriolum Anisola, in quo dominus Karilephus Christi confessor corpore requiescit, quod est suæ iuris Ecclesiæ S. Mariæ, S. Geruasij & Prothasij Martyrum in quibuslibet pagis ac territoriis concessisset, vt nullus Iudex publicus nec ad causas audiendas, nec ad freda exigenda, nec mansiones aut paratas faciendas, nec pastus, nec vllas redibitiones requirendas nec exactandas quoque tempore ingredi deberet: Nisi cum omnis Fretus concessus quietum deberet possidere. Vnde & ipsa sibi præcepta per manus habere affirmat. Nos igitur bona, iura & priuilegia prædicta omnia & singula per præsentes adprobamus, &c. Mensis Martij, Die 2. Anno Regni nostri mainacias feliciter.* Cæterum præter has pontificales Ecclesias, en tibi Franciæ Monasteria innumera, quæ patronum auctorémque laudant Principem: siue is Monasticas Domos construxerit, seu structas auxerit, maiorivè imperio confirmarit. Clodoueus 1. Rex Cœnobia excitauit titulo S. Sergij & Bacchi, apud Andes: & Iucundæuallis, in agro Parisiensi. Childebertus D. Vincentio dedicauit Monasticá Ædem Lutetiæ suburbanam, D. Germano Templum canonicorum in Vrbe, & Michaëli Archangelo phanum Monachorum in maritima Normaniæ ora. Clotharius D. Medardi memoriæ sacrauit regularem Conuentum in Suessionibus, nunc titulo D. Marci. Theodobertus dehinc B. Germani cœnobium in Andibus posuit, quod nunc est D. Albini. Dagobertus 1. Monasterium D. Dionysij ad Parisios, & B. Amandi, in agro Neruiorum. Deinceps Pipinus rex monasticum in Santonibus Templum erexit D. Iohanni Baptistæ, in oppido quod propterea S. Iohannis Angeliaci vulgò nuncupatur, An. 761.

Cenomani Templi maioris fundatio, sub annum 710. quo Childebertus 3. regnabat.

Fundatio cathedralis Ecclesiæ S. Petri *de Xainctes*, per Pipinum Galliæ regem.

Charta Regis Dagoberti de fundatione seu dotatione cathedralis Cenomaniæ Templi: Qualem nobis chartam eius Canonici Ecclesiæ commodarunt.

Abbatia B. Mariæ regalis iuxta Pontisarú, *l'Abbaye de Maubuisson.*

Annus hic Regni Dagoberti conijcitur fuisse An. Salutis 718. Nam sequenti mortuus est, solóque regnauit quadriennio.

Abbatiæ *de S. Serge & de S. Bach lez Angers, & de Ioyenual.*

Autres fondations Royales dont est faicte mention dans le Monasticum en diuers endroicts.

La Chartreuse de Bourgfontaine fondee par Charles de Valois, acheuee par son fils le Roy Philippes de Valois & par luy dottee.

Abbatia S. Germani, olim S. Vincentij, in suburbiis Parisiorum: Et Ecclesia collegiata S. Germani Auxerrẽsis in vrbe Parisien.

Abbatia montis S. Michaelis, quæ est in periculo maris.
Abbatia S. Marci *de Soissons.* *de S. Aubin d'Angers.*
Abbatia *de S. Amand en Peuille, pres Tournay.*
Cœnobium *de S. Iean d'Angels, en Xainctonge.*

12 RVRSVM Karolus Magn. rem Christianam Templis adauxit, nempe Fano Aniani, Aureliorum: Florentij, Andium: Iudoci, ad

S. Aignan, Ecclesia collegiata, Aureliæ. Historia Glommensis monasterij manuscripta, *de S. Florent lez Saulmur.* Abbatia S. Florentij veteris, *en Anjou.* Abbatia *de S. Iosse sur la mer.*

Monstrolium Ambianorum oppidum: B. Virginis, Aquisgrani Eburonum: Iacobi Parisiorum, Biturigum, Tholosatum: cum aliis permultis, quæ annalibus Nic. Ægidij libris euoluuntur. Magni pariter Ludouico filio Imp. accepto fertur Cœnobiorum structura, Ferrariensis in Senonibus: Carroffi, D. Maxentij, D. Sauini, in Pictonibus: & aliorum in Aquitania complurium, quæ Ludouici æqualis scriptor, licet ἀνώνυμος, literis commendauit. In Libello, cuius * epigraphe est, VITA LUDEWICI PII IMP. Exin Ædis Cornelij cœnobitę Compendienses patronum appellant Carolum Caluum Cæsarem & Franciæ regem ab An. 876. Eidem adscribitur Trenorchij Cœnobij dotatio præcipua, in Matisconensi regione, 14. Cal. Apriles, Regni An. 35. Vt est in Lib. Antiquitatum *de Tournus*, cui Principale etiam Diploma totum intexitur. Eo diplomate nominatim recensentur Pipinus, Carolus Magnus, & Ludouicus seriatim Galliæ reges, quorum quisque in Cœnobij instructionem symbolum contulerit. Temporum interiectu, Robertus rex templa hæc ædificauit singula B. Virgini, Stampis, Aureliæ, Victriaci: Regulo, Syluanecti: Nicolao, Lutetię: Leodegario, ad Syluam Aquilinam: Aureliæ Hilario Ædem: Augustoduni, Cassiano singulas Ædes singuláque cœnobia. Quantum ex Paul. Æmilio assequimur, in Chronic. Rer. Francic. Roberti, ad hæc, filius Erricus D. Martino adstruxit monasticam cellam Lutetiæ (An. 1060.) quam nepos Philippus 1. absoluit An. 1067. Eius Cellæ præfectus quidam memoratur ab Yuone Carnutensi, in Epist. 206. Venio ad Ludou. Crassum, qui Tyri monasterium condidit in sacra Carnutum diœcesi. Sub annum 1110. Qua ætate non modò vixit Yuo ille diœcesanus Pontifex, sed Tyronij quoque monasterij mentionem intulit. Epistola 229. Ac circumacto penè seculo, Honorius 3. P.P. Tyronis Abbati mandauit insignem quandam Ecclesiasticæ causæ cognitionem. Cap. Venerabili, De Censibus. Sensim Ludouicus Iunior fundamenta iecit Fani Maglorij Parisiis, Barbelli ad Melodunum, & Noui-

Nostre Dame d'Aix, au Liege.
S. Iacques de l'Hospital à Paris.
Item Abbatia de Nobiliaco, *de Noiaille en Poictou, fut fondee par Loys le Debõnaire Empereur.* Ex Aquitaniæ Chronicis Boucheti, parte 2. cap. 7.
Fondation de S. Maur des Fossez, Tit. 2. lib. 1. art. 23. Monasticõn.
Abbatiæ *de Ferrieres, de Charroux, de sainct Maixent, S. Sauin en Poictou.*
Aquitanica Monasteria S. Philiberti, S. Florentij, Menatæ, Magni loci, Musciacum, Nouiliacũ, S. Theocfridi, S. Pascencij, Dosora, Solenniarum, de Vera, de Vtera, Vadala, S. Mariæ in Rubinæ, Caunas, Galimæ, S. Laurentij, Auianæ, & alia quæ recitantur eo Lib. vitæ Ludouici Pij.
Abbatiæ *de S. Cornille de Compiegne: & de Tournus en Masconnois.* Die 19. Mart. Ao. Regni 35.
* inscriptio.
Ecclesiæ collegiatæ B. Mariæ, *à Estampes, Orleãs, Victry, S. Rieule, à Senlis.*
Prioré de S. Martin des Champs à Paris.
Abbatia *de Tyron au Perche.*
Abbatiæ *de S. Magloire, de Barbeau, & de Neufport.*
Abbatia *de Cortãceau en Gastinois,* cui Guarinus *de Chasteauneuf* multa bona dederat.

L'Abbaye de S. Vincent de Senlis, qui est de la Congregation reformee de l'Ordre S. Augustin, dicte la Congregation Victorienne, dont y en a treize, elle fut fondee ou amplement dottee l'an 1131. par Loys le Gros, qui fut le 21. an de son regne, & entre autres des dismes de plusieurs paroisses voisines.

Les Religieux, Prieur & Conuent de Beaulieu lez Compiegne furent fondez & dottez par Philippes le Bel l'an 1368. où par Charte de fondation il leur donna tous ses terrages du village de Choisi prés Compiegne, & tous ses profits de la moyenne & basse Iustice dudit lieu.

L'Eglise collegiale de nostre Dame de Moulins en Bourbonnois fut fondee par Loys Duc de Bourbonnois le 6. Decembre 1386. au nom de Iesus Christ & nostre Dame sa mere, & principalement au nom de l'Annunciation à elle, de l'Ange Gabriel. La fondation omologuee par le Pape Clement 7. seant à Auignon, par Bulle du 14. Nouemb. An. 1. portant qu'il y auroit douze Chanoines, six Prestres, trois Diacres, & trois Soubsdiacres.

Guillaume Duc d'Aquitaine, Comte de Poictou, fonda l'Abbaye de Moustierneuf à Poictiers. Ex Aquitanicis Boucheti Annalib. parte 3. Cap. 1.

La vefue de Ebles Duc d'Aquitaine, fils de Guillaume le Piteux Duc d'Aquitaine, ladite vefue fille de Henry Empereur, Duc de Saxe, fonda l'Abbaye de la Trinité de Poictiers pour Nonnains, regnant Charles le Simple, & enuiron l'an 910. Ex Annal. Aquitanic. parte 3. Cap. 1.

L'Eglise collegiale de nostre Dame de Mõtbrison en Forests, fut fondee par Guy Comte de Forest, en Iuillet 1223. & cõsacree par l'Archeuesque de Lyon ou son Suffragant en Octob. l'an 1224. Item ledit Guy Comte de Neuers & de Forests donna les cloistres aux Chanoines de ladite Eglise, auec toute iurisdiction de ce qui se feroit esdits cloistres par les Clercs, Chanoines, ou leurs seruiteurs, cum plena immunitate *de la iurisdiction du Comte en ce regard, ains le Doyen en cognoistra, l'an 1229. Item ledit Chapitre recognoist par acte de l'an 1229. que la collation des personnats & prebendes appartient audit Guy Comte de Forests leur patron, & à ses successeurs Comtes, en luy faisant serment de fidelité, pourueu qu'ils les conferent dans six mois apres la vacation.* Item Remissio talliæ per eundem fundatorem hominibus Decani & Capituli habitantibus in in terminos claustri Ecclesiæ suæ. Mens. Octob. An. 1247. Statutum eiusdem fundatoris G. Comitis Niuernensis & Forestensis, *touchant la discipline dudit Clergé, en Auril 1238.* feria sexta post octauas Paschæ apud Montembrisonem. *Laquelle fondation, statuts & priuileges de ladite Eglise, le Roy François 1. confirma le 14. Iuin 1536. luy estant à Montbrison, & donna vn reglement en Latin touchant le seruice diuin entre lesdits Chanoines & leur Doyen.*

& Nouiportus Normanico freto finitimi. Indè Philippus Theodotus Sacram Cellam excitauit, ordinis Cisterciensis, in agro Vastinensi. Codicillis An. 1190. quibus itidem confirmat donatas ei Cellæ possessiones ab Warino Castronouano. Quid de S. Ludouico Theodoti nepote? Hic Lutetiæ Valetudinarium pro Æde Virginis extruxit: Minoribus, & Prædicatoribus nondum ad culmen perductas Domos sacras absoluit. Cæcis egentibus delubrum & ædificium: Carthusiensibus necnon cœnobium: eadem Carmelitis. Hæc omnino Lutetiæ. Extant & alia alibi pia eius monumenta; in quibus placandi Numinis causa occupabatur: Conuentus monachorum D. Matthæo sacri, ad Rothomagum: Longicampi, ad Parisios: Regiimontis, sub ordine Cisterciensi. Phil. Valesius Moncellense adsignauit Monialibus septum domiciliúmque perpetuum. Circa annum 1333. Nec desunt alia cucullatorum sacerdotum domicilia eiusmodi, quæ Proceres Francici constituerunt: sed ea aut confirmata à Principe, aut tutelari patrocinio ad Principem deuoluta, vtpote in dominia Procerum illorum successorem. Theobaldus enim Briæ & Campaniæ Comes dicauit B. Iacobo monastici Conuentus sedem Agendici Briæ, & Pontiniacensem alteram, in finibus Campaniæ Belgicæ: Fulco Nerra Andium Comes ædificauit Belliloci monasterium, in suburbiis Lochiarum, apud Turonas. Quod quidem Pontificiis mandatis sacrauit Romanus purpuratus, abnuente id officij Hugone Turonum Archiepiscopo. Vt inquit Glaber Rodulphus Cluniacensis cœnobita, Histor. lib. 2. Similiter Gottofredus Martellus Andium Regulus erexit almæ Triadi Aram Cellámque monachorum Vindocinensem: Ac sub id temporis, D. Nicolao in suburbiis Andium, Fulco Comes, vicissimq; filius Gotofredus. His accedit Vilhelmus nothus Neustriæ Dux, Cadomensis Ædis Stephani conditor, & Ricardus successor, Fiscanensis: vbi & Ricardi tumulus conspicitur. Reliquos Cœnobiorum Neustriæ fundatores longo ordine recenset Normanica Histor. Cap. 45. In Angolismis Vilhelmus Comes promouit dotauítque B. Amandi monasterium, quod ipsius pater sancto animi voto spéque destinarat. Sub annum 1000. Hugo necnon Marchiæ & Angolismorum Comes instituit Cœnobiarcham & cucullatos sacerdotes in loco Valenciarum. Circiter annum 1250. Vt Angolismorum Chronicis didicimus. Varia dehinc temporum rerúmque vicissitudine, Reges in tot profanas successêre magnatũ Dynastias, Briæ & Campaniæ, Andium, Normaniæ, & Angolismorum. Quibus Dynastiis annexum patronatum seu patrocinium Cœnobij cuiusque supradicti, certum erat cum fundo migrasse ad Principem. Vt omittam hoc loco structa ab Heroïnis cœnobia, Calæ Parisiorũ, & Corbiæ Ambianorum à Batilde Clodouci 2. vidua muliere: Maubuissonis Syluanectensium, & Lilij Melodunensium, à Blanca D. Ludouici matre: Guischæ Blesensium, ab Adela Ducis Armorici filia: Fondoucæ

Hospitium Dei Parisiense.

Franciscani, & Dominicani Parisien.

Les 300. Aveugles de Paris

Abbatiæ *de S. Matthieu de Longchamp, & de Royaumont* non procul ab Ysara flumine.

Abbatia *du Moncel, pres le pont sainte Maxence.*

Abbatiæ *de S. Iaques à Prouins, & de S. Edme de Pontigni.*

Abbatia *de Beaulieu à Lothes*, consecrata à Cardinali.

Abbatiæ sanctæ Trinitatis *de Vendosme, & de saint Nicolas, lez Angiers.*

Monasteria S. Stephani *de Caen, & de Fescamp*, fundata à Guillelmo bastardo Normaniæ Duce.

Abbatiæ *de S. Amand de Boyxe en Angoumois & de Valence pres Couée.*

Abbatię *de Chelles* monialium, *& de Corbie* monachorum *par sainte Baudour.* Abbatiæ monialium *à Maubuisson pres Pontoise, du Liz pres Melun: de la Guiche, en Blesois. de Fondouce, pres Coignac, en Angoumois.*

Angolismorum, à Leonora Angliæ regina simul & Aquitanorum Duce circa annum 1170. Quæis patrij Gallorum & Engolismensium Annales fidem conciliant. Nec pauca alia ab aliis condita Cœnobia referuntur in Fragmento Aquitanicæ Histor. quod ex peruetusta scheda nudiustertiùs prodiit in publicum opera P. Pithœi I. C. doctiss.

Regiæ collationis, nominationisve beneficiis pensio vlla, nisi consentiente Rege, imponi nō potest.

QVORSVM hæc? Vt intelligamus, Francicas hasce præfecturas Ecclesiæ meritò patronum Regem profiteri, auctorémque beneficum. Vnde & nouæ pensitationi subiici nequeunt talia regij muneris Sacerdotia, nisi Rex patronus ei ipsi calculum adiunxerit. Abbas in cap. suggestum, De iure patron. Idémque iuris sibi asserunt priuati patroni, siquidem sacerdotio onerosa fuerit admodùm annua pensio pacto conuenta. Decisione Bellameræ 179. 181. Cùm trecentis aliis in hanc partem adductis à Gygante Forosempronienſi In Tract. De Pensionibus Ecclesiasticis. Quæst. 23. & 24. Quæ quia iste interpretatur ἀορίστως, infinitè, non planè, neque definitè explicando, clariùs illustrabimus forensi hac hypothesi. In maiore Trecensium phano sunt Regij beneficij Præbenda, seu Annonæ spiritales cum Canonicatu. Inibi Canonicus suum dimittit sacerdotium in Plautij gratiam, recepto sibi annuo quodam, vel menstruo. Nec mora, Pontifex ratam gratámque habuit annuam hanc pensitationem. Ast successor canonicus AMPLISS. ORDINEM appellauit à Pontificia pensionis comprobatione, velut abusiuè, nec Regio permissu constitutæ. Senatus vtrinque disceptato negotio, secundùm appellantem pronuntiauit. Decreto 4. Kalend. Sextiles Anno sesquimillesimo 69. quùm Ramatus, prouocantis, & Chipartus, pensionarij causam orassent. Huius Tricassium Ædis Stephani Decano rescripsit Honorius 3. Cap. Dilecto, De offic. Archyd. Quod autem in pensitationis fructuarium diximus, ita est accipiendum, nisi ex diutina nummariæ pensionis præstatione eliciatur Regij consensus præsumpta opinio quædam ac coniectura. Nam isto casu longinqui temporis ratio, totiésque iterata solutio pensionis supplet Legum solemnia, inducítque tanto silētio Principalis assensus fidem ac probationem. Argum. l. si filius, Cod. de petit. hæred. Baldus expressim in l. Emancipatione, Cod. De fide instrum. Proinde ad Curiam prouocatione facta, P. C. decreuerunt, Pontificio talis pensionis diplomati nullum abusum inesse. Iudicato 11. kalend. Maïas An. 1575. Nobis tum Iani Chandei: Mario Lenoncurij causam agentibus de nummaria pensitatione, quam Lenoncurius sibi reseruarat in Cœnobio *Doigny*, Chandei ipsius gratia eiurando. Sed diffusiùs Nos de eo negotio, infrà Lib. 3. Tit. 2. 13

Canonicatus & præbendę Ecclesiæ cathedralis *de Troyes*, in Cāpania.

Arestum curiæ die 29 Iulij An. 1569. contra pensionis beneficiarię creationem sine consensu Principis patroni beneficij Ecclesiastici.

Iudicium curiæ Parisien. die 21. Apr. An. 1575. de pecuniaria pensione mille librarum super Abbatia *Doigny* in Burgundo Ducatu, quam D. *de Lenoncourt*, resignarat D. Gandio: retenta pensione.

ADVERTE porrò, Templa condenti Iure succursum, vt tametsi nulla sibi nominandi sacerdotis cauta fuerit prærogatiua Lege fundationis, ipsi tamen honoraria præstentur nonnulla, venienti occurratur & procedatur obuiā ab solenni ecclesiasticorū hominū 14

ritu

ritu, egenti alimenta præbeantur, eúmque sacerdotes ex condicto prædicent Delubri sui conditorem. Rescripto Clementis 3. Nobis, De Iur. patron. Et Hostiensis sententia in §. quid sit ius patronatus, & §. quid competat patrono, Tit. De iur. patron. Ac de eo quidem mota est olim forensis contentio Vidi Chauuignei, cum Dolensi Biturigum cœnobiarcha, seu *Burgi Dolensis*. Carolo 7. Gallorum Rege. Faber Chauuignei causidicus allegabat, Dolense cœnobium ab Ebbone extructum, Dolensi Regulo, Annos abhinc octingentos. Normanis enim per medias Gallias prædonum more grassantibus, Armoricæ oræ monachos, è D. Gildæ familia, profugos se recepisse Biturigas: Quorum sortem miseratus Ebbo Vilhelmi Biturigum Principis frater duas excitauit monasticas Ædes, D. Gildæ, ac Dolensem: Ne illi Diuino mancipati obsequio cogerentur sacram militiam deserere. Cœnobiorum quidem istorum fundationi nullam fuisse patronatus cautionem adhibitam: At non eó minùs honorariam fundatori deferendam eminentiam, piéque benignitatis memoriam esse omnibus grati animi officiis colendam ac prosequendam.

Abbas *du Bourg Deolz, ou du Bourgdieux, en Berry.*

Publica fori disceptatio in Curia Parisien. de iure & honore patronatus, inter Dn. *de Chauuigny*, Barouem *de Chasteauroux, en Berry*, & Abbatem *du Bourgdieux.*

Abbatia *de S. Gildas en Berry.*

15 QVOD vt pateat apertiùs, cape verba fundatoris. *Res iuris mei B. Dei genitrici Mariæ, & S.S. Apostolis Petro & Paulo de propria trado donatione .i. in villa Dolis, in territorio Bituricensi, in Vicaria Brinense capellam in honore S. Germani, & quantum in ipsa villa visus sum habere. Item in ipsa villa Capellam in honore S. Mariæ super Andram fluuium mansum indominicatum cum molendinis duobus, &c. Ea igitur hoc dono tenore, vt in Dolis in honore B. Mariæ virginis, & S.S. Apostolorum Petri & Pauli Monasterium regulare construatur, ipsique monachi iuxta regulam S. Benedicti viuentes congregentur, qui istas res perenni tempore possideant, teneant territorium, atque ordinent: Ita duntaxat, vt ibi venerabile orationis domicilium votis atque supplicationibus fideliter frequentetur, &c. 4. Nonas Septemb. An. 20. regnante Karolo rege.* Quotus autem hic Carolus Francicas tùm res moderaretur, declarat Hugo Floriacensis in Gallorum Historia manuscripta, præfatus, Vvilhelmum Aruernorum Comitem, Calui regis temporibus, Cluniacense fundasse Cœnobium, & D. Geraldum, Aurilia-cense: vtì Vizeliacum à Comite Geraldo, ac Dolense ab Ebbone Castri Rodulphi Dynasta fuisse constructum. Quod de Vizeliaco pariter monasterio affirmat Sigebertus in Chronico An. 745. Ac Dolensis quidem cœnobij Magistro scripsit Alexander 3. Decretali Epist. Cùm inter, De renuntiat. Monachorum verò, & Cleri Dolensis meminit Yuo Carnutensis, Epist. 31. & 202. Quibus ex omnibus probabile erat, Chauuigneo Ebbonis hæredi negandum non esse honorarium quoddam iùs patronatus in Dolensem Cœnobiarchiam, háncque illius patrocinio tutelæque committendam. Iis adiicitur præclarum Monachi testimonium D. Mariani Antissiodoren. in Chronicōn Libello, mirè laudantis piam egregiámque Ebbonis munificentiam: qua D. Gildæ ac Dolense con-

Litteræ fundationis Dolensis Monasterij, in agro Bituricensi, cuius exemplar nobis datum est à Domino Castri-Rodulphi Dolensium Procerum hærede, *des Seigneurs de la terre Doloise, au bas Berry.*

Die 2. Septemb.

Carolus Caluus Galliarum rex, Imperatórque Romanorum.

Abbatia *de S. Gerault d'Aurillac*, in Aruernia.

Abbatia *de Vezelay, en Auxerrois*, quam à Giraudo Comite Burgundiæ structam fuisse, eodémque Mariæ Magdalenæ corpus ab Aquensi vrbe à Saracenis desolatum translatum fuisse, inquit Sigebertus.

Narrat hic monachus *de Sainct Marian d'Auxerre*, in lib. manuscripto, D. Gildam vixisse Leonis 4 Cæs. seculo; & Britannum cum Roma reuersum in Armorico regnó resedisse, ibique Abbam factum, scripsisse

Britonum Annales, multa etiam de Regibus, & ad Reges Britanniæ.

diderit Monasteria, dotarítque in sua Dolensi Biturigum ditione. Anastasio Romanæ tùm Sedi Præfecto.

Lu terius caufidicus in curia Parisien.

16 A COENOBITIS, contrà, suggestum est (agente Luliero) Ebbonem nil iuris sibi reseruasse in donatione fundi, Cœnobiíque constructione: Igitur secundum libertatem sacræ Ecclesiæ iudicandum, vt Gelasius P.P. Senectiori Episcopo rescribit, apud Gratianũ 16. Quæst. 7. Barbinus item Fisci aduocatus, monachorum causam amplexus est, quum dissereret, priscos Reges in emancipando Biturigum Ducatu, Regiísque liberis fiduciario dando, suam in tutelam curámque recepisse Dolense monasterium, quasi patronos. Rursus Philippum Longum tutorem gessisse protectorémque Dolensis Cœnobij, singulari Diplomate: Nec ipsi ius dicere alios consueuisse, quàm Principales Yssoduni Biturigum Magistratus. Gallum Regem Monasticarum ædium defensorem perhiberi eximio quodam Priuilegio, templorúmque Regiæ fundationis Patronum tutelarem. De tanta quæstione Senatus censuit plenius ineumdum consilium. Nonis Martiis An. 1447. Dehinc Transactione conuentum est, vt adeunti monasterium Toparchæ Arcis Rodulphi in occursum iretur à cucullatis sacerdotibus, eidem honorifica alia quædam exhiberentur quotãnis, velut antiqui beneficij* μνημόσυνον quarto Kalend. Octobr. Ann. 1459. Obiter tamen animaduertendum, de eo, nûm Gallus Princeps in re dubia præsumatur generatim patronus sacrarum Basilicarum Regni, copiose tractari à Boërio in Senatu Burdigalensi Præside. In Decis. Burdigalensi. 32.

Regij officiarij *d'Yssoudun, en Berry.*

Appointé au Conseil in Curia die 7. Mart. An. 1447.

Transactio die 28. Septemb. 1459.

* monimentum, seu memoriale.

L'abbaye de Semer au bois, diocese de Therouane, & à present de Bologne sur la mer, Ordre de S. Benoist: Laquelle a esté fondee par le Comte de Bologne, a audit Cõté telle preeminence que le Comte, & luy appartient par sa fundation le tiers pied dudit pays de Boulenois, auec telle preeminence qu'a le Comte en ses terres, ayant Bailliage en ses terres à part, auec seel authentique, armoye des armes d'iceluy Cõte, pour receuoir tous contracts, mesmes a droict d'arrest au bourg & banlieue dudit Samer au bois. Co qu'on n'a autre Abbé ne Prelat dudit Comté. Et est ledit Abbé de Samer appellé le premier és assemblees synodales dudit Euesché de Therouane, quoy que soit dependãt l'Abbé de Nostre Dame de Bologne Ordre de saint Augustin, lequel toutesfois a esté le premier nommé au proces verbal de la coustume de Boulenois de l'an 1550.

HODIE necnon vetusta Dolensium Procerum liberalitate, hoc 17 se iactat titulo Dolensis Antistes, *Abbas & Princeps Dolensis*. Quẽadmodum & Corbiensis Ambianorum scribit, *Abba & Comes Corbiensis*. De quo expressim Innocentius. 5. Cap. ad petitionem. De accusat. Est autem Corbeiense alterum Saxoniæ monasterium, cuius habita ab eodem Pontifice mentio, in Cap. cùm venerabilis De consuet. Et à Crantzio Saxonicæ Hist. sacræ Lib. 3. Cap. 1. Francicum quidem illum haud absimilis excipit Abba Comesqúe D. Iudoci, in Cella maritima ad ostium Cantij, inter Stapulas & Monstrolium vrbes posita. Huic vicinus est Cœnobiarcha S. Monstroliensis, de quo Alexand. 3. P.P. ad Ambianorum Episcopum Cap. ad hæc De decim. Rursus in Belgio prædicatur monasticus D. Amãdi Præsul simul & Toparcha, apud Neruios Tornacenses. Vt litteris prodidit Lud. Guicciardinus Belgicæ * Chorographus. In Aruernia porrò, Isiodori Abbas Dominúsque inscribitur. Abbas & Baro Ebro-

Abbas *de Corbie, au Bailliage d'Amiens.*

Ex eo Corbeiensi Saxoniæ cœnobio multi Archiepiscopi Hãburgenses assumpti. inquit Crantzius.

Abbas *de sainct Iosse.*
Abbas *de sainct Sauue en Monstruel.*

Abbas *de S. Amand, en Tournesis.*

* Descriptor Regionis *des pays bas de Flãdres*

Abbas *d'Yssoire, en Auuergne.*

Ebronius, in Cenomania: Vti Latiniaci Abba pariter & dynaſta, in finibus Pariſiorum. Quod Latiniacum Cœnobium fundauit S. Furſæus Hibernus, Clodoueo. 2. rege, vt Sigebertus ait in Chronico. An. 648. Ac D. Bernardus diſertè pro Latiniacenſi Abba ſcripſit ad Italicos tres Epiſcopos, Epiſt. 230. Ne his Germanicos miſceam Cœnobiorum Præſules, aut Helueticos, in quibus cum primis enituit Vlricus S. Galli Abba, Princeps à Philippo Cæſare ſalutatus. Hic enim Cœnobiarcha D. Galli ab eo Imp. promotus eſt Baſileæ, in Principem: ex eóque poſteri omnes nuncupari ſe Principes voluêre. Vt narrat Simlerus de Rebus Heluetiorum Lib. 2. ex Stumpſio, & Conrado Fabarienſi, Annalium ſcriptoribus. Tametſi Munſterus tradat, Côradum Abbam hoc ſibi primùm adſciuiſſe Principis nomen, An. 1226. Germanograph. lib. 3. Ab eodem Munſtero recenſentur inibi Fuldenſis, aliæque principes Teutonum Cœnobiarchæ. Tot enim Principatus Inſignia fecit Regum patronorum pietas ac propenſa in Hierarchicum ordinem affectio. Inde profecta eſt Agennenſis Gallorum Comitatus vnio cum Epiſcopatu: Hinc & Laudunenſis Ducatus Pontificatui iunctus Diœceſano. Planum eſt enim, longo poſt creatos Lauduni Præſules interuallo, floruiſſe Laudunenſem Comitem Heribertum, déque ea ditione in Odonem filium transferenda, armis contendiſſe cum Rudolpho rege: Martis demùm iudicio hæreditarium euiciſſe Comitatum Chriſti anno. 927. Vnde irrida fuit regia Laudunenſis Comitatus donatio in Rotgarium Comitis Rotgarij filium. Vt memoriæ mandauit Flodoardus Rhemenſis Eccleſiæ preſbyter, in ſacra Rhemorum Hiſtoria, Lib. 4. Cap. 21. At multò poſt, Laudunenſi dominatu Epiſcopis tranſcripto à prophanis Comitibus, illi Ducalem titulum prætulêre cum Pontificali, & Galliæ ſenſim primoribus adnumerati ſunt Duodecimuiris, quos Franciæ PARES appellamus. Sicuti à nobis expoſitum eſt. Lib. 3. Domanij Gallici Tit. 8. Laudunenſis rurſus Antiſtes Duxque potitur Danyſio Comitatu, ab auguſta Karoli. 6. regis beneficentia. Secus in Bellouacorum præſule, Francico etiam Patritio, cui Bellouacenſis Comitatus nec Regio munere adiectus fuit, nec gratuita inferiorum Regulorum conceſſione. Si enim Monacho Sancti Mariani credimus, ſua iſthîc verba ſonanti, *Tempore Conradi Imp. Rogerius Epiſcopus Beluacenſis inter alia Beneficia dedit Eccleſiæ Sancti Petri, cui præſidebat, Alliacum in Normania, & Montiacum in Vermendenſi patria: Comitatum quoque eiuſdem Vrbis ab Odone Campanienſi Comite impetrauit, dato ei pro commercio Caſtro, quod dicitur Caſtrum Cæſaris, in Bituricenſi territorio ſito, quod ſibi*

Abbé d'Evron, au Maine.

Abbas de Laigny.

Abbas de S. Gal en Suisse.

Les Eueſques de Chalon ſur la Saone eſtoient Comtes dudit Chalon, depuis l'infeoderent à ſeigneurs Laiz, qui de temps en temps leur ont porté les foy & hommage, vt ait Petrus de S. Iulio Deyen de Chalon en ſes antiquitez de Chalon.

Epiſcopus & Comes d'Agen, in Vaſconia.

Epiſcopus & Dux de *Laon en Vermandois.*

Les Chanoines de l'Egliſe Metropolitaine de S. Iean de Lyon, ſe dient tous Chanoines & Comtes. Item les Chanoines de l'Egliſe collegiale de noſtre Dame de Brioude, au pays de droit eſcrit d'Auuergne, ſe dient Comtes de Brioude, & ſont tous gentilshommes, & ſunt immediatè ſubiecti Rom. Pontifici.

L'Abbé de S. Geraule d'Aurillac en Auuergne, ſe dit Baron d'Aurillac.

Idem Flodoardus Lib. 1. cap. 13. eiuſdem Remenſ. Hiſt. ſcribit, D. Remigium Archie. Rhemenſem ſubiciſſe parochiam Comitatus *de Laon* Eccleſię *de Laon.*

12. Pares Franciæ.

Comitatus *de Daniſy.*

Epiſcopus & Comes *de Beauuois, Pair de France.*

Monachus quidam Abbatiæ *de S. Marian d'Auxerre,* 10 Hiſtorico Volum. nondum edito, Vt antea diximus.

Caſtrum *de Sancerre, en Berry.*

patrimonij iure competebat. Qua de re etiam volue Sigeberti Chronicum, An. 1014. Bellouacorum autem præſules ſolemnibus Epiſtolis illuſtrarunt Pontifices Max. Alexander 3. (Cap. quod nobis Qui filij ſint legit. Cap. Sicut nobis. De teſtib.) Innocentius 3. Cap. cum in tua. De ſponſal. Et Gregorius 9. Cap. vlt. De iurament. calumn.

Reſciſſio partitionis bonorum hæreditariorum non tollit effectum præſentationis antea factæ à cohærede ſecundum illam diuiſionem.

Par arreſt du grand Conſeil iugé le 9 de Septemb. 1604. a eſté maintenu maiſtre François Boart en vne prebende de l'Egliſe collegiale de S. Maur des Foſſez pres Paris, comme ayant eſté preſenté à icelle prebende par la Princeſſe de Condé Dame de S. Maur des Foſſez, & eſtant en poſſeſſion de ladite preſentation, ſuiuant vn arreſt du Parlement de Paris donné entre l'Eueſque de Paris, & les creanciers de la feu Royne mere Catherine de Medicis, du 5. de Septemb. 1597 au lieu de laquelle eſt ladite Dame Princeſſe, encores que depuis ladite preſentation par elle faite comme patronne, de la perſonne dudit Boart, ledit droit de patronnage aye eſté euincé à ladite Princeſſe. Requeſte ciuile contre ledit arreſt iugee au Parlement de Rouen au profit dudit Eueſque de Paris, neueu de l'autre auec lequel auoit eſté paſſé ledit premier arreſt. Et en ce faiſant par ledit arreſt du grand Conſeil, Maiſtre Guillaume Dompoint defendeur à perdu ſa cauſe contre ledit Boart demandeur.

18 PATRONOS Templorum accepiſtis multos, at ſi inſtituta de patronatu lite, vacet interim ſacerdotium, ambigetur, vtriùs litigatoris potior ſit ad illud nominatio. Putà, Dynaſtæ *de Palaiſeau* diuiſa eſt à liberis hæreditas inter ipſos. Mox reſciſſorio diuiſionis iudicio accepto, diem obiit Sacelli beneficiarius: quod erogari ſolebat patronali nominatione Palaiſeorum magnatum, ex nobili eorum fundo ius patronatus connexum habente. Ea propter in media patronatus controuerſia forenſi, vtitur fundi poſſeſſor iure ſuo nominãdi ſacerdotiis ordinario collatori. Poſtea reſcinditur familiæ bonorúmque partitio, & nouus gentilis prædij dominus alium quendam obtulit Epiſcopo inſtituendum Sacerdotem. Dubium erat, vter ex nominatis ad Eccleſiaſticum Miniſterium, lege anteferretur. Vt rem paucis complectar, decretum eſt à Summa Curia, priorem alteri anteponendum. S. C. percelebri. 4. Idus Apriles An. 1554. quod tùm Magiſter protopræſes ex vetuſta Fori ceremonia recitabat. Arnoldo Ferrerio litis inſpectore. Nec immeritò, quùm priùs nominati intuitu perinde haberetur poſſeſſor clientelaris fundi, (à quo patronatus pendebat) ac ſi eiuſdem proprietarius, indèque ſacerdotij patronus extitiſſet, quo tempore is primùm ius exercuerat nominandi Epiſcopo ſacerdotis. Huc pertinet vulgata Alexandri. 3. Epiſtola Decretalis, Conſultationibus, ſub Tit. De Iure Patron.

Areſtũ Curię diebus Paſchalibus publicè pronunciatũ, die 10. April. An 1554. Dn. du Ferrier conſiliario, litis relatore.

19 POSSEM hoc loco cum patronatu Templorum conferre Ethnica Manumittentium iura, veterúmque libertorum. At ſacra tractanti indecorum viſum eſt, adhuc * ἑλληνίζειν, ac priſcis Gentium moribus, inſtitutíſque immorari: De quibus idem mihi dicere expediat, quod de glande, repertis frugibus, vulgò tritum eſt, * ἅλις δρυός. Nempe vt à veteris Philoſophiæ ſpatiis atque vmbraculis iam ad Salomonis porticum deficiamus, in qua certiſſima vitæ ratio, veritáſque continetur.

* cum Græculis ſeu Gentilibus ſentire. Mihi propoſitum eſt in Opere Eccleſiaſtico prophanos ſcriptores non niſi rarò, ac neceſſariò citare.

* ſatis quercus.

Poſſeſſor beneficij lite pendente conferre vel præſentare poteſt, quando is qui eſt in poſſeſſione beneficij eſt in bona fide, aliter ſecus, nempe poſt litem conteſtatam cenſetur eſſe in mala fide. Gloſ. in cap. ex literis. De iure patron. & debet expectari litis euentus. Iohan. Andr. in cap. cùm veniſſent. De in integr reſtit. Secùs ſi lis fuerit non ſuper poſſeſſorio ſed ſuper petitorio: nam hoc caſu pendente eo poſſeſſor efficaciter præſentabit, ex d. Iohan. Andr. De quo plura Delphinalia areſta citat Marcus in Epiſt. 160. parte 2.

Vnde datæ populis fruges, & glande relicta,
Ceſſerit inuentis Dodonia quercus ariſtis.

Claudian. Lib. 1. De raptu Proſerpinæ.

Apud Claudian.

Ea de

Ea de causa Augustino gratulatus est Simplicianus pater, quem ille conuenerat suscepturus gratiam Ambrosij Episcopi, quòd adolescens in Philosophorum scripta non incidisset, fuci plena fallaciæque & deceptionum, secundum elementa huius mundi. Vt cum Augustino loquar, Cõfessionum Lib. 8. Hoc tamen adhibito temperamento, quod Basilius Magn. annotauit, in Homilia cui Titul. præfigitur, De vtilitate ex Gentilium auctorum libris capienda. Ne ergo lõgiùs à Christianis templorum patronis diuertamus, en tibi, Statutum à Trecensi Canonicorum Sodalitio (cuius patroni feruntur Campaniæ Comites) vt nouus Canonicus sacramento profiteatur apud Collegas, iustis se nuptiis progenitum. Spurius quidam assumitur in sacrum hoc Collegium, venialis obtentu Rescripti, quo Pontifex nothum canonibus soluerat, & Constitutione Canonicorum. Eiuratur deinde à notho Canonicatus in gratiam putè legitimi. Huic nothi successori negatur possessio sacri beneficij ab Ecclesiastico illo Senatu Episcopi, prætextu illegitimorum auctoris sui natalium: Quasi nothi successor ex incapacitate auctoris arcendus sit possessione, aditúque in *Capitulum* prohibendus. Neque his refragari videbatur Diplomatica illa Pontificis dispensatio veniaque Statuti canonicorum, cuius effectum veniæ præpedit Templi fundatio profana laïcique patroni ratio, qui pontificalẽ Ædem condiderit. Ediuersò vrgebat nouus beneficiarius, auctorem suum Ecclesiastico functum Canonici munere, summo totius Cœtus applausu, nec vlla cuiusquam intercessione. Proin natalitiam illius maculam successori obesse legitimè nato non debere. Quippe cui satis sit, decessorem tempore eiurati sacerdotij quietè ipsum libereque possedisse. Vt Guymerius censuit Tit. de pacif. possess. In Pragm. Sanct. Panot. in cap. Cùm venerabilis De except. Rota Romana in Decis. 115. & Capellæ Tholosanæ Decision. 477. Placuit Senatui, nouum canonicum in possessionem mitti. Aresto. 9. Kal. Decembr. An. 1549. ex lite forensi, quam Martinellus Senator conscriptis eiusdem Curiæ exponebat. Trecenses verò Canonici qua formula recipiantur à Sodalibus in sacrum consortium, déque Trecensi Ecclesia omnino, consule Innocentium. 3. Cap. Dilecto De præben.

Comme par arrest de Tholose rapporté par Maynart Lib. 8 quæst. cap 3. iugé que l'Euesque, ou autre beneficié bien qu'il aye resigné, auãt la prinse de possession de son resignataire, n'est exclus de conferer benefices & exercer tous actes comme deuant vsque in aduentum successoris l. memoriæ D. de offic. præsid. & leg. l. si forte. D. de offic præsid. l. Tribunos. De lnutil. test.

Idem ex regula de publice resign. Item quod collatio spectat ad possessorem, quia est in fructu cap. cum olim. De can. posses. cap. Querelam. De elect.

Ledit arrest donné au rapport de M Berard.

Simplicianus in reprobanda Philosophorum lectione excepit Platonicos, in quibus fatetur omnibus modis insinuari Deum, & eius Verbum.

Statutum capituli Ecclesiæ *de Troyes*.

An capitulum recipere teneatur resignatarium Canonici origine bastardi, Posito Statuto capituli, quòd soli legitimi in canonicos admittantur: A quo Statuto bastardus dispensatus fuerat à Papa.

Iudicium curiæ die. 23. Nouem. Ao. 1549. *au rapport de M. Martineau.*

20 In svmma, ne sacerdotij petitor Pontificia gratia abutatur in dispendium aut contemptum profanæ fundationis Ecclesiæ, prudens cautio est, vt quæcunque fundatoris præscripto, vel Bullatis tabulis imposita sit conditio futuris Templi beneficiariis, ea Principis diplomate sanciatur, & in summo aliquo Galliæ Tribunali promulgetur. Tunc enim si beneficiarius se talis conditionis lege solui procurarit nouo Pontificis Rescripto, expedita erit ab huius executione Rescripti prouocatio in Senatum abusus nomine, quasi regia Senatúsque regij auctoritate violata. Idque exploratum esse potest in Lugdunensi Æde Archiepisc. Eius quippe Canonici ha-

Bulla Clementis. 7. die. 2 Augusti. 1532. confirmatiua Bullæ Martinianæ, *que les*

32. prebendes de l'Eglise Metropolitaine de Lyon, principale de l'Eglise, sont seulement conferables aux Nobles en quart degré d'ascendans.

bent in more positum, ne plebeij ignobilésque suum in Collegium cooptétur, sed auitis tantùm imaginibus clari. Vt priscis Codicillis Martini. 5. testatum est, Clementísque. 7. literis repetitum, Postridie Kal. Sextiles An. 1532. His tamen non contenti sacri Sodales, cumulo adiunxerunt Principis Codicillare suffragium, vt eo auctore, Bullata diplomata recitarentur in Prætoriano Senatu, ac pro lege in Iudiciis ciuilibus custodirentur. Regia de eo Mandata. 4. Kal. Septemb. An. 1535. 4. Iduum Ianuar. 1547. Mense Maio. 1560. & Mense Nouemb. An. 1583. Quæ quidem toties legi publicarique iusserunt Prætoriani Patres, vnà cum Rescriptis illis Pontificiis. Decreto. 4. Nonas Octob. An. 1535. xi. Kalend. Septemb. An. 1547. tum Kalend. Decemb. 1583.

Literæ patentes Regis die. 29. Augusti. 1535. 10. Iunij. 1547. & aliæ, Verificatæ in Magno Regis Consilio, die. 4. Octob. Ao. 1535. die. 22. Augusti. 1547. & die. 1. Decemb. 1583. An patronus laycus excommunicatus licite præsentet ad beneficia Ecclesiæ.

Spirituale, vel spiritualibus annexum ius patronatus cap. Quãto De iudic.

Mucro Anathematis & gladius excommunicationis, ita dictus à summo Pontif. In cap. sollicitudinem De appellat. cap. quoniam De offic. Ordin.

Layci patroni Symoniaca præsentatio ad beneficium nulla est.

Regia Ordinatio S. Ludouici, contra Symoniacos.

AMBIGVI iuris est, nûm prophano patrono, qui sit anathemate perstrictus, liceat nominare Episcopo instituendũ Sacerdoté. 21 Licere putat Rota Romana, Decis. 161. 327. In Antiq. & Decis. 2. Tit. De iur. patron. Sed huiusmodi opinio refellitur multorum sententiis, Pontificiæ Legis interpretum. Nam proscriptus ab Ecclesia, summouetur tacite sacrorum iurium spiritaliúmque exercitio, quale est ius patronatus. Archydiac. in Cap. Pia De Exception. In. 6. Panor. in Cap. nobis De iur. patron. Lapus Allegat. 7. Quin & diris Pontificiis grauiùs punitur Christianus quisque, quàm si vel gladio feriatur, vel absumatur flammis, vel feris subiiciatur. Teste Augustino. Hanc partem denique in patronum censura notatum pontificia, secutus est *Ordo Ampliss.* inter Ludouic. Seguierum Parisien. senatorem, & Franc. Michaelem litigatores. Circa annum. 1534. Vt refert Longolius, Conscriptus Curiæ, in suis Arestorum Collectaneis. Eodémque Senatus iudicio decisum, Clerici nominationem à prophano patrono sordibus factam, contractámque Symonum ambitu, irritam esse. In Symoniaci pariter ambitus reos, quàmlibet Ecclesiasticos, Leges tulêre Principes nostri, sanctionum Ecclesiæ externi custodes, assertores ac vindices. Nam Diuus Ludouicus publica Constitutione An. 1228. SYMONIÆ (infit) CRIMEN PESTIFERVM ECCLESIAM LABIFICANS, A REGNO NOSTRO PENITVS ELIMINARI VOLVMVS ET IVBEMVS, &c. Qui autem Symoniaci huius commercij crimen admiserint, Clerici Pontificio, profani Regio deduntur publicivè Magistratus iudicio castigandi. Edicto Blesensi (Art. 21.) An. 1579.

Tit. De Collationib. in Pragmat. Sanct. extracta è Decretis Cõcilij Basilien. Vbi tertia pars beneficiorum affecta est graduatis nominatis ab Vniuersitate studiorum.

Abbatia *de Champagne*, in Cenomana diœcesi.

ERE est hîc subiungere non vulgarem patronatus quæstionem alicui competentis in duo solùm vniformia Sacerdotia, an is 22 scholasticæ nominationis lege teneatur, ex Decreto Basiliensi. Meuius putà, qui ad scholasticos gradus prouectus fuerat, nominatur ab Academia Præfecto Cenomani Campaniæ Cœnobij, qui illum primo quoque esset sacro beneficio ornaturus. Vacante mox parœciaco sacerdotio, Cœnobiarcha obtulit Lucium Episc. Curionem

nem presbyterũ eo loci instituendũ. Hinc suboritur controuersia apud Cenomanum Proprętorem, nûm adstrictus fuerit Abba scholasticæ nominationi, & Meuio Scholæ publicæ Cãdidato. Instabatque enim Lucius, sacerdotiorum trientem duntaxat alumnis Academię deberi, gradu literario insignitis. Quod de conformibus, eiusdémque generis sacerdotiis erat accipiendum. Proinde Magistrum Cœnobij, cuius *præsentationi* duo tantùm subsint, non tres parochi, minimè esse Academica nominatione onerandum. §. Præfati. 1. De collat. In Concord. Guymerius in §. item quod parochialis, in ver. triennium. Eod. Tit. In Pragm. Sanct. A Meuio, contrà, dicebatur, longè plura tribus sacerdotia patronum agnoscere Monasterij prę-sulem, difformia quidem illa, sed quæ simul posita ternarium numerum impleant, publici Musæi obnoxium nominationi. Duo scilicet curationi animarum coniuncta beneficia, cum aliquot Sacellis. Senatus denique Lucio Curionatum adiudicauit. Decreto. 4. Iduum Iuniarum An. 1504. ad appellationem ex Cenomania, de curiali sacerdotio *de Chambiers*, inter Renatum *de la Varye* & Stephanum *de Boisfrond* controuerso. Regius autem patronatus vsquequaque diffunditur Iuris coniectura & opinione, in Monasticas Ædes præsertim: nisi quæ priuatorum opibus excitatæ euidenter ostendantur. Ac propterea Veterano pauperi, qui Monasterio fuerat oblatus à Principe, summatim addicta sunt alimenta in monasticũ Antistitem à Senatu Parisiensi, quoúsque Cœnobium à priuatis structum Magnatibus probaretur apertissimis documentis. Vindiciaria Curiæ sententia. 13. Kal. Martias An. 1550. quum Leuescus, pro veterano milite, & Riantius, pro Fani Culturæ Abba perorassent. Huiusmodi Cœnobiarcham & Conuentũ *de Cultura* memorat Arnulphus Lexouiorum Episc. in Epist. ad Alexandrum 3. P. P. scripta sub annum. 1170. Ex Lib. Epistolarum Arnulphi, nuper in lucem emisso. Postmodùm etiam de monastico illo Culturæ Præsule verba fecit Honorius. 3. Pontifex. Decretali Epistola ad Francicos cœnobiorum Tyri & Iosaphat Magistros. Cap. Venerabili De censib.

De graduatis nominatis.

Arestum Curiæ Parisien. Die. 10 Iunij An. 1504. de beneficio curato *de Chambiers*, Cenomanæ diœcesis.

Abbatiæ Regni præsumuntur esse Regiæ fundationis, nisi de contrario appareat.

Des Oblatz.

Arestum prouisionale Curiæ. Die. 17. Febr. Ao. 1550. Abbatia *de la Coulture, lez le Mãs*, quam tamen ab antiquo Cenomaniæ Episcopo fundatam aiũt. Ille Arnulphus loquitur de lite Abbatis *Culturæ*, cum Hermerio sacerdote, super diminutione presbyteratus Ecclesiæ de Brulum.

Abbatiæ *de Tyron au Perche. & de Iosaphat lez Chartres.*

23 Ex qvibvs in Sacram Rempub. officiis colligere est, Principes nostros non titulo solùm Christianissimos extitisse, sed omnibus Regiis dotibus apprimè cumulatos. Quùm enim sacras Ædes illi partim excitarent nouas, partim vetustate labentes restituerent, tantæ pietati comes succedebat armorum fœlicitas, fiebátque, vt è noua Hierosolyma (i. Ecclesia regio structa munere) ad veterem inde Christo instaurandam armati ipsi promouerentur Solymorũ vrbem, postremò in Ciuitatem Dei, cœlestiáque Hierosolyma recipiendi. Tunc tota Europa, totus Oriens, omnia propinqua, longinqua omnia, referta erant trophæis, victoriísque Francorum. Gallia interim domesticæ pacis, cum externæ victoriæ bonis perfruente. Ita visum est * Τῷ δωροδότῃ Spiritui, qui rectè actis præmia metitur: vt quandiu pontifex quilibet dignè versatus est in sacro imperio,

Eusebius li. 9. Euang. Præparat. Hierosolyma appellari ait, quasi ἱερὸν Solomonis, i. ædem seu Templum à Solomone Hierosolymis constructum. Idem scribit Egesippus. Victoria, cœli munus.

* dona largienti.

tandiu Principes ad Aras Diuis immortalibus ponendas vltro incitarentur, annuoque censu ditarent Ecclesias. Quandiu rursus hi piè se gesserunt in Superùm Templa corúmque administros, tandiu pax cum subditis festa agebatur, cædes, cruor, omnia bellorum exempla in Syriacos vertebantur Christi Dei hostes. Nec verò ierim inficias, Sidonij etiam seculo dormitasse in Gallia Pastores, quos idem increpans Aruernorum præsul, exclamabat * κακοδαίμονα *facilè insultare balatui ouium destitutarum*. Epist. 6. ad Basilium pontificem. Lib. 7. Epistol. Eadémque ætate Saluianus, Episcopus & ipse Gallus, asserit Franciscis in oppidis præstantissimos quosque suis ærumnis factos esse deteriores. Lib. 6. De iudicio & Prouiden. Sed hæresum tamen monstris Franciam ea circiter tempora caruisse, scripsit Hieronymus in Vigilantium: Nec diu pòst Agathias scholasticus tradidit, Francos omnes esse Christianos, optimæque inter cæteros persuasionis. Ob id sacra virente Gallorum disciplina. Antistites vt rerum Ecclesiasticarum formatores erant, sic Principes Politicarum rectores præferuidi, qui sanctos illorum conatus iuuabant, opimis in Numinis cultum collatis Ditionibus. Imprimis verò D. Anselmus Vvilelmum commendat Neustriæ Ducem, quòd Britannica expeditione confecta, sedulò animum adiecisset Diuinæ rei ministerio, ídque, structis vicatim & oppidatim Delubris, augendum curasset ac stabiliendum. In Lib. De conceptione.

Sidonius Apollinaris Aruernorum Episcopus.

* malum Genium.

Deo persona nulla est eximia, si D. Paulo credimus, & æquè rigidè pensum à primis ordinibus, vt ab aliis, est exacturus.

Iura templorum Numine sancita sunt, & augenda magis quàm minuenda.

Regij beneficiorum patronatus signa.

Atqve adeò Templorum patronatus Augusti velut tesseræ 4
quadam permansit antiquus mos in variis Sacerdotum Collegiis, à prisca Regum pietate repetitus, vt sacrorum Sodalium cathalogo se ipsi adscriberent, & si quando isthûc proficiscerentur, Regiis Insignibus depositis, fascibúsque Religioni summissis, lineum suppararû induti, cum aliis Collegiis fungerentur Ecclesiastico munere. Nam in Andium Æde summa, Cenomanorum, & Martini Turonensis, accensetur Princeps Canonicorum albo: cui & sacram Annonam viritim sigillatimque attribui, refert Feraldus apud Cenomanos quondam procurator Fisci. In Lib. De priuileg. Regni Fráncor. In. 7. Iure Liliorum. Eo modo Karolus. 5. Cæsareum diadema suscepturus Aquisgrani, Traiectenses adiit Canonicos Templi Seruatianorum Euang. maximi, & talarem in ea linteámque togam assumpsit tanquam Brabantiæ Dux, & Sacra amictus veste, cum Ecclesiasticis Collegis obiit Diuini cultus ministerium. 3. Idus Octobr. An. 1520. Vt auctor est Iohan. Placentius Trudonensis, In Catalogo Episcoporum Tungrorum, Traiectens. & Leodiens. Sic Hebræorum morem, Ægyptiorum, Romanorum secuti sunt olim Reges nostri, Sacerdotalem dignitaté cum Regia Maiest. coniungentes. Hodie verò neglecta Pastorali cura Principalis quòque deferbuit: & tametsi nulli hactenus Gallis iura dederint, quàm pij veréque Christiani reges, media tamen Francia grassari hæreses cœpêre liberiùs, tumultúsque ciuiles, simul ac plures visi à populo Ecclesiarum

Rex Franciæ est canonicus & habet Præbendam in Ecclesia Cathedrali *d'Angiers, du Mans, S. Martin de Tours.*

Feraldus Regis procurator in foro Cenomano. An. 1508.

Karolus. 5. Imp. lineá stolam sacerdotalem gestauit in medio Cœtu Canonicorum Traiectensium. Die 13. Octob. An 1520.

Ioh. Placentius Trudonensis Dominicanus, Cœnobij Traiectensis ad Mosam.

Le Roy Charles 8. faisant son entree en la ville de Chalon, l'Euesque dudit Chalon André de Poupet, vestit le Roy, à la porte de la ville d'vn surpelis & vne aumusse de Chanoine, qu'il porta quelque espace de temps, puis les

cleſiarum incubatores, quàm Ouilium excubitores. Ecquis enim decor rei Clericæ, quæ religionis reuerentia, quænam & Optimatum in Eccleſiam ſperanda largitio, tam multos cernentium, qui in pontificio cultu ſcurriles actus imitantur? Tales eheu plerique ſpectantur in ſacroſanctæ dignationis habitu, mimos tamen & planipedes, velut in ſcæna, tragicè actitantes.

donna à Pierre de Roches, noble ieune homme, luy donnant quant & quant la premiere prebende qui vaqueroit comme à luy deuë (par vne ancienne couſtume) à ſon entreé. Ex lib. Petri Saniuliani, Decani Cabilonenſis, *des Antiquitez de Chalon.*

QVARE, niſi ad priſcorum Inſtitutorum normam redigantur Sacerdotes (pace tanti Ordinis dixerim) rari ſunt poſthac templorum patroni expectandi: Vt patronos denuò præſtent Reguli Proceresque, viciſſim Paſtores ſe præſtent Hierarchæ: ſi fuerint Marones, non deerunt Mœcenates. Sin minùs, patronatus iura tantùm ſcripta ſciant Clerici, acceptáque ferant vt vetuſtæ piorum Regum munificentiæ, ſic Maiorum ſuorum vitæ, ac venerabili Eccleſiaſticorum morum integritati.

Titulus. V.

DE NECESSARIIS SACERDOTIORVM COLLATIONIBUS.

1. 2. *Neceſſaria beneficiorum collatio in verè* Graduatos, *eáque iuſtiſsima.*
3. *Vtilis, Sacerdoti præſertim, literarum cognitio.*
4. *Dummodo prophanorum lectioni Scriptorum non immoretur.*
5. *Reſignata morientium beneficia non deberi* Graduatis, *Papa derogante Regulæ* De infirmis reſignantibus.
6. *Nûm beneficij requiſitio inutilis Ordinario facta, impediat præuentionem Papæ.*
7. Capitulo *exempto petitionem* Graduati *reſpuente, Ius conferendi ad Diœceſanum deuolui, non ad Papam.*
8. *Bullæ Apoſtolicæ Exemptionis Capituli Cenomani, & aliorum quorumdam ab Epiſcopali Iuriſdictione.*
9. *Capitulum, Sede vacante, ſuccedit in neceſſarias collationes beneficiorum, non in voluntarias.*
10. 11. 12. 13. *Scholarum autem præfecturæ beneficiis non annumerantur. Nec eſt in his* prouiſioni, *nedum præuentioni Apoſtolicæ locus.*
14. *Vtrum* graduato *ſimplici debita collatio, fieri poſſit à* Capitulo, *tanquam neceſſaria, Sede vacante.*
15. *Beneficium à* reſignatario *poſſeſſum, viuo reſignante, licet paulò ante huius obitum publicata* reſignatione, graduato *non deberi.*
16. 17. 18. *Nominatio Conſiliariorum Curiæ Parlamenti Pariſien. ad beneficia, cum illius priuilegiis.*
19. *De forma Mandatorum Apoſtolic.*

20. *Litigiosum beneficium Mandatarios acceptare non cogi.*
21. *Exhortatio ad Mandatarios Apostol. Sed.*

De collatiuis Ecclesiæ beneficiis, post Patroni præsentationem, si quis tum patronus extiterit, ab Ordinario conferendis.



ATRONALEM CLERICI nomina- 1
tionem sequitur Pontificia institutio seu sacri collatio beneficij, quod propterea *collatiuum* in foro vocitamus. Collationum autem cùm duo genera sint omnino, necessarium alterum, alterum spontaneum, ab illo purè canonico dignioréque ordiundum.

Pontificia beneficij collatio, Gallici Iuris graduatorum derogatoria, in Iudiciis declaratur abusiuè impetrata (petentis importunitate) scilicet remedio appellationis tanquam ab abusu.

PERSANCTE enim cautum fuit placitis *Concordati* Bononiensis 2
An.1516. vt sacra Ministeria adsignarentur doctis hominibus, & ab Academia collatori nominatis. Sed in eorum fraudem nouo commento venantur quidam Romanæ Sedis codicillos, Pactitia Lege illa soluentes ambitiosum sacerdotij petitorem. Cuiusmodi Legũ solutionem, aut potiùs dissolutionem morum diutiùs ferre non potuit Schola Parisiensis. Nam instante ea, latum Edictum à Franco Rege, ne vlla deinceps venialium huiusmodi Diplomatum ratio haberetur à publico Magistratu: Vetitum etiam districtè, alios institui in oppidis parochos animorúmque curatores, quàm literatos & scholasticis gradibus præditos. Eius tabulas Edicti Senatus comprobauit. Septimo Idus Martias An. 1552. Ex quo perspicuè cernas, quanta sit Potestas Ciuilis, quanta Regum Politica gubernatio: qui nec temere Nutritij Ecclesiæ dicuntur ab Esaia sacrorum vatum Homero. Cap. 49. Vnde etiam scripto contestatus est Princeps Iustinianus, nihilò minorem sibi Ecclesiastici Status, quàm vitæ suæ incolumitatem curæ esse. Nouel. 3. At non alia forsan pio Monarcha dignior, quàm Magni Karoli Sanctio infrascripta, QVANDO PRESBYTERI, AVT DIACONI PER PAROCHIAS CONSTITVVNTVR, OPORTET EOS PROFESSIONEM EPISCOPO SVO FACERE. Capit. 361. Lib. 8. Capitulorum Caroli & Ludouici Pij, quæ Ansegisus Abba & Benedictus Leuita collegerunt. Eam vtique cœlitùs afflatam Legem repetiit Henricus 3. Artic. 10. Blesensis Edicti: Nempè vt nouus quisque beneficiarius Ecclesiæ teneretur orthodoxam fidem profiteri apud Diœcesanum Antistitem, vel nouus Canonicus, in medio sacrorum Sodalium Collegio. Sicuti & Tridentina Synodo constitutum erat, Sessione 24. Decreto De reformatione Capite 12. Secundum quæ, nihil Ecclesiasticæ vtilius Reipub. quàm eruditorum delectus ad sacra Munera obeunda.

Regiæ Patentes, in Parlamento verificatæ, Die 9. Mart. Ann. 1552.

Edictum Blesense, Mens. Maio Ao. 1579 Publicatum in Parlamento Parisien. Die. 25. Ianu. Ao. 1580. Quòd noui beneficiati faciant professionem fidei suæ Catholicæ coram Episcopo, vel noui Canonici, in suo Capitulo. Hebræi quoque Vates minorum gentiũ sacra Vaticinia edidêre, quæ legimus, Eusebij Cæsariẽsis manu descripta Græcè, ante mille & ducentos annos. Parui illi Prophetæ sunt Osess, Amos, Micheas, Iohel, Abdias, Ionas, Naum Elcesei, Abacuch, Sophonias, Aggeus, Zacharias filius Abdo, Malachias, Ysaias filius Amos, Hieremias filius Elkiæ de sacerdotibus.

SACERDOTIS enim partes sunt, sacra præcepta edocere, eó- 3
que diligenter euoluere quatuor potissimùm libros Didascalicos, quæ *Euangelia* nuncupantur. Hæc est in vita mortalium Summi Boni medulla, quem velut thesaurum in Sacrario sapientiæ conditum

conditum tot Philoſophorum claſſes inuenire nequierunt, tametſi nullum idcirco immotum lapidem reliquiſſent. Literarum autem ignaris Clericis metuendum Oraculum, quod Deus Oſeæ Vatis ore effatus eſt. Quia tu ſcientiam repuliſti, ego te repellam, ne ſacerdotio fungaris mihi. Oſeæ. 4. Cap. Ridet pariter Nazianzenus Clericos nonnullos, qui priùs ferè quàm primam abieciſſenr lanuginem, diuináque atria ingreſſi eſſent, priúſquàm ſacra Volumina nouiſſent vel de nomine, priuſquam Noui Veteriſque Inſtrumenti ſigna & notas cognôſſent, ſi tres pias voces didiciſſenr ex auditione quidem potiùs quàm ex lectione, ſtatim pallium contrahebant, aut zona tenus philoſophabantur: pietatiſque abiecta ſpecie ac fuco ſemetipſos oblinebant, vt profani vulgi præconio laudarentur. Apologet. I.

Corpora malos Medicos, aoimas imperitos ſacerdotes occidere dicebat Pius 2. Pontifex, apud Platinam in Pio.

Nooum, Vetuſqoe Teſtamentum.

4 CAVENDVM porrò, ne Eccleſiæ ſacrati, inſtitutis Philoſophicis nimiam denr operam. Vt Haymoni placuit, Halberſtarenſi Epiſcopo, De Chriſtianarum rerum memoria Lib. I. Quòd enim errore lapſus ſit Origenes, putant hoc ei accidiſſe, quia Pythagoræ dogmata, ſcitáque Zenonis Stoïci amplecteretur ſtudioſiùs, eorúmque lectione impenſiùs delectarentur. Siquidem Paulus Coloſſenſes præmonuit, ne humanæ Sophiæ libris circumueniri ſe paterentur. Quid ergo Athenis & Hieroſolymis, (ait Tertullianus) quid Academiæ & Eccleſiæ, quid Hæreticis & Chriſtianis? Noſtra inſtitutio de porticu Salomonis eſt, qui pariter tradiderit, Dominum in ſimplicitate cordis eſſe quærendum. De Præſcription. aduerſus Hæreticos Iuxta hæc, Carthaginenſi Concilio. 4. interdictum eſt Epiſcopis, ne Gentilium libros euoluãt, hæreticorum autem perlegant pro neceſſitate aut tempore. De quo Gratiani extat Diſtinctio. 37. Atque ideo conſultiùs ſecum agere mihi videbuntur Chriſtiani omnes, nedum Clerici, quùm à lectione Ethnicorum ſcriptorum, quaſi à voluptariis fabularum argumentis, ad Sapientiæ & veritatis phanum acceſſerint. Scilicet ex optimis ſacroſanctæ doctrinę monumenris videre eſt per nebulam captus humani ingenij, quæ præmia eos maneant, qui calcatis fortunis temporariis & caducis, ſpes ſuas omnes rationéſque contulerint in expectationem ſupremæ fœlicitatis. Iam igitur Chriſtiani Muſæi alũnos repetamus.

5 NON omnia vtique ſacerdotia debentur literariæ Vniuerſitatis candidato. Exempli vice, curio preſbyter Ædis Nicolai Campeſtris apud Lutetiam, ceſſit eo ſacerdotio in amici gratiam, qui nec à limine Muſas ſalutarat. Ceſſionem admiſit ſummus Pontifex, eíque parœciacum munus erogauit, quem parochus moriens ſibi delegerat ſucceſſorem: Addita Pontificio reſcripto clauſula *Concordati* derogatoria, vt ſcholaſticis ſacerdotio inhiantibus os occluderetur. Ilicò pôſt, diem fũcto eo qui ſacrum beneficiũ eiurarat, iſtud ipſum petiit Academicus, ſeu literariis Academiæ gradibus ornatus ad

De ſcholaribus Vniuerſitatum graduatis, tam ſimplicibus quàm nominatis ad beneficia Eccleſiæ.

An beneficia à moriente reſignata, peti poſſint à graduato, tanquam morte vacantia, ſi reſignans intra 20. dies à die præſtiti conſenſus à reſignantis procuratore deceſſerit.

beneficia Ecclesiæ consequenda. Ob id scholasticus hic à Pontificia collatione prouocat abusus ergò ad Senatum Parisiensem. Eum mouebat, quòd sicuti Reges in clauium Ecclesiasticarum contemptum, ita Pontifices in despectum Sanctionū Regiarum moliri nil oporteret. Ex §. Statuimus De Collat. In Concord. Pontificis, contrà, beneficiarius, ea tantùm Ecclesiæ munera deferri à Schola nominatis, quæ possessoris morte vacua fierent, non quæ eius cessione alteri essent attributa. Vt cautum est Pragmatica Gallorum Sanctione. §. Item quod omnia De Collat. & §. Volumus Eod. Tit. In Concord. Excepto, si fraudandi animo Sacerdotiis renuntiatum proponeretur, agente tùm animam ipsorū eiuratore: aut si pingue cum tenui sacrum beneficium commutetur à presbytero incolumi cum moribundo. Argum. sentētiæ Vlpiani lib. 35. ad Sabinum in L. filiæ meæ emancipatæ & ægræ Solut. matrim. & Cap. Si te præbendam De Renunciat. Lib. 6. Decretalium Epist. Perorata causa, Senatus decreuit, *graduatum* prouocatione summoueri. Aresto. 16. Kal. Febr. An. 1548. Eodémque Patres Iudicio disertè cōtestati sunt, non ideo sibi Pontificiam *Concordati* derogationem probatum iri, alio casu occurrente: Monitis simul, qui Ecclesiarum clauum tenebant, ne sibi commendatos à Scholastico Conuentu, paterentur sacrorum munerum repulsam ferre. Hæc à Molineo prætermissa, Pontificiorum Canonum interprete, quos *Apostolicæ Cancellariæ Regulas* nuncupamus. De aliis autem id genus eundem consule, ne antea literis mandata vel arrogare mihi ipsi, vel saltem odiosè inculcare videar voluisse.

Sola per obitum, & non per resignationē vacantia beneficia affecta sunt graduatis nominatis.

Arestum Parlamenti. die. 17. Ianu. An. 1548. pro resignatario, contra graduatum nominatum.

Carol. Molin. in Regulas Cancellariæ Romanæ Curiæ.

Beneficij requisitio etiam inutilis impedit Præuentionem Pontificis Max. fauore graduati.

A SACERDOTIIS cessione vacantibus, transeundum ad vacantia per obitum, quatenus ea Scholarum Candidati iure sibi possint vindicare. Nota est Gallorum regum Constitutio, Romanum Antistitem, simul ac Scholasticus ab Ordinario sacerdotium petierit, efficaciter præueniri: quo minùs iam ipsi liceat, Ordinarium an- 6

Ausi si la preuention du Legat d'Auignon efface la prouision de l'Indultaire Conseiller du Parlement de Paris, qui est Monsieur Cottel, ou son nommé, au lieu que le Pape Paul 3. s'est par sa Bulle dudit Indult de l'an 1538. seulement reserué ses mandats Apostoliques. Et sçauoit qu'en Prouence eùt vaqué la grand preuosté, qui est la premiere dignité de l'Eglise Metropolitaine d'Aix, le Pape vse de preuention, toutesfois la question si son Legat a le mesme droit de preuention. Ce que n'ont pas les Legats de par deçà, d'autant que par la verification de leurs facultez au Parlement de Paris, ledit droit de preuention est excepté & retrenché. Mais en dit secus *au Legat d'Auignon*, qui est Legatus de latere, & sic *plus digne*, *& duquel les facultez n'ont accoustumé d'estre verifiees aux Parlemens d'Aix & Tholose. Toutesfois, on soustenu qu'il n'a droit de preuention contre lesdits Indultaires, comme n'ayant esté excepté par ladite Pauline. Item que lesdites facultez, entant qu'elles s'executent en France, elles doiuent estre verifiees ès Cours souueraines de Tholose, d'Aix & de Grenoble. La cause fut plaidee au grand Conseil entre Camus Aduocat dudit Cottel indultaire, & Iely pour le Prouençal qui a preuenu en ladite Legation d'Auignon, en May 1603.*

Edicti Regij Verificatio in Parlamento Die. 17. April. Ann. 1511.

teuertere in sacro Ministerio conferendo. Art. 14. Legis latæ Iunio Mense An. 1510. quam Patres Parisien, iusserunt Curiæ monumentis inscribi. 5. Kal. Maias An. 1512. Inde hæsitatum est, àn inutilis petitio sacerdotij, facta nempe ab eo qui literario gradu munitus non sit, ritè præpediat Sanctæ Sedis præuentionē, vt requirenti dehinc Academico Pōtificius, licet præuētione anterior, postponatur. Dubitandi argumentum erat, quòd actus inefficàx nil haberet virium, nullósque ciuiles effectus produceret. Per contrarium dicebatur

à Musæi

à Musæi candidato, id suo ipsius tantùm fauore introductum, vt sacerdotij donatio in eum collata, qui scholastico gradu non sit ornatus, inualida censeretur: nec talem concessionem sacri beneficij purè irritam esse, sed irritandem, *graduato* forsan, cuius interest vnius, conquerente. Ergo incapacis diligentiam cómodo *graduati*, non Pontificij adplicandam. Cuiusmodi opinionem firmat Rota Romana, Decis. 52. Quæst. 2. & Decis. 536. in Antiq. Iohan. Monach. in cap. Statutum De præbend. in 6. Oldradus Responso. 305. Stephan. Bertrandus Responso. 38. Guymerius Tit. De Collat. in verb. irritum In Pragm. Sanct. Excussis partium tabulis, Conscripti Curiæ *graduato* sacerdotiũ addixerunt. Decreto. 9. Kal. Quintiles An. 1534. *De Zasses* Regio Consiliario Curiæ litem enunciante. Altero itẽ S. Consulto. 12. Kal. Martias An. 1540. Cætero quin Rom. Pontifex Fani cuiusque beneficia iure occupationis largitur, quocunque anni tempore vacent, & cum omnibus Christiani Orbis Antistitibus ita cõcurrit, vt eos beneficiũ dando anteuertere possit.

Requisitio facta à non graduato prodest vero graduato contra alium postea impetrantem, qui præuenit hunc in Curia Rom. & obtinuit promissionem beneficij à Sede Apostolica.

Aresta Parlamenti, die. 23. Iunij An. 1534 Et Die. 18. Febr. An. 1540. *Au rapport de M. Desasses.*

Præuentio Apostolica in conferendis beneficiis.

7 De pontificiis Collationibus hucusque, nunc Collegiorum proprias expendamus. Non ambigitur, Episcopales Canonicorum cœtus plerosque in Gallia Præsulis sui potestate eximi, Romano priuilegio, nec alium sibimet Præfectum reuereri, quàm Maximum Pontificem. Ab huiusmodi sacra Societate postulat quidam literariis Academiæ gradibus auctus dari sibi sacerdotiũ, quod Mense Quintili vacarit, *graduatis* lege attributo. Repulsa accepta, quæro, vtrum adire tutius sit Academico, Diœcesis ne Antistitem, an Romanum Pontificem. Respondeatur prima fronte, ad hunc duntaxat esse recurrendum, quem exemptis vnum præesse constat, non ad Episcopum, cuius foro soluti immunesque ferantur sacri Sodales. Eique opinioni suffragatur Guymerius In verb. graduatum Tit. De Collat. In Pragmat. Sanct. At diuersum censuit Senatus, rogatisque sententiam Curiæ Classibus singulis, decreuit reiectum à Collegio & Canonicis Templi, debuisse priùs Diœcesanum implorare, quàm Roman. Præsulem. Quo iure semper Galli vsi sumus, ex Clementis 5. Constitutione edita in Concilio Viennensi De supplen. neglig. Prælat. Cap. 1. Hæc enim licet nominatim legem præscribat regularium Ecclesiarum primoribus, non secularium: Eadem tamen vtrobique ratio Curiæ visa est locum habere. Graui S. C. Annum circiter. 1535. Quod & summatim à Longolio in Miscellanea sua relatum fuit, Senatore illorum temporum clarissimo.

Nota quoque. requisitionem beneficij capitulo factam non valere, nisi Canonicis in capitulo congregatis, vel eo loco, vbi solent ab iis communiter tractari negotia capituli. Gloz. in ca. Cum omnes De Constitut. Glo. in cap. Si Capitulo De conceß. præben. In. 6. Vnde & ibidem nunciationes fiunt solennesque professiones faciẽdę, nullæ alioquin & irritæ. Vti à Curia Parisico. iudicatum scribit Longolius, regius senator in suis Arestorum Collectaneis. Circa annum 1535. Natali Burgoino relatore. *Ceste Bulle de Clement i'ay veue depuis dattee,* Auenigo 17. Kalend. Iulij Pontif. ao. 5. *auec les clauses,* qui Canonici absoluuntur à residentia suarum parochialium, & quod residentes in Ecclesia Cenomanen. aliarum Eclesiarum grossos fructus percipiunt. Item quod Decanus eius Ecclesiæ, & in eius absentia hebdomadarius absoluit singulos cappellanos, Vicarios, clericos, choriarios, seruitores ac familiares Ecclesiæ ab omnibus delictis, exceptis casibus reseruatis. *Et semble que ladite Bulle est du Pape Clement 5. Veu que Pierre Euesque du Mans, en ayant obtenu vne posterieure contre, pour maintenir sa iurisdiction sur le chappitre,* Auenione 3. Cal. Mart. an 9. Concordatum factum est inter eum & capitulum postea die Dominica in octauis festi S. Trinitatis an. 1313. super iurisdictione Ecclesiarum & sacerdotum seu institutorum in quibusdam Ecclesiis, in quibus institutio & destitutio ad Decanum & capitulum pertinere consueuit ab antiquo, quorum nomina inferius continentur, saluo tantum appellationis articulo penes Episcopos Cenomani, & causis matrimonij & hæresis, & in aliis deuolutione ad Episcopum in casu negligentiæ D. Decani & capituli præmonitorum super correctione personarum præd. Ecclesiarum. Item quod Episcopus rescribens decano & capitulo Cenom pro receptione personarum ad beneficia collata sibi ab Episcopo Cenom. poterit scribere per Mandamus, & non per Requirimus & Rogamus. Item apud Episcopum licebit in terris, feudis, retrofeodis, censibus & iurisdictionib. ad Decanum & capitulum spectantibus acquirere & acquisita tenere. Idemque è conuerso licebit Decano & capitulo, saluis rerum acquisitarum oneribus quæ subire tenebuntur acquirere eas sicut auctores eorumdem.

VNIVERSIM autem quousque trahantur Pontificiæ illæ sacrorum Collegiorum Exemptiones ab Episcopi imperio, paucis 8
accipe,& Diplomate ab vno disce complura. *Clemens, &c. Volentes Ecclesiam Cenomanam, cuius gloriosus confessor Iulianus, qui de numero. 72. discipulorum existens, à B. Clemente ad partes illas destinatus, gentilem populum ad Fidei Catholicæ cultum reduxit, prior extitit Antistes, fauore prosequi gratiæ specialis, ob ipsius S. Præsulis reuerentiam, necnon considerationem charissimi in Christo filij Karoli Francorum Regis ipsius Ecclesiæ Canonici præbendati, dignis extollere titulorum insigniis, & amplis dictæ Sedis præsidiis communire, vt personæ in eadem Ecclesia degentes, eò diuinis obsequiis votis feruentioribus intendant, dictamque Sedem eò maioris deuotionis affectu studeant reuereri, quò ipsæ, ipsaque Ecclesia dotatæ extiterint maiori libertate, Ecclesiam ipsam, Decanum, Capitulum, Canonicos, Capellanos, Vicarios, Clericos, Chorarios, & alias quascunque dignitates, personatus, officia & beneficia in eadem Ecclesia obtinentes, necnon familiares & seruitores eorumdem tam laïcos, quàm Clericos præsentes & futuros, vnà cum prædictorum omnium dignitatibus, personatibus, officiis, beneficiis, domibus, Iurisdictionibus, iuribus, possessionibus, bonis patrimonialibus, & aliis quibuscunque, etiamsi extra dictam Ecclesiam existant, ab omni Iurisdictione ordinaria, dominio, visitatione, & potestate qualibet omnium Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, & specialiter venerabilis fratris nostri Gonteri Episcopi Cenomani, successorum suorum, & aliorum ordinariorum quorumcunque prorsus eximimus, & Apostolica auctoritate liberamus: huiusmodi Ecclesiam, Decanum, Capitulum, Canonicos, & alios prædictos cum omnibus suprascriptis in ius & proprietatem B. Petri, & sub nostra & dictæ Sedis protectione suscipientes, ipsi Sedi Apostolicæ duntaxat immediatè subesse, & subiectos fore in perpetuum decernimus, &c. Datum Aueniona. 3. Kal. Martias, Pontificatus An. 9.* Pontificiã hãc Capituli immunitatem excepit vindiciaria Curiæ Sententia pro Cenomano Templi maioris Collegio, aduersus Episcopũ. Calend. Decem. An. 1397. Peræquè in armario Parisien. Ecclesiæ visuntur Clemẽtis illius Antipapæ codicilli, quibus Societatem & Canonicos Templi, cum eius administris omnibus, liberarit à Iuridica potestate Gallicorum Antistitum. Nono Kal. Maias Pontificatus An. 5. seu Anno Salutis 1383. Talis exemptionis diplomati hæc præscribitur ætiologia, *Clemens, &c. Nos ad Ecclesiam Parisiensem, in qua dum minori fungebamur officio, Canonicatum & præbendam obtinuimus, & in ea aliquandiu residentiam fecimus personalem, Apostolicæ confirmationis intuitum conuertentes illamque volentes Apostolicis præsidiis communire, & gratiis honorare condignis, vt personæ degentes in ea eò libentius ministeriis diuinis intendant, dictam-*

que

Apostolicæ Sedis Rescripta Exemptionis Capitulorum Ecclesiarum Cathedralium à suo Episcopo. Clemens 7. Antipapa Auenione sedens, Carolo 6. Galliarum rege. cuius imperium Pontificis, scripto probarunt aliquot sacrarum Legum Professores. Zabarella consil. 150. Geminianus consil. 8. & 93. hoc colore, quòd Vrbani. 6. in Pontificatum allectio, vt expressa diceretur à nonnullis, extortaque armorum necessitate. An. 1378. *La Cure & Eglise parrochiale de S. Iean en la ville de Chaumont le Vexin, de laquelle cure est patron & presentateur le Prieur dudit Chaumont, membre dependant de l'Abbaye de S. Denis en France, est exempt de tous Prelats Diocesains & Metropolitains en France & ne recognoist pour superieur que Rome. Et pourtãt y a vn Official dudit Prieur à Chaumont qui cognoist de toutes matieres Ecclesiastiques, duquel les appellations vont au S. Siege: & que bien que ledit Prieuré & cure soient assis dans les limites du Vicariat de Pontoise dependant de l'Archeuesque de Rouẽ, toutesfois par arrest du grand Conseil du 10. Feurier 1604. donné au proffit de Maistre Pierre Dortorr curé, il a esté iugé & declaré exempt dudit Archeuesque & de sondit Vicariat,* idque contra l'Archeuesque parte. *Le Chapitre pareillement de l'Eglise Cathedrale de S. Estienne d'Auxerre est exempt de l'Euesque, & en a d'anciennes Chartes, mesmes de* Iohannes Episcopus *de l'an 1357. à raison dequoy l'Official dudit chappitre pour toutes causes ciuiles & criminelles,* excepto rapto & homicidio, *sur tous les chanoines, chouriers, habituez demeurans ès cloistres & maisons canoniales dudit chappitre, cognoist & iuge. Duquel Official du chappitre les appellations vont droit à l'Archeuesque de Sens. Et y a arrest de la Cour celebre en Latin entre ledit chappitre & l'Euesque sur ladite exemption & iurisdiction du chappitre de l'an 1415.* ante Pascha. *Par lequel la prouision & recreance de ladite exemption & iurisdiction du chappitre luy est adiugee contre l'Euesque, & au principal appointez à informer de leur fait, Et depuis ledit chappitre a vescu en ceste possession iusques à present. Mais à present l'an 1602. aux Requestes du Palais sur la complainte dudit chappitre contre l'Euesque, ayant voulu faire par son Official le procez à vn chanoine pour une iniure & irreuerence par luy faite à la personne de l'Euesque,* verè casus specialis de persona Episcopi, *où ladite exemption ne consequemment ladite complainte n'auroit pas lieu. Depuis sur l'appel desdites Requestes du Palais, y a arrest à l'audience plaidans, Demonstrüel pour N. Donadieu Euesque d'Auxerre, & Dagues pour le chappitre d'Auxerre le 4. May 1604. par lequel sur le fait d'iniures d'entre ledit Euesque & le chanoine, renuoy a esté fait de la cause à l'Euesque de Neuers plus prochain.* Bulla Clementis 7. Pseudopapæ, Die. 27. Febr. An. 1387. Curiæ Arestum prouisionale, die. 1. Decem. An. 1397. durante Pontificio schismate: Quo tempore Clementi P. P. & eius successori Gallica Ecclesia maiori ex parte adhærebat. Literæ Clementinæ, exemptionis capituli Ecclesiæ Parisien. & rationum eiusdem. Die. 23. April. An. 1383.

que Sedem Apoſtol. eò maioris deuotionis promptitudine ſtudeant reuereri, quò ipſæ & eadem Eccleſia maiori fuerint libertate donatæ, &c. Dictam Eccleſiam eximimus, &c. Ac ne quis adulterinum hunc Pontificem fuiſſe obiiciat, haud Clementino ſolo nituntur priuilegio Sodales Lutetianæ Ædis ſacrarum maximæ, ſed auctorem cient Alexandrum. 3. P.P. qui longè antea, cùm appuliſſet in Gallias, & clauſo Canonicorum ipſorum ſepto immoraretur Lutetiæ, iiſdem irrogarit Epiſcopalis fori imperiique vacationem pleniſſimam. Diplomate .12. Kal. Maïas Indict. 13 An. 1165. Pontificatus An. 6. Cuius exemplar diplomatis nobis eſt in manu. Huc verò quaſi in ſemitam digreſſi, iá

Bulla Alexandri 3. P. P. Lutetię data. die 20. April. An. 1165.

Par meſme Bulle le Chapitre & Egliſe de Paris eſt excepté de l'Archeueſque de Sens entierement, à la charge de dix liures de redeuance annuelle payable par ledit Chapitre audit Archeueſque.

Concordat en Latin de pleine maintenuë de la Iuſtice du Chapitre d'Auxerre entre l'Eueſque d'Auxerre du 5. de Mars l'an 1394. emologué en Parlement le 21. d'Auril 1395. aſçauoir que ledit Chapitre auroit ſeul la iuriſdiction & correction & detention des Chanoines & tortiers de l'Egliſe cathedrale d'Auxerre, & l'Eueſque tenu les luy rendre pour en faire la punition s'ils eſtoient trouuez coulpables en toutes matieres ciuiles & criminelles.

Arreſt de reintegrande adiugee au Chapitre d'Auxerre le 15. Auril 1415. Quod ſupradictus Epiſcopus Altiſiodorenſ. per ſe ſuóſque Vicarios, Officialem, Sigilliferum, Promotores, aut alios eius Officiarios quoſcunque iuriſdictionem aliorum exercere aut aliquod expletum iuſtitiæ aut iuriſdictionis Eccleſiaſticæ ciuiliter vel criminaliter in & ſuper Canonicis & tortariis Eccleſiæ Altiſſiodoren. præfatæ, ac aliis dignitatés aut officia perpetua obtinentibus in eadem, & ſuper eorum & cuiuſlibet ipſorum ſeruitoribus & familiaribus domeſticis, in eorum domibus canonialibus aut clauſtralibus, ac etiam ſuper eorum bonis in eiſdem domibus exiſtentibus pro quocunque caſu ſeu delicto per eos vel alterum eorum commiſſo ſeu committendo, aut aliqua alia de cauſa vel occaſione quacunque. exemptis tamen ſupradictis ſeruitoribus & familiaribus in prædictis 2. cauſis, raptus ſcilicet & homicidij duntaxat facere non poterat nec poterit præſenti pendente proceſſu, fecit & adiudicauit, facit & adiudicat. Ex Datum Pariſius in Parlamento, die 15. April, An. 1415.

Innocent. 3 in Cap. Dilectis filiis Decano Altiſſiodorenſi. ext. De appellat. *parle de la iuriſdiction dudit Chapitre, dont le Doyen demandoit à l'Eueſque le renuoy d'vn Preſtre & ſubiect dudit Chapitre en ſa Iuſtice, &c.*

Conſentement ſolennel iudiciaire & iugement de Pierre Eueſque d'Auxerre, die Iouis poſt feſtum B. Barnabæ Apoſtoli An. 1325. *par lequel il a rendu aux Doyen & Chapitre de l'Egliſe d'Auxerre* canonicum ſuum Anthoninum de Goano in carceribus Epiſcopi detentum pro quibuſdam grauibus exceſſibus & delictis ſibi impoſitis: Quia reperimus de conſuetudine notoria approbata & diutius obſeruata legitiméque præſcripta, Decanum & Capitulum in quibuſcunque caſibus & cauſis tam pecuniarij quàm in criminalibus quibuſque in ſuos concanonicos omnimodam iuriſdictionem habere, &c.

redeamus in viam, quùm de eiuſmodi exemptionibus à Iuriſdictione Ordinarij dictum ſit plus ſatis, Lib. 2. noſtri Operis *De Domanio Gallico* Tit. 8. Artic. 9. Quas etiam Immunitates Martinus. 5. poſt Gregorium. XI. datas abrogauit. 12. Kalend. April. An. 1417. Cóſtantienſis Synodi Seſſione 43. Omnibus denique id genus vel antiquiſſimis multùm derogauit Tridentinus Orbis Chriſtiani Conuentus, Seſſione. 22. Decreto de reformatione Cap. 8. & Seſſione. 24 ſimilis Decreti Cap. 2. Senatus necnon Pariſien. ſanctè conſtituit, talem Epiſcopalis imperij ſolutionem minimè ad honorifica quædam iura eximia, quæ Epiſcopo competunt, pertinere. Is enim Cathalaunéſi Belgicæ Campaniæ pontifici adiudicauit Sedem in Templo eminentiorem, ſacrum concionandi munus, aut concionatoris idonei dandi arbitrium, irrequiſito canonicorum Collegio, ius dimiſſorias literas tribuendi, cum libero in confeſſum Capituli introitu, quoties de Eccleſiæ commodis obſequiouè Principi debito conſilium iniretur. S. Conſulto aduerſus exemptú Capitulum facto Luce. 15. Februar. An. 1564. quùm Montholonius, Canonicorum, qui ceu ex abuſu Curiam appellarant, & Vilcotius Epiſcopi cauſam peroraſſent.

Exemptiones capitulis Eccleſiarũ in ſuos Epiſcopos conceſſæ ab Anno 1378. quo mortuus eſt Gregorius XI. P. P. abolitæ in Concilio Conſtantienſi. Die 21. Mart. An. 1417.

Areſtum Curiæ pro Epiſc. *de Chalons en Champagne*, pendente quæſtione exemptionis Capituli.

QVOD tradunt Pontificiæ legis profeſſores, neceſſariam eſſe Epiſcopo ſacri Miniſterij collationem in *graduatos*, id porrigitur ad Epiſcopale collegium, cui, vacante Cathedra, pariter onus incumbit, in tales ſcholaſticos conferendi. Scitum eſt enim, hæc Cano-

Capitula Eccleſiarum Cathedralium, ſede Epiſcopali vacante, ſuccedunt tantùm in ius neceſſariarũ collationum faciendarũ (vtpote confirmandi electos, & inſtituendi præſentatos, vel graduatos vniuerſitatũ) non autem in ius voluntariarum collationum.

An scholastici Collegij Principatus perinde conferri possit à Capitulo Ecclesiæ, sede vacante, vti ab Archiepiscopo ipso, nisi decessisset, conferretur.

nicorum Collegia, licet Episcopo non succedant in vltroneam Sacerdotiorum donationem, ea tamen erogare posse, quæ certo hominum ordini largiendi ingruat necessitas. Cum ergo *Capitulum*, Sede Episcopo vidua, renceatur electis manum imponere, nominatos à patrone instituere; quidni & ab Academia nominatos? In hanc Nos quæstionem multis egimus nuper in Senatu pro Brilleto Rhemensis *Capituli* beneficiario, aduersus noui Antistitis donatarium, ex facti specie infra relata. Rhemorum Præsule fatis functo, vacauit actutum Primatus Rhemensis Gymnasij; in Academia Parisien. Quem quidem Primatum ex fundationis præscripto, alij attribuere vetabatur Rhemorum pontifex, quàm Rhemensi ciui artium Magisterium adepto, reliquisvé seriatim fundatoris iudicio designatis. Itaque vacuo Rhemorum Præsulatu, cliens meus impetrar collatitiũ munus hoc ab Archiepiscopali Rhemorum Collegio: Alter postea ab nouo Archipræsule, tum à Rege, quasi Regaliorum iure quodam.

Principauté du College de Rheims, in Vniuersitate Parisien.

Statuta Vniuersitatis & Reformatio eiusdẽ per Cardinalem *de Touteuille*, Die 1. Iunij An. 1452.

PROIN adito de ea re Senatu, illius ego patronus defendebam, 10
tales concessiones sactorum beneficiorum, quæ Academiæ Candidato destinantur, vel mandatario Sanctæ Sedis, inuoluntarias censeri, ideoque ad Sodalitium Ecclesiasticum, vacuo sacro Solio, pertinere. Vt ait Panormit. in Cap. illa Ne sede vacan. Ioh. Andræas in Cap. vn. Eod. Tit. in. 6. Rebuffus nuncupatim in Tract. Nominat. quæst. 8. Num. 30. Item Rhemensis Scholę præfecturam, de qua lis etat, omnino non esse Ecclesiasticũ beneficium, sed prophanam veriùs administrationem quandam, aut principatum laicę scholasticęque societatis. Id quod sensisse de Scholasticis huiusmodi Collegiis videtur Bartol. in l. 1. §. sed religionis. D. de collegiis & corporibus. Bald. in Authen. Habita Cod. Ne fil. pro pat. Idem in l. 1. D. quod cuiusque vniuers. nom. Et in l. 24. Cod. De episc. & cleric. Quinetiam nonnullis placuit, Academiam ipsam Parisiorum inter prophana Collegia potiùs, quam Ecclesiastica numerandam. Iuuat hanc opinionem sequens Caput Academicarum Constitutionum (*De coniugatis à Regentia Medicinæ non repellendis*) quæ à Tuteuilla Cardinali editę sunt, Academiam in melius restituente. Calend. Iuniis An. 1452. Vnde colligitur, sacram Rhemensium canonicorum Familiam, cui vacantis Ecclesiæ custodia commissa est, ludo literario Moderatorem rectè præfecisse: Quùm & vulgò receptum sit à custodibus Sacræ Sedis vacuæ dispensatores constitui seu rectores, in iis quæ Ecclesiæ iura spectarent. Panormit. in cit. Cap. illa Ne sed vacan. Ex argumento cap. Bonæ De appellat. Et Cap. vlt. De Regulat.

An Episcopatus prouisio Apostolica facta Romæ, necdum leuata, nec possessione adprehensa, impediat, quo minus Capitu-

QVIA autem iuri nostro opposuerat aduersarius Pontificium 11
diploma, Rhemensis Hierarchiæ erogatorium collatori suo, ante quàm noster cliens Scholastico illo Primatu donaretur à Rhemensi *Capitulo*: Respondebam tale diploma fuisse iam tùm quidem

quidem Romæ decretum futuro Præſuli. At nihilo ſeciùs vacaſſe Cathedram Paſtore Eccleſiaſtico, donec nouus Archiepiſcopus poſſeſſionem nactus eſſet. Hoſtienſis iudicio in Cap. olim De reſtitut. ſpoliat. Felyn. Reſponſo. 40. Eapropter in aduentum vſque ſucceſſoris omnia debet *Capitulum* agere, & ius dicere, Romanorũ inſtar Proconſulum. Sicuti lib. 10. Vlpiani De horum officio continetur. In l. Meminiſſe De offic. Proconſ. & Leg. Neque iis obſtabat Regia Scholaſtici Primatus collatio Lege Regaliorum, quá Archiepiſcopi donationi competitor, velut cumulum, adiunxerat. Regales enim hæ Principum largitiones ea reſpiciũt duntaxat, quę ſacri Beneficij titulum gerant. Vt patet Francica veteri Conſtitutione, quæ Pariſienſium Ratiociniorum Actis perſcripta eſt, hoc verborum ſchemate. DVM EPISCOPVS ALICVIVS EPISCOPATVS, VBI DOMINVS REX HABET REGALIAM, AB HVMANIS DECEDIT, IMMEDIATE PER OBITVM IPSIVS, EST REGALIA IN DICTO EPISCOPATV APERTA, ET SVCCEDIT REX LOCO BONI ET LEGITIMI ADMINISTRATORIS IN OMNI TEMPORALITATE DICTI EPISCOPATVS, CONFERTQVE BENEFICIA NON CVRATA. Inde publicum Valetudinarium, Regij iuris non eſt muneriſque Regaliorum, quia ſacerdotij nomine non cenſeatur. Ruzæo teſte in. 51. Priuileg. Regalior. Alia cauſa eſt Matriculariæ Eccleſiaſticæ, quæ à profana cùm diſtet plurimum, ideo Regaliorum legibus tenetur. Ex Priuileg. 15. Regal. Nobis hæc, aliaque in Senatu dicentibus ſubſcripſit Thuanus patronus fiſci, agnouítque nõ modò Regaliorum iuri locum nullum eſſe in Gymnaſiarchiam, ſed hanc quoque vt neceſſariò, ſic ritè collatam à Rhemenſi Canonicorum Societate in ſacro illo Rhemorum Interregno, vácantéque Archiepiſcopatu. Interim verò cauſæ huius Actione interrupta, deciditur tranſactione negotium: *Capituli* beneficiario ceſſit primaria Gymnaſij Adminiſtratio, maluítque iniuſtæ litis conſcius competitor herbam porrigere, velut dedititia victoria, quàm ancipitem iudiciorum aleam diutiùs metu ſuſpenſus experiri. Cal. Sextilibus An. 1575.

lum, quaſi adhuc vacante ſede, vtatur imperio, poteſtate, & officio.

Antiqua Franciæ Ordinatio in Camera Computorum regiſtrata.

Hoſpitalia non ſunt ſpecies Beneficiorum Eccleſiaſticorum: Vt alibi ſcripſimus.

In hac forenſi quæſtione litigatores Anton. Bayfius, & Vrilelmus Sommelardus Regaliſtæ, ſimul & Archiepiſcopi beneficiarij, pro quibus agebat Ramatus cauſidicus, Et Remigius Brilletus, Rhemenſis Capituli, ſede vacante, beneficiatius, pro quo dixi.

Die 1. Augusti An. 1575.

12 IN PROPOSITO obuerſatur memoriæ diſceptata apud Patres Conſcr. lis appellatoria de Burgundij Muſęi magiſterio in Academia Pariſienſi: Quod quidem à Sede Romana abuſiuè impetratum, quaſi Sacerdotium appellans contendebat. Burgundum enim pædagogium fuiſſe à profana patrona conditum, Galliæ Auguſta Philippi. 6. coniuge, ad pueros humanioribus literis informandos. Proin gymnaſij Præfectum ſubinde creatum fuiſſe, non qui perpetuo ibidem dicaretur Numinis miniſterio, ſed curationi morum puerilium, & docili in literario officio continendæ: Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas. Ideo quippe Muſæa ſtructa ſunt literarum ſtudioſis, teſte Flacco,

De Collegio Burgundiæ in Vniuerſitate Pariſien. Illius nẽ principatos & Burſæ Collegij ſint ſpecies beneficij à Papa impetrabilis.

Iana Burgunda vxor Philippi Valeſij Franciæ regis.

Scilicet vt possint curuo dignoscere rectum,
Atque inter syluas Academi quærere verum.

Hinc Σχολὴ dicta, otium, vel disputatio quæ per otiũ agitatur. Quibus consequens erat, Gymnasiarcham Pontificis beneficiarium dici non posse, nec gymnasiarchiam in albo sacrorum beneficiorum collocandam: Neque igitur Pontificiis tabulis obtineri ipsius collationem debuisse. E diuerso Pontificius, Burgundæ Scholæ principatum Pontificio muneri acceptum ferri consueuisse, quadragenum abhinc annum: Nouissimæ possessionis statum in sacerdotali controuersiâ de more spectari. Vt notat Bonifacius. 8. P. M. Cap. Cum de beneficio De Præben. Imo & Gymnasiarchæ in antiquioribus Politiis sacerdotes fuêre, qui vt rectiùs naturalium rerum causas scrutarentur, iuuentutemque erudirent, è sacris reditibus alebantur, & ciuilium munerum habebant vacationem. Sicuti Isocrates in Busiride attestatur. Ac pariter Gymnasij principes viros Tertulianus vocat Sacerdotes. In Lib. contra Iudæos. Prophetas Clemens Alexandrinus eosdem appellat, in Commentariis, quæ Στρωματεῖς, quasi stragula picta dixeris, inscribuntur. Illi à mulieribus, vino & esu carnium abstinere cogebantur. Auctore Hieronymo. Lib. 2. contra Iouinianum. Vnde literaria huiusmodi Seminaria excitari præcepit Tridentina Synodus liberali sumptu Cathedralium, minorumque Ecclesiæ sacerdotiorum. Sessione. 23. Cap. 18. Decreti de Reformatione. Imprimis verò celebre est Germanicum illud Romæ Collegium, à Iulio. 3. institutum, sed quod Gregorius 13. absoluit in gratiam Germanorum Mineruæ tyronum: vt hi aliquando sacris suis concionibus Patrium solum ab omni hæresum labe repurgarent. Ex Lib. Collectionis diuersarum Constitutionum & Literarum Rom. Pontif. à Gregorio. 7. vsque ad Gregorium 13. Malè quidem audiit Francicus olim Clerus apud Alexandrũ 3. P. P. quasi oscitantior, vel etiam sordidior in hoc literariæ professionis exercitio curando ac promouendo. Inuehitur quippe in Magistros Scholarũ, qui absq; condicto pretio negabant Ecclesiasticis alios edocendi facultatẽ ac copiam. Cap. Quanto Gallicana Ecclesia De Magistr. Vt est in Codice Antiquarum Decretalium Collectaneo, qui nuper publicis formis impressus est. Quo Volumine testatum est ab eodem Pontifice summo, in omnibus penè Galliarum Templis maioribus beneficium olim deputatum fuisse ad sustentationem eius qui scholas regeret, vt puta in Laudunensi & Tornacensi Ecclesiis. Rescripto ad Rhemensem Archiepiscopum, *Peruenit ad nos &c.* Tit. de magistris. At nostra memoria sacratus Ordo Gallicus obtinuit à Principe, vt sanciretur Edicto literaria pubis institutio, mercesque institutoris è censu Ecclesiastico, non tantùm in profana vulgi schola pagátim ac oppidatim, sed in singulis quoque Monasteriis. Artic. 20. Aurelianæ. 25. & 26. Blesensis Constitutionum regiarum, quę in maioribus Franciæ Comitiis

Inspicitur vltimus stat⁹ beneficij in eius possessione adiudicanda.

Placart du Roy d'Espagne du 1. Iuin 1587. sur l'execution des Decrets de la Synode prouinciale de Cambray, tenue en la ville de Mons en Octobre 1586. Enioint à tous Magistrats & gens de Loy des villes & plat pays respectiuement, d'assister les Euesques ou leurs deputez, tant à l'erection des Escholes Dominicales pour l'institution de la pauure ieunesse, que au recouurement des deniers à ce requis: & sont contraints les parens, maistres & maistresses d'enuoyer ausdites Escholes leurs enfans, seruiteurs & seruantes.

Clemens Alexandriæ Pontifex.

Magistri Scholarum Dignitas in qualibet ferè Cathedrali Ecclesia.

Regia Ordinatio Aureliæ lata ad postulationem trium Statutum Regni. Qua cautum est (art. 20.) pręceptorem in qualibet Abbatia vel cõuentuali Prioratu ali stipendióque instrui debere expensis Abbatis vel Prioris ad religiosos literis erudiendos. Qui etiam suos Religiosos in Vniuersitatibus studiorum curare debẽt suo sumptu doctrina imbuendos. Art. 26. Edicti Blesensis.

initiis latæ ſunt An. 1560. &c. 1579. Iuxta Lateranenſe Concilium Cap. In ſingulis De ſtatu monach. Nec iniuriâ ſanè, quùm veteres etiam Bibliothecis haud alibi locum dederint paſſim, quàm in Deorum immortalium Templis. Nam vt Aſinium Pollionem ſileam, qui Primus Romæ bibliothecam in Fano Herculis dedicauit, Pannoniæ Rex Matthias librariam ſupellectilem conſecrauit in amœniſſimo Templo, quam ipſe inſtruxerat ex omni ſcriptorum genere confertiſſimam. Quocirca, vt ad rem redeam, minus mirum ſit Scholaſticos Primatus vnicuique dari Põtificio diplomate: quùm & Romanus olim Antiſtes Regiæ Burgundorum Scholæ fundationem ſanxerit ampliſſimis Codicillis.

13 CAVSA tamen pleniſſimè cognita, decreuit Senatus, ab executione Pontificij Reſcripti iuſtè prouocatum, nec ſcholaſticas Præfecturas in Sacerdotiis numerandas. Areſto Curiæ. 12. Cal. Februar. An. 1562. ſecundum Pet. Gemellum appellantem, contra Alexandrum Blancum inuicem litigatores. Quoniam autem de Lutetiana Academia dictum eſt, expende interim ipſius Conſtitutiones magnopere probatas Innocentio. 3. ſcribenti ad Pariſienſes liberalium artium profeſſores. Cap. ex literis De Conſtitut. Tum ad Scholaſticos Lutetianos Cap. Quia in cauſis De procurat. Sicuti eiuſdem Pontif. Epiſtola ad Doctores Decretorum Bononienſes extat decretalis, Inter alia De ſentent. excommunic.

Decretum Curiæ Pariſien. die 21. Ianuar. An. 1562. vulgò *L'arreſt de Gemelly*, quòd Burſæ, Miniſteria, vel Dignitates Collegiorum ſcholaſticorum non reputantur beneficia Eccleſiaſtica, nec quaſi talia a Sede Apoſtol. impetranda. *Par ce meſme arreſt du 21. Ianu. 1562. defenſes ſont faictes au Preuoſt de Paris & à tous autres, que au Chancelier de l'Vniuerſité, de cognoiſtre des differents des Bourſes, Principautez, & d'autres adminiſtrations des Colleges de l'Vniuerſité de Paris à peine de nullité.*

VIXDVM ſatis definitum eſt, an qui ſcholaſtico gradu ſimpliciter ornati ſint, licitè donentur ſacerdotiis à *Capitulo*, Sede vacua, peræquè ac nominati ab ipſo Muſæo. Illorum quidem alterutri cõcurrentium gratificari liberum ſit Ordinario collatori, Placitis conuentus Baſilienſis. Qua ratione inferri poſſet, ſacri muneris collationem *in graduatum ſimplicem* veriùs vltroneam eſſe, quàm neceſſariam, ac propterea Collegio canonicorum non competere, licet in ius mortui pontificis ſuccedenti. Arbitror tamen, nihilo magis ſpontaneam dici debere ſacerdotij conceſſionem, quæ fiat purè gradu inſignitis, quàm quæ ſimul nominatis ab Vniuerſitate ſtudiorum. Nec enim facultas neceſſariæ electionis, quæ gratificatione illa explicatur, eſt propriæ liberalitatis beneficium. Sententia Papiniani in l. Vnum ex familia §. 1. ff. De legat. 2. Pari modo, cùm quidam pluribus hæredibus inſtitutis vnius fidei commiſiſſet, vt ſi moreretur, vni ex cohæredibus, cui ipſe vellet, reſtitueret eam partẽ hæreditatis, quæ ad eum perueniſſet, reſpondit Caïus vtile eſſe fideicommiſſum. Nec enim in arbitrio eius qui rogatur, poſitum eſt, an omnino velit reſtituere, ſed cui potiùs reſtituat. Plurimùm enim intereſt, vtrũ in poteſtate eius, quem teſtator obligari cogitat, ſiet, ſi velit dare: An impoſita neceſſitate dandi, ſoli ei diſtribuendi liberum præbeat arbitrium. l. vtrum. §. 1. ff. De reb. dub. Quo refertur etiam Bartoli opinio, ad l. illa inſtitutio, in fi. ff. de hæred. inſtit. Cum Bonifacij 8. Reſcripto Duobus, In verſ. Quem voluerint, eligere te-

Ao graduato ſimplici debita collatio beneficij cenſeatur neceſſaria. Ita vt à Capitulo, vacante ſede fieri poſſit.

Inter graduatos ſimplices, nec ab Vniuerſitate nominatos locus eſt gratificationi per Ordinarium in menſibus Aprili & Octobri, qui talibus graduatis ſimplicibus affecti ſunt.

Graduatorum priuilegia non derogatur expreſſe per Edictum, quo præceptoribus affectæ ſunt primæ præbendæ vacaturæ. Et iden Petr. Brunus graduatus obtinuit Areſto diei 4. Febru. An. 1586. Vniuerſitate Pariſieo. iuncta cũ graduato, in Habitãtes *de Gerberoy* appellantes ceu ex abuſu à refutatione Epiſcopi *de Beauuais de conferer vne prebende de Gerberoy vacante au precepteur des enfans de Gerberoy*. Sed eodem

Aresto *donné en plaidant* cōdemnatus est Episcopus dare præceptori reditus vnius præbendę *de Gerberoy*. donec aliqua vacaret. Iudicium Curiæ Parisien. die 21. Iunij, An. 1532. & die 27. Iunij, Ann. 1562. de Archydiaconátu Ecclesiæ Cathedralis *de Comminges*, in Vasconia.

neantur, De Rescript. In 6. Et §. Præfatíque Ordinarij, Tit. De collat. In Concord. vers. conferre teneantur. Hæc igitur literario gradu simpliciter honestatis videntur aptanda perinde, vti ab Academia simul nominatis. Atque ita S.C. decisum, collationem vtrilibet factam, necessariam esse, ideóque ad pontificale Collegium, vacante Cathedra, pertinere. 11. Cal. Quintiles, An. 1532. Alio item Curiæ iudicio, 5. Cal. Iulias An. 1562. secundum *graduatum simplicem*, Episcopalis Senatus beneficiarium, de Archydiaconatu Conuenatis Ecclesiæ. Quùm verò similis emersisset controuersia de sacro Cancellarij munere in Ambiana Æde maiori, dicebam in Curia, variísque argumentis intendebam, collatum *graduato simplici* sacerdotium, sponte puréque donatum videri. Cuicunque enim ordinarius Antistes gratificetur in Ecclesiastico beneficio dando, is collatori obstringitur tanquam ex mera liberalitate. Vt ait Panormit. in Cap. post electionem, De concess. præb. Et in Cap. relatum, De præben. Atqui in rebus necessariis liberalem existere neminem, putat Modestinus lib. 8. Differentiarum. Vnde sequebatur, voluntariam esse sacerdotij donationem, quæ in *graduatum simplicem* conferatur: propterea que eam exerceri ab Ambiano summæ Ecclesiæ Choro non potuisse. Sicuti rursus in necessitatem coniicitur Ordinarius & nominati à patrono instituendi, & electi à Collegio confirmandi: Ita facit Academica scholastici nominatio ad beneficia Ecclesiæ, vt is cui nominatur Scholæ candidatus, eidem necesse habeat Ecclesiasticum tribuere Ministerium. Quæ omnia in Scholastico eo cessant, qui nudis Academiæ insignibus præditus sit, necdum ab ea Collatoribus nominatus. Rem vtrinque concertatam P. C. miserunt in consilium, Postridie Calend. Ianuar. An. 1576. In publica eius causæ Actione, quam Nos pro Iac. Saguierio, Magister, pro Huberto Morierio vtrinque orauimus. Sed alia postmodum ratione Saguierius cliens noster iudicio obtinuit.

Dignitas Cancellarij in Ecclesia cathedrali *d'Amiens*.

Nemo in necessitate liberalis dicitur l. proxime ff. De ritu nupt.

Appoincté au Conseil Die 2. Ianuar. 1576.

QVÆRETVR obiter de literarum alumno, qui nominante Schola, sacerdotio donatus sit à Diœcesano pontifice, vel à Sodalitio Canonicorum, vacuo eo Pontificatu: einè præferendus sit alter sacerdotij eiuratione successor, quæ seriùs publicata sit, contra Pontificium canonem *De publicandis resignationibus*. Clamitet iste eiurantis successor, sacra beneficia, quæ prioris cessione sacerdotis vacent, non deberi Academiæ candidatis. Sed hoc ita diluebat nominatus à Schola, sacram functionem, cuius cessio proscripta publicatáque non fuerit, cedentis interitu vacasse veriùs quàm cessione. Replicat aduersarius, Sacerdotij quidem renunciationem fuisse paulò ante renuntiantis obitum præconio promulgatam: Ast diu se multumque antea incubuisse sacerdotij possessioni. Quo intellecto, Senatus admisit longæ possessionis exceptionem, eiúsque fidem testibus faciendam pronuntiauit. Aresto Parisiensi. 17. Calend. Ianuar. An. 1574. Mario, resignatarij: & Chauuelino, aduersæ partis causam 15

Regula Cancellariæ Apostolicæ *De publicand. resignat.* Vt si resignans moriatur ante publicatā resignationem & possessionē à resignatario apprehensam, beneficium dicatur resignātis morte vacare, non resignatione.

Decretum Curiæ Parisien. die 16. Decēb. An. 1574. de cura parochiali sanctę Marię Magdalenæ, in ciuitate Parisien.

stam agentibus, de curionatu D. Magdalenes, in Vrbe.

16 HACTENVS nominatos ab Academia, nunc à Principe nominatos discutiamus. Quanquam enim vtriq; Candidatorum generi adstrictus est Ordinarius in sacerdotiorum collatione: Academicis tamen anteferuntur Galli Regis candidati. In his primas obtinet Regij Scrinij Magister, togati ordinis princeps, legum tutor censórque morum grauissimus: tum Lutetianæ Curiæ Præsides ac Senatores, seu in Senatum lecti. Quemadmodùm liquet ex Pontificio Pauli. 3. diplomate subsequenti. *Paulus &c. Charissimus in Christo filius noster Franciscus Rex Christianiss. suo & dilectorum filiorum modernorum Cancellarij, Præsidentium, & Consiliariorum suæ Supremæ Curiæ parlamenti Parisiens. nominibus nobis exponi fecit, quòd licet dudum Eugenius P.P. 4. prædecessor noster, procurante Carolo Francorum Rege, literas Apostolicas in forma gratiarum expectatiuarum, seu mandatorũ de prouidẽdo, tunc & pro tempore existentibus Regni Franciæ Cancellario, necnon Præsidentibus & Consiliariis Curiæ Parlamenti Parisien. quorum nonnulli laici esse consueuerunt, ac per eosdẽ laicos loco sui nominãdis parentibus, familiaribus, & aliis tunc expressis de eiusdem Curiæ corpore & gremio existẽtibus ad omnium Episcoporum, Abbatum, & Capitulorum, ac aliorum Ordinariorum collatorum dicti Regni collationes & dispositiones, ita vt Cancellario, Præsidenti, Consiliario, seu personæ per Cancellarium, Præsidentem, aut Consiliarium, seu aliam personam dictæ Curiæ laicam, & ad obtinenda beneficia non capacem nominatæ, ad eiusdem Caroli Regis nominationem vni ex eisdem ordinariis collatoribus de persona huiusmodi faciendam, de vno beneficio seculari, vel cuiusuis, etiam Cluniacensis ordinis regulari semel in illorum nominandorum, & ordinarij collatoris vita duntaxat, per eundem ordinarium prouideri deberet, Apostolica auctoritate perpetuò concesserit. Tamen pro eo quòd illi nominandi, qui pro tempore fuerunt, literis & gratiis Eugenij vti & illarum effectum prosequi forsan prætermiserunt, à nonnullis de viribus literarum prædictarũ hæsitatur. Quare Franciscus Rex suo ac eorumdem modernorum Cãcellarij, Præsidentium & Consiliariorũ nominibus, nobis supplicari fecit, vt ne Cancellarius Præsidentes ac Consiliarij & personæ Curiæ huiusmodi, qui in reddendis iuribus in Regno prædicto continuè intenti existunt, dictarum literarum frustrentur effectu, in præmissis opportunè de benignitate Apostolica prouideremus. Nos huiusmodi supplicationibus inclinati, literas Eugenij cum omnibus clausulis, etiam ad hoc vt Cancellarius, Præsidentes & Consiliarij Curię Parlamenti Parisiens. nunc, & pro tempore existentes, beneficia Ecclesiastica secularia, vel regularia sub dictis gratiis comprehensa assequi possint, & illis de eisdem beneficiis per eosdẽ ordinarios collatores, aut iudices per nos infrà deputatos prouideri liberè possit, ita tamẽ quod propterea mãdatariis nostris preiudicium non afferatur, approbamus, confirmamus, & innouamus eisdem modernis, & pro tempore existentibus Cancellario, &c. Et vt beneficia infra valorem 200. librarum Turonen. harum nominationum à Francisco Rege faciendarum vigore acceptare, seu requirere minimè teneantur, &c:13.* Calend. Quintiles, An. 1538.

Graduati nominati ab Vniuersitate postponuntur nominatariis Regiis.

Regia Nominatio ad beneficia pro Cancellario Franciæ, Præsidibus, & Consiliariis Curiæ Parlamenti Parisien.

Bulla Apostolica pro regia Nominatione Senatorum Parisien. ad Sacra beneficia, die 19. Iunij An. 1538.

Les Maistres des Requestes ne sont icy nommez, & toutesfois y sont compris, comme Conseillers, & ayans le serment à la Cour, & y entrans & ayans voix deliberatiue tãt à huis clos, que aux audiẽces & fictionyssent desdites Nominations de la Cour.

Bulle du Pape Iehan 23. Idib. Decemb. An. 3. Pontificatus, *qui est de l'an* 1412. *qui à la supplication du Roy Charles* 6. pro infrascriptis gentibus tenentibus suum Parlamentum regium Parisius, pro statu & honore sanctæ matris Ecclesiæ, & suæ sanctitatis assidua vigilantia impendant, *il leur donne à tous graces expectatiues de benefices, soit pour eux ou leurs enfans, freres, nepueux desdits Conseillers laiz, & fussent preferez aux graduez nommez au Roolle de l'Vniuersité de Paris, &c.*

Bulle de Eugene 4. Pap. 15. Kalend. April. An. 1434. narratiue que par Bulle precedente il auoit donné graces expectatiues aux Ambassadeurs destinez au S. Siege, Officiers residens en Cour de Rome, & aux graduez en Theologie & Droict Canon, il declare par ceste Bulle que par lesdites reserue & graces expectatiues octroyez aux dessus dits qui seroient nommez par le Roy pour cest effect à Philippes Archeuesque de Tours, ne deroger ne preiudicier Regię facultati nominandi gentes Parlamenti Pictauensis, *ne à leurs prerogatiues,* de beneficiorum expectatiuis gratiis. *Ains à la noble supplication du Roy declarer la nomination Royale des dessusdits graduez, Ambassadeurs, & gens del*

Parlement auoir lieu selon leurs prerogatiues ausdits benefices. Quibus gentibus Parlamenti Pictauensis nonnullas similiter concessimus prærogatiuas beneficiorum quos quarumdem eisdem gentibus factarum expectatiuarum gratiarum vigore noscuntur expectare per eorum assecutione facienda vel facta valeat quomodolibet præiudicari. La 1. Bulle dudit Pape Eugene estoit de May l'an 1411. Aux Registres de Parlement se trouue, du premier Septembre l'an 1402. Roolle des Benefices pour ceux de la Cour, & l'an 1413. in fine Registri eius anni, Priuilegia generalia Parlamenti super Beneficiis à Papa concessis. Declaration du Pape Eugene 4. que les expectatiues par luy accordees à la nomination du Roy Charles 7. & aux gens tenans son Parlement à Poictiers, soient preferez aux suiuans la Cour de Rome & Ambassadeurs en icelle. Faict le 18. de Mars 1434. sumptum d'une signature d'expectatiues octroyees par le Pape Eugene le 28. May 1438. à vingt-quatre Conseillers du Parlement de Paris nommez en vn Roolle à la nomination du Roy, en laquelle est faict mention des expectatiues baillees à ceux du Parlement de Poictiers.

Liuret imprimé, Regulæ, Ordinationes, & Constitutiones Cancellariæ Apostolicæ Sixti 5. Pontif., lectæ & publicatæ in d. Cancellaria Romæ, die 4. Maij An. 1585. Regula 1. De reseruationibus generalibus & specialibus, iuxta Constitutionem Benedicti 12. Ad regimen Beneficiorũ quæ iuxta Constitutionem execrabilis, De præbend. Iohannis 22. vacarint. Item reseruant omnes Ecclesiasticas Patriarchales, Archiepiscopales, Episcopales dignitates, & Monasteria virorum & defunctorũ Episcoporum, aliorumque collatorum ordinariorum prouisioni competentia, vel si ipsi dimiserint, amiserintve suas prælaturas, vsque ad noui Prælati aduentum. Regula 2. reseruat sibi omnes dignitates maiores post Pontificales in Cathedralibus, vel Metropolitanis Ecclesiis, & principales in Collegiatis. Plures aliæ reseruationes. De literis in forma rationi congruit expediendis. Reuocatio vnionum. Reuocatio facultatum conferendi beneficia vacantia in Mensibus reseruatis Papæ, (vt in Britannia.) Regula 14. de concurrentibus in data, ille præferatur, cuius gratia motu proprio concessa sit, vel ea cessante, graduatus non graduato, vel inter graduatos magis graduati, aut inter æqualiter graduatos prius graduans, vel colorato titulo possessores non possessoribus præferuntur &c. Item Regula de non tollendo ius quæsitum, Regula de 20. diebus, Regula de idiomate. Regula de non impetrando beneficium per obitum viuentium, Regula de Vnionibus & vnionum confirmatione, Regula de verisimili, Regula de triennali, &c. Signatura per fiat, præferatur alteri per concessum &c. De non appellando ante diffinitiuam sententiam &c. Item reseruatio mensium Apostolicorum & alternatiua pro Episcopis residentibus, quum vacet beneficium extra Rom. Curiam, alias quàm per resignationem in Mensibus Maij, Iulij, Augusti, Octobris, Nouembris, Ianuarij, Februarij, & Aprilis, qui sont les huict mois du Pape au pays d'Obedience: Auec toutesfois grace aux Euesques residens de conferer & pourueoir és mois de Iuin, Aoust, Octobre, Decembre, Feburier, & Auril, les benefices vacans extra Curiam &c. Regula de commendis, tam secularibus quàm regularibus, qu'elles soient specialement exprimees aux signatures, &c. Regula de derogatione iuris patronatus &c. Regula de dispensationibus in gradibus consanguinitatis quòd ibi ponatur clausula, si mulier rapta non fuerit, &c. Regula de exprimendo valore beneficiorum in impetrationibus, Regula super defectu natalium, Quod in dispensatione super eo defectu, vt possint succedere in bonis temporalibus, ponatur clausula, Quod non præiudicetur illis, ad quos successio bonorum pertinere debeat &c. Regula de consensu per procuratorem specialem præstando in resignationibus & pensionibus &c. Regula de beneficiis vacaturis per promotionem ad Ecclesias & Monasteria &c. Regula de annali possessore &c. Regula de expressione qualitatum beneficiariorum in impetrationibus. Regula de clausulis ponendis in literis Religiosorum. Regula de beneficiis vacantibus per contractum matrimonij. Regula de translatione Religiosorum.

Tres Iudices delegati, seu Conseruatores Apostolici Rescripti suprà citati: Nempe Abbates *de S. Magloire, de S. Victor à Paris, &c.*

QVIBVS Pontificis Codicillis dati sunt tres Apostolici Rescri- 17
pti executores sigillatim, D. Maglorij purà, Diuíque Victoris Cœnobiarchæ, & Cancellarius Academiæ Parisien. tanquam Pontificij eius priuilegij Seruatores. Verùm Ædis Genouefæ Abba idem iuris sibi vsurpauit aliquoties donauítque sacerdotia, quasi Paulino diplomate huic negotio delegatus. Indéque ipsius collationes iudicio probauit Consilium Prætorianum, ex vulgari impetrantium vsu, aut potiùs errore communi. Decreto 4. Kalend. Sextiles, An. 1575. secundùm Iac. Bellangerum senatorem (nomine tamen Fr. Dionys. Danguyi interposito, cuius senator fideicommissarius erat) contra Fr. Iacob. Arnaultum, Ludou. Mortonem, Iohan. Charrierium, & Iacob. Reginaldum competitores Monastici Primatus Liurei, qui Rotæ Cœnobio contribuitur, Augustiniani ordinis, apud Andes. Nec diuersum postea decidit Prætorianus Senatus, pro Gilloto Principis Consiliario in Curia Parisien. aduersus Lingonenses Canonicos, qui collatitium illius titulum ea de causa, prouocationis auxilio infirmare nitebantur, quasi abusiuè concessum. Supremo iudicio 9. Kalend. Februar. An. 1576. Quo tamen disertè cautum fuit, nullam in posterum eiusmodi collationum rationem habitum iri, nisi quæ à tribus Paulino Diplomati adscriptis præbeantur. Quia autem Bullatis hisce literis vetus repetitum est Eugenii 4. priuilegium huic non planè dispar, inde duplex emanat quæstio: Prior, nûm Regis candidatus, lite de Sacerdotio mota, districtè teneatur Eugenianas tabulas promere ac in iure proferre: Altera, nûm Regia hæc nominatio porrigatur etiam in Purpuratos Ro-
mani

Arestum magni Consilij regij, die 29. Iulij An. 1575 pro Fr. Dionys. *Danguy*, nominatario Bellangeri Consiliarij Curiæ Parisien. de Prioratu *de Liure*. Andegauen. diœcesis, qui B. Mariæ *de la Roe* Abbatiæ subiicitur.

Iudicium magni Cõsilij Regis, die 24. Ianuar. An. 1576

Indulta Cardinalium ne suarum collationũ beneficia à quoquam alio nisi ab iis & liberè quidem conferri possint.

mani Senatus Patres, quibus sacerdotium erogaturis indulta sunt singularia quædam iura. Verùm hæc duo quæstionis capita præciduntur Regia Lege, edita in rem Parisien. Senatorum, qui à Principe collatoribus sacerdotiorum commendantur. 15. Calend. Februar. 1541. Eam Constitutionem Prætoriani iudices extemplò promulgarunt. Pridie Calend. Februar. Eod. Anno. Quam in partem citatur & aliud sanctioris Consistorii decretum, Cardinales obnoxios esse regiæ Senatorum nominationi, eiq; postponi Scholasticos, qui ab Academia collatoribus beneficiarii designentur. Tertiò Iduum Martiarum An. 1543. Nec tamen hoc loco trahendæ sunt in exemplum sacerdotales nominationes, quas Clemens. 7. Pseudopontifex Xeniorum nomine Carolo. 6. Regi irrogarit, illũ adeunti cum aulicis Proceribus Auenionem, An. 1389. Quo de hospitali nominationum munere ita Frossartes illorum temporum spectator ac scriptor. *Au ioyeux aduenement du Roy, le Pape fist grace ouuerte à tous Clercs estans en Cour, & vn mois à venir: & donna nominations au Roy, sur tous les Colleges cathedraux, & autres Collegiaux, & sur chacun College deux prouuendes d'expectation: & reserua toutes graces endeuant faictes: & vouloit que les graces du Roy precedassent, ainsi comme elles firent, dont moult de Clercs du Roy furent pourueuz par ces graces. Pareillement aussi il en donna au Duc de Touraine, au Duc de Berry, au Duc de Bourgongne, & au Sire de Coucy: & furent toutes expectations retardees, qui audeuant auoient esté faites & donnees.* Histor. lib. 4 Cap. 4.

Regis Ordinatio in fauorem Nominationum sacerdotalium pro Consiliariis Curiæ Parisien. Die 18. Ianuar. An. 1541. verificata in magno Regis Consilio die vlt. Ianuar. eod. anno.

Arestum in arcano & intimo Regis Consilio die 13. Mart. 1543.

Par arrest du grand Conseil estant à Lyon le xi. Ianuier l'an 1601. au rapport de M. Morelli Conseiller, a esté iugé au profit de maistre François Varlet, cõtre M. Boucher sieur d'Orsay President du grand Conseil, indultaire sur l'Abbé de S. Iouyn de Marne & membres dependans, comme est la Preuosté de Vertonpres de Nantes en Bretagne, a esté, inquam, *iugé pour le simplement pourueu par mort, tel qu'estoit ledit Varlet, assauoir que les Indults & nominations du Roy octroyees aux Conseillers du Parlement de Paris & Maistres des Requestes n'auoient lieu en Bretaigne és mois du Pape, qui est reputé l'ordinaire 8. mois l'annee és 9. Eueschez de Bretagne. Veu que ledit S. Pere n'a entendu donner par la Pauline priuilege ne indult contre soy mesme,* sed eius semper iure saluo, & exceptis Papæ mandatariis. *Or ledit Varlet mortuaire estoit pourueu en Cour de Rome de ladite Preuosté.*

18 EAPROPTER Cardinalis beneficiarium iudicio vicit Lizetus, qui Senatoria Principis nominatione fretus contendebat de monastici Conuentus præfectura *de Chemille*, Maiorismonasterii phano subiecta. Decreto magni Consilii fiduciario. 7. Idus Februar. An. 1541. Cuiusmodi Turonum Cœnobium summa dignatione præstat, inferiorumque amplitudine Primatuum monasticorum. Vt Honorius. 3. subnotauit Cap. dilectus Vt lite penden. Huius item Maiorismonasterii Præsuli rescriptum est ab Innocentio. 3. P. P. Cap. Inter dilectos De excess. prælat. Post Alexandrum. 3. Cap. Quoniam Abbas De offic. deleg. Atque adeo his omnibus antiquior Yuo Carnutensis meminit Wilhelmi Abbæ Maio-

Indultario Cardinalium prælatus fuit Senator, Regis nominatarius ad beneficia, Aresto prouisionali magni Consilij die 7. Februar. An. 1541. de prioratu conuentuali *de Chemille en Aniou: Marmonstier*, seu Maius monasterium habet multos prioratus & membra ab ipso dependentia.

Anciennement plusieurs Abbayes estoient reduittes & subiectes sous l'Ordre & reformation de l'Abbaye de Marmonstier, comme chef d'Ordre, & sous la visitation & correction des superieurs de ladite Abbaye de Marmonstier: entre autres l'Abbaye de la Colle en Brie diocese de Meaux, l'Abbaye de Biencourt diocese d'Amiens, le Monstier S. Thibault lez Bazoche diocese de Soissons, le Monastere S. Denys prés la porte de la ville d'Amiens, le Monastere sainct Coline lez Meaux, l'Abbaye S. Georges la Forest, diocese du Mans, le Monastere de Ramern, les Monasteres & Hermitages de Laues & Fõtaine Iehors diocese du Mans, & autres ayans anciens tiltres d'Abbayes, & depuis reduittes en simple qualité de Priorez conuentuels en la collation & visitation de l'Abbé de Marmonstier, ou de ses Vicaires.

Bulle de Calixte 3. die 17. Februar. An. 1455. *par laquelle suiuant les Statuts de l'Ordre de S. Benoist concernant la tenue des Chapitres prouinciaux* de triennio in triennium, *ordonnez par le Pape Benoist 12. en sa Benedictine, & par le Pape Clement 6. Ce qui auroit esté depuis intermis par negligence, il ordonne que les Abbez de Marmonstier & de S. Florens prés Saumur entre autres tiennent leurs Congregations & Chapitres où soient conuoquez tous les Prieurs qui en dependent, & qu'à l'aduenir de trois ans en trois ans lesdits Chapitres prouinciaux soient tenus, &c.*

risinonasterij. In Epist.174. 236.& 280. Ex quibus affirmare ausim, Regiam Senatorum nominationem haud nouo Iure receptam in Gallia, sed à priscis iam Pontificibus comprobatã. Quippe quùm adhuc Pontificij Diplomatis exemplaria cernantur, quo Martinus. 5. inclytum hunc Ordinem sacrorum munerum expectatione honestarit, similibusque aliis prærogatiuis. 6. Calend. Apriles An. 1428. Imò & memorabili antea S. C. definitum est, Pontificias reseruationes, expectationesque sacerdotiorum, quæ Parisiensi Curiæ concessæ fuerant, quauis esse, vel Academica nominatione potiores. Quintili Mense An.1417. de canonicatu & præbendo Carnutensis Ædis sacrarum maximæ. Vsqueadeo, vt multoties etiam iudicatum sit, Senatorem tantisper lucrifacere sacerdotiorum reditus, dum Senatorio fungens munere abesset Reipub. causa. Decreto *Patrum Parisien.* 14. Calend. Sextiles. An. 1550. pro Chabaniero Curiæ Consiliario. Huic congruit aliud. 14. Cal. Martias An. 1577. latum pro Ægidio Sauantio Conscripto Curiæ, & Cathalaunensis templi sacerdote Canonico, aduersus ecclesiasticum maius Collegium. Nec alienum ab iis P. C. pronunciarunt 3. Idus Sextiles An. 1580. secundum N. Saueusium, senatorij ordinis, pro quo Valla: in Sodalitium phani Hilarij Pictauensis, pro quo Nos agebamus. Nam hoc quidem Curiæ iudicio senator non modò exemptus declaratur onere assidui ministerij in suo sacerdotio, verùm etiam iusti illius sacramenti, quo nouus Canonicus deuincire se Collegio præsens ex formula teneatur. Lutetianis addo Burdegalense S. Consultum Calend. Februar. An.1528. pro Iohan. *Deborto* Curię Consiliario, Vasatensis Ecclesię Canonico. Vt refert Boërius Decis. Burdegalen.17. Huc quoq; pertinent Regij codicilli à Nicol. Vilmareo impetrati. Senatus Parisien. Actuario, vt Rhemensis sui præbendi absens fructibus potiretur. 7. Calend. Iunias An.1365. Ex priscis Curiæ monumentis. Denique licet Tridentina Synodus beneficiarias illas reseruationes abrogarit, Senatibus etiam, Collegiis, Vniuersitati olim adscriptas: nihil tamen receptius hodie, ac vsitatius Regia Senatorum Parisien. nominatione ad sacra beneficia obtinenda. Veneti quidem sacerdotiis interdictum constantissimè voluerunt iis, qui patritij ordinis forent. Auctore Egnatio lib. 9. De exemplis illustrium virorum Venetæ ciuitatis. At nostrati Consilio Centumuirali tolerabilior videtur sacerdotiorum possessio, tanquam sacro cuidam Consessui, & sacratis viris constanti perinde, ac profanis. Quod verò attinet ad beneficiarias Nominationes, quæ à scholastico Conuentu fiunt, vix Clericos sortiare optimis disciplinis excultos, nisi hac quadam spe sacri muneris assequendi, paulò postquàm sua ipsos Academia doctrinæ nomine Ecclesiasticis magnatibus commẽdarit. Similiter enim, Martialis epigrãmate,

Quantùm victuras possemus pangere chartas,
Quantaque Pieria prælia flare tuba?

Si pia

Bulla Martini 5. P.P. Die. 27. Mart. An. 1428. de gratiis expectatiuis beneficiorum pro Consiliariis Curiæ parlam. parisien.

Vetus Arestum Curię de Canonia & prębẽda in Ecclesia Cathedrali *de Chartres.*

Regius Consiliatius in summa Curia lucratur fructus suorum beneficiorum, licet in eis non resideat. Iudicia Curiæ paris. die. 19. Iulij An. 1550. *pour M. Chabanier.* Die. 16. Febr. An. 1577. *pour* M. *Sauãt.* Tum die. xt. Augusti An. 1580. *pour* M. *de Saueuses*, qui & notoriè laborabat arthritide.

Ecclesia catedralis *de Chaalons en Champagne*

Ecclesia collegiata S. Hilarij *à Poictiers.*

Arestum parlamenti Burdegalen. die. 1. Februar. An. 1528.

Literæ patentes Regis pro Greffario Curię parisien. Die. 26. Maij An. 1365.

Tridentini Concilij Sessione. 24 Cap. 19. Decreti de Reformatione.

Iohannes Baptista Egnatius.

Senatus parisiorum, mixtum Corpus ex laicis, & clericis Cõsiliariis: Quibus Clericis beneficiorũ possessio legitime permittitur, licet ab iis absentibus.

Reipub. causa. Nominationes Vniuersitatum. Mandatarij Apostolici, qui habẽt Mandata de prouidẽdo illis de beneficio per Ordinarios collatores.

Si pia reddiderint Augustum numina terris,
Et Mæcenatum si mihi Roma daret?

19 VENIAMVS iam ad Mandatarios Pontificios, qui vacatura sacerdotia aucupantur, & ab Ordinariis expiscantur Pontificio nutu ac auctoritate. Mandatorum forma sigillatim præscripta est Sanctione Principali. 9. Cal. Apriles An. 1527. quam publicas in tabulas reiessit Senatus Prætorianus. 16. Calend. Sextiles An. 1528. Ne cui videlicet ex condicta formula quicquam liceret in posterum immutare, iuxta ea quæ Conuentis Regiis, Pontificiisque sanciuntur, simul & anteriori Edicto Ludouici. 12. regis, Mense Iunio An. 1510. Artic. 1. cum aliquot sequent. Meritò autem Apostolicis mandatis huiusmodi (quæ Gregorius. 9. introduxit) statutus est modus, ne Collatoris vota in lectissimos viros à circumforaneis quibusdam præuertantur, sacras viuorum functiones ambitiosi Diplomatis aucupio venantibus. Quibus etiam consultius sit, suas priùs vires experiri, sacerdotalis officij meminisse: Sacerdotes putà internuncios esse, interpretesque Numinis ac mortalium, qui voluntatem Patris cœlestis filiis enuncient in spem supernorum Hierosolymorum procreatis ac susceptis: Ab illis Superûm iram in humanum genus placari precibus, lachrymis, cilicio, vitæque exemplo: eos, inquam, ipsos deleri malle è libro viuentium, quàm vt vel horum minimus pereat, quos sanguine suo à morte Seruator vindicasset. Eos Apostolis successisse in Ouilis Christiani custodiam: eorum denique mentem consilio, pectus fortitudine, animum numine à Diis impleri. Nec moror vilescentem hodie gregariorum Sacerdotum multitudinem, quos eodem loco, gradu, numeroque cum Episcopis extitisse planum fit veteris Ecclesiæ memoriam recolenti. Idem enim erat olim presbyter, qui Episcopus, & antequam studia partium in Religione fierent, & diceretur in populis: Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ, communi Presbyterorum consilio Ecclesiæ regebantur. Postquam verò vnusquisque eos, quos sacra aqua tinxerat, suos putabat esse, non Christi, toto Orbe statutum est, vt vnus de presbyteris electus superponeretur cæteris, ad quem cura Ecclesiæ pertineret, ac schismatũ semina tollerentur. Teste D. Hieronymo in Epist. ad Titum Commentariis, & Gratiano Can. olim Distinct. 95. Atque vt Presbyteri (Hieronymi verbis) sciunt, se ex Ecclesiæ consuetudine ei, qui sibi præpositus fuerit, subditos esse: Ita Episcopi nouerint, se magis consuetudine, quàm dispensationis Dominicæ veritate Presbyteris esse maiores, & in communi debere Ecclesiam gubernare.

Edictum die 14. Martij, verificatum in magno regis Consilio die 27. Iulij An. 1528. Concordata Francisci 1. regis Galli cum Leone 10. P. P.

Gregorius 9. P. in Cap. Mandatum, & Cap. Literis, De rescript.

Pia Parænesis ad Ecclesiasticos.

20 NIHILOMINVS sacrarum opum auido Mandatario Sed. Apostol. scriptæ sunt regulæ quędam mirè fauorabiles. Qualis hæc Pontificis candidatum controuersa beneficia acceptare non teneri, neque phana alia certo Clericorum generi antiquitùs destinata. De

Mandatarij Apostolici non coguntur litigiosa beneficia ab Ordinariis accipere, vt per ea isti exonerentur mandato Apostol. Sedis ad eos directo.

litigiosis enim illis citat Longolius senatorsui Decretum Ordinis circa annum.1534.Hugone Meillarsio altercante in Francisc. Caluimontem. De aliis autem *affectis*, quæ vocant, sacerdotiis, constat præclaro Curiæ iudicio, quod Sant-Andræus Præses recitabat pridie Natalis Almæ Virginis An.1556. Eo quippe decisum, nihil obesse mandatario, quòd ante sacri muneris vacationem cunctatus esset petere Canonicatum & præbendum Templi Austrigisili in Biturigibus, vt pote iam olim symphoniacis pueris adsignatum, ministrisque Ecclesiasticis Regij Sacelli Bituricensis. Insuper Moribus nostris, sufficit Mandatario Pontificio gratiosi Rescripti denuntiario professioque apud Ordinariũ collatorem, neque executorium diploma necesse est seorsim huic significari. Admittamus enim, nudo mandato Summi Antistitis non præripi Ordinario liberam solutamque dandi sacerdotij potestatem nisi mandatis singulis eidem priùs oblatis & exhibitis. Cap. Si capitulo, & ibi Iohan. Andreas De concess. præben. In. 6. Cap. proposuit. Eod. Tit. In antiq. Ponamus tursùm, executore ad conferendum delegato, nihilo seciùs valere collatam in alterum sacerdotij donationem. Cap. dilectus. 2. De Præbend. Quod pariter animaduertit Compostel. in Cap. capitulum De rescript. Nostri tamen seculi Iurisprudentia reiecit scrupulosas & anxias tot *Insinuationum* Rescripti formulas: Quippe quùm lege *Concordati* vno contextu vtrumque expediatur, gratiosum simul Pontificis Diploma huiusmodi, & executorium. Quibus alias item rationes subiunxit Longolius in suis Arestorũ Collectaneis, adiecitque Senatum ita secundùm Mandatarios decreuisse sub Annum. 1535. Longolio ipso litis expositore, quæ de sacra Annona Petragoricensis Ædis Canonicorum fuerat instituta. Hos vtique Perrocoriorum Canonicatus memorat Innocentius 3. Decretali Epistola ad Petragoricensem canonicum, Proposuit, De cler. excommun. ministr. Porro variis nostrorum Principum Rescriptis indultus est summo Ecclesiæ Pastori in Armorica & Massiliensi Prouincia vsus non modò mandatorum, de quibus isthîc, verùm etiam Pontificiorum diplomatum, quæ expectationes sacrorum beneficiorum, reseruationes, aut præuentiones beneficiariæ vocantur. Vice mutua, Romani Pontifices irrogarunt Regibus iisdem Priuilegium nominandi Templorum Præfecti, ad eas etiam maiores Ecclesias quĩs speciale ius etat noui Antistitis sacraro ritu deligendi, quamuis Bononiensi Pacto ipsis reseruatum Ecclesiis. An.1516. Codicillis regiis de Narbonensi prouincia, 4. Cal. Sextiles, An.1550. Et de Britannia Celtica postridie Idus Iunias An. 1549. 14. Cal. Maias, & 4. Cal. Nouemb. An. 1553. Illos quidem Codicillos iussu regio probauit Senatus Aquensis, modo aliquo præfinito, 8. Idus Septemb. 1550. Hos verò Britonica Curia 3. Nonas Septemb. An.1549. & pridie Nonas Ianuar. An.1553.

Arestum solenoiter pronuntiatum die 7. Septemb. seu pridie Natiuitatis B. Mariæ An. 1556. quòd Mãdatarius Apost. non tenetur acceptare & persequi beneficia affecta certæ speciei hominum qualificatorum.

Ecclesia collegiata *de S. Austrile en Berry.*

Profertur ab aliis Curiæ Arestum die 23. Decemb. An. 1541. In vtilem esse gratiosi Rescripti insinuationem, neque ei parere cogendum Ordinarium, nisi huic pariter executoriæ literæ significentur.

Arestum Curię de præbenda quadam Cathedralis Ecclesiæ *de Perigueux.*

Britannia minor, & Prouincię Comitatus in Gallia sunt patrię obedientię Apostol. Sedis.

Litterę patentes die 29. Iulij An. 1550. verificatę in parlamẽto *d'Aix en Prouence.* Die 6. Septemb. eod. Ao. Aliæ literæ die 14. Iunij 1549. die 18. April. & 29. Octo. 1553. publicatæ in parlam. *de Rennes*, die 3. Septemb. 1549. Et *de Nantes*, die 4. Ianu. An. 1553.

INNVMERA alia de Pontificiis mandatis facilè fuerit hoc loco

atrexere,

attexere, sed quæ vel trita vulgò, vel à Canonicæ Legis scriptoribus prænotata consultò omittimus. Id vnum rogatos velim Mandatarios, ne Pontificio munere, benignitateque abutantur ad Ecclesiastici ministerij functionisq; neglectum, neu sacram Spartam assumant, nisi quam dignè possint ornare. Vt suas partes agente Clero, cæteri Christiani Reipub. Ordines in officio piè contineantur, seriatimque (iuxta illud Martialis)

Tullianum adagium σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει. i. Spartam quam nactus es, orna. Lib. 4. Epist. ad Atticum.

Det Populus, det gratus Eques, det thura Senatus,
Ac libent Latiæ tertia dona Tribus.

Titulus VI.

DE SPONTANEA BENEFICIORVM ECCLESIÆ CONcessione.

1. *Quinam primi Gallicarum Diœcesum Episcopi.*
2. *Nunquid solidum Ius conferendi beneficij ad Episcopos spectet in* Gallia.
3. *Regula cancellariæ Apostol.* De infirmis resignantibus, *cessat in voluntaria* Ordinarij *collatione: secus in necessaria.*
4. *An Capitulum, Sede vacante, permutata conferat Sacerdotia.*
5. *Capitula Ecclesiarum, quibus Rex suam* Regaliam *remisit, nihilò magis vtuntur voluntariis beneficiorum collationibus, Sede vacante, quasi regij Iuris cessione.*
6. *De regali Iure procurationis olim ab Ecclesiis Episcopalibus debito, sed Ambianę ecclesię remisso à Principe.*
7. *Vicario Episcopi cum ipso concurrente in conferendo, pręualet Episcopi collatio.*
8.9. *Beneficia, Officiaque captantium taxata ambitio.*
10. *Episcopum ante apprehensam Episcopatus possessionem licitę beneficia conferre.*
11. Resignatio *facta à procuratore constituto ad acceptandum beneficium & acceptatum* resignandum, *nulla est.*
12. *Contra impedientes expeditionem literarum Apostol. collationis benęficij.*
13. *De Præpositura Andium in Ecclesia S. Martini Turon.*
14. *Aliæ eiusdem Martiniani Templi Præposituræ Ecclesiast.*
15. *Sacra non temerè contrectanda.*

Cyrillus, Græcus, Morauiæ Archiepiscopus primus, est missus a Nicolao I. Pontif. An. 887. Vetelgradeosem sedem suscepit.
Hieronymus Romanus, Vratislauiæ Episcopus primus. Ex Bohem. Hist. Ioh. Dubrauij Olomucens. Episcopi.
S. Villehadus, Bremę, in Germania Episcopus I.
S. Narnus, Bergomi Episcopus I.
Sanctinus, Meldensium Episcopus I. discipulos S. Dionysij Areop.
Frisingæ, ciuitatis Germaniæ Episc. I. S. Corbinianus, a Greg. 2. PP. Ornatus eóque missus.
Treuiris S. Eucharius Episcopus 1. discipulos B. Petri.
In Anglia S. Birinus 1. Episcopus Dorcestriensis.
Auenionis S. Rufus Episcopus 1. S. Ruffus Metensium. S. Florentius, Argentorati.
Vvolfgangus, Ratisponensium. Burchardus, Herbispolensiū.
Vvillibrodus, Traiectensium. Bonifacius, Moguntinensium.
Bruno Ruthenorum in Prussia Episcopi.
Hermagoras Aquileensium. Vigilius, Tridentinorum. Calus Mediolanensium, post Anathalonem, Barnabæ Apostoli ibidem successorem.
Et Eusto Firminus, Ambianorum. Prosdocimus, Patauij Episcopus. Germanus, Antissiodori. Et Vrsus, S. Hubertus, Tungrorum. Domnus, Viennæ Austriæ.



NECESSARIÆ subnectamus voluntariam collationem Ecclesiastici beneficij. Primitùs enim Episcopi vltrò Sacerdotes ordinarūt, non alieno mandato, sed cum assensu plebis, ac ciuium. Vt docet. 67. Distinctio, apud Gratianum. Manauítque hoc institutum à prima illa Christianorum coloniâ, qui in varias terrarum oras digressi Religionem Orbi dedêre. Itâ, vt eorum sacram quisque sortitus prouinciā, alios imbuerit Orthodoxa fide, alios etiam promouerit ad sanctum Ecclesiæ Ministerium. Sic in Gallicis sparsim Ecclesiis legatione functi sunt vice Christi, Dionysius, Lutetiæ: Saturninus, Tholosæ: Vrsinus, Auarici Biturigum: Trophimus, Arelate: Clemens, Mediomatricum Præsules: Iræneus, Lugduni: Crescens, Viennæ: Andochius, Flauiæ Heduorum: Lingonum, Benignus: Austremonius, Aruernorum: Lemouicum, Martialis, Burdegalæ, Pictonúmque: Fronto, Petrocoriorū: Santonum, Eutropius: Gatianus, Turonum: Iulianus, Cenomanorum: Senonum, Potentianus & Sauinianus: Mellonus, Rothomagi: Taurinus, Eburouicum: Regulus, Syluanecti: Treuirorum, Valerius: Tullésium, Mansuetus: Bellouaci, Lucianus: Atrebatum Chillenus: Rhemorum, Syxtus, Timotheus, & Apollinaris. Quos quidem Galliæ nostræ primos Apostolos recensent Ecclesiastici Annales Bedæ in Martyrologio, Petrus Cluniacensis Abba lib. 1. Epist. 2. Ac nos denique Monasticon Lib. 2. Tit. 3. Ætatum verò successu, Episcopi in ius suum transtulêre priuatim Sacerdotum ordinationem, seu collationem Sacerdotiorum, huc tantùm adscito sacri Sodalitij consilio. Demptis tamen Collegiorum sacerdotiis, quos nempe Canonicatus & Præbenda solebat Capitulum communi iure quodam cum suo pontifice erogare. Vt à Cœlestino. 3. perhibetur. Cap. ea noscitur, Et ab Innocentio 3. Cap. tua De iis quæ fiunt à prælato. Idque in summo Biturigum Clero vsitatum obseruauit Bonifacius. 8. P.P. Cap. Si pro te. De rescript. In. 6. Doctor. in Capit. cùm Ecclesia De Elect. Et in cap. Si capitulo De concess. præben. Apud Bonifacium. 8. lib. 6. Decretal. Epistol. 1

Amantius, Ruthenorum in Gallia, S. Hermengaudius, Vrgellæ in Hispania Episcopus. Eusebius, Vercellarum. Gaugericus, Cameracensium, S. Maximinus, Ebreduneonum. Nouocomi S. Felix 1. Episcopus, S. Paternus Constantiensis Ecclesiæ Neustriorum Episcopus 1.
Memmius Catalaunensium primus Episcopus, cuius festum colitur Nonis Augusti. Vide Lib. 2. Monasticon Tit. 3. art. 2.
B. Cæsarij Arelatensis Episcopi extat Homilia ad populum, in Quadragesimam: Eiusdem Homiliæ. 5. De Paschate, & in varia Scripturæ loca, Homiliæ. 40.
Lucianus Martyr, primus Episcopus Beluacensis ciuitatis. Sigebertus de hoc, in Chronico An. 1183.
Hic Petrus Venerabilis vixit An. 1140. Ex Iohan. Trithemio.
Bituricensis Ecclesia maior seu Archiepiscopalis.

Episcopi & Archiepiscopi Franciæ communiter suarum Diœcesum beneficia conferunt soli, absque Capituli Ecclesiarum suarum Cathedralium sententia.

AST NE longiùs à nostratium Præsulum consuetudine recedamus, inualuit mos sacris penè omnibus Franciæ Præfecturis, vt Ecclesiastica beneficia solus conferret Episcopus, in quem collibuisset. Hinc 2

set. Hinc patrio Gallorum vsu ferè non solet collatio ab Antistite deuolui ad sacrum Collegium, velut extraneum quodammodo, sed ad Ecclesiæ Præfectum Episcopo superiorem. Diuersum tamen seruatur in Carnutensi Templo maiori de Præbendorum ipsius erogatione. Priscis enim illius institutis, petitor Canonicatus pridie Episcopalis collationis offerre se debet pontificali Senatui, 4. Canonicorum examine probandum, vt postridie in eodem sacrorum Sodalium cœtu exhibeatur Antistiti, vice nominéque Collegij, aut Propontifici, qui *Vicarius* Episcopi nuncupatur. Ex quo protinus canonicatum illi conferat Episcopus Carnutensis in medio Collegij sui conuentu. Hucusque vetusti moris vindicem se & assertorem præbuit Ordo Clariss. Decreto percelebri, quod palam recitatum est. 7. Iduum Septembr. An. 1479. Vt refert Molineus in Regul. Cancellar. De infirm. resignant. Nam & Apostolico Petri ore proditum fuit, non Regi modò parendum, sed Præsidibus ab eo missis ad publicæ disciplinæ tutelam atque custodiam. Nec ideo absurdè hos Vlpianus vocat Iuris sacerdotes Lib. 1. Institutionum in l. ✠. De Instit. & iure. Hinc quoque Pelagius Pontif. Regio magistratui commendat sacram Politiam, externamque Status Ecclesiastici reformationem in Venetos, Ligures, Istriorumque Episcopos. De quibus ab eodem acerbè scriptum est ad Narsen Patritium. Can. De Liguribus. 23. Quæst. 5. In Narsete enim pietas imprimis eluxit virtusque militaris: Ita certè, vt non tam bellicis armis, quàm fusis in Numen precibus, victorias de hoste reportaret. Quæ omnia latiùs exequitur Paulus Diaconus, tanti Ducis * ἐγκωμιαστής. Lib. 8.

Iudicatum Curiæ Parisien. inter Episcopũ Carnutensem, & Capitulum, Die. 7. Septembris An. 1479. quo solenniter Aresta pronũtiari solent.

* Laudator.

SENATVS haud semel ex prouocatione rescidit Pontificios codicillos, quibus venia gratiáque exoranti facta erat Regulæ Apostolicæ Innocentij. 8. *De infirmis resignantibus*, expostulante scilicet publica Schola, cũ eius Candidato. Quid de Ordinario sacerdotiũ cõferente? Nûm in eo procedat Romanę Curię Regula? Hac distinctione soluitur nodus: aut vltronea est spontaneáque Ordinarij collatio, tunc duodeuicesimus iste Canon Innocentij. 8. qui editus fuit Ordinarij fauore, non est in eius odium detorquendus, nec eo casu custodiri debet. Vt perspicuè admonemur S. C. Parisiensi, facto pridiè Virginis matris assumptæ An. 1550. Ex Decij Responso. 234. Tametsi Rebuffus aduersarum se partium ducem prætulerit, fretus anteriori Curiæ decreto, quod latum ait die profesto Assumptionis Diuæ Mariæ. An. 1539. Aut verò coacta est ac necessaria sacri Ministerij donatio, tunc Regulæ in Ordinario locum fore decreuit Senatus. Aresto in peruigiliis Dominicæ Natiuitatis An. 1552. quod Sant-Andræus Præses ex ritu Fori nostri pronuntiauit: Mi-

Papæ licitum est, Cãcellariæ suæ Regulis derogare, sed an in præiudicium graduatorum qui Pragmatica Sanctione & Concordatis nitantur, illud facere possit, dudum fuit in foro disputatum. Tandem eum derogare posse Iuri quod ipse met condidit, iudicatum est.

Huius Regulæ, de infirmis resignantibus derogatio Apostolica, apud Britones, abusiua iudicata *par arrest du grand Conseil sur appel comme d'abus, quand il reçoit les Resignations in fauorem aux Mois des Ordinaires. Cest arrest fut donne entre Maistre Giron du Ranco pourueu par l'Euesque de Vannes, de la Cure de Sarzau contre Maistre Pierre le Gallic, pourueu par resignatiõ d'vn sien Oncle, auec la clause de dessence des 20. iours. Et a esté donné au rapport de Monsieur Desfriches Deyen du semestre d'Esté sur la fin de Septembre 1605.*

S. Consultum Die. 14. Augusti. 1550. quòd Regula Cancellariæ (de. 20. diebus, seu de infirmis resignantibus, qui intra 20. dies ab admissione resignationis mortui sint) cessat in Ordinario collatore. *Entre M. Guillaume de Mandon & autres, touchant la cure de la Boissiere, diocese d'Angers.*

chaële Natali, qui à Tricassium proprætore Curiam appellarat, & Amedeo Bizeto, contrà, de Trecensi canonicatu in Ecclesia S. Srephani litigatoribus. Ne tamen huius occasione Decreti in errorem coniiciamur, Patres Parisienses interpretati sunt abhinc decennium, permutationis causa factas collationes spontaneas videri procliuiùs quàm necessarias, ob idque prædictam Regulam *de infirmis* nihilò magis procedere in rali collationum sacerdotalium genere, quo defungatur Episcopus, aliusvè quilibet Ordinarius, quàm in pura ac simplici muneris sacri dispensatione. Ac proptetea, si is qui apud Ordinarium vel purè, vel in permutantis gratiam dimiserat sacerdotium, vita decesserit ante vicesimum ab Ordinarij collatione diem, non infringitur collatio ex cessione huiusmodi expedita, nec quasi cedentis obitu vacuum est sacerdotium impetrandum. Nihilo enim ampliùs vrgetur Ordinarius ad sacri beneficij cessionem permutationis titulo admittendam, quàm ad simplicem illius dimissionem. At si semel Ordinario accepta gratáque fuerit sacerdotiorum permutatio, iam tunc ei liberum non fit, commutata sacerdotia, aliis quàm permutantibus attribuere. Vt Pontificiis Legibus comprehensum est. Cap. I. De rer. permut. In. 6. & Clement. vn. Eod. Tit. Atque ita rem bino iudicio diremit Curia Parisien. Vindiciario priore 4. Idus Quintiles An. 1578. Altero negotium finiente, postridie Cal. Martias An. 1585. de Sacello D. Annæ facto in principe Lingonum Æde, quod in contr897uersiam vocatat Ioh. Poyuertus apud regium Lingonensem suppræfectum, aduersus Matthæum Bucheletum: Cuius seriem controuersiæ Henrousus senator in quinta Classe Curiæ Inquisitoria recensebat.

Pareil arrest donné en la grãd Chãbre le 10. Iuin l'an 1600. sur le tiltre de la cure de Conjoux, Diocese de Langres, pour Maistre Guy Loysel Conseiller en la Cour, pour la Chantrerie & canonicat en l'Eglise de Beauuais, demandeur en regale, cõtre Maistre François Daasd sa partie aduerse, sur appointé au Conseil de l'an 1598. plaidant Bontillier, pour ledit Loysel, & Montholon pour Daasd. Ansi Molioeus in Regulam Cancellariæ, De iofirmis *dit* expressè, quod beneficia siue simpliciter siue ex causa permutationis resignata, si conferãtor ab Ordinario, *ils ne sont subiets à la Reigle* de infirmis Resignantibus, etiam quæ vacantur in mense affecto graduatis nomioatis, & in præiudicium graduatorum. Quibus non debentur vacantia per resigoationem beneficia §. Volumus, De collat. In Concord. *Il y a eu pareil procez en May 1603. en la 4. Chambre des Enquestes, au rapport de Monsieur Feaschet pour vne Chanoinie de l'Eglise de S. Cyr d'Issouldun.*

Le semblable à cest arrest a esté encores iugé en la grand Chambre en Ianuier 1603. au rapport de Monsieur Faye, pour vne Chappelle de l'Eglise de Langres.

Prnuisinnale Arestum recredentiæ Die. 12. Iulij An. 1578. Et definitiuum die. 2. Mart. An. 1585. *sur vn appel du Lieutenant de Langres*, de Capella S. Annæ in Ecclesia Lingnnensi *Au rapport de M. Anroux Conseiller* in. 5. Camera Inquestarum Curiæ, *apres en auoir communiqué aux Chambres.* Vbi Pnyuertus nbtinuit.

VTRVM autem Collegij Episcopalis intuitu necessaria cen- 4
seatur permutati sacerdorij collatio, an spontanea, ius est ambiguũ. Ponamus enim, vacuo Præsulatus Solio, sacerdorij cessionem permutatione factam: Nunquid Collegium licitè eam renunciationem admittet, quasi necessariam? Dubitandi causa est, quia sacrorum beneficiorum cessiones solus recipiat Episcopus. Vrbani. 3. Rescripto Quæsitum De rer. permutat. Imò nec Sodalitio Ecclesiastico fas est, inaugurato nouo Antistite, commutata inuicem sacerdotia largiri: ipsorum licet donatio sacris alioquin Sodalibus suo iure competiisset. Hostiensis iudicio in §. quę potest De rer. permut. Archydiac. in Cap. vnico Eod. Tit. in 6. Et Ioh. Imolensis in Clem. vn. Eod. Aliis vtique arridet contrarię partis sententia, Collegium,

An capitulum, Sede Episcopali vacante, conferat beueficia permutatione resignata, quæ simplici resignatione vacantia conferendi ius non haberet.

Le Chappitre, vacante sede Episcnpali, *a la iurisdiction spirituelle, de sõmettre aux charges de Vicaires generaux, Penitentiers, Secretaires, Greffiers, & autres. Et pour la iurisdiction Ecclesiastique contentieuse, deputera pour l'exercice d'icelle vn Official, Promoteur, Enquesteurs,*

gium, vacante Cathedra, admittere mutuas ſacerdotiorum renunciationes poſſe, permutatione contractas: puras verò ac ſimplices, non poſſe: cum hæ non ita prorſus, vt illæ, collatorem certis adſtringāt beneficiariis. Vt Ægid. Bellamera opinatur. Deciſ. 94. Dominicus in Cap. vlt. De offic. vicar. In 6. Bald. in Cap. Ne pro defectu De Elect. Planè de eo Senatores in varia diſtracti ſunt, opiniónúmque adæquati calculi, Menſe Quintili An. 1532. Georg. Pontano, & Ioh. Britone altercantibus, quorum forenſe litigium Gayantius Curiæ Conſiliarius Senatui expoſuerat. Quemadmodum ab huius Longolio collega in Aduerſariis ſuis traditum eſt. In ſumma, cum Neoterico ſcriptore puto conſultius, adiri Præſulem ipſum, eoque auſpice, ſacerdotiorum permutationem recipi, veſtiri, confirmari. In Praxi Beneficiar. Tit. De Deuolutionibus.

Greffiers, appariteurs: auſquels le Roy iure Regaliæ *ne pourueoit point, ne conſequēment il ne participe au profit du ſeel & amendes de ladite iuriſdiction, laquelle appartient audit* Chappitre Sede vacante Cap. Ad abolendā, De hæret. cap. 1. De maior. & obed. In 6. cap. cum olim, De maior. & obed. cap. 1. Ne ſede vacant. *Proces party d'opinions en Parlement. Recueil d'Arreſts par M. de Longueil Conſeiller.*

5 MVLTO infirmiùs ergo purè dimiſſa ſacerdotia conferentur à Cathedrali Sodalitio. At nonnulla, inquies, ſacerdotum Collegia eiuſmodi Regio iure prædita ſunt libere dandi ſacerdotii, vacuo tum Eccleſiæ ſuæ pontificatu. Quùm enim Rex Gallus, vidua Epiſcopo Sede, diſtribuat more maiorum ſacra poſcentibus beneficia in Francicarum aliquot diœceſum finibus, credas prima fronte, Canonicos Templi maximi, quorum gratia ceſſerit Princeps donandi ſacerdotii priuilegio, eadem vti prærogatiua debere, & quaſi tranſcriptitia Regaliorū lege, ſacra Miniſteria vltrò poſſe largiri. Verùm eximio illo ceſſionis munere Francus Rex, qui & ſacrorum Interrex iactabatur, nil aliud quàm piè officioſéque reſtituit Eccleſiis ſacerdotiorum erogationem, velut poſt liminio quodam: Non vt Epiſcopalis quidem Senatus, ſacro conſtante Interregno, Regalia exerceret collationum iura, ſed rem totam vt ad Eccleſiaſticum commune ius reuocaret, veteréſque ritus Eccleſiaſticæ libertatis. Nuda nimirum puráque Regaliorum remiſſione, & quod aiunt, *Ad opus futuri Epiſcopi*. Nam ita cautum eſt Philippi Auguſti diplomate, Regalia Atrebaticæ Eccleſiæ condonantis. NOVERINT, &c. QVÒD VACANTE QVOCVNQVE MODO ATREBATENSI ECCLESIA, MEDIO TEMPORE CAPITVLVM ATREBATENSE RESERVABIT PENES SE AD OPVS EPISCOPI, QVI SVBSTITVETVR IBIDEM, OMNIA REGALIA, ET OMNES REDITVS ET PROVENTVS REGALIVM, ET QVICQVID AD EORVM RES PRO ALIQVO QVOD REGALIA SPECTAT, MANVM EMITTIMVS: ET SI MEDIO TEMPORE ALIQVAM PRÆBENDAM, VEL PLVRES VACARE CONTIGERIT, SIMILITER RESERVABVNTVR SVBSTITVENDO EPISCOPO, AB ILLO CONFERENDÆ. POSTMODVM CVM AD ELECTIONEM FVERIT PERVENTVM, CANONICI PRÆBENDATI ECCLESIÆ POTERVNT ELIGERE, NON REQVISITA A NOBIS, VEL SVCCESSORIBVS NOSTRIS LICENTIA ELIGENDI, SED ELECTVM SVVM CON-

In iis Eccleſiis, quibus Reges ſuam Regaliā remiſerunt, an earum Capitula, Sede vacante, poſſint exercere voluntarias beneficiorum collationes, ſicuti Rex ante dictam Regaliæ remiſſionem feciſſet, quaſi ius à Rege ceſſum habeant. Sola diſparitas valoris beneficiorum permutatorum non eſt ſufficiens præſumptio fraudis. Noua Deciſ. Rotæ, 4. ſub. Rubr. De rerum permutatione.

Epiſcopali Eccleſiæ *d'Arras* remiſſa Regalia à Philippo 2. Galliæ rege. Per quam Regaliam antea habebat perceptionem bonorum temporalium Epiſcopatus, & collationem beneficiorum, pendente tempore vacationis Epiſcopatus.

FIRMATVM NOBIS PRÆSENTABVNT, VT NOBIS FIDELITATEM FACIAT, SICVT ALII EPISCOPI REGNI NOSTRI NOBIS FACERE CONSVEVERVNT, &c. RETENTA TAMEN NOBIS PROCVRATIONE NOSTRA, QVAM EPISCOPVS ATREBATENSIS NOBIS DEBET SINGVLIS ANNIS, SI AD LOCVM ILLVM ACCESSERIMVS. ACTVM PARISIIS. An. 1203. Qua de Regaliorum cessione iudicarunt Patres Parisienses secundùm Atrebaticam Ecclesiam pridie Kal. Ianu. An. 1392. Mendosè autem leguntur hæc in Atrebates Regaliorum iura remissa An. 1202. apud Philippum Probũ, In Quæst. 60. Regaliorum. Eáque circiter tempora scriptam habemus ad Artesiæ Episc. Innocentij. 3. Epist. Decretalem, Cùm dilecti De empt. & vendit. Cap. dilecto De testib. Nec longè antea ad Aluisum põtificem Atrebatensem missa voluitur D. Bernardi Epistola. 325.

Decretum Curiæ Parisien. Die. vlt. Decẽb. An. 1392. *pour l'Eglise d'Arras, contre la Regale, comme ayant esté remise par le Roy.*

6 PROCVRATORIVM certè illud Ecclesiæ munus in Principem haud temerè sibi reseruauit Augustus in Atrebatica Diœcesi prædictis Codicillis: Quippe quod sibi asseruerint initio Franci Reges, vt prouinciam quamque lustrantibus iis commeatum prẹberent Episcopi singuli municipatim. Hoc modo Sarmatarum Boleslaus Princeps egit cum Cracouiensi Antistite, vt semel quotannis Principem hospitio exciperet, subuectionésque ipsi vt præstaret, quando ei vsuueniret per Episcopalia prædia iter facere. Circa annum. 1279. Vt Chromerus tradit, Rerum Polonic. lib. 9. At Regaliorum ius, vacuo sacro Solio, durius fecêre quondam Regij satellites ac ministri, prauéque detorserunt in Clericorum onus incommodúmque grauissimum. Sicuti de Senonum Ecclesia quùm Pastore destitueretur, relatum est à Monacho S. Mariani Autissiodoren. (in Francica Hist.) hoc verborum tenore. LVDOVICVS REX SENONENSEM ECCLESIAM LIBERTATE DONAVIT A MALIS ET PESSIMIS EXACTIONIBVS, QVIBVS SENONICA SEDES, MORIENTE ARCHIEPISCOPO, SOLET FATIGARI ET OPPRIMI. An. 1156. Similiter Ludouici filius Philip. 2. Ambiano Sacerdotum Collegio cessit Ecclesiasticæ procurationis munere, de quo suprà. Vnde Regaliorũ quoq; ius Ambianis remissum antecessores nostri coniectabant. Vt Tit. sequenti explanabimus latiùs Art. 8. Regiæ huius remissionis Tabulæ ita scriptę sunt. *Nouerint, &c. quòd quando terram Ambianesĳ & Comitatũ Ambianensem, Philippo Comite Flandriẹ id nobis relinquente, recepimus fidẽ & deuotionem, quam ad nos habebat Ambianensis Ecclesia, dilucidè cognouimus, quòd non solùm nobis Artahmultũ deuotionis exhibuit, verùm cum feodus terrę prędictę, & Comitatus ad Ecclesiam illam, ex eo quod habet de nostro Regali, pertineret, & exinde sibi debet hominium recipere, voluit hęc Ecclesia, & benignè concessit, vt feodum suum absque faciendo hominio teneremus, cùm vtique nemini facere debeamus hominium, vel possimus. Ad quod Ecclesię deuotionem attendentes, dictam Ecclesiam & Episcopum ab omni procuratione nostra, & seruientium nostrorum absoluimus, & quietos esse præcipimus: quandiu nos & successores nostri Reges Francorum terram Ambianen. & Comitatum tenebimus. Ita*

De procuranda ab Episcopo persona & familia Regis Episcopalem ciuitatẽ adeuntis. Vide quæ diximus Lib. 3. Domanij Francici Tit. 20. Artic. 13. Vbi & abolita isthæc procurationis ac Gisti iura nostro seculo, censuimus.

Poloniæ Episcopi.

Ludouicus Iunior, pater Philipp. Augusti. *pour l'Eglise de Sens.*

Impetrans beneficiũ possessum per A. per eius promotionem ad Episcopatum vel alio quouis modo vacans, non potest illud obtinere, si vacat ex persona alterius. Noua Decis. Rotæ 12. Tit. de præbend. Clausula quouis alio modo, respicit omnem modum vacãdi per eandem personam. Decis. Rotæ 483. In antiq. Et ita notauit Lapus in c. susceptum. De rescript In 6. Decis. Rotæ 28. In antiq. Quod impetrans exprimere debet certum modum vacationis ex certa persona. Et tũc clausula, (seu quouis alio modo) cõprehendit alium modum ex d. persona proueniẽtem, non ex diuersa.

Ecclesiæ *d'Amiens* remissa procuratio Regia a Phil. Augusto rege.

mus. Ita quòd ſi fortè terram iſtam aliquis deinceps habuerit, qui Eccleſiæ Ambianenſi poſſit hominium facere, hominium Epiſcopo faciet de prędicto feodo, & Epiſcopus nobis, & ſucceſſoribus noſtris procurationes, ſicut antiquitùs cęteri Ambianen. conſueuerant Epiſcopi, ab illo tempore in futurum exoluet. Ann. 1185.

In concurſu & conflictu collationum Epiſcopi & eius Vicarij, eadem die idem beneficium conferentium, præfertur Epiſcopi collatio.

7 SATIS iam de Collegiis Cathedralibus, Sede vacante, ſuccedaneis in ius collationis neceſſariæ ſacerdotiorum, quod viuo Epiſcopo competiiſſet. Aſt inito deinceps ſacræ Diœceſeos pontificatu, planum eſt, collationem vtramuis, ſeu neceſſariam ſeu voluntariam, ad Epiſcopum ſpectare ordinario iure. Quòd ſi eodem die cum Epiſcopo concurrat eius Vicarius in erogando huic & illi ſacro munere, quæro, vtrius collatio obtinebit? Neutra probanda videbatur, quia Antiſtitis & Vicarij æqua poteſtas, idémque exiſtimetur ſacri imperij Tribunal. Vt ſanxit Bonifacius. 8. Pontifex ſummus Cap. A collatione De appellat. Et Cap. 2. De conſuet. Lib. 6. Decretal. Epiſtol. His conſequenter credibile erat, vtramque collationem mutuo ſe concurſu præpedire, niſi alter alterum ſacerdotij poſſeſſione anteuertiſſet, priórque cœpiſſet poſſidere. Ex ſententia Bonifacij eiuſdem in Cap. Duobus De Reſcript. & Cap. Si à ſede De præbend. In. 6. At Pariſien. Curiæ placuit, Epiſcopi beneficiarium cauſa ſuperiorem eſſe, licet cœptæ poſſeſſionis ordine poſteriorem. Decreto. 14. Kalend. Septemb. An. 1564. de Saſſeyæ in Senonibus parœciæ ſacerdotio, cuius litem Thuanus ſenator Patribus enarrabat. Et huius quidem ratio S. Conſulti expedita eſt, quòd Pontificia conſtitutio (Si à ſede) rem definiat ſolùm inter Sanctæ Sedis, & Epiſcopi candidatos, non autem inter Epiſcopi, Vicariíque ipſius beneficiarios ſimul occurrentes, de quibus nihil nominatim Pontificia illa Lege comprehenſum. Diſſimilis cauſa eſt duorum à Romana Sede donatorum eadem die ſeorſùm eccleſiaſtico beneficio. Etſi enim alter poſſeſſionem nactus ſit prior, vtramque tamen collationem Senatus irritam pronuntiauit. Areſto memorabili, pridianis diebus feſtæ Pentecoſtes à Minardo Præſide recitato. Ann. 1552. Nec mutat, quòd Bonifacij. 8. ſanctione, celerior ſacerdotij poſſeſſio, quam alteruter ſit adeptus, eam diluat Pontificiæ voluntatis ambiguitatem, vt potior dehinc fiat occupantis conditio. Cap. Duobus De reſcript. Intelligitur enim Bonifacianum hoc reſcriptum in nudo iure ad rem, ſeu in Mandato Apoſtolico ad ſacra beneficia. Quale futurum ius longè faciliùs præripitur aliena fundorum occupatione ſacerdotij, quàm ius iam quæſitum Pontificia pura ſacri Muneris conceſſione, de qua Nos hoc loco.

Areſtum Curiæ Pariſien. Die. 19. Auguſti. An. 1564. de beneficio curato Eccleſiæ parochialis *de Saſſay, au Diœceſe de Sens,* Prouiſiones Apoſtolicæ de eodem beneficio diuerſis factę eadem die, nullæ iudicantur. Areſto Parlamenti Pariſien. ſolenniter pronuntiato, ante feſtum Pentecoſtes An. 1552.

In auidos beneficiorum petitores & captatores, præpoſterámque ſacrorū munerum cupiditatem.

8 EXPLORANDA eſt interim ſacerdotum ambitio, tot petacibus libellis Hierarchas onerantium, ſummatéſque Eccleſiæ viros: Quò ſacra munera aſſequantur, æquè neganda poſtulanti, vt fugienti offerenda. Gręgorio auctore in Regeſto. Nec enim quiſ-

Vide quæ in hūc sensum Greg. I. rescripsit Childeberto Regi nostro, Lib. 4. Epi. 53. Et Theodorico ac Theodoberto Francorum regibus. Lib. 7. Epist. 114.

quam sibi sumat honorem, nisi vocatus à Numine tāquam Aaron. Haud aliter de Mario iuniore Sylla dicebat, debere iuuenem priùs remo, quàm gubernaculo admoueri: Ita de se ipse scribit ad Valerium Augustinus, quid aliud existimet, nescire, vt secundus locus gubernaculorum sibi committatur, quùm remum tenere vix norit. Hinc Nicolaus. I. P. M. in Photium fulminat, per nullos Ecclesiæ gradus, Constantinopoleos factum Pseudopatriarcham. Can. vlt. Distinct. 48. Ac plerique mortalium hodie, dum vires suas non consulunt, sacrorum ambitu magistratuum occœcati, quantum malum inuehunt in Ecclesiasticam Rempub.? Quot Basilicæ sine plebe, quota plebs sine Sacerdote? Vt cum D. Bernardo loquar, in Epist. 240. ad Hildefonsum Fani Ægidij Comitem. Inde etiam anxiæ irrepunt sacerdotiorum contentiones, quibus vsquequaque forum nostrum scatet, Christiano gregi oppidò quàm infestæ: Si Sulpitio fidem habemus, Sacræ Hist. lib. 2. Eodem ex fonte profecta sunt nundinaria sacrorum commercia, nummariæque Ecclesiasticorum munerum cessiones, collationes. Cuiusmodi scelesta illa Antiochi Regis in Iasonem Oniæ fratrem, cui ille auro corruptus perpetuum attribuit sacerdotium, annalibus sacrarum functionum Legibus posthabitis. Vbi enim non merita, sed pecuniæ suffragantur, restat, vt nil sibi grauitas, nihil sibi defendat industria. B. Gregorij verbis in Epist. 114. Lib. 7. Atqui in Ethnicorum ritus intuenti sese ilico prodit Romulus, qui nec venalia esse voluit sacerdotia, nec sorti subdita: Legémque sanxit, vt è singulis Curiis legerentur bini annum egressi quinquagesimum, qui virtute ac genere cæteros præcellerent. Eam Constitutionem de Romana vetere Theologia seruauit diutissimè S.P.Q.Romanus. Dionysij testimonio, Lib. 2. Antiquit.

Contra Symoniacam prauitatem, de qua scripsimus suprà.

Dionysius Halycarnass. Lib. 2. Antiq. Romanar.

In sordidos negotiatores Magistratuum.

QVOD si ab Ecclesiasticis, ad prophanos Ciuilésque magistratus liceat paulisper excurrere, quidnam Senecæ responsuri sunt publicorum munerum mercatores? exclamanti spoliari prouincias, & nummarium tribunal, audita vtrinque licitatione, addici alteri: Quùm quæ emeris, vendere Gentium Ius sit. Lib. I. De beneficiis. Eos nimirùm quæstui assuescere credibile est, Aristotelico elogio, qui facto sumptu imperia sint consecuti. Lib. 2. Politic. Cap. 9. Proin Alexius Byzantiorum Cæsar edixit in auspiciis Principatus sui, magistratus minimè postea venum iri, sed eos se, delectu ex optimis habito, mandaturum. Quod quidem iustæ gubernationis fundamentum esse firmissimum Nicetas agnouit, sic fatus sua lingua. * Ἄρξας εὐθὺς ἀνεκήρυξε, μὴ χρημάτων ὠνίους τὰς ἀρχὰς ἀνατίθεσθαι, ἀλλ' ἀμισθὶ καὶ δῶρον αὐτὰς βραβεύεσθαι· καὶ ἦν ὄντως τὸ τοιοῦτον ἐνόημα ἐλευθέριον τε ἄγαν καὶ ἀξιάγαστον, καὶ κρηπὶς χρηστῆς βασιλείας καὶ ὑποβάθρα καὶ θεμέλιος. Nolim autem hac in re nostris hominibus imitanda proponi Græcorum Instituta, at domesticam solùm, nostratémque Maiorum Politiam, Græca prudentiorem. Ludouici. 9. seculo, lar- 9

Alexius Imperator Constantinopolitanus.

* Initio principatus proclamari iussit, se magistratus non venditurum, sed optimè selectis gratuitò concessurum. Atque id consilium liberale & præclarum erat, & optimæ administrationis stabile fundamentum.

lo, largitionibus parari cœperant decuriæ, honoresq́; : sed hunc morem graui edicto D. Ludouicus soluit, sibi primùm imperans, quod virtuti meritísve deberetur, fortunæ auróve non dari. Vt ab Æmilio proditum est, lib. 7. Gallic. Annal. Atque vtinam sanctissimæ huius disciplinæ vestigiis insisteret Francica nostrorum temporum Respub. De ea tamen peiùs nil ominandum ratus in spem adducor, aurea secla reditura, i. non auro quidem mercales fore olim Regias forenses Præfecturas, sed pretio virtutis auto quouis præstantiore. Nonnulli interim forensis Aduocationis munere contenti, Iurisscientiæ studiis parabili, malunt solidam honestoque partam labore gloriolam, quàm emptitia ciuilium honorum Insignia: quorum & ambitio grandi patrimonij ære mulctetur, charissimis liberis piè potiùs adseruandi. Sed iam à Regiis ad Pontificia, sacráque Munera teuertamur.

Hæc ipsa res quæ tot magistratus & iudices facit, pecunia, ex quo in honore esse cœpit, verus rerum honor cecidit, mercatoresque & venales inuicem facti, quærimus non quale sit quicquid, sed quanti. Ex Senecæ Epist. 116.

10 PROPONTIFEX Scio erogauit beneficium Ecclesiasticum, antequàm pontifex Diœcesanus, cuius vicaria ille fungitur opera, cœpisset Episcopatus possessionem. Dubitatum est, valeret necne collatio. Non valere probabile erat. Quia possessionis fructus sit, conferre licere: nec nuda iuris concessione, sed in possessionem ingressu transfertur rerum dominium, liberáve earum disponendarum facultas. At Curiæ idcirco diuersum placuit, quòd verbo absoluta fuerit Rom. Pontif. gratia in nouum Antistitem. Cui exinde permissum censetur, fiduciaria cuiuis Præsulatus sui munia demandare. Fateamur enim, nec Episcopum verè quenquam dici, nec sacri ordinis iura ab eo conferri legitimè, nisi prius solenni ritu inauguratus sit. Capit. Licet. De translat. Episcopi Capit. Tua De iis quæ fiunt à præl. Capit. super his De accusat. Capit. Nosti De Elect. Designatus certè pontifex, etsi nondum sacratus fuerit (tanto minùs adeptus possessionem) exequi potest iurisdictionis munia, voluntariæ præsertim: cuiusmodi habetur factorum beneficiorum dispensatio. Capit. Transmissam De Elect. Abbas in Capit. Suffraganeis Eod. Titul. Ruzeus. 59. Priuileg. Regaliorum. Ideóque Senatus vicarias istas sacerdotiorum collationes decreuit ratas esse. Anno 1541. Harleyo litis expositore, in prima classe Inquisitionum Curiæ. Vt Longolius asserit in suis Arestorum Miscellaneis. Senatorio autem Decreto causam præbuit Ædis Gildæ cœnobiarcha, qui Meudonio Cardinali vicariam eius Monasterij functionem, procurationémque delegarat. Gildæ illius Britanni monachi Libellus extat, nominatim inscriptus, *De calamitate, excidio & conquestu Britanniæ, ac flebili castigatione in Reges, Principes, & Sacerdotes.* Attende obiter, proponrifices in Gallia nullos posse ab aduenis Episcopis creari, nisi indigenas: tametsi exteris illis delati sint Episcopatus fasces Principali indulgentia. Vt cautum fuit Regia Sanctione Mens. Septembt.

Vicario noui Episcopi necdum in possessionem ingressi licitum est vicariam potestatem exercere.

Verbo perfecta est gratia.

Electus Episcopus, necdum consecratus potest concedere indulgentias, & conferre beneficia, aliáque facere, quæ non sunt ordinis, sed iurisdictionis.

Arestum in prima Camera Inquestarum Curię Parisien ad relationem Dn. *de Harlay.*

L'Abbé de S. Gildas, en Berry.

Francicum Edictum, ne peregrini alicuius in Gallia Episcopi Vicarius, nisi Francigena, admittatur. Senatu Edictum promulgante Die. 8. Octob. An. 1554.

An. sesquimillesimo. 54. quæ Senatus Actis consignata est, Postridie Nonas Octobres eiusd. An.

11 VICARIVM Episcopi collatoris Procuratorem sequitur priuatus Clerici procurator, qui ad acceptandum collatoris munus sacrum constitutus sit, acceptúmque ad id subinde alteri relinquendum. Finge enim ab hoc mandatario acceptatum Ecclesiæ beneficium, eoque mox cedente, transcriptum alteri: Videamus, iusta sit necne procuratoria sacerdotij dimissio. Iustam quidem duxeris specie ipsa prima, quùm procurator ad futura quæuis negotia dari possit, in diem, sub conditione, & ad diem vsque. Vlpiani responso Lib. 9. ad Edictum l. 3. ¶. De procurat. Cui succinit Rotæ Romanæ iudicium. Quæst. 242. In Antiq. Vicit tamen diuersæ partis sententia, procuratorium illud mandatum inutile videri. Felyn. in Cap. Nonnulli. §. sunt & alij De Rescript. Imola ad Cap. vlt. Eod. tit. Cap. Gratum De offic. deleg. & apostolici Palatij Auditores Decis. 529. In Antiq. Secundùm quæ, Prætoriani Senatores improbarunt sacerdotij eiurationem à tali mandatario factam. Iudicato. 13. Kal. Februat. Ann. 1536. Cui conuenit Burdigalense S. Consultum, à Boërio relatum, Decisione Burdigalens. 308.

Vtrum quis possit resignare beneficium non suum, sed proximè sibi cōferendum.

Decretum Magni Cōsilij Regis die. 20. Ianuar. An. 1536.

Arestum Parlementi Burdegalensis.

12 ACCIDIT interdum, nouo Pontificis beneficiario subdolè negari collati sacerdotij tabulas, ne hac velut assertoria tessera, ille Pontificij muneris fidem facere posset iudicanti. Nec enim desunt sacerdotiorum competitores, qui Pontificiæ benignitatis chartulam clanculum supprimendam curent: vt ea nudato Apostolico, victoriæ palmam referant ipsi. Qua de re pridem in Senatum adducta, Malletus Poyeti causidicus, rectè hunc prouocasse à vindiciariæ possessionis sententia Consiliariorum Curiæ libellis præfectorum, de sacra Andensi Præpositura in Æde Martini Turonens. quam aduersarius euicerat ob non editas in iure collationis literas appellantis. Quippe quùm illius fraude insidiísque Poyetus Apostolicæ donationis codicillos nequiuerit à Sacræ Aulæ ministris recipere. Obnitente etiam Romano quodam Purpurato Bordesierio, apud Sanctam Sedem Franci Regis Oratore, qui competitoris impulsu omnem mouerat funem, ne Pontificiæ collationis syngrapha instanti Poyeto traderetur. Ex contrario, Desporta, pro Philiberto Houdrio suggerebat, talis exceptionis, quæ in facto consisteret, nullam habendam rationem in hoc vindiciario Interdicti capite Vti possidetis: fiduciariam saltem controuersæ rei possessionem sibi optimè addictam fuisse, cui vni certæ collationis ius in foro exhibitum suffragaretur. Decreuêre Patres, collationis instrumentum Poyeto ab Turonum Antistite porrigi eo iure, Die ac Cos. quo primùm Romæ in Poyeti gratiam admissa fuerat sacræ Præpositutæ eiuratio, quam *resignationem* vocant, eamque interim Præposituram publicæ sequestrorum

In callidorum beneficij competitorum fraudes, occultè impedientium, ne aduersario collationis literæ expediantur & tradantur.

La Preuosté d'Anjou, en l'Eglise de Tours, à cuius recredentia in Requestis Palatij iudicata Poyetus appellarat.

Gardinalis à Bourdaisieria, Galli regis legatus apud Sedem Apostolicam.

Les faits nō receuables, pour empescher recreāce beneficiale.

queſtrorum curationi committi. Areſto in forenſi patronorum diſceptatione lato pridie Cal. Martias. An. 1563. Huic conſimile S. C. factum eſt. 6. Calend. Apriles An. 1584. Ioh. Magiſtro conſcripto Curiæ litem referente in maximo Senatus Auditorio, de Primatu monaſtico Sant-Portiani Boiorum oppidi. Vtrobiq́ue verò iam tùm ſummatim liquebat cognoſcenti Curiæ, cum qui ſuppreſſa collati ſacerdotij documenta querebatur, anteriorem fuiſſe ſacerdotij donatarium temporéque potiorem, ex ſumpto quodam in Vrbe admiſſæ *reſignationis* exemplari. Cæteroquìn Pauli. 3. Pontif. Edicto vetitum fuerat. 3. Idus Mart. An. 1534. *Ne quis vigore tranſſumptorum Supplicationum, beneficiorum poſſeſſionem adprehendere poßit.* Vt Edicti verba vſurpem, quod extat in Lib. *Collectionis diuerſarum Conſtitutionum & Literarum Roman. Pontif. à Gregorio. 7. vſque ad Gregorium.* 13. typis commendato. Ann. 1579. Quin etiam Regia Francorum Lege adempta eſt publico cuíque Magiſtratui poteſtas, Ordinario iubendi ſacrorum Antiſtiti, vt ſacerdotia conferre, collatorúmque teſtes tabulas dare nil cunctaretur: ſalua duntaxat hoc caſu petendæ collationis deuolutione ad Præſulem ſuperiorem. Edicto. 16. Kal. Maias An. 1571. Verùm huius Conſtitutionis Senatus tandiu ſuſtinuit comprobationem in eo capite, quoad Rex maturiùs conſuleretur. Decreto. 16. Kalend. Septembr. Eod. Anno. Tandem ad querulum Francici Cleri libellum reſcripſit Princeps, interdixítque ſupremis Galliæ Tribunalibus, ne poſthac Eccleſiaſticos Præfectos vrgerent ad ſacerdotalium collationum literas expediendas tradendáſque poſtulanti. Artic. 64. Edicti Bleſenſis An. 1579. quod Gallici Pop. Ordines Bleſis coacti excitarunt. Eadem verò Principis Lege monentur quoſcunque is ad ſacras Præfecturas nominarit poſtea, Romanũ de iiſdem diploma obtinere intra nouenum menſem à Regia nominatione. Iuxta Pontificiam Bonifacij. 8. Sanctionem Iniunctæ De Elect. In Extrauag. commun. Et dictata à Panormit. in Cap. Qualiter De Elect. His quoque præceptum eſt curare ſedulò, vt intra trimeſtre ab impetrato illo Sanctæ Sedis diplomate, promoueantur ad ſanctiores ordines, pontificéſque inaugurentur. Artic. 5. & 8. Bleſenſis Gallicæ Conſtitut.

13 NOLITE porro mirari ſacram Andium Præpoſituram in Martiniano phano Turonen. (de qua Nos paulò antea, tot expetitam & captatam procis, ſi ita loqui fas eſt. Hæc enim vt opimis conſtat prouentibus ſparſim, ita mirè honorifica eſt, non in eo ſolùm templo, verùm & in Andegauis finibus quibuſdam, intra quos Præpoſitus dominico patronalique vtitur imperio, ſummæque, mediæ, ac infimæ coërcitionis ius habet. In huius Territorij feudique ſeptis gentile nobis prędium eſt Chaſtoniũ, noſtræ domicilum

Decretum Curiæ Pariſien. die vlt. Febr. An. 1563. expediendum eſſe litiganti de beneficio, collationis ipſius inſtrumentum eiuſdem diei & anni, quo die primùm collatio ei facta fuerit ab Ordinario, vel à Papa, & interim beneficium ſequeſtrandum eſſe.

Aliud Curiæ iudicium Die. 27. Martij. Ann. 1584. in magna Camera, de Prioratu *de S. Pourſain, en Bourbonnois, au rapport de M. le Maiſtre Conſeiller.*

Sumptum ſeu extractum ex Regiſtris collationum Pontificiarum, vt habetur in Proœmio Sexti decretalium Epiſtol. Et hoc expreſſe docet Antonius Butrius in Conſil. 2. & 49. Tum in Rotæ Romanę Deciſ. 621. in antiq. Et Rebuff. in Concordat. Rubrica de prorogatione dilation. ad recipiendum Concord. (in verb. exhiberent) Deciſ. Rotæ 637. In antiq. Sumptum de inſtrumento originali communiter non facit fidem. cap. 1. & 2. de fid. inſtrument. Et ita ſeruat Rota dominorum auditorum.

Edictum Pauli. 3. P. P. die. 13. Mart. An. 1534.

Regia Ordinatio *ſur la plainte & Remonſtrances du Clergé.* die. 16. April. An. 1571.

Modificata in Parlamento, die. 17. Auguſti, eod. An.

Bulla Iulij 2. An. 1505. 5. Cal. Auguſti, qua Conſtitutiones, Bonifatij 8. (cap. 1. de elect. In extrauag. communibus) Alexandri 5. Pij 2. & Innocentij 8. contra Prælatos, & alios, Literis Apoſtolicis non expeditis, adminiſtrationi Eccleſiarum & beneficiorum Eccleſiaſticorum ſe ingerentes editæ reuocantur, cum aliqua tamen moderatione.

Ex collectione diuerſarum conſtitutionum & Literarum Romæ Pontif. iam inde à Gregor. 7. vſque ad Gregorium 13.

Dignitas Eccleſiaſtica *de la Preuoſté d'Anjou*, in Eccleſia S. Martini Turonenſ. Terra nobilis & feudalis *de Chaſton*, in Parochia *du Bailleul*, diœceſis Andegauenſis, & regiæ Iuſtitiæ Locumtenentis Seneſchali Andium, in Baugeia Sede particulari.

Præpositura est dignitas principalior in Ecclesia collegiata tria concurrant, primò quod sit electiua, secundò quod habeat administrationem bonorum temporalium Ecclesiæ, tertiò quod habeat prerogatiuam in choro & in loco capitulari. Decis. Rotæ 451. in antiq. Vbi dicitur quod ex consuetudine notoria Germaniæ præpositi sunt maiores decanis, in Francia, contra.

De præpositurę officio & dignitate Innoc. in cap. de multa. De præbend. & Archyd. post eũ in Cap. 1. de consuet. in 6.

Preuostez, dignitates in Ecclesia S. Martini Turonen.

Idem Innocentius. 3. Augustensi Præposito rescripsit. Cap. ex ore De his quæ fiunt à maior. part. cap. Honorius. 3. Præposito Cameracẽsis Ecclesiæ. cap. cum dilecta De concess. præben. Gregorius 9. Magdeburgensi Præposito cap. cum bonæ De probat. Lausanensis verò sacræ præturæ mentio fit in cap. cum nostris De concess. præben.

Abbas cœnobij B. Mariæ *de Perseigne*.

originis, quod ataui nostri vetustæ clientelæ feudum nobis reliquére, in Baillolio situm Andegaui agri Vico: Quippe qui sacræ simul & Regiæ Andium iurisdictioni Vicus subiiciatur. Ac natalis quidem huius patriísque soli tanta vis est ac energia, vt Ithacam pariter illam in aspetrimis saxulis, tanquam nidulum affixam, sapientissimus vir anteponeret immortalitati. Sed vt Ecclesiasticas illas Turonum Præposituras repetam, summi Pontifices honore prosecuti sunt sacratum ædium Præpositos, & Ecclesiasticis litibus iudices dederũt: Quod non nisi sacra dignitate præditis fuit olim attributum. Sic Gregorius. 8. Decretali Epistola salutauit Præpositum D. Cataldi Cap. proposuisti De probat. Alexander. 3. Embrudensem Præpositum Cap. Cùm tu De testib. Ita Innocentius. 3. Epistolari rescripto dignatus est Suburgensem, Strigoniæ, Insubriæ, ac Colonensem Templorum præpositos. Cap. Constitutis De testibus. Cap. 4. De postulat. prælat. Cap. dudum De Præsumpr. Cap. dudum De Elect. Tum Honorius. 3. Præpositum Laudunensis Basilicæ sacræ: Molisij item, Firman. Diœceseos, ac Vercellensem Cap. præsentata Cap. Per tuas De testib. Cap. Significauerunt De Exception. Eò autem insigniores censentur Martiniani Turonum phani Præturæ, quòd huius sacerdotes templi præclaris Regum Pontificúmque muneribus aucti fuerint quondam, ad Numinis cultum reuerentissimè celebrandum. Idque Innocentius. 3. diplomate testatum reliquit, quo, istius emendationem Cleri mandabat Hamelino Cenomanorum Episcopo, & Adamo Perseguei Cœnobij Æteriatchæ, in hanc formulam. CVM OLIM ECCLESIA IPSA S. MARTINI INTER ALIAS ECCLESIAS GALLICANAS RERVM VBERTATE ET LIBERTATE NOBILIOR HABERETVR, NVNC FACIENTE IMPORTVNITATE GVERRARVM IN CINERE IACET, ET INCENDIO DESOLATA EST. SPREVERVNT ENIM EAM DOMESTICI EIVS: QVIA ILLI QVI MAIORES IN EA TAM IN HONORIBVS QVAM IN BENEFICIIS PERCIPIENDIS EXISTVNT, SICVT PRIORES, CAPICERII, ATQVE PRÆPOSITI, RARO INTRANT ECCLESIAM IPSAM, &c. Pontificatus Anno. 7.

In Ecclesia B. Martini Turonen. Præpositoræ. 15. quarum dos & reditus siti sunt in diuersis locis scilicet in Ducatu Turoniæ, Andegauiæ, &c. Ex lib. Statutorũ dictæ Ecclesiæ. Præstimonia de Castellione, quæ est in Diœcesi Aurelianen.

Preuosté d'Alexandrie.

Bataille de Pauie in Lombardia, inter Gallos & Cæsarianos Die. 24. Februar. An. 1524.

IBIDEM ergo numerantur quindecim potissimùm Præpositu- 14
ræ: In Turonibus videlicet, Præpositura Oeti, Varennæ, Coursaij, S. Spaui: In Andibus sacra prætura Noenti (Andegaua dicta) altera item Restigniaca. In Pictonibus, Anthoniaci, & Blalaij: In Cenomanis, Præpositura Mayetia: Blesis, Valeriorum, & Sedobrij: In Biturigibus, Theriaci: Lingonibus, Cabliorum: In Tricassibus, Calestria: In Cabilonensi regione, Milceya Præpositura. Adũce his Præturas alias Ecclesiasticas, quæ *Præstimonię* vocantur à Canonicis Martinianis. Castillioneam nempè Aureliorum, & Alexandrinæ Diœcesis *præstimoniam*, apud Longobardos. Quo in fundo D. Martini idcirco Ticinensi pugna victum aiunt, captúmque à Cæsarianis Gallum regem, quia argenteos cancellos Martinianæ Turonum Aræ tolli iussisset incautiùs, bellicísque vsibus impendisset.

pendisset. Tantæne animis cœlestibus iræ? Hæc planè memoria repetenti, ni comperta alioquin Franci huius in Diuos pieras extirisset, videtentur censetenda ea quodammodò cum vltore contemptæ religionis Æsculapio, qui cõsecratum Templo suo lucum, à Turulio præfecto Antonij, ad naues ei faciendas succisum dolens, profligatis Antonij partibus Cæsariana acie, Turulium Numinis sui viribus traxit eum in locum, quem violauerat, effecítque vt ibi à militibus Cæsarianis occideretur, exitioque suo euersis arboribus lueret pœnas. Quod à Valerio Max. telatum est. Lib. 1.

VIDERINT igitur quàmlibet pij & orthodoxi Principes, ne vrgentibus etiam Reipub. negotiis, dicata DEO facilè contrectent. Cui vel rerum omnium gerendarum primordia, progressus, exitúmque debere nos solido iure profitetur F. Gregorius Theologus in Sermone de Virtute, cuius initium, Θεὸν τὸ πάντων αἴτιον πρῶτον καλῶ, hoc est, DEVM cunctorum auctorem primùm inuoco. Secundum autem DEVM, Diuis suus constet honos, sacræquè rei Diuis nuncupatæ: Quos, & Martinum imprimis, (de quo superiùs) sancta vetustas est venerata. Docent idipsum Gregorius Turonensis, & Sulpit. Seuerus in vita B. Martini, ab iis piè simul accuratéque exarata. Iisdem consonat Rhemensis Historiæ liber. 4. Cap. 48. apud Frodoardum *De Ecclesiis in honorem S. Martini circumquaque constructis.* Quibus demùm subtexere visum est hæc Fortunati Heroïca de B. Martino, Christianum magis pectus spirantia, quàm Poëticum, aut facundum.

D. Sulpitius Seuerus Biturigum Archiepiscopus scripsit vitam B. Martini, de virtutibus Monachorum Orientalium, & sacræ Historiæ Lib. 2. Hic Cellam patris Martini lustro integro obtinuit hæreditate præclara: Quem postea licet renuentem, Bituricensis Clerus inde abducens, Archipræsulem sibi designauit. Flodoardi Rhemensis Canonici Opera peruetusta.

Conuenienter enim me ratio plena poposcit,
Huius Pontificis solui præconia verbis:
Cuius causa fuit hac me Regione venire.
Ergòne dignus ero Martini gesta beati
Pannoniæ geniti, qua clara Sabaria vernat,
Enarrare? &c.

Titulus. VII.

DE REGALIBVS SACERDOTIORVM MVNERIBVS.

1. *Reseruata à Pontifice beneficia, Regaliæ, vt alia, subiici.*
2. *Regaliam extendi ad beneficia permutatione vacantia.*
   Eandem aperiri per promotionem ad Cardinalitium titulum.
3. *Literæ remißionis Regaliæ, in Episcopatibus Prouinciæ Aquitanæ Burdigalensis.*
4. *De Commingiæ, & Petragoricæ Ecclesiæ Regalia.*
5. *In Occitanis partibus ceßétne Regalia, & fidelitatis iusiurandum in Principem.*

De Francico Regaliorum iure in multis Galliæ Episcopalibus Ecclesiis vacantibus, siue per collationem beneficiorum Diœcesis, sede vacante, siue per receptionem fructuum temporaliũ Episcopatus.



VANDIV SACER Magistratus Diœcesi præfuit, ei tributa est sacerdotum ordinatio, seu erogatio sacerdotiorum: Cuius adiutorem Princeps tutorémque gessit pro vetere Politica sanctorum Canonum disciplina. Nunc autem humanis erepto Antistite, Regium munus est, cum tutelari illo Ecclesiæ patrocinio, res Episcopatus tractare, dignis sacra dispensare Ministeria, cæterísque eiusmodi Præsulatus oneribus, admota manu, identidem perfungi. Inde Regaliorum lex Francis dicta, tanti momenti efficaciæquè, vt Pontificias quasuis superet Ecclesiastici beneficij collationes: tametsi idem reseruatum esset à Sede Romana, ante Regaliorum ius adapertum, seu quam Græci * χολάζουσαι ἐκκλησίαι vocabant in Concilio Antiocheno. Sicuti iudicio decisum est Curiæ Parlamenti 12. Calend. Decemb. An. 1361. Petro Ordeomonte, & Ioh. Morelio inuicem certantibus de Morinensis Præsulatus Regalia: cui aditum patefecerat Episcopi Morinorum allectio in Romanum illum Senatum, qui ex Cardinalibus constat. Vt est in Priuileg. 13. Regalium. In eadem Teruannæ Morinorum Ecclesia, ius Regaliorum adstruunt S. 1

* vacantẽ Ecclesiam. Sententia Parlamenti Parisien. Die. 20. Nouem. 1361. pro Regalista contra eum cui a Papa prouisum fuerat in vim reseruationis Apostolicæ ab eo factæ, ante aperturam Regaliæ Episcopatus *de Therouenne*, superuenientis per promotionem Episcopi *de Therouenne* ad Cardinalatum.

Consulta

Conſulta alia duo: prius 7. Idus Septembres An. 1417. Iano Derpio aduerſus Iohan. Torotium contendente. Alterum poſtridie Nonas Maias An. 1440. quùm Mauritius Faulpius in Nicol. Menatum lege diſceptaret. Hæc tamen in Morinôs Regalia minus videtur animaduertiſſe Alexander 3. ſcripta ad Decanum & Capitulum Morinenſe Epiſtola, de alieno ære exoluendo, quod Pontifex demortuus in rem Eccleſiæ conflauerat. Quaſi ipſius curatio vacantis adminiſtratióque non ad Regem pertineret, ſed ad Epiſcopale Collegium, Cap. 1. De Solut. Licet autem nunc ſolo æquata ſit Teruanna Belgarũ ciuitas hoſtili ferro: eius tamen Epiſcopalis ſedes tranſlata eſt Bononiam in Belgico Oceani littore, Gallici imperij: & in duas Hiſpanicæ ditionis vrbes, alteram idiomatis Francici, cui à D. Audomaro nomen inditum, alteram Flandrici, quæ Hypræ appellantur. Vt Ludou. Guicciardinus refert, Belgiographiæ ſuæ Tit. De Arteſia. Nimirum ex Samarobrino Pacis Tractatu inter vtrumque Galliarum & Hiſpaniæ Regem inito, An. 1559. Antiquitùs enim Fanum Odomari contributum fuiſſe liquet ſacræ Morinorum Præfecturæ: Decretali Epiſtola Gregorii 9. Ex parte, De appellat. Sicuti & Hypras Flandriæ oppidum Cap. 2. (De alienat. iudic. mutan.) ad D. Nicolai Abbam, & Decanum Faren. Morinenſis diœceſis. Morinenſium autem catalogo Pontificum primus accenſetur Aimundus ab Errico Huntidunenſi. In Anglicis Annalibus quos pertexuit is Anno Virginei partus 1135.

Areſtum Curiæ Luterianæ die. 7. Septemb. An. 1417. & die. 8. Maij 1440 pro Regalia *de Therouenne*, & pro Regio Galliæ iure conferendi beneficia diœceſis *de Therouenne* per Regem. poſt obitum Epiſcopi, & quandiu vacet Epiſcopatus *de Therouenne.*

L'abbaye de Boulongne ſur la mer, depuis erigee en Eueſché eſt mentionee & celebree par Froiſſart, Hiſt. Lib. 1. Cap. 219. *diſant que le Roy Iehan de France ſe logea en ladite Abbaye, en allãt à Londre en Angleterre*

Antiquæ Terouennæ Epiſcopatus in tres diuiſus, *à Boulongne ſur la mer, S. Omer & Ypre.* Cameracenſe fœdus inter Reges. Vrbs *de S. Omer* fuit pridem de diœceſi *de Terouenne.*

2 TANTA vis eſt igitur Regaliorum, vt ſi quid moliatur Rom. Pontificis candidatus, quo Regium ius minuatur, id velut abuſiuè factum reſcindat Curia ſecundum Principis beneficiarios. Vtputà, Nicolaus 4. P. P. in templo maiore Lauduni ſacerdotium obtinebat, priuſquam in ſacroſanctæ Dignitatis faſtigium efferretur. Subinde Laudunenſis Epiſcopa, Præſulis mutatione incidit in Regaliam: qua ſtante, Nicolaus Pontifex ſororis filium honeſtauit canonicatu ſuo & Præbendo Laudunenſi. Princeps verò alteri hoc beneficii contulit lege Regaliorum, quæ rerum euentu poſſeſſionéque præualuit. Quemadmodum à Vilhelmo Durando perhibetur §. Nunc tractemus. Tit. De legato, & à Ruzæo in Priuileg. 9. ac 14. Regal. Nec aliter in Neruiorum Regalia decretum eſt, quam induxerat noua Sacræ purpuræ roſeique Galeri acceſſio ad Tornacenſem Andrææ Florentini Epiſcopatum. Nam etſi dehinc ſacerdotium quoddam mutua priuatorum permutatione acceptum fuiſſet ab Sede Romana, Patres tamen Pariſienſes cenſuerunt hoc caſu Regaliorum ius obſequendum. Poſtridie Martinalium An. 1404. Inter Durandum Aorontum, & Vidum Arnaldum ſacerdotii competitores. In promptu cauſa eſt, quia Eugenius 3. P. M. Neruiorum pontificatum inſtituit, qui antea ſacro imperio ſubiiciebantur Nouiomenſis Epiſcopæ. Hæc autem Regalibus iam olim obnoxia eſt, adeo, vt iis ne Romana quidem beneficiariæ Reſeruationis diplo-

De Canonicatu & præbenda Eccleſiæ *de Laon*, vacante poſt aperturam Regaliæ Epiſcopatus *de Laon.*

Regalia in Epiſcopatu *de Tournay*, aperta Regi Franciæ per promotionem Epiſcopi ad Cardinalitium titulum, cum Epiſcopatu incompatibilem, qui ideirco vacationem Epiſcopatus inducit. Sufficit enim Epiſcopatum momento vacaſſe, quoad aperturam Regaliæ, licet vterque titulus ex Pontificia venia gratiaque retineatur.

Tornacenſes olim diœceſani *de Noyon.*

mara officiant. Sicuti iudicio definitum fuit in Regalia Belgicæ huius Nouioduni Ecclesiæ 3. Nonas Maias Ann. 1350. Comperimus item Nouioduni, Neruiorúmque Præsules eadem serie ordinéque descriptos ab Errico Hunringronêsi Archydiacono, Augustinum, Gondulfum, Ebrulfum, & alios complures. Quisquis autem expenderit Alexandri 3. Epistolâ ad Tornacenses Episcopos, haud dubiè intelliget, Gallicam Regaliorum legem vel ignoratam ab Alexandro, vel astu dissimulatam. Cap. eam re, De Rescript. Idémque scripsit ad Neruiorum antistitem, Cap. Admonet, De renunc. Cap. 1. De his qui fil. occid. Et paulò post ad eundem Innocentius 3. P. P. Cap. Cùm iamdudum, De præben. Cap. Tua, De Consecrat. Eccles.

Decretum Curiæ in Regalia de Noyon Die 5 Maij An. 1350.

Le mardy 10. jour de Decem. l'An 1602. au roolle de Vermandois, entre deux Regalistes plaidant Vaillant & Loysel a esté jugé que la collation en regale prise pour la partie de Loysel sous le seing d'un Secretaire du Roy, autre que d'un des 4. Secretaires d'estat & des commandemens, estoit nulle, & a faict sur le champ perdre le benefice audit impetrant, & a obtenu l'autre, auquel la collatiõ estoit expediée & signée de l'un desdits 4. Secretaires d'estat. C'estoit touchant la regale de l'Archevesché de Rheims.

Vide *de la Regale de l'Evesché de Tournay,* Arestum de Regalia Tornacẽsi, An. 1274. *aux Registres de la Cour, prins du Liure des Memoires & Recueil du President Barme.*

REGALIORVM quùm vsus sit certissimus, origines percensere
vereor, ne minùs gratum sit, aut (quod malo dicere) mihi nimis ar- 3
duum: Socraticos imitatus, qui à rebus dubiis assensionem cohibent, tutiorémque putant Academiæ suam * aporiam vel * Acatalipsiam, quàm audacem veteris memoriæ assertionem, quæ aut fallax est plerumque, aut odiosa receptissimi iuris oppugnatrix. At enim Reges prisci varias Ecclesias soluerunt Regaliorum legibus, & in primæuam libertatis causam restituêre. Huius remissionis Regaliæ peruia sunt exempla in sacris Aquitanæ oræ præfecturis, ex regio Ludouici Iunioris diplomate infrà relato. EGO LVDOVICVS IVNIOR, MAGNI LVDOVICI FILIVS, D. G. REX FRANCORVM, ET DVX AQVITANORVM TIBI GAVFRIDE BVRDEGALENSIS ARCHIEPISCOPE CVM SVFFRAGANEIS EPISCOPIS RAYMVNDO AGENNENSI, LAMBERTO ANGOLISMENSI, GVILLIELMO PICTAVENSI, ET GVILLIELMO PETRAGORICENSI, NECNON CVM ABBATIBVS BVRDEGALEN. PROVINCIÆ, VESTRISQVE SVCCESSORIBVS, PETITIONIBVS VESTRIS, COMMVNICATO PRIVS EPISCOPORVM, ABBATVM ET PROCERVM NOSTRORVM CONSILIO, DVXIMVS ANNVENDVM, ET IN SEDE BVRDEGALEN. ET IN PRÆNOMINATIS EPISCOPALIBVS SEDIBVS, ABBATIIS EIVSDEM PROVINCIÆ, QVÆ DEFVNCTO AQVITANORVM DVCE, ET COMITE PICTAVIS GVILLELMO, PER FILIAM IPSIVS ALIENORAM NOBIS SORTE MATRIMONII CEDIT, IN EPISCOPORVM, ET ABBATVM SVORVM ELECTIONIBVS, CANONICAM OMNINO CONCEDIMVS LIBERTATEM, ABSQVE HOMINII, IVRAMENTI SEV FIDEI PER MANVM DATÆ OBLIGATIONE. PORRO DECEDENTIS ARCHIEPISCOPI, ET SVFFRAGANEORVM IPSIVS EPISCOPORVM SIVE ABBATVM DECEDENTIVM RES VNIVERSAS SVCCESSORVM VSIBVS REGIA AVCTORITATE SERVARI VOLVMVS, ET CONCEDI PRÆCIPIMVS ILLÆSAS. HOC QVOQVE ADIICIENTES,

* dubitationem.
* incomprehensibilitatem.

Remissio Regaliæ Burdegalẽsis Prouinciæ, per Regias literas Ludouici *le ieune,* quibus similes paternas Ludouici Crassi, eodem Die expeditas illhic ad verbum exscribere minimè necessarium existimaui.

Burdigalẽsis Archiepiscopi suffraganei complures hic referuntur, Episcopus *d'Agen,* Episc. *d'Angoumois* Episc. *de Poictiers,* Episc. *de Perigort &c.*

CIENTES, VT OMNES ECCLESIÆ INFRA DENOMINATAM PROVINCIAM CONSTITVTÆ, PRÆDIA, POSSESSIONES, AC VNIVERSA AD IPSAS PERTINENTIA SECVNDVM PRIVILEGIVM, IVSTITIAS, ET BONAS CONSVETVDINES SVAS HABEANT ET POSSIDEANT ILLIBATA. QVINIMO ECCLESIIS IPSIS VNIVERSIS, ET EARVM MINISTRIS CVM POSSESSIONIBVS SVIS CANONICAM IN OMNIBVS CONCEDIMVS POTESTATEM. ACTVM BVRDEGALÆ, AN. 1137. REGNI NOSTRI 4.

Commingiæ Epiſcopalis Eccleſiæ libertas exemptióque à iure Regaliæ Frãciciæ & collationum beneficialium vacante Epiſcopatu, quas Rex illo iure ſibi præſumit.

4 PROPTER hanc Regaliorum immunitatem, quæ Aquitanis Eccleſiis data eſt, Senatus decreuit, Conuenarum diœceſim Regalibus vacuam exemptámque eſſe. Iudicato 5. Calend. Quintiles, An. 1562. Briſſoneto Curiæ Conſiliario litis inſpectore, quam Ordo Clariſſ. conſilio antea commiſerat 9. Cal. Maias, An. 1556. Durando, Antonij Dumaſi *regaliſtæ*: Dauide, Perceualis Boiſredoni: & Portano, Dominici Fogaſſeti cauſam orantibus, de ſummo Conuenatis Eccleſiæ Diaconatu. A quibus haud longiſſimè abeſt Conuenatis Epiſcopi libera ſolutáque electio, apud Innocentium 3. Cap. per inquiſitionem, In verſ. Tholoſanenſi Præpoſito in Epiſcopum Conuenarum electo, & Cap. In cauſis, De elect. Ne iſthîc Conuenatem Vigilantium commemorem, à D. Hieronymo miris exagitatum modis, tanquam monſtrum vnicum, quod aleret Gallia. Verùm aliquantò poſt, Clodoueus 1. rex ſtruxiſſe fertur pontificalem Conuenarum Baſilicam, Gotthis inde profligatis. Sub annum 510. Porro & in Tarbelorum Epiſcopio ceſſant Regalia Principis iura, ne hic mortui Epiſcopi vicem ſuppleat in re beneficiaria conferenda ac diſponenda. S.C. memorabili, quod exprompſimus lib. 2. noſtri Operis *De priuilegiis Ruſticorum*, Tit. De Arboribus in confinio poſitis, & earum fructu. Nec diuerſum de Petragorica Eccleſia, iudicio deciſum aduerſus Regaliam. Quippe regia liberalitate ſuffulto vindicias abdixit Senatus fiduciariámque ſacerdotij poſſeſſionem. Poſtridie Nonas Apriles An. 1556. Cui acceſſit vltima Patrum Sententia conſimilis, diebus Natalis Dominici profeſtis An. 1564. Sacræ tamen Pictonum Regaliæ quæſtionem conſilio permiſit Curia centumuiralis. Tertio Idus Maias An. 1575. Mario, Regaliſtæ: Durando, aduerſarij: & Auguſt. Thuano fiſci patronis. In profana autem Pictauenſi Regalia; qua profani vacuæ Epiſcopæ reditus colliguntur à Principe, Senatus adiudicauit vindiciaria quadam formula Sodalibus Ædis Palatinæ apud Lutetiam, (qui Regij iuris ceſſione ſubnixi ſunt) duo millia Pariſien. libellarum ex annuis Pictonici Epiſcopatus prouentibus, nullo interim ſummæ controuerſiæ præiudicio. Areſtis circa Natalitia Chriſti ſolemnibus An. 1574. inter Deſcarſium Pictonum Præſulem, & Canonicos Palatini Sacelli Pariſien.

Iudicium Curiæ die 27. Iunij 1562. *sur vn Appoincté au conſeil du. 21. Auril. 1547. iugé au raport de M. Briſſonnet Conſeill.* de Archidiaconatu Cõmingiæ Eccleſiæ.

Cathedralis eccleſia *de Cõminge, en Gaſcogne.*

Nimirũ inquit, reſpõdet quoniam ſunt: vt qui de Crõmũ & Cõuenarum natus eſt ſemine; quos Gn. Põplius edomita Hiſpania, & ad triumphum redire feſtinans, de Pyrenæi iugis depoſuit, & in vnum Oppidum congregauit: Vnde & Conuenarũ Vrbs nomen accepit. Hieron. Tom. 3.

Epiſcopatus *de Tarbes* in Vaſconia, minimè ſubiectus Regaliæ.

Areſtum prouiſionale pro Eccleſia *de Perigeux*, contra ius Regaliæ, Die. 6. Aprilis. 1556. Alterũ definitiuum pro eadẽ Eccleſia. *Aux Arreſtz ſolemnels de Noel*, 1564.

De Regalia in Pictauenſem Eccleſiam, *Appoincté au conſeil en la Cour*, Die. 13 Maij An. 1575. quoad regiam collationẽ beneficiorum: Sed quoad Regaliam tẽporalem, nempe receptionem temporalium vacantis Epiſcopatus. Areſtũ prouiſionale pro Canonicis S. Capellæ Palatij Pariſien.

Dn. *d'Eſcars* Epiſcopus *de Poictiers*.

5 HÆC de Aquitana Eccleſia, Regalibus immuni ſolutáque: Nunc

Anno 27. Porrò Antissiodorenses Episcopos, de quibus hîc agitur, ptimarios tecenset Erricus Huntindunensis, S.S. Peregtinum, Matcellianum, Valerianum, Elodium, Amatotem, Germanum, Alodium, Fratecnum, Censurium, Vrsum, aliósque quàm plutimos. Meminit & Antisiodoten. Præsulum Innocentius 3. grauéque ipsorum tefert de hæresi dissidium aduetsus Charitatis oppidi, in Biturigibus, ciues, Cap. Literas, De ptæsumpt. Ab eodem tescriptum est ad pontificem Altissiodorensem, Cap. Cum tibi, De Testament: Cap. Tuæ fratetnitatis, De Cletic. non tesid. Et Cap. Cùm in diœcesi tua, De Vsur.

Charitatis ad Ligerim amnem oppidani.

7 ALIQVANTVM dissimilis, saltem dissimilitet iudicata Niuernensis Ecclesiæ Regalia; cuius quæstionem antea P. C. audita patronorum actione, miserant in consilium 4. & 5. Idus Quintiles Ann. 1541. Iuuabat tum quidem Ordinarij causam Regaliotum exemptio Niuernensi Clero concessa, Philippi 2. Codicillis. Sed contrario vsu Regalis lex isthæc nitebatut, longáque ad eam ætatem possessione in sacram Niuetnensium diœcesim. A singulis enim Senonum mettopolitæ suffragantibus agnita est Regalia, & motibus ptobata, vno dempto Antissiodorensi Episcopatu. Vt Ptobus Bituticus sctipsit Quæstione 60. vbi Niuetnensis Regaliæ speciatim habita mentio. Idem consuetudine teceptum in Treccensi Hierarchia, cuius tametsi Regalibus cessisset Theodotus tex, in eam nihilominus Regaliorum ius setuatum retentúmque longa possessione, tradit Ptobus Quæstione supradicta, Num. 34. Quinimò REGALI Magistratui imprimis conuenit, cœlesti Chrismate perunctо, vt Sacrotum ptocutationem getat, vacua diœcesani pontificatus Sede. Notum est quippe ex Bibliorum libris, Hebræum Regem, sacetdote fatis functo, tenuisse Ecclesiæ clauum, populísque Ecclesiasticos ministtos præfecisse. Atque vt Dauida silentio ttansmittam, qui 24. Templi flamines constituit, idem de Salomone eius filio prædicauit antiquitas, tum de Iuda Machabeæ gentis Principe. Ex 1. Patalipomen. Cap. 24. & 3. Regum, Cap. 1. Tum 8. Cap. Machabeot. Omnimodò enim sacerdotij honos Iudæis firmamentum potestiæ assumebatut. Vt ait Tacitus Annal. lib. 21. Quò spectat Iosephi dictum in Vita sua, Asamonæorum familiam longo tempore Regnum simul & Sacetdotium in gente sua obtinuisse. Quid pluta? Senatus diligentet excussum Regaliorum ius in Ecclesiam Nouioduni ad Ligerim, addixit Procuratoti fisci: posthabita illa verè Augusta Regaliorum cessione, cuius sctiptura hæc est. *Nouerint &c. quòd nos dilecto & fideli nostro Guillelmo Niuernensi Episcopo totum ius illud, quod habebamus in Regalibus Niuernen. concessimus & quictauimus in perpetuum ipsi, & successoribus suis, & donationem etiam prebendarum: Ita quòd vacante sede nihil de mobilibus, vel immobilibus per nos, vel per alios capiemus in domibus Episcopi, nec in castellis & villis eiusdem, neque in hominibus Regalium, nec in rebus eorumdem. Neque in prædictis*

Appoincté au Conseil en Parlemet touchant la Regale en l'Eglise de Neuers, Die 11. & 12. Iulij An. 1541.

Episcopi suffraganei Senonensis Archiepiscopatus, ab antiquo suae Regaliæ possessioni obnoxij & subditi.

Ecclesia *de Troyes*, cui rex Philippus August. seu *Dieudonné* remisit Regaliam.

Definitiuum Curiæ iudicium pro Rege & Regalia in Ecclesia Niuernensi: Quod à nobis cum die & Anno recitatum est Lib. 2. Domanij Gallici, Tit. 21. Art. 8.

Niuernensis Regaliæ remissio Philippi 2. Rescripto concessa.

Regalibus aliquid prorſus retinemus, præter exercitum & procurationes: ſicut nos, & prædeceſſores noſtri ea ſolent & debent habere. Concedimus etiam, vt ſede vacante eadem Regalia ſint in manu Decani & Capituli Niuernenſis. Vt tam ea, quàm præbendæ, ſeu dignitates, ſi quæ interim vacauerint, ad opus futuri Epiſcopi ſaluæ & integræ reſeruentur. Anno 1208. Hi Nouiodunenſes Epiſcopi memorantur Decretali Epiſtola Innocentij 3. Cap. Cùm olim. 1. De offic. deleg. Præſto eſt quoque Apoſtolicum ad eoſdem Reſcriptum Literas, De præſumpt.

CELTICIS Belgicæ ſuccedant Eccleſiæ, quarum nonnullas Re- 8
galibus immunes, exemptáſque eſſe Patres decreuerunt. Celebri S. Conſulto in Ambianenſem Regaliam pridie Calend. Febr. An. 1561. pro Itierio Bardello, & Firmino Picqueto, aduerſus Rodulphum Rogium, qui Principis liberalitate fultus litigarat. Et hoc quidem Curiæ iudicium non animaduertit Ægid. Magiſter Regaliorum ſcriptor in Libris Deciſion. A quo tamen alia tria in eandem citantur ſententiam: Quorum ſecundum notatu dignius, quia ab illo leuiter perſtrictum eſt, hiſce* αὐτοῖς ἔπεσι inſerendum curaui. *Carolus D. G. Francorum, & Nauarræ Rex. Notum facimus &c. Quod cùm nos Bailliuo Ambianenſi per noſtras literas mandauiſſemus, quod cùm olim viuente chariſſ. Domino genitore noſtro certum Areſtum pro Epiſcopo tunc Ambianenſi prolatum fuerit ſuper poſſeſſione collationis præbendarum Eccleſiæ Ambianen. quas ſede vacante contingebat vacare, Nóſque, & procurator noſter probabiliter ignoraremus, an in ſimili modo cæterorum collatio beneficiorum vacantium in Ciuitate & diœceſi Ambian. ad ipſius Epiſcopi collationem ſpectantium, ad nos ratione iuris Regalium pertineret. Nos ne ex ignorantia ius noſtrum deſerere, aut alienum inuadere contingeret, mandauimus Bailliuo Ambianen. quòd ſe ex præmiſſis fideliter informaret, & quicquid inde reperiret, ſub ſigillo ſuo fideliter incluſum, Procuratori noſtro Pariſien. mitteret, vt deliberare valeret, an ſuper iis cedere, vel contendere deberet. Facta igitur informatione ſuper præmiſſis per prædictum Bailliuum, & noſtræ Curiæ reportata, Auditis noſtro, & dicti Epiſcopi procuratoribus, viſa & diligenter inſpecta relatione ſuper iis per gentes Parlamenti noſtri nobis facta, Curia noſtra præcepit Procuratori noſtro, & per Areſtum quòd ipſe ſuper præmiſſis vlteriùs non contendat, ſibi ſuper præmiſſis ſilentium perpetuum imponendo. Datum Pariſius in Parlamento noſtro Die 9. Ianuar. An.* 1327. Hinc proximè conſecutum eſt Curiæ decretum aliud 11. Calend. Februar. eod. Anno, ſecundùm Droconē Martiam, & Ioh. Montignyum aduerſus Ioh. Campenſem & Petr. Hallam Regis beneficiarios, qui Ambianæ Eccleſiæ Regalia mordicùs aſſerebant. De ſacello D. Nicolai, & ſacra Pœnitētiarij dignitate in maximo Ambianor. Templo. Quibus S. Conſultis cauſam dediſſe videtur aliqua ex parte Regiæ procurationis immunitas Ambiano Sacerdotio irrogata ab Rege Philip. 2. & à nobis Titulo perſcripta ſuperiori: quæ tamen à Regaliorū iure diſcrepat plurimùm. Ambianam quoq; vrbē Rex iſte inſignibus decorauit priuilegiis, inſtituto illîc

Nouiodunum ad Ligerim.

Areſtum Curiæ contra Regaliam, in Ambiano Epiſcopatu, Die vlt. Ianuar. Ann. 1561.

Aliud conſimile Areſtum Die 22. Ianuar. An. 1327.

* ad verbum.

Hic fuit Carolus 4. Pulcher dictus.

Patente de Charles 7. du 2. Decembre 1437. declaratiue qu'il comprend en l'abolition par luy dõnee generale lors de ſon entree à Paris du penult. Feburier 1436 apres les Anglois chaſſez de ladite ville, tous les bourgeois d'icelle y eſtans lors de l'obeiſſance des Anglois par ledit feu Roy ſon pere, & à luy demeurez obeiſſans, ou qui euſſēt eſté pourueus par le Pape ou par l'Eueſque de Paris que l'on nomme Girard de Montagu, en rapportant prouiſions & en prenant de Notaires, iouyroiet de leurs dits benefices. Et qu'il à iceux pourueus tant de benefices que d'offices ſeculiers par les Anglois, que dans peu de temps il y donneroit ordre.

De Ambianenſi Regalia forenſis Actio a Senatu conſilio commiſſa eſt Die 18. Ianu. An. 1546. Quum Regnardus, Iani Morelli, Thuanus, Riuerei, Leſtrei, Boytelli Magiſter, fiſci cauſam peroraſſent. A quibuſdā ſcilicet ex Camera regiarum rationum proditum eſt, ſemel remiſſos fuiſſe à Carolo 5. Principe Regaliorum fructus Ambianenſi Epiſcopo, ſummiſſe id poſtulanti, An. 1373.

Curiæ decretum die 22. Ianuar. de capella S. Nicolai, & dignitate Pœnitentiarij in maiori Eccleſia *d'Amiens.*

Procurationis Regiæ Sumptus Epiſcopo à Rege indicũtur, Epiſcopales agros circũeunte luſtrantéque: Regalia verò in Eccleſiam ipſam, mortuo Epiſcopo, exercentur.

illîc decurionum Collegio, Ordinique huic attributo quouis iuriſdictionis genere, dempto *Meurtro & Raptu.* Cuiuſmodi, aliaque poſterorum Regum eam in vrbem beneficia probauit Senatus, & ſecundùm ea pronuntiauit. Iudicato. 5. Iduum Ianuar. An 1575. Denique Ambianorum Regalia in auditorio Curiæ diſcuſſimus oratione forenſi, pro Iacobo Saguierio, aduerſus Claudium Saiſſeuallem regio munere ſubnixum, cuius Mangotius cauſam orabat. Quo in negotio Conſcripti Curiæ cenſuerunt ampliùs deliberandum, poſtridie Calend. Ianuar. An. 1576. Sed hic tandem Principis beneficiarius cauſa cecidit. Vltimo Curiæ decreto, quod alibi recenſuimus. Lib. 2. Francici DOMANII Tit. 9. Artic. 5. Atque ex his omnibus fœdè lapſum apparet Phil. Probum Quæſt. 60. Regaliorum, vbi ſenſit, in Ambianis Regaliam locum habere, fretus iis quæ notantur à Ruzæo, in. 27. Priuileg. Regalior. Sed inibi diſceptatur de præbendorum collatione Ædis wlfranij Pontiuenſis, quæ Regiæ ſunt vt fundationis, ita donationis prorſus, nulla Regaliorum iſtorum ratione neceſſariò habita, de quibus nunc quærimus. Ambianorum ſanè præſules vetuſtiores celebrat Huntindunenſis, D.D. Firminum, Honoratum, Saluinum, Bethundum, cum quadragenis aliis. Quorum ſucceſſores Honorius 3. Pont. ſalutauit Decretali Epiſtola, Ex literis De vita & honeſt. Cleric. Poſt Alexandrum. 3. in Cap. Ad hæc De Decim. Cap. Sanè De Regular. Cap. porrò De priuileg.

Scabinorum Ambianæ Vrbis creatio. Areſtum Curiæ Pariſien. pro regiis veteribus priuilegiis Scabinorum Ambianæ ciuitatis Die 9. Ianu. An. 1575. *plaidans de la Rue pour leſdits Eſcheuins. Au roolle d'Amiens.*

Appoincté au Conſeil ſur la regale d'Amiens, an vllo modo locum habeat, Die 2. Ianuar. An. 1576.

Eccleſia canonialis *de S. Vulfran d'Abbeuille, en Ponthieu.*

9 NOVUM putet quiſpiam, ex Regiis tabulis ſolùm, patriíſque S. Conſultis peti hanc à nobis Regaliorum tractationem: nulla ſubiuncta priſcarum rerum memoria, externáque diſciplina. Sed meminerimus Regalia eſſe hæc noſtratúmque Regum, Senatoriáque placita veriùs, quàm deſcriptis initio certæ Artis præceptis conſtituta. Qualis Hebræorum Cabala, qui doctrinæ ſuæ rationem quærentibus, vnum hoc reſpondebant: אמרו חכמים, i. Dixerunt Sapientes. Paria item Pythagoreorum inſtituta probauit Nazianzenus, quùm Iuliani Cæſ. occurreret conuitio in Chriſtianæ Philoſophiæ dictatum hoc, Πίστευσον. i. Crede. Nam εἰς ταυτὸν ἥκοντος τοῦ, αὐτὸς ἔφα, τῶ, πὰρ ὑμῖν πίστευσον, ἐν ἄλλαις συλλαβαῖς τυχὸν ῥήμασι: i. In diem cedente iſto, ipſe dixit, & apud nos, crede, licet aliis ſyllabis & verbis. Ita Nazianzenus. Ac velut Procopij τὰ ἀνέκδοτα memorauit Suidas, quaſi nondum vulgatum Opus, nec apertè ſcripta methodo conſtans: ſic Regaliorum cognitio vix patuerit antiquarum duntaxat lectionum ſtudioſis, ſed Praxiarchis, aſſiduíſque forenſium cauſarum auditoribus. Vnde & ἀκροαματικὴν i. auſcultatoriam rectè voces Regaliorum diſciplinam. Quo modo Ariſtoteles commentationum ſuarũ ſpeciem quandam habebat Auſcultatoriam, cuius arcana planè abſcondita eſſent, nec ſcriptis publicata. Vt monet Ariſtotelis reſponſio ad Alexandri Mag. Epiſtolam. Teſte Gellio Lib. 20. Cap. 4. Hoc certè literarum monumentis proditum legimus, Regium

De Arte Cabaliſtica & Cabala. Siquidem diuinæ legis interpretatio, quam Moſes ab ipſo Deo accepit, ſubinde per animos reuelata eſt, & Cabala dicta Hebræo nomine; i. Scientia ſecretior, quòd illam doctrinam non per literarum monimẽta, ſed ordinariis reuelationum ſucceſſibus alter ab altero quaſi hæreditario iure acciperet. Verùm Eſdras præfectus Eccleſiæ conſtituit, vt conuocatis Sapientibus, afferret quiſque in medium, quæ de legis myſteriis memoriter tenebat, adhibitíſque Notariis hæc in 70. volumina relata ſunt. Qua de re vide. i. Lib. 3. Tit. i. Art. vlt.

nomen in Terris haudquaquam ortum fuisse, sed cœlitus à Diis emissum, Regésque ipsos ita institutos qui Numine afflati, & sacro delibuti oleo, diuinum quid præferrent: penes quos etiam sacrorum potestas foret. Auct. Eusebio Hist. Eccles. Volum. 1. Exin Gallicus orator Ægid. Romanus libris editis asseruit, sacrorum beneficiorum erogationem ad Reges ac Cæsares pertinere. Philippi 4. Regis temporibus.

AC VELVTI nascentis Ecclesiæ primordiis deligebantur sacrorum procurandorum Antistites de communi Plebis simul ac Cleri sententia: Sic Reges, in quos ius suum omne transtulit Populus, nonnullis videntur id sibi probabiliter Regaliorum lege arrogasse: vt propemodum Rex idem hominum esset Phœbíque Sacerdos. Nempe vt vacuo Episcopatus Solio, Princeps Regali vteretur conferendi sacerdotii prærogatiua in Ecclesiasticis aliquot Præfecturis. Putant enim sacerdotia peræquè Regis arbitrio adiudicanda, vt Populi quondam: Cuius, vnà cum Clericorum suffragiis cooptabantur in cœtum Presbyterorum Christiani. Quippe quùm Populi deinde vicé subierit Princeps, iustus in Plebeium imperium iuráque successor: non is quidem vnus è populo, sed totius Pop.* κορυφαῖος, & in quem ius omne, quod populus habebat, transfuderit. Atqui vel ante Regium quodque Imperium desierunt plebeia ista Pop. què iudicia in Sacerdotibus ordinandis. Vtcunque enim in eo negotio mixta Plebis cum Clero vota referat Cyprianus, Epistola. 5. Lib. 2. de Aurelio, & Epist. 20. Lib. 2. de Celerino, clericis ac lectoribus ordinatis. Demus item, Gregorij Mag. præcepto, suffragia populi & presbyterorum simul adhibita Constantij electioni ad Insubriæ pontificatum, mortuo Laurentio eius Ecclesiæ Antistite. Lib. 2. Regesti Epist. 30. Can. quanto Distinct. 63. Idemque à Nicolao. 1. P.P. cautum reperiri in Can. Episcopos, tum à Gelasio Pontif. in Can. Plebs Ead Distinct. Ast mutata deinceps rerum têporúmque series albo erasit sacrarum electionum profana Plebeiáque vulgi arbitria, solísque iis reliquit ius dicendæ sententiæ, qui diuino ministerio addicti erant. Vt suprà admonuimus Tit. 1. Quàtò minùs sequenda sit Cn. Domitij Tribunitia Lex, in prisca Romanorum Theosophia, vt pars Populi in mandandis sacerdotiis vocaretur. Inde psephismata M. Tullio dicta, & Plebiscita, quæ apud Athenienses profundendo clamore illo imperitæ multitudinis & porrectione manuum exprimebantur. Perperam igitur repetunt illi à primæua Christianæ Ecclesiæ memoria Regiá sacrorû potestaté subtili cómento, ductáque è veteri Electionû ritu cóiectura. 10

ALIVS verò piè quidem ac religiosè, Pontificio priuilegio adscribit Regaliorum originem, nec alio iure defendi posse contendit. Cuius ego in sententiam pedibus irem perlubenter, pro eo qué Sanctissimæ Sedi mortales omnes debemus, obseruantiæ cultu, súmàque in eum reuerentia qui Christi vices gerit in Orbe terrarum. At vereor, 11

* caput & præfectus

Au Recueil ancien du President Barney a arrest de la Cour du 21. Nouemb. 1384. pro Clenonte Parui, & Oridardo de Molins, Aduocato suo, contra Petrum de Montigny nepotem Cardinalis Xatonẽsis, & Iohannem Galli eius Aduocatum, qui contendebant de præbenda Laudonens. data Clenonti in regalia, Quod licet Papa reseruarit generaliter, vel specialiter beneficia alicuius, & vacent postea, existente regalia illa conferet nonobstante reseruatione, Fuit etiam dictum quod aliquis Episcopus fiat Cardinalis, & eidem tradant suus Episcopatus in commendam, vt fuit de Episcopo Laudunens. adhuc semper remanet & durat regalia, quousque ille Cardinalis titulo quo tenet Episcopatum, iurarit fidé & homagium Regi de sua temporalitate.

De hoc Mediolanẽsi Episcopatu, Epist. 30. seu Cap. 69. lib. 2. Regesti B. Gregorij.

Boethius Epo Phrisius, in Lab. Heroic. Quæstion. nouissimè formis impresso.

At vereor, Phryſium hominem illum, dum Pontificiæ Sedis priuilegium reipſa nullum adfert, ſine quo noſtra Regalia minimè ſtare diſſerit, ea non minùs ex cuniculis adoriri prorſus, quàm dentata charta Gallos inſectatur Regaliorum profeſſores. Nam vulgus Scriptorum, quibus hic defunctoriè nititur, video parum ſibi conſtare, & vago incertóque de Regalibus opinionum fluctu iactari. Ipſimet enim procliuiùs adhærent vetuſtiſſimæ Regaliorum conſuetudini, quàm Pontificiæ certæ Indulgentiæ in iis exercendis. Vt ex eorum antiquiſſimo colligitur, Durando Speculat. in §. Nunc tractemus, Tit. De legato, Verſ. *Vel dic quòd ſiue ſit clericus, ſiue laïcus qui ſpiritualia iura obtinet, ſemper de illis domino Papæ reſpondere tenetur. Et hanc opinionem ſequi voluit dominus Nicolaus Papa &c. Rex tamen Franciæ dicens collationem ipſius Præbendæ ad ſe pertinere, alij de facto contulit illam &c.* Rurſus idem Speculat. alibi perſpicuè demonſtrat, Gallica Regalia ab immemorabili rerum poſſeſſione manare, non abs Diplomatico Romanæ Sedis priuilegio, cuius nec fragmenta vſquam olim ſcripti viſuntur. §. *Item etiam Reges, qui dicunt ſe habere Regalia in quibuſdam Eccleſiis, volentes percipere omnes fructus vacantis Eccleſię & conferre prębendas &c. Tit. Ne ſede vacan.* Si enim à Pontificia legum relaxatione penderet hoc Regaliorum genus, magis quàm à poſſeſſione ſtrictis finibus ſepta, promiſcuus fuiſſet hic & indefinitus Priuilegij vſus in omnes Epiſcopatus Galliæ, (ſalua rectiùs opinantium ſententia) nullóque diſcrimine Princeps in cunctas Diœceſes, nedum in aliquas, ſuum ius exequeretur. Atqui Regalia iſta non vbique exercentur à Principe inter ſuos, multóque arctioribus, quàm Regni limitibus circumſcribuntur & terminantur: licet alioquin Regii Diadematis ſphærica forma ſit, in qua nihil inciſum angulis, nihil ſinuoſum, æqualitatemque motus ac conſtantiam in omnibus ſuis partibus figura ſeruet eiuſmodi. Hæc igitur fundationis modò Templorum quorundam luculenta ſunt veſtigia, ac longeuæ poſſeſſionis: vt quatenus Regaliorum ius aliquot in Eccleſiis poſſeſſum, eatenus præſcriptum quæſitum vè intelligatur. Argum. Cap. Cùm contingat, De Decim. Quippe & Gregorius 10. P. P. in Concilio Lugdunenſi profeſſus eſt, talia Regaliorũ iura fluxiſſe ab priſca ſolummodò conſuetudine, aut ab ipſarum fundatione Eccleſiarum pontificalium. (Cap. Generali, De elect. In 6.) Quales in Gallia Regii eſſe patrocinii beneficiique plurimas edocuimus ſupra, & lib. 2. GALLICI DOMANII, Tit. 8. Art. 7. 8.

Si ex certo Papæ priuilegio Regalia procederet, libera tamen eſſet illius præuentio in conferendis beneficiis, quæ per quamcunque conceſſionẽ priuilegiariã non impeditur nec tollitur. §. Declarantes De Mandatis Apoſtol. In Cõcord. At beneficia in Regalia exiſtentia Papa iure præuentionis non confert. Ruzeus in Priuil 9. Regalior. Vbi citat ſolemnem Regis declarationem Die. 26. Iunij An. 1339 lectam in Camera Parlamenti.

Vulgare Iuris axioma, quantùm poſſeſſum, tantùm pręſcriptum.

12 NEQVE ad rem pertinet vetus Hadriani Pontif. in Carolum Magnum Regem priuilegium, aut Leonis P. R. in Othonem 1. regem Theutonicorum de laudando ab iis, veſtiendóque Epiſcopo, priuſquam inauguraretur. Can. Adrianus, Can. In ſynodo, Diſtinct. 63. Longè enim alia cauſa eſt Regiæ huiuſmodi ſacrorum Veſtituræ, ex qua fidelitatis ſacramentum Regi præſtat Epiſcop us, alia Regalium, quæ adiunctam habẽt ſacerdotiorum erogationem, vacan-

te Cathedra. Nam ille quidem Vestituræ honos iusque iurandum fidelitatis Principi debetur ratione profanarum Ecclesiæ opum, quæ suprema ipsius Ditione ac imperio tenentur. Vt secundùm alios multos asserit nomine reque Magister pridem Senatus Lutetiani, huiusque præsertim doctrinæ fori callentissimus. In Lib. Decision. Quòd si eodem respectu profani in bona Templorum dominij summi, Princeps suis vteretur Regalibus in dandis Ecclesiæ beneficiis, Sede vacante, sequeretur tales collationes profani omnino iuris esse, ac Episcopum, cuius vice mortui successor Rex conferat, sacerdotia largiri, non diuinitùs instituta illa sacrosancti muneris sui potestate, sed profani fundorum dominatus. Quo nihil absurdius dici, vel excogitari de Antistite possit: quùm ante prædiorum in Ecclesiam donationes sancitum fuerit Episcopis ius manus Clericis imponendæ ordinandíque sacerdotis. Imò nec sacerdotij collatio habetur in fructu, vt sacro Episcopali Collegio libere competat in locum defuncti Præsulis succedenti, sed tantùm vt Collegium electos necessario confirmet, aut à patrono oblatos instituat. Cap. cum olim, De maiorit. & obedien. Vnde & multo minùs Rex, orbata suo Pontifice Diœcesi, pontificale gereret dandorum sacerdotiorum munus, nisi in lege fundi dotalis Ecclesiarum quarundam hoc sibi ipse ius recepisset, ac multiplici annorum centuria mandandis sacerdotiis retinuisset. Quo argumento secundùm Principem mouetur Archidiac. in Canon. lectis, Distinct. 63. iuxta Can. Abbatem 2. Causa. 18. Quæst. 2. Hinc aliud quoque discrimen elicitur inter Regalia id genus sacrorum beneficiorum diplomata, & regiam Episcoporum vestituram. Isthæc enim à nouo quouis Antistite petenda est, vt sacrum scipionem anulúmque pastoralem accipiat Regio munere: Ex quo omnes adeò Præsules in verba Principis iurare soliti fidelitatis nomine, qui eos pariter suo arbitratu induere Princeps consueuerit. De Regalibus autem beneficiariis, secus, quæ in nonnullis duntaxat Ecclesiis hactenus inoleuerunt. Vt patet Philippinis Regum nostrorum Constitutionibus, Ann. 1302. & 1334. Quæ in Stylo Parlamen. legendæ proponuntur, Parte 3. Ex iis ergo facilè consequitur, nostratia Regalia minimè hauriri è fontibus antiqui de vestitura Episcoporum alteriúsve Regibus dati Priuilegij à Sede Romana. Quin & fatetur neotericus auctor, vt sensim nostratia conuellat Regalia, fuisse illud Vestituræ priuilegium personæ indultum, vníque irrogatum Carolo Magn. nec ad successores transitorium, nisi & hi nuncupatim Priuilegii tabulis adiicerentur. Itaque exterus scriptor dum Priuilegii (quod nullum speciatim promit) verbo tuetur, re oppugnat Regalia Francica, nostrámque de iis antea scripto editam sententiam. Quippe quùm stata sit Pontificiæ Legis regula, nedum Cæsareæ, Priuilegio non credendum, nisi eius tenore inspecto, exhibitísque solemnibus Literis testato ac consignato. Vt inquit Alexander 3. P. P.

Pro spiritualibus, cótra, nulli mortalium debetur homagium. Vt alioloco satis ostédimus.

Capitulum Ecclesiæ cathedralis, Sede vacante, non potest cóferre beneficia, quorũ collatio Episcopo cópetiisset: nisi illud necessariò collationem exerceat, vt pote electorum confirmationem, institutionem præsentatorum.

Can. Abbatẽ In Ver. Et possessionis dominus.

Regiæ Ordinationes Philippi. 4. & 6. Fráciæ regum.

Epo Phrysius, vbi supra.

Priuilegium allegás, eius literas docere ac proferre debet.

3. P. P. Cap. Porrò De Priuileg. & Bonifacius. 8. Cap. Cùm perſonæ, Eod. Tit. In. 6.

13 ATQVE ego quidem enixè optaſſem, Regalia hæc ſacerdotalia attribui Sanctæ Sedis priuilegio poſſe, ſi quod fide digna Chartula proderetur: ſiue Pontifici Max. collibuiſſet, illud certo perpetuóque velut edicto ſancire. Sed minimè interim iure deſtitui Regalia exiſtimo, nec rei beneficiariæ diſtributionem, de qua agitur, nimirum à Principe quaſi patrono ſibi reſeruatam in erectione quorumdam Galliæ Templorum epiſcopalium, ac immemorabili ſimul poſſeſſione ſtabilitam. Quando & inferiores, Gallorumque Regum clientes olim Comites Flandri talem ſibi adſciuerint ex fundatione auctoritatem erogandi ſacerdotij. Quæ nec Honorio. 3. P. P. improbatur (Cap. vlt. De conceſſ. præben.) nec Innocentio. 3. Pontifici ſummo. Cap. 40. De teſtibus. Quotquot etiam fermè citantur ab Nouitio illo ſcriptore Pontificij Regalium priuilegij præcones, ij acquieſcunt tandem vel fundationi ſacrarum Ædium, vel inueteratæ Regaliorum conſuetudini (quam Roman. Pontifex ſciat, & patiatur) potiùs quàm gratioſis ipſius Codicillis, qui nullibi reperiuntur expreſſim, nec ab vllo quidẽ, cum Die & Conſule deſignantur. Guimierius in verb. Regaliæ, ſub fin. in §. item quod dicta quinta pars Tit. De Annatis. *Ipſis* (infit) *Regibus in tali antiquo iure deferendum, præſertim cùm conſuetudinem ipſam ſciat Papa & toleret: Et præſertim de Rege Franciæ, vt patere poteſt per Bullas Romanorum Pontif. loquentium de Regaliis, quæ ſunt in Theſauro regio.* Sic gloſſematarius Can. Imperium Diſtinct. 10. tradit, Regem Eccleſiæ decanatum conferre pro more & conſuetudine: iuxta Cap. Cùm inter De conſuet. quod ab eo ſimul ibidem allegatur. Item Alexander Imolenſis in addit. Baldi ad l. Reſcripta Cod. De precib. imperat. offer. narrat, vſquequaque ſe conſulentibus reſpondiſſe, ſacrorũ beneficiorũ erogationem, qua Marchio Ferrariæ vulgò vteretur, conceſſam ſibi non videri Pontificia aliqua diſpenſatione, niſi eius Diploma in lucem proferretur. Haud inficior vtique, Speculatoris teſtimonio, quædam Germaniæ ſacerdotia conferri priuilegiario Pontificum reſcripto ad libellum Germanici Imperatoris. Quia is Bullatas priuilegij tabulas legiſſe ſe atteſtatur, in §. reſtat Ver. item nota De Præbend. Cæteroquin Imperatoriæ preces de recipiendo in Templum ſacerdote, multò infirmiores ſunt pleno ac ſolido iure conferendi ſacerdotij, quod lex Regaliorum inuexit. Sicuti pulchrè diſtinguit Iohann. Andræas (in cit. Verſic. Item nota) primarias illas Auguſti preces & Regias collationes quæ pleno iure fiunt à noſtro Principe. Nec moueor itidem Iohann. Seluæ dictatis (in Quæſt. 5. Partis. 2. Tractatus Benefic.) Regem Apuliæ Pontificia gratia veniaque conſecutum veſtituras ſacrorum beneficiorum. Aliud quippe

Flandriæ Comites, qui & Franciæ quondam Pares, habent tanquam fundatores multorum beneficiorum collationem.

In Pragmat. Sanct.

Alemaniæ beneficia quædam Eccleſiaſtica Papam conferre rogatu Imperatoris.

Rex Siciliæ, est feudatarius Romani Pontificis.

est inuestirura sacerdotum alienæ liberalitatis, vt prædiximus, aliud sacra collatio sacerdotiorum patroni benefici, quæ fundationis lege nodoque insolubili potuit ab eodem retineri. Adde Siculum Principem nullatenus Regalia huiusmodi obtinere, tanquam Romano Pontif. obnoxium iure feudi profanique dominij superioris. Vt nulli non peruium est, alibique à nobis tractatum in Gallico Domanio.

Bulla Gregorij. XI. P.P. de remissione Regaliæ certo casu, in eius fauorem à Rege facta.

QVOCIRCA Gregorius. XI. ingenuè declarauit Rescripto, 14
Gallici Sceptri profectitium esse potiùs hoc Regaliorum ius, quàm aduentitium, aut alieno partum beneficio: quo nempe alioquin Princeps in donatorem ipsum Pontificem, eiúsve propinquos ac familiares vti nequiuisset, nec opus habuisset Pontifex commendatitio isto in Regem Diplomate, quod è Regiis Scriniis ita decerptum est. *Gregorius Episcopus &c. Cùm itaque nuper venerabilem fratrem Petrum olim Archiepiscopum Narbonensem in Rothomagensem Archiepiscopum electum, & vinculo, quo Narbonensi Ecclesiæ, cui tunc præerat, tenebatur, ex Apostolicæ potestatis plenitudine absoluentes, eum ad Rothomagensem Ecclesiam tunc vacantem duximus transferendum, præficiendo ipsum eidem Rothomagen. Ecclesiæ, idemque Petrus electus, qui charissimo in Christo filio nostro Karolo regi Francorum illustri ratione temporalitatis dictæ Rothomagensis Ecclesiæ homagium & fidelitatis debitę iuramentum, prout fertur, præstare tenetur, pro ipsis præstandis eiusdem Regis præsentiam adire nequeat de præsenti: Et sicut accepimus, idem Rex intendens dictum Petrum electum proxima consanguinitatis linea nobis iunctum fauoribus prosequi gratiosis, Regaliam, quam ratione huiusmodi vacationis dictæ Rothomagensis Ecclesiæ idem habere dicitur, ac omnia iura ratione huiusmodi competentia, hac vice eidem Archiepiscopo remittere, & ipsum ad præstandum huiusmodi homagium & fidelitatis iuramentum per procuratorem de speciali gratia admittere, aut saltem pro iis in propria persona præstandis longam & sufficientem dilationem concedere velit. Nos hæc grata habentes multipliciter, Auctoritate Apostol. tenore præsentium concedimus, quòd per huiusmodi remißionem Regaliæ, si eam dictus Rex hac vice prædicto Petro electo fecerit, vel etiam per receptionem præmissorum homagij & fidelitatis iuramenti, eidem Regaliæ, & eius iuribus, in quibuscumque consistãt, Regi & eius successoribus, seu etiam Coronæ Regiæ nullum in posterum præiudicium generetur, nec ad consequentiam trahi valeat in futurum &c.* Mense Septembri Pontificatus Anno. 5. Quibus Pontificis precibus motum cessisse iure suo Regem produnt huius insignes Codicilli, pridie Nonas Septemb. An. 1375. Antea necnon Clemens. 4. P.P. Bullatas tabulas conscripsit, Francicæ Regaliorum legis indices testésque locupletissimos, in distribuendis sacerdotiis, quæ, orba Episcopo Sede, possessorem amisissent. De iis Pontificum tabulis disertè Ruzæus vir Senatorij ordinis, in. 1. Parte Præfat. Regaliorum.

Regia inuestitura Archiepiscopi *de Rouen*, per homagij & fidelitatis præstationem ratione bonorum temporalium sui Archiepiscopatus.

Regalia in ecclesia Rothomagensi vacante.

Regiæ Literæ die. 4. Septemb. An. 1375.

QVOD si Regaliorum cum ortu vsum etiam conferamus, haud 15
dubiè intelligemus, ea piam in causam à Principe nostro conuerti,

necad

nec ad iniquum trahi compendium: Vt quidam inſcitè putarunt, vmbratili tantùm in Schola verſati, nec in media Fori ac Reipub. luce. Nam quod attinet ad Regalem profanorum redituum perceptionem vacui Epiſcopatus, eam ab longo iam æuo tranſcripſit Princeps ſacris Sodalibus Palatini phani Pariſiorum. Donationem quoque ſacerdotiorum paſſim relinquit libero deſignati pontificis arbitrio: ſalua duntaxat regij nominis præſcriptione in collatitio ſacerdotij diplomate, donec nouus Epiſcopus in verba Principis adactus ſit fidelitatis ſacramento. Qui enim recens nominatus eſt à Rege, & commendatus Romanæ Sedi ad vacuam Epiſcopam aſſequendam, is erogare interim ſolet diœceſeos beneficia Eccleſiaſtica permiſſu Principis, Regióque nudo collationis titulo adhibito. Demuntur pariter ex Regalibus curationes animarum, muneráq; regimen parochialium habentia, quæ Regali iſto iure nulli attribuuntur. Reliqua autem ſacerdotiorum genera non aliis dari poſſunt, quàm clericali charactere inſignitis. Rurſus in Pariſien. Eccleſiæ tabulario extat priſcum Regiæ pietatis monumenrum Ludouici. 7. in Cathedralem hanc Ædem collatum eo tempore, quo, vidua Epiſcopo, Regia manu adminiſtrabatur ſpecie Regaliorum. Circa annum. 1140. Vetus enim huiuſce Templi Codex manu exaratus, quem legi, hanc continet ſententiam. NOVERIT TAM FVTVRORVM POSTERITAS SECVTVRA, QVAM MODERNORVM PRÆSENTIA, QVOD GLORIOSISSIMVS REX LVDOVICVS, GLORIOSISSIMI LVDOVICI GROSSI REGIS FILIVS, VACANTE EPISCOPATV, DVM VNIVERSA AD EPISCOPALEM STATVM PERTINENTIA IN IPSIVS ESSENT POTESTATE, ROGATV ET ADMONITIONE CANONICORVM SANCTÆ MATRIS ECCLESIÆ PARISIEN. LVMINARIA AMPLIFICAVIT, ATQVE SICVT IN PRÆSENTI SCRIPTO CONTINETVR, ABSQVE VLLA IMMINVTIONE AD DECOREM DOMVS DEI IN PERPETVVM OBSERVARI PRÆCEPIT. NOS ITAQVE TAM HONESTAM ILLVSTRIS REGIS CEREORVM AMPLIFICATIONEN PROPTER HONOREM PERPETVÆ VIRGINIS DEBITAM TAM SOLENNIBVS DIEBVS QVAM CÆTERIS PER TOTIVS ANNI CVRRICVLVM LVMINARIA MEMORIÆ COMMENDARE CVRAVIMVS, ET NE IN PERPETVVM IMMINVI, VEL QVOQVO MODO SVBTRAHI POSSINT, PRÆSENTI PAGINÆ INSERIMVS, &c. Quin & idem Rex Ludouicus. 7. Regaliorum iura remiſit pontificalibus Aquitaniæ ſacerdotiis, cuius Aquitaniæ Ducem Leonoram connubio ſibi deuinxerat. Ac licet Eccleſiaſtico iudicio diremptum fuerit amborum coniugium, nihilo ſeciùs Aquitanæ Diœceſes eam ſibi hactenus aſſeruêre libertatem immunitatémque Regaliorum. Francicus etiam Clerus poſtulauit à Rege in Bleſenſi Ordinum Conuentu Menſe Februar. An. 1577. ne in vacuas Antiſtite Sedes ac poſſeſſiones, quibus Regalia ſua Principes quondam dereliquiſſent, falcem immitti pateretur, eáſque obtentu Regaliorum denuò occupari. Cap. 76. po-

Canonici & Capellani ſanctæ Capellæ Palatij Pariſ. habent ab antiquo ceſſionem fructuum Regaliæ temporalium, ex temporalibus vacantis Epiſcopatus colligendorum. Nominatus autem à Rege, antequam ſuas Bullas receperit, ſæpe confert beneficia ſub nomine & Literis Regis.

Le Roy Charles 5. impetra du Pape les Priuileges, & iura Epiſcopalia *au Threſorier & Chanoines de la S. Chappelle.*

Carolus 7. primum variis viciſſim *pour trois ans*, & ad tempus dedit fructus Regaliæ Canonicis S. Capellæ, *mais Loys xj. L'an 1465. les leur donna & quitta pour tout le temps de ſon regne, & de ſa vie.*

Eccleſiæ parochiales non cadunt in Regaliam.

Hic obſerua antiquum Regaliæ vſum, & in Eccleſiæ piam augmentationem ab antiquis Regibus fuiſſe conuerſum.

Tres Status Franciæ congregati Bleſis. An. 1577.

Poſt remiſſam Eccleſiæ Regaliam à Principe, quæritur, quomodo & quo onere ſint recipiendi à Capitulo Eccleſiæ reditus Epiſcopatus.

ſtulatorum à Sacerdotio Gallico.

Patentes Literæ Caroli. 6 regis pro Ecclesia de Limoges, contra Regalam Die. 21. Ianuar. An. 1403. Areſtum Magni Conſilij Regis, Die. 2. Maij de modo gubernandi bona Episcopatus Lemouicen. vacantis.

Ceſt Arreſt du grand Conſeil entre les Doyen Chanoines & Chappitres de Limoges, appellans des ſaiſies faictes ſur l'Eueſché de Limoges par le Roy, ſede vacante, defendeurs, & les Procureurs generaux du Roy de Bordeaux & grand Conſeil intimez demãdeurs porte les appellations & ce dont eſt appellé mis au neant, & que pendant le procez ſur la confirmatiõ de l'election dudit Eueſché d'entre Foucaut de Boneual, & Guillaume Barton, le Chappitre aura l'adminiſtratiõ des maiſons Epiſcopales, & de tout le ſpirituel & temporel dudit Eueſché, ſauf les places fortes d'iſle Sadram & Eymanſtiers ſaiſies par les commiſſaires du Roy, leſquelles demeureront entre leurs mains, ſans toutesfois prendre aucuns fruicts dudit Eueſché: ledit Chappitre rendra compte & reliqua du reuenu dudit Eueſché depuis le decez de l'Eueſque, à celuy qui obtiendra en fin de cauſe. Et cependãt eſt ordonné par prouiſion que ſur le reuenu dudit Eueſché ledit le Barton aura par chacun an pour la pourſuite dudit procez de confirmation la ſomme de mille liures tourn. Et neantmoins en entherinant la Requeſte du Syndic dudit Chappitre, ordonne que durant le procez de confirmation ou infirmation d'elections, la quarte partie des fruicts & reuenus dudit Eueſché ſera employee aux reparations de ladite Egliſe de Limoges.

IAM igitur condonatis alicui Eccleſiæ Regalibus, ſubeſt diſpiciendum, quænam onera Eccleſiaſtico incumbant Collegio, antequam nouus Cleri Antiſtes renunciatus ſit ac conſecratus. Promatur facti exemplum. Lemouicum Diœceſis Regalibus ſoluta eſt, Regia in Aquitanam Eccleſiam indulgentia (de qua ſ.) ac ſingulari itidem Karoli. 6. Reſcripto. 12. Calend. Februar. Ann. 1403. His congruit Prætoriani Conſilij decretum poſtridie Kal. Maias Ann. 1513. quo potiſſimùm quærebatur de viribus & efficacia electionis pontificis, quam inierant Canonici Fani Epiſcopalis. Vacante igitur pontificali ea Sede, aut pendente quidem electionis controuerſia, incidit quæſtio, cuinam interim legibus deferretur opum munerúmve Epiſcopalium adminiſtratio, & qua cautione, quo onere, qua conditione. Prætoriani tùm Senatores iudicarunt, ſacram profanámque vacui Epiſcopij gubernationem Sodalitio cõpetere Templi maioris: Sed ita, vt Epiſcopalium rerum prouentus adſeruarentur futuro pontifici, eíque redderentur curationis bonorum rationes à Collegio canonicorum. Areſto Magni Conſilij ſuprà relato, cui diſſentaneum non eſt Alexandri. 3. Reſcriptum Cum vos De offic. ordin. Et Bonifacij. 8. Cap. Præſenti Eod. Tit. In. 6. Ad Lemouicum Præſulem miſſæ extant Innocent. 3. Decretales Epiſt. Accedens De Priuileg. Et cap. Conſtitutus De appellat. 16

Limoges eſt de la prouince de Bourges & non d'Aquitaine, ny de Bordeaux.

Les clauſes de ceſte patente du Roy eſtant au Threſor & Inuentaire des Chartres de l'Egliſe de Limoges, du 21 Iann. 1403. ſont, Quod cum ſede vacante, gentes regiæ poſuiſſent ad manum omni Regis Franciæ totam temporalitatem, videlicet cenſus, reditus, iura & alia deueria dicti Epiſcopatus Lemouicenſis, pro eo quod dicebatur, quod d. Epiſcopatus Lemouicenſ. ceciderat in Regaliam. Tandem dominus Carolus Rex Franciæ leuauit manum dicti impedimenti ad vtilitatem dominorum de Capitulo Lemouic. declarando, quod d. Epiſcopatus Lemouic. non cadit in Regaliam &c.

Lemouicenſem Regaliam adnotauimus Lib. 2. Domanij Francici. Ex anno. 1391. Sed ad huius rei interpretationem aduerte, ibi Regium fuiſſe reſcriptum duntaxat, quo narrabatur, Lemouicum magiſtratus regiam manum inieciſſe in temporalia Epiſcopatus vi Regaliæ, ab iiſque Capitulum appellaſſe ad Romanam Curiam, eò quoque euocatis Regis Officiariis. Proin eo Reſcripto dies dicta eſt in Curia Pariſien. Capitulo, & regis officiariis: Illi quidem, vt aduerſus Regaliorum poſſeſſionem ab eo tentata Romæ, in irritum deducerentur: His verò, vt œconomicæ Regaliorum perceptionis ederent rationes Ao. 1391. ſuprà dicto.

Ius Regaliæ inceſſibile, & non obſtante ceſſione collatio beneficij à Rege facta in Regalia præfertur collationi a Regaliç ceſſionario vel mandatario exercitij eiuſdem factæ.

TRACTATVM eſt à Regalis iuris profeſſoribus, nûm captiuo Regi liceret, Regalium exercitium priuato committere, Regis ſaltem primigenio Delphinatium Principi. Et à multis reſponſum fuit, rata habenda non eſſe, quæ quis bello captus ita egiſſet, tanquam compedibus adſtrictus: niſi ſoluto hoſtili vinculo, liberior 17

Le lundy 10. de Ianuier l'an 1602. a eſté plaidee & appointee au conſeil, en la grand Chambre, la Regale de Tulles en Limoſin, Marescot plaidant pour le demandeur en regale, & Choppin mon fils pour le defendeur, nommé Martial le Maiſtre, entre Iean de Caen regaliſte. Surquoy y a eu Arreſt interlocutoire au rapport de monſieur Dolbeto en la grand Chambre, du 15. Feburier 1603. que l'Eueſque & le Chappitre de Tulles, ſeront appellez en cauſe à la diligence du deſer, pour ſouſtenir leurs droicts, & prendre communication dudit procez.

antea acta denuò confirmaret. Quid autem in Rege libero, cuius vicario munere Delphinus Allobrogum exequatur Regalia? An ſi Rex vni, Delphinus alteri eroget ſacerdotium Regali iure, hæc illi

ſit collatio

sit collatio anteponenda? Quæstionem mehercle intactam à Regaliorum scriptoribus diremit Senatus. Præclaro Iudicio contra Delphini beneficiarium Viennensis, cuius tamen datæ à Principe po-

Arrest notable en matiere de Regale du premier Iuillet 1599. par lequel sont declarees nulles, les prouisions en Regale donnees a la nomination des nommez par le Roy aux Eueschez de ce Royaume. C'estoit entre Maistre Bon Montechal Regaliste de la prebende d'Oseille, en l'Eglise Cathedrale de Constances demandeur, & Maistre Charles de Bouillonoy, aussi pourueu en Regale, & Geruais Desdnits indultaire defendeurs. Martelyere pour Montechal, Marescot pour Bouillonoy, Marion pour le Roy. La Cour a adiugé la prebende à Montechal, comme vacante en Regale, & condamné Bouillonoy à luy en rendre les fruits. Et faisant droit sur les conclusions du Procureur general du Roy, a declaré les prouisions en Regale obtenues à la nomination des nommez aux Archeueschez ou Eueschez, nulles & de nul effet. Et ordonné que dans six mois l'Euesque de Constances prendra ses Bulles de Rome, autrement sera le temporel saisi, & les fruits employez à la nourriture des pauures dudit Eueschê. Et a fait defenses aux Chanoines & Chappitre de la sainte Chappelle, de composer desdits fruits à eux appartenans en Regale, ains leur enioint d'en iouyr par leur mains.

testati inserta erat clausula irritans, actorumque in contrarium derogatoria. Postridie Calend. Maïas An. 1408. de Rothomagensis Templi canonicatu, inter Petr. Loronum petitorem, & Guliel. Cardouellum reum controuerso. Huius Rothomagen. Ecclesiæ primarij citantur Antistites, S.S. Nigasius, Mallonus, Auitianus, Seuerus, & Eusebius, cum reliqua posterorum Archipræsulum serie. Vt auctor est Huntingtonensis Archydiaconus, qui & Rothomagensi suffragantes Episcopos enumerat, complurésque Præfectos cœnobiorum Becci, & D. Michaëlis in periculo maris. Cui B. Michaëlis cœnobiarchæ rescriptum est ab Honorio 3. P.P. cap. dilecta De maiorit. & obed. Vti ab Innocentio. 3. ad Magistrum Cœnobij Michaëlis de Crasto, Suessionen. Diœceseos. In Cap. Accedens De concess. præben. Quod in antiquis Decretalium Collectionibus nupertimè editis inuenitur. Præsto sunt etiam ad Rothomagen. Archiepiscopum Decretales Epistolæ Innocentij. 3. ac Gregorij. 9. Cap. 26. De Iur. patron. Et Cap. olim De accusat. Porrò ne cui mirum sit, Senatus iudicio victorem euasisse eum qui regia liberalitate subnixus erat, Delphinique beneficiarium succubuisse, notum est Iuris axioma, nunquam ita plenum cuiquam mandari imperium à Principe, potestatémque exercendorum Regalium, quin ampliorem mandator vberiorémque penes se retineat. Sicuti de Romano Pontif. ac eius Legato sacris Canonibus perhibetur.

Arestum Curiæ, die. 2. Maij An. 1408. Pro regalista Regis, contra regalistam Delphini donatarij Regalium. *Rouen.* Abbatiæ *du Bec, & du mont S. Michel*, in Normannia. Ibidem est Abbatia S. Michaëlis *du Tresport*, vt S. Michaëlis en Re, vel in Eremo, *en Aulnis*. Et Abbatia S. Michaëlis de Martural, *en Toscane*. Abbatia S. Michaëlis *de la Creste Diœcese de Soissons*. Rothomagens. Canonicis rescribit Honorius. 3. Cap. Ecclesia vestra De Elect. Et Cælestinus. 3. Rothomagensi decano, in Cap. prudentiam De mutuis petit. Rothomagensis item cōcilij meminit Yuo Carnutensis Decret. lib. 2. & Gratianus in Can. Si quis de ordine Can. Sancitum 7. Quæst. 1. Cap. Dudum De præbend. Io. 6.

18 Svperiori consimile decretum tulerunt Patres Conscripti secundùm Regis beneficiarium, nomine Roberrum Clericum, aduersus Vilhelmum Leuescum, Delphini Viennensis candidatum seu *Regalistam*, qui Delphinus Regaliorum iure sibi à patre Rege transcripto fuerat vsus: Iudicio Idibus Septembr. An. 1410. de canonicatu in Abbeuillana Æde Vulfrannij: Cuius ecclesiastici Sodales patronum Regem profitentur, i. Pontiuensium Comitum patronorum successorem. Idem Canonici forense causarum suarum patrocinium nobis commisêre pridem, licet huic forsan muneri imparibus. Quam tamen defendendæ Ecclesiæ in Senatu prouinciam feruentiùs expetisse semper me non diffitebor. Ita nos suarum aduocatione litium dignati sunt sacri Cœtus Cathedralium Templorum nonnulli, Andegauenses, Cenomani, Aurelianenses, Sanfloriani Aruernorum. Atque hæc quidem Ecclesia-

Arestum Curiæ die. 13. Septemb. An. 1410. de canonicatu & prebenda Ecclesiæ collegiatæ *de S. Vulfran d'Abbeuille, au Comté de Ponthieu.*

Petrus de Frontebrac, & Ioh. des Maretz causidici quondam in Senatu Parisien. Quorum posterior cùm fisci patronus factus esset, capite truncatus est Lutetiæ. De quo Maresij supplicio, Froissartes æquæuus, Hist. Lib. 2. Cap. 130.

sticorum iurium protectio non minùs fœliciter cessit Pet. Frontbraccæ, quàm ipsorum oppugnatio frequens infœliciter Ioh. Maresio, ambobus causidicis in supremo Lutetiæ Tribunali. Karolo. 5. rege. Ille enim postmodum à Rom. Pontifice allectus est in purpuratorum Patrum ordinem: Huic ignominiosa mors purpureum sanguine galerum attulit, capitis damnato post fallaces regiorum honorum fumos. An. 1383. Nam vtriusque fatales progressus exitúsque cœlestibus auspiciis tribuit Nicol. Ægidius Francicorum Annalium scriptor, diuinóque metitur iudicio vt prosperos defensoris Ecclesiæ successus, ita eius aduersarij miseros ac calamitosos. Eadem ex causa priscis seculis Ecclesiæ sibi aduocatos adsciuerunt præpotentes Dynastas, sacrorúmque prædiorum ac vectigalium patronos & asserrores. Hinc Feudisticis legibus *Aduocatia* dicta, defensio tuteláque Sacerdotalis Collegij alicuius, vel Monasterij: Cui rei documento sunt donationis tabulæ, quam in Vlmenses monachos contulit Karolus Magn. tanta pij religiosique animi significatione, vt Adelbertum propinquum suum donatariis aduocatum constituerit protectorémque. Sicuti Nauclerus memoriæ prodidit. Eò recidunt varia de Aduocatis capita Legis Francicæ Caroli Mag. Hludowici, & Hlotharij Augg. Ac sigillatim iis Legibus ab Ansegiso Abba collectis sancirum est, Ecclesiarum defensores aduersus potentiam secularium vel diuitum posci ab Imperatore oportere. Lib. 4. Cap. 3. & Lib. 5. Cap. 31. Atq; adeo ex Canone 99. Affricanæ Synodi, post Consulatum Stiluonis inducta est Aduocatorum defensio pro causis Ecclesiæ. Brabantini vtique Duces à summa iam vetustate titulum gerunt PROTECTORVM Ecclesiæ Territoriíque Leodiensis. Vt Ludou. Guicciardinus tradit in Belgicæ descriptione. Neque ab iis alienum est, quod Archiepiscopus quidam, auctore Tritemio, instituit aduocatum Hirsaugiensis cœnobij Erlafridum Comitem, hac cautione, vt patre demorruo, filius in beneficiarium Aduocationis munus non succederet, nisi ad illud fuisset assumptus à monasterij præsule ac cœnobitis. Haud dispari argumento narrat Vrspergensis, Philippum Cæs. monachorum fundis annuum quiddam ipsorum permissu indixisse, defensionis *Aduocatiæque* nomine sibi pensitandum. Qua etiam beneficiaria formula, Pontifices Max. sese prædicarunt sacrarum Ecclesiarum ADVOCATOS ET MANIBVRGOS. Confirmat hoc ipsum Germanici cœnobij pactio cum sacrosancta Petri Sede, apud Trithemium, vt Romæ quotannis persolueretur munus aureus, quò firmum illud stabiléque semper Pontificiæ Maiestatis tutela ac præsidio regererur. Trithemij Pag. 88. Sed ad propositas Regaliorum theses redeundum.

Aduocatia, feudi Ecclesiastici genus: *Les VVouez des Eglises*, qui ita vulgò nominantur apud Richardum VVasburgium Lib. 4. Belgic. Antiq.

Duces *de Brabant, gardiens de l'Eglise du Liege, & de son terroir.*

Alexander 3 in Cap. Quia clerici quidam Aduocatias Ecclesiarum. De iur. patron.

Hoc memoriæ Scriptores Mundiburdiũ appellant, & *Mainbours*, i. tutores vel curatores.

De Regalia, seu regali collatione prioratus simplicis, vel conuentualis vacantis, pendente ipsa Regalia, in Episcopatu Baiocensi Normaniç.

REGALIBVS subsunt Primatus monastici, qui simplices *Prioratus* vulgò dicuntur. Constante Bellocassiorum Regalia ecclesiæ, 19
vacauit Monastici couentus ptęfectura D. Nicolao sacra, collatitia, ordinis

ordinis Auguſtiniani. Quæſitum fuit, vtri competeret ipſius collatio, Reginę, an Pontifici. Nam à parte Regij candidati ſuggerebatur, hanc regularis Conuentus Præfecturam, quæ *Prioratus conuentualis* vocari ſolet, verè parœciacum non eſſe Sacerdotium: tametſi coniunctam quandam habere videatur curationem animarum. Vt Clemens. 5. notat in Concilio Viennenſi. Cap. Ne in agro. §. cæterum De ſtatu monach. Multum referre, an huiuſmodi Cōuentuum Magiſtris annexa ſit plebeculæ Chriſtianę curatio, an curiones re vera ſint ipſi, ſeu parœciarum rectores. Quam diſtinctionem rerúmque diſcrimen animaduertit Panormit. in Cap. de multa, & Cap. extirpandæ §. qui verò De præbend. Doctor. in Cap. cùm in illis Eod. Tit. in 6. Huc alludit Bonifacij. 8. ſanctio, quæ incipit, Statutum De Elect. vbi licet parochus annali lege teneatur ſacri cuiuſque ordinis capeſſendi, alioqui mouendus curiali iſto munere, vt Gregorius. 10. præceperat in Synodo Lugdunenſi. Attamen ſtrictè interpretandum parœciacum fanum illic conſtituit Bonifacius. 8. neque ad plebanorum parœcias voluit annariam legem pertinere, quæ Collegij nomine cenſerentur, ſeu quæ vulgari ſermone appellantur *collegiatæ Eccleſiæ parœciales*. Itaque nil proponi cōtendebat *regaliſta*, quò minus Prioratum ſuprà ſcriptum Rex conferre potuiſſet iure Regaliorum. E diuerſo autem, Pontificis beneficiarius, Regaliorum lege non comprehendi eccleſiaſtica munera, quæ parœcorum regimen habeant adiunctum. Sed Primatum monaſticum, qui controuerſus erat, hoc ipſo merè parœciacum & curiale ſacerdotium apparere, quòd Auguſtiniani ordinis monachis purè addiceretur. Vnde tales *Prioratus*, vulgò nominant Curionatus regulares. Tanto nimirum ſanctiſſimi auctore Ordinis Auguſtino, quaſi Triumuiro conſtituendæ rei Chriſtianæ: Qui in Africa perinde, vtì Ambroſius in Europa, Hieronymus in Aſia

Hic Prioratus S. Nicolai inſtitutus eſt, vbereque patrimonij cenſu ditatus ab Errico Angliæ rege duce Normanorum & Aquitaniæ.

Paſtores Eccleſiarum parochialium debent promoueri ad ſacros ordines intra annum.

Arreſt du Parlement de Paris à la grand Chambre entre 2. Regaliſtes, le Lundy 17. May 1604. Choart pour le demandeur, & Robert pour maiſtre Clement Vaillant defendeur, touchant vne prebende de l'Egliſe de Troyes, iugé contre le defendeur, que le decret de Pacificis poſſeſſoribus *a lieu entre deux Regaliſtes, & que la prouiſion royale faicte au demandeur n'eſtoit pas nulle, encores que par vn acte ſeparé de la prouiſion, il paruſt qu'elle euſt eſté accordee à la nomination de l'Eueſque nommé à l'Eueſché.* Secus *ſi le tiltre de ladite prouiſion royale euſt porté expreſſement qu'elle fuſt faicte a la nomination du nommé à l'Eueſché. Comme il auoit eſté iugé parauant, plaidant Mareſcot, touchant vne prebende de l'Eueſché de Conſtance.*

Bulle de Gregoire 13., 6. Cal. Iul. 1573. reuocatoire de la grace alternatiue des collations de benefices, concedee par ſes predeceſſeurs Papes, aux dioceſes de Bretagne. Verifiee au Parlement de Renes, ſur les lettres patentes du Roy du 22. d'Octob. 1573.

Par Arreſt du Parlement de Renes du 15. de Mars 1596. a eſté enregiſtree l'alternatiue menſium, *& des mois de l'an accordee par le Pape Clement 8. à l'Eueſque Treguier. Le predeceſſeur duquel Eueſque auoit obtenu pareille Bulle le 1. Iuillet 1573. Verifiee au Parlement de Renes le 27. d'Octobre audit an.*

Item en l'Eueſché de S. Brieu en Bretaigne, où les mois des collations ſont alternatifs entre l'Eueſque & le Pape, alternatiuement vn mois apres l'autre. Quæritur *ſi le Roy conferera en Regale au mois du Pape cõme ordinaire, ayãt conferé vne chanoinie de l'Egliſe Cathedrale de S. Brieu à ma partie en ſon mois.* Puto quod non, *veu que le Roy* iure regaliæ Sede vacante, *ſuccede ſeulemẽt au lieu de l'Eueſque decedé & en ſes mois, & non pas au lieu de l'Eueſque viuant qui eſt le Pape, y conferant comme ordinaire en ſes mois.* Secus *ſi le Pape y conferoit comme Pape & ſouuerain* iure præuentionis aut concurſus, vt in reliqua factitat Gallia. *Car en ce cas telle preuention, ou concurrence, ou deuolution n'empeſcheroit pas la collation en regale ouuerte par le decez de l'Eueſque ſeul en ſon dioceſe.* At ſitus, *quant le Pape confere* tanquàm Epiſcopus & ordinarius. *Vray eſt que le Regaliſte peut dire que* vacante Sede Apoſtolica, *le Roy deuroit donc exercer ſa regale eſdits Eueſchez* etiam *remplis d'Eueſques ſur les lieux: Ce que le Roy ne pretend,* ergo *pour le moins doit-il iouyr de ſa regale, apres la mort de l'Eueſque ordinaire.*

Patentes de Henry 2. du 14. Iuin 1549. du 29. Iuillet 1550. & 18. d'Auril 1553. & du 29. Octob. audit an, & 10. d'Auril 1553. Que les Papes iouyſſent de toutes leurs prerogatiues & facultez pretendues en Bretaigne & Prouence, ainſi qu'ils en ont d'ancienneté iouy, à ſçauoir quant aux 8. mois à luy reſeruez, & autres generales & ſpeciales conſtitutions & reigles de ſa Chancellerie: Regrez des benefices, coadiutoreries, mandats de prouidendo, *expectatiues & autres graces, preuentiues aſſignations de penſions ſur benefices, reception & obſeruation de monitoires, cenſures, interdicts, & ſentences emanees de Cour de Rome, deuolution des cauſes ſpirituelles & beneficiales &c. Leſdites patentes purement verifiees au Parlement de Bretaigne à Nantes le 4. de Ianu. 1553. ſans reſtitution qu'il auoit eſté à la premiere verification des premieres lettres ſuſdites.*

Antiqua Ordinatione, quæ eſt in Camera Computorum, & alia à Ludouico. 12. facta, Beneficia curata non poſſunt conferri à Rege in vim ſuæ Regaliæ. Prioratus Ordinis S. Auguſtini vulgò dicuntur *cures regulieres.*

Interlocutorium Curiæ Parisf. Arestum, seu Præiudicium in materia Regaliç Die. 5. Maij An. 1575. Quòd nempè Prioratus, quorum Priores de facto exerceât curam animarum, non caduat in Regaliam. Episcopi *de Bayeux*, in Normania.

coætanei propagarint Christianæ ditionis pomœria. Ex quibus præfractè defendit Pontificius, hosce Primatus monasticos, quia communiter parœciacam obirent functionem, & insuper *conuentuales* forent, minimè adstringi Regaliorum legi debere. Actitata causa, interlocuti sunt Patres, de litigiosi Prioratus qualitate, nûm actu ipso parochorum sacerdotium esset, inquirendum. 3. Nonas Maias An. 1575. Thorodeo, regalistæ: Pasquero, Pontificij: Me, Nicotij interuētoris causam orantibus. In Baiocensis Ecclesiæ Regalia, cuius Præsules Ecclesiæ vetustissimos memorat Huntindunensis Archydiaconus, S. S. Exuperium, Ragnobertum, Rufinianum, Lupum, Patritium, nec paucos alios.

An Regalia locum habeat in nouem Episcopalibus Ecclesiis Britanniæ minoris, siue quoad temporalia, aut spiritualia.

IAM in Armoricæ oræ Præsulatus obtineant necne Regalia, disputatum est in Senatu cum Sodalibus Palatini Sacelli Parisien. Ad quos profani Regaliorum prouentus vniuersim redeunt ab munifica priscorum Regum cessione. Nouus enim Nannetum pontifex, è Britonicis nouem vnus, negabat Canonicis Templi palatini, vllum Regaliæ ius esse Principi in vacantes Celticæ Britanniæ Ecclesias, seu sacrum, seu profanum. At Vilcotius pro hisce *regalistis*, in summo Curiæ Auditorio sic agebat, Britonicam Ditionem totam, vetus esse Gallici Sceptri beneficium, prædiúmque inferius. Hincque Armoricos Episcopatus eadem Regaliorum lege obstringi, qua sacras alias Gallici nominis præfecturas. Iam inde præsertim ex quo deletis Britonum Regulis, Ducatus ipse in corpus relatus sit publici Franciæ patrimonij, eiusque fiscalibus fundis nexus insolubili Vnionis vinculo, quam P. C. probarunt XI. Calend. Decemb. An. 1532. Nos, ex aduerso, pro Nannetum Antistite Phil. Becco, Britanniam quidem in regia Francorum clientela positam esse, vectigalémq; iis factam à Carolo Mag. Vt tradit Aimoynus, Rerum à Gallis regibus gestarum lib. 4. Cap. 78. & 89. Tum Hludowico Magni filio tributariam. Scriptore eodem, Lib. 4. cap. 106. & 112. Nunquam tamen suos Britonibus, ad nouissima vsque tempora, defuisse Duces, qui beneficiaria cum Gallo Pactione sibi reseruarint maioris imperij prærogatiuas complures, custodiá imprimis tutelaréque patrocinium matricis Basilicæ cuiusuis: Ecclesia videlicet Episcopo suo destituta. Vt liquet ex cliētelari illa Conuētione Petri. I. Britonū Ducis, ad vnguē ex scripta ab Feraldo in Tract. De Iurib. & priu. Regni Francorū, & in Stylo Parl. Parte. 4. Dicebā præterea,

Auctoris Actio forensis, de Regalia super Episcopatu de Nantes en Bretagne vacante.

En May 1603. se deuoit plaider la Regale de l'Euesché de Vannes, entre Gheart, pour le Regaliste demādeur, & Dolé pour le defendeur, sur la collation d'une prebende en l'Eglise de Vannes, ladite Regale en fin plaidee le lundy 19. May audit an 1603. & appointee au Conseil. Greg. de Tours recite qu'il y auoit un Comte de Nātes separé des Ducs ou Rois de Bretagne. Pour dire que si la Regale a esté sugee & obtenuë sur l'Euesché de Nantes le 23. Decemb. 1598. cela ne touche ny preiudicie à Vannes, ny à autres Eueschez de Bretaigne.

Le 25. d'Octob. 1568. les lettres de l'indult ottroyees par le Pape à l'Euesque de Nantes, de pouruoir aux benefices ès mois reseruez audit Pape, ont esté registrees au Parlement de Renes, pour en iouyr par l'impetrant, tant qu'il residera. Natalis du Fail, *aux arrests des Chambres. Item le 30. Octob. 1570. Pareilles lettres à l'Euesque de Lyon accordees par le Pape, enregistrees audit Parlement, à la charge de residence aux 8. mois reseruez.*

Rescriptum Vnionis Armoricæ Britanniæ cum Francica corona: Quod regestum est in Acta Curiæ Parisien. Die. 21. Nouemb. An. 1532. Tractatus Inuestituræ Ducatus Britanniæ Petro Mauclero Duci factæ a S. Luduuico rege An. 1231. De qua Nos plura in nostro Opere de Domanio Franciæ.

Contract passé en Septembre l'an 1403, entre le Roy Charles 6. & la saincte Chappelle du Palais, verifié en la Chambre des Comptes le 28 Nouemb. 1404. Par lequel pour recompense des rentes & fiefs, & fermes qu'elle auoit anciennement en Normandie, pour la fondation royale de ladite saincte Chappelle, qui estoient loing, incommodees, & diminuees par les guerres. le Roy reprend lesdites rentes & fiefs fermes, & assigne à perpetuité à la saincte Chappelle 850. liures de rente sur les baux des maisons du Pont au change, à sçauoir 2. escus & demy sur chaque maison, sans charge de reparations, 100. sols aux enfans de la Trinité, & le reste du loyer pour la reparation du Pont.

3 I

præterea, Regaliorum ius à patronatu Templorum fundationeque repeti: vt indicat Archydiaconus in Can. Imperium Distinct. 10. Atqui vel ante Francicum Monarchatum creati feruntur minoris Britanniæ Antistites. Siquidem Eusebius Nannetum præsul Concilio Turonen. 1. subscripsit, & Epiphanius Aurelianensi. 1. Quùm Merouæus Francis Rex. 2. imperaret. Nec ita multò post, Fœlici Episcopo Nannetensi porrexit Fortunatus sacrum hymnum, quem eorum memoriæ dicarat, quorum ossa piè adseruabantur in sacra Petro ac Paulo Nannetum Æde. Tametsi verò, Gunthranus Franciæ Rex Nanneticos sibi limites vendicarit, haud ideò sequebatur, Nannetensem regionem ac Diœcesim Gallico teneri dominatu. Auctore Gregorio Turonensi, Hist. Franc. lib. 9. Articul. 18. Aliud quippe est, Nanneticos terminos, aliud Nanneticam ditionem sibi arrogare: Cùm & Iulius Cæs. longè antea Nannetenses Armoricis populis adnumerarit, & Britones Nannetum municipium sibi à priscis iam seculis vsurparint. Sicuti ab eodem Gregorio enarratur. Lib. 9. Artic. 24. Admittamus igitur, Palatinos sacellanos pio munere à vetustis Regibus accepisse profanos Regaliorum reditus perpetuò fruendos, nominatímque à Ludouico XI. dein Carolo. 8. postridie Iduum Decembr. Ann. 1483. Ludouico. 12. 4. Idus Quintiles. An. 1498. Francisco. 1. 15. Kalend. Apriles. 1514. Errico. 2. 3. Idus Nouembr. An. 1547. Vt Probus legisse se affirmat, Regalior. Quæst. 52. Nihilò tamen amplius in donatarios transmissum ius est, quàm habuerint Franci monarchæ in Episcopas citerioris Britanniæ. Constabat autem ex antiquo Gallicorum Præsulum Cathalogo, qui è Rationalium Scriniis producitur, Britonicas Cathedras Regalibus nunquam obnoxias extitisse.

Regiæ patentes Die. 14. Decemb An. 1483. Die. 12. Iulij. 1498. Die. 18 Mart. 1514. Et Die 11. Nouemb. An. 1547 Cuiusmodi Literæ tum Caroli 8. verificatæ sunt à Magistris rationum regiarum Parisien. Die. 14. Febr An. 1483 tum Ludouici successoris, Die 1. Decemb. Ano. 1498 Francisci 1. Die vlt. Augusti. 1515 & Henrici 2. Die 14. Decembr An. 1547.

Reliqua de profanæ Regaliæ donatione collata in Clerum Palatioi Templi literæ comperies in Regestis Cameræ Ratiociniorum Lib. I. fol. 62. & Lib. M. fol. 20 & Lib. 8. fol. 94 Gardiá & custodia Ecclesiarum vacantium penes antiquos Britonum Duces.

21 ARMORICI certè Principes quondam tutelari fungebantur officio in vacuos earum Diœcesum pontificatus, annuásque sacrorum fundorum obuentiones iubebant, publica iniecta manu, ab œconomo administrari: Sed ea quidem lege canonicis Decretis consentanea, vt Ecclesiasticæ rei prouentus restituerentur successori in Episcopatum. Alexandri. 3. Rescripto, Cum vos De offic. ordin. Quemadmodum ex veteribus monumentis patet Armoricæ Cameræ ratiociniorum. Haud aliter vacantium Siculæ Ecclesiæ Sedium custodes se professi sunt Neapolitani Reges prisci. Ita, vt qui condendis Episcopæ fructibus annuis commissi fuerant dispensatores mandato Principis, cogerentur eiusce curationis rationes nouo Antistiti reddere. Neapolitana Lege Vilhelmi Siculi regis Tit. DE ADMINISTRATIONIBVS RERVM ECCLESIASTICARVM POST MORTEM PRÆLATORVM. In Constitut. Neapolit. Quinetiam Armoricis olim Ducibus alligabat se nouus Britonum Antistes quisque fidelitatis sacramento. Vt produnt solennes Tabulæ Pet. Chaffauldi Nannetum Episcopi cum Armorico Duce Francis-

Camera Computorū *de Nãtes en Bretaigne.*

Literæ transactionis Episcopi Nannetensis cum Britonum Duce, die. 28. Decemb. An. 1477. Iurisdictio tamen & feuda Episcoporum Britanniæ minoris à summa vetustate nominantur *Regaires*, quod iam inde à Maucleri Ducis seculo, ad regium Galliæ Senatum deuoluerentur prouocationes à profanis Antistitum Iuridicis, non ad Ducales Magistratus. Ex quo hodie etiam Regia summa Britanniæ Curia appellatur immediatè à sententiis Episcopalium huiusmodi iudicum temporalium. Vti ab iisdem Episcopis accepimus.

Bulle du Pape Sixte 5. du 15. Nouemb. 1586 & du Pape Clement 8. du 23. Iuin 1597. Ius nominandi Romanis Pontificib. personas idoneas ad quascumque cathedrales & metropolitanas Ecclesias & monasteria quorumcumque ordinum, de quibus consistorialiter disponi consueuit in ducatu Britanniæ & prouincia Prouinciæ consistentia quoties illa vacauerint Regibus reseruamus, concedimus & assignamus, decernentes ius nominandi huiusmodi ad Ecclesias & monasteria prædicta, tibi quandiu vixeris, competere debere, nonobstantibus quibuscumque generalibus vel specialibus Ecclesiarum & monasteriorum præd. reseruationibus seu affectationibus Apostolicis per quoscumque Romanos Pontif. prædecessores nostros non seruatis.

Indult au Roy Henry 4 super nominatione beneficiorum in Britannia & Prouincia consistentium.

En Septembre l'an 1604. il a esté iugé au grand Conseil, au rapport de monsieur de la Grillere qu'au pays de Bretagne mesmes és mois du Pape, le Roy a droit de nommer & presenter aux Euesques vn pour benefice, pro iocundo Regis aduentu.

A sçauoir si l'indult des conseillers du Parlement de Paris a lieu en Bretagne, és mois du Pape Molineus dit l'Indult auoir lieu en Bretagne comme vnie à la France par auant la Pauline, & en cotte Arrest du grand Conseil, donné par defaut à l'audience en plaidant, du 27 Iuillet 1557. De mensibus autem Papæ dubitatur, *veu qu'il n'a entendu se lier par sa Pauline, & aussi que l'insinuation: ioint que le Pape s'estant reserué les preuentions par les Concordats, & par les Bulles de la nomination esté faicte, & patentes d'entre le Roy & luy à leur nouuel aduenement,* multo probabilius videtur sibi reseruasse libertatem conferendi ordinario iure *en sez mois de chaque Euesché de Bretagne. Il y a Arrest du parlement de Rennes, du 14. Octob. 1557. cotté par Dufailh, sur le pareatis & permission d'executer vn Arrest du grand Conseil, rendu par Iacques Geborly indultaire de la Cour de parlement de Paris d'vn benefice situé en Bretagne, contre Pierre de Monaire, où a esté remonstré que les benefices de Bretagne n'ont oncques esté compris par la Bulle de Eugenius 4. Et quant à celle de Paul 3. le Roy a declaré par l'vnion de la Bretaigne, qu'il n'entend contreuenir (?) ne n'estans lors la Bretagne du Royaume, aux libertez dudit pays. Ordonné par ledit Arrest que les parties se pouruoiront vers le Roy, nonobstant que* Molineus in Regul. de infirm. resignantib. nu. 226. *die auoir esté iugé par ledit Arrest du grand Conseil de Iuillet 1557. contumacial, quetoutesfois audit lieu semble tenir le contraire de l'indult en Bretagne. Et n'aguere par autre Arrest du grand Conseil à Lyon, du 29. iour de Decemb. 1600. prononcé aux Procureurs des parties, le 22. de Ianuier 1601. a esté iugé touchant la preuosté ou priore S. Martin de Vrton, ordre de S. Benoist, diocese de Nantes, dependant de l'Abbaye S. Iouin de Marne, situé en Poictou, par la mort de Michel le Bec, au profit de maistre François Vuber, pourueu par le Pape au mois du Pape, contre frere Nicolas Symon, Religieux dudit ordre, nommé pour tenir le lieu & indult de maistre Charles Boucher maistre des Requestes de l'Hostel du Roy, sur les Religieux, Abbé, & Conuent de S. Iouyn de Marne, à sçauoir que l'indult cy dessus n'a lieu contre le Pape, ayant concedé sa grace Pauline dudit indult: Mesmement icy est vne collation faicte par le Pape comme ordinaire,* & non iure præuentionis, quam indultarij collatio etiam nulla impedire posset. *Ledit Arrest donné sur les productions des parties.*

Ainsi ledit indult du Parlement de Paris n'a lieu és benefices, estans en la collation ou nomination du Roy, qui n'a pas donné priuilege d'indult, etiam *soy-mesme, comme aux Chanoines de S. Quentin, de S. Pierre de la Court du Mans, du bois de Vincennes, de la saincte Chappelle &c.* Sic *est-il des collations appartenans au Pape, comme ordinaire de Bretagne.*

co, 5. Kalend. Ianu. An. 1477. Quæ Britonicis Annalibus disertè percensentur. At non idcirco Britonum princeps Ecclesiasticæ rei fructus suos faciebat, velut Regaliorum iure quodam: donec in eius verba Præsul iureiur. adigeretur. Nam & hac ob rem Bern. Montillius Armoricum Senatum appellauit, quòd Britonicæ Cameræ Rationales eum damnassent, Oeconomicæ administrationis rationes edere Nannetensis pontificatus. Quas priuatim iam is ediderat Antonio Crequyo Iani Lotharingi Cardinalis successori, qui sacro Nannetum Solio præfuerat. In eo autem prouocationis iudicio, fassus est candide Bariotus Aduocatus fisci, reditus Ecclesiæ, qui suo Episc. deficeretur, ad Francũ Regem non pertinere, sed carpendos interim, profani dispensatoris ministerio, vt annuis deductis oneribus, succedenti in Cathedram restituantur, pro iure patrio veterìque Britonum obseruatione. Causa cognita, placuit Britonico Senatui rectè prouocatum, actione summoto Regio cognitore apud Præfecturam Ratiociniorum. Aresto postridie Nonas Apriles An. 1556. His subiungebam, Gallicos agros, qui Pontificiæ obedientiæ vulgo dicuntur, Regalib. immunes solutósq; esse. Cuiusmodi habetur Francicus Prouinciæ Comitatus, Delphinates Allobrogum, & Britannia continens. In qua nempè Britannia Roman. Pont. sacerdotia largitur ordinario iure, octonis anni mensibus, & Episc. quatuor duntaxat. Idq; ipsum Molineus adnotauit in Regula Cancellariæ Apostolicæ. 18. *De infirmis resignantib.* Nu. 236. Eapropter Henricus. 2. sanxit Edicto, Armoricas Ecclesias Regalib. non teneri. 4. Kalend. Sextiles An. 1550. Quæ tamen Constitutio regia in Curiam perlata non fuit, Senatorio decreto promulganda. Quod attinet ad Britonici Ducatus cũ Fràcico Sceptro cöiunctioné, quá opponebát aduersarij, defendebá, tali Vnione nó perimi antiqua Ciuium iura, priuile-

Decretum Senatus Britonici Die. 6. Apr. 1556. Contra procuratorem regium in Camera Computorum *de Nantes*.

Britannia, Delphinatus & Prouinciæ Comitatus dicuntur Papæ obedientiæ Romanæ Curiæ. Sed Episcopis personaliter residentib. Papa iodulsit, vt. 8. mensibus anni possent cōferre, & Papa quatuor tantum. Ex Collectaneis Arestorum Britanniæ, Natalis *Dufailh*, & Bulla Syxti. 5. Die. 5. Maij. An. 1585.

priuilegiáque subditorum, ac immunitates seu Ecclesiasticas seu prophanas: Vt variis tunc Auctorum testimoniis adstruebam. Quibus alias plurimas rationes cùm subiecissem, partim ex Iure Pontificum, partim ex Christianis sumptas Annalibus prophanisque, descendit in causam Brissonius patronus fisci, retulítque Karolum Pulchrum Nannetensi Antistiti prophanas Regaliorum obuentiones semel condonasse. An. 1322. Hinc consequens videri, vt Armoricæ Britanniæ sacerdotia patronum Regem agnoscerent, eiúsque Regalibus subiicerentur. Id quod pariter Ludouicus. XI. enixè intenderat aduersus Britonum Ducem Franciscum. 2. An. 1464. Vt prodit Æmylius in Galliæ Chronic. Quæstionem demùm vtrinque agitatam Conscripti Curiæ reuocarunt ad deliberationem pleniorem. 16. Kalend. Iunias. An. 1576. Sanè Philip. Probus Regaliorum scriptor asserit, Britonicas Diœceses eximi Regio huic iuri, supremæque Franci Principis in sacras Sedes vacuas potestati. Quæst. 60. Artic. 37. Nannetensium verò Præsulum virtus quondam emicuit, quùm Eumerius Aurelianensi. 2. & 3. Synodis interfuisset, ac Salapius Cabilonensi. Ne Guymardum omittamus, Nannetum pontificem, qui inter sacrificandum ad Christi aram confossus est hostili Danorum ferro. Vt Gaguinus in Carolo Simplice commemorat. Quibus subnecti possit Bernardus Nannetensis Episcopus,

Regiæ Patentes, die. 29. Iulij An. 1550. quòd vacantes Britanniæ Episcopatus nouem non sunt subiecti *au droict des Regales de France.*

Appointé au Conseil, en Parlement, Die. 17. Maij An. 1576.

Episcopi *de Nantes.*

Patentes du Roy Henry 2 du 29. Iuillet 1550. narratiues, que les Papes Leon 10 & Clement 7. & autres auoiēt accordé au Roy François 1. ius nominandi ad Ecclesias cathedrales & monasteria, seu alia beneficia certo modo qualificata in regno Franciæ, ac certis aliis dominiis, necnon ducatu Britanniæ, & Prouincia Prouinciæ consistentia (tametsi in eis speciale esset eligendi priuilegium extra Romanam Curiam pro tempore vacantia, priuilegia & indulta ad eius vitam certo modo. *Ce que le Roy demande au Pape Iules 3.* Cuius fauote, *le Roy accorde audit Pape qu'il puisse vser de ses reseruations & graces expectatiues, preuentions, & prouisions Apostoliques ès 8. mois de l'an Apostolic. assignation de pension, deuolutions des causes petitoires par appel à Rome, en Bretagne & Prouence, nonobstant l'union d'iceux à la couronne de France, & tout ainsi que les anciens Papes en vsoient.*

huiúsque in Cathedram successor Robertus ex fratre nepos An. 1171. Apud Sigebertum in Chronico. Venetensi autem Britonum pontifici rescripsit Honorius. 3. P. P. Cap. Ex parte De capel. monach. Cap. Iohannes De Homicid. At de Corisopitensi Episcopo extat Innocentij. 3. Decretalis Epistola, Accedens Vt lite non contest. Quæ supersunt de Regaliorum legibus in Armorica, aliísve Galliarum Ecclesiis, perstrinxi, * λακωνικῶς, Lib. 2. Francici Domanij. Titul. 9.

Episc. *de Vennes.*

Episc. *de Cornoüaille.*

* breuiter ac summatim.

Il y a Bulle du Pape Pie 5. du dernier de Iuillet 1568. de l'alternatiue des 6. mois de l'an, iusques à 5. ans seulement, verifiee au Parlement de Rennes le 25. d'Octob. audit an. sur lettres patentes données à Rennes le 23. dudit Octob. & porte la verification de ladite patente obtenue à la requeste de Philippes du Bec, Euesque de Nantes, pour du contenu ledit impetrant iouir bien & deuement, tant & si longuement qu'il sera resident en son Eueschê.

DE REGALI NOMINATIONE AD SACRORVM PRÆfecturas.

22 COGNATVM Regalibus quidam putant ius Principalis in Gallia nominationis ad Monasteria, & Pontificatus. Qua enim ex caussa vacui Episcopatus iura occupantur à nostris Regibus Lege Regaliorum, quoad nouus Episcopus ab iis fidelitatis sacramen-

Obiter de Regia ad Prælaturas nominatione.

to rogetur, eadem quoque probabile aiunt, nominari ab ipsis Sanctæ Sedi Episcopum oportere, quasi Principis beneficiarium, iuratúmque clientem futurum. Ego verò, contra, sentio, talem nominationem ad sacras Præfecturas, quam Reges nostri exequuntur, nouo Iure & pactitio introductam. An. 1516. Antea quippe sacrati Ordinis suffragiis cooptabantur Præfecti Cathedralium Ecclesiarum, ac Cœnobiorum. Saluo eo, quòd noui Antistitis electio identidem nunciabatur Principi, qui eam laudabat & approbabat: vel ex præuio Regis assensu ibatur in comitia sacrarum electionum, ac petita decenter à Rege eligendi venia honoraria, in Præsulis sui electionem descendebant tum Canonici, tum cucullati sacerdotes. Sicuti de Suessionum Ecclesia D. Bernardus scripsit ad Ludouicum Iuniorem Galliæ regem, & alia Epistola ad Philippum Turonensis Ecclesiæ electum. Narrat itidem Suggerius Abba templi Dionysij, se cùm peregrè ageret Franci regis legatus in Italia, fuisse quidem cœnobitarum votis Magistrum eius monasterij designatum: Sed ex iis nonnullos, quia insalutato rege Crasso, præcipitarant electionem, in vincula coniectos fuisse apud Aureliam Regio iussu. Nec malè his aptatur Fulberti Carnutum pontificis Epistola. 19. qua, *Monachi*, infit, *qui in Bonaualle remanserant, hoc scientes alium quendam ex fratribus suis electum, eò quòd irreprehensibilis videbatur, obtulerunt O. Comiti Abbatia illa donandum, vt mos erat, mihíque deinde, consecrandum. Is interim locum pastoris tenet.* Ac tametsi Lupus Ferrariam Senonum monasterium prædicet sibi Regio datum beneficio Karoli Calui Principis, In Epist. 40. Idem certè alibi fidem facit, Regiam futuri Episcopi designationem nil sacerdotibus obstitisse, quò minùs in eum, aliúmve liberis sententiis, afflante diuino numine, conspirarent. Vt de Ænea Parisiorum Antistite refertur, Lupi Epistola. 98. verbis Cleri Parisien. ita concepta. *Æneam cuius præconia præmisimus, concorditer omnes eligimus, pontificem habere optamus. Quamuis enim tanta prudentia ac probitate præcellentissimus Rex noster polleat, vt solum eius iudicium de viro memorato posset sufficere*

Francisci. 1. Galliæ regis Concordata cum Leone. 10. P.P.

B. Bernardi Epistola 151. ad Philip. &c.

Abbas S. Dionysij, ad Parisios.

Abbatia de Bonneual, Carnotensis Diœcesis.

Abbatia *de Ferrieres*, in Senonensi Diœcesi.

Lettres patentes du Roy du 1. de May 1596. verifiees au grand Conseil le 20. dudit mois, qu'un moys de la main leuee par luy cy deuant faicte des defenses d'aller à Rome, les nommez aux Eueschez, ny Oeconomes spirituels cy deuant establis par ledit grand Conseil, n'ayent plus, ne les Vicaires par eux instituez, à conferer benefices, donner les œuures, ny demissoires, excommunier ny absoudre, iusques à ce que lesdits nommez soyent consacrez, & cependant que le Chappitre exerce tout ce qui est de la function Episcopale.

An Princeps in Regalia possit admittere resignationes in fauorem. *Il y a sur ce subiect vne cause pour la Regale de Troyes, la cause estoit au roolle de Champagne, & fut plaidee le 7. iour de May 1601. Montelon pour le Regaliste pourueu par mort du resignataire,* aut alias quouis modo per meritatem tituli, *Fælix de Belin resignataire d'vne prebende en l'Eglise de Troyes, & Talon pour ledit resignataire* in fauorem *pourueu par le Roy en regale: lequel l'autre soustient n'auoir peu estre pourueu* in fauorem *par autre que par le Pape qui* prouidendo dispensat à symonia. *Toutesfois ledit Regaliste pourueu par mort a perdu sa cause, & a esté iugé que le Roy en Regale, (en laquelle* omnia sunt extraordinaria, *& le Roy mesmes y dispense de* ætate) *peut conferer aux resignations* in fauorem, *comme il a accoustumé, disposant* suo iure *des benefices comme siens. Toutesfois vn des Presidens & autres estoyent d'aduis d'appointer ladite cause au conseil, mais il ne passa pas par là. C'estoient Vincent Moreau deuolutaire regaliste demandeur, & Fælix Belin resignataire* in fauorem, *parauant pourueu par le Roy en regale.*

Philipp. Probus *en sa question 34. des Regales tient,* Regem resignationes in fauorem admittere non posse iure Regaliæ, propter symoniam. Glos. in C. ex parte. De offic. deleg. Roman. in Consil. 359. Ruzeus (in priuileg. 32. Cassador.) decis. 2. Tit. de Symonia. *Toutesfois* Probus *dit en ce cas la Cour auroit adiugé l'estat au Regaliste par arrest du 23. Decemb. l'an 1407. sur resignation simple, touchant vne chanoynie de Chartres, entre Iacques de Bourbon demandeur & Viuian Robelet defendeur.*

Princeps electi confirmationi se opponere potest, si ipsum suspectum habeat, de proditione scilicet aut reuelatione secretorum. Innoc. & Panor. in Cap. sup. his. De accus. Glos. in Prag.

Verumtameo in ver. Pontifex Marci decis. 44. parte 2. & sic ante leuationem manus Delphinalis non potest electus confirmatus apprehendere possessionem, *comme il fut obserué entre Vrban de Myolans, contre l'Euesque de Valentinois & Diois, s'estant ingeré de prendre possession, creer officiers, & s'ingerer en l'administration* in spiritualibus, ante leuationem manus Delphinatis.

set sufficere: tamen conditionis humanæ nescij, futurarúmque curiosi rerum, nos ipsi propositum ac mores longè priùs inspeximus, & inter graues probabilésque personas & sanctitate feruentes, hunc quem Antistitem habere cupimus, quotquot eum nosse potuimus, vt nunc palam est, absque errore, annumerauimus. In Britannia necnon Insula fuit tempus, quo pontificatuum sacerdotia electione deferebantur: modo eam cum bona Principis gratia consentionéque iniissent Sacerdotes. Quemadmodum Lucius. 3. P.P. edocuit. Cap. 5. De Elect. In Antiquis Decretalium Epistol. Collectionibus, quæ paucos abhinc annos publicatæ sunt auspiciis Gregorij. 13. Pastoris Ecclesiæ Maximi. Nam Lucij illius Rescripto sic cautum inuenio. QVIA REQVISISTIS A NOBIS, VTRVM AD ELECTIONEM FACIENDAM PROCEDERE DEBEATIS, PROPONENTES, QVOD EAM SINE ASSENSV REGIO FACERE NON AVDETIS, SI ALITER FIERI NON POSSIT, AD DILECTVM FILIVM IN CHRISTO REGEM ANGLIÆ ACCEDENTES, EI STVDIOSIVS INSINVETIS, QVOD. B. QVONDAM EPISCOPVM VESTRVM PERPETVO ESSE DEPOSITVM, ET EIVSDEM REGIS IMPETRATO ASSENSV, IN PERSONAM HONESTAM, &cæt. VNANIMITER CONVENIATIS, &c.

Anglici Episcopatus.

De consuetudine introduci potest, quod mors Prælati nuncietur Principi, & ab eo petatur licentia eligendi Prælatum. Ita quod electio aliter facta debeat retractari Innoc in cap. quod sicut, De elect. Henric. in cap. nobis, De iur. Patron. Glos. in Pragm sanct Tit. de elect cap. 1. §. veruntamen, in ver. Pontifex.

23 Nec me tamen latet, hoc nomine multiplicem olim exortam contentionem inter Ecclesiasticos præsules, alterum Regis arbitrio, alterum Cleri iudicio designatos. Nam Lotharij regis largitione Adelbero iuuenis nactus est Laudunensem Episcopatum, quem Rorico pontifex decedens vacuum reliquerat 17. Cal. Februar. An. 967. Vt patet ex Chronico Frodoardi. Nil absimile de monastica Richarii Æde, in Ambianis, perhibet Centulensis historia, fuisse hoc Nitardo concessum Regio munere Cœnobium, quod ipsius pater Engilbertus possederat. Quin & Carolus Caluus Galliæ Romanorúmque Imperator Hilduino abrogauit Tungrorum pontificatum, quo eum priùs honestarat, sacróque huic Solio Richardum Abbam imposuit. At non idcirco Rhemorum Antistes Hermanus Hilduinum ordinare destitit, quem & communibus denuò Sacerdotum calculis lectum confirmauit. Si Flodoarto credimus in Francica Histor. Is pariter, mortuo Nouiomensi Episcopo, recèns nominatum à Principe admittere recusauit, obnixè disserens, quæ Ecclesiasticis comitiis peragi oporteat, Regiæ nominationi non esse obnoxia, sed nudo Principis assensui in electione celebranda. Vt constat ex Indice Epistolarum Hincmari Rhemen. Pontif. qui etiamdùm lectitatur. Quò etiam referre liceat veterem morem asciscendi Monasteriensis Germaniç Episcopi, non presbyterorum quidem, sed Cæss. libero solutóque iudicio: quoad Natus *Debenthem* Comes sacri Collegii suffragiis euectus sit in Episcopalem dignitatem. Annum circiter 1160. Vt inquit Albertus Crantzius Hamburgensis templi Decanus, in Metropoli, seu Ecclesiasti-

Die 16. Ianuar. Ann. 967. Episcopatus *de Laon*, à Rege datus Adelberoni.

Abbatia *de S. Riquier, diocese d'Amiens.*

Hic Episcopatus *de Tongres* (oppidi tribus leucis distantis ab vrbe Leodio, & tantumdem à Traiecto Mosæ.i. *de la ville de Mastricht sur Meuse,* in confinibus Hollandiæ) translatus fuit priùs Traiectum a S. Seruatio, deinde Leodium à S. Huberto. Vt ait Iohan Placentius Trudonensis, In Catalogo Episcoporum Tungrorum, Traiectensium, & Leodiensium.

Noyon.

Bulla Apostolica priuilegij pro Andegaua Ecclesia.

Arrest du grand Conseil du 18. Aoust 1525. entre le procureur general du Roy au grand Conseil, appellant comme d'abbus, de l'electiō faite d'vn Abbé par les Religieux de l'Abbaye du Bourgdieux en Berry, & le Syndic des Religieux esliseurs, qui ont droict ou Priuilege special du Pape Vrbain d'eslire leur Abbé, ce qui est reserué par les Concordats Veu les productions, ledit priuilege d'eslire &c. l'appellation comme d'abbus est mise au neant, est permis à l'esleu de poursuiure sa confirmation. Et quant à l'appel dudit Syndic, du sequestre des biens de ladite Abbaye vacante, faict par le Iuge d'Yssoudun, l'appellation & ce, mis au neant, ordonné que par maniere de prouision deux Religieux notables seront commis pour regir le spirituel de ladite Eglise, entretenir le seruice diuin, & faire viure les Religieux en l'obseruance reguliere: & sera le temporel & reuenu de ladite Abbaye gouuerné par deux Commissaires, qui en rendront compte & reliqua quand & à qui il appartiendra, entre les mains desquels seront restablis les fruicts du passé prins par ceux establis par ledit Iuge d'Yssoudun.

ca Saxonum Hist.lib.7. Cap. 33. Sub eadem tempora, quòd Ecclesiasticæ Præsulum electioni facesseretur negotium, Eugenius 3.P. sanxit Rescripto singulare ius eligendi perpetuò Episcopi Andegauensis. Hocque rescriptum An.1145.ad Vlgerium Andium pontificem, extat in Scriniis Andium matricis Ecclesiæ. Ad eundem Vlgerium Antistitem voluitur D.Bernardi Epistola 200.qui eo simul æuo inclaruit.

Vide Tit. 1. lib. 1. Monasticōn. art. 10. in fin. Comme Iules 3. accorde au Roy Henry comme il dit par ses patentes, la confirmation des Indults qu'auoient eu les predecesseurs Ducs de Sauoye Princes de Piedmont, de nōmer & presenter aux benefices consistoriaux desdits pays &c.

Saxoniç Episcopatus.

Priuilege royal d'electiō d'Abbé aux Fueillans, comme Apostolic. Vide Tit.1.lib. 1.Monasticōn, art. 14.in fi.

Illa nimirum ætate, Principes sparsim hoc ius sibi arrogabant 24 nominandorum pontificum, suáque auctoritate & creabant Episcopos, & creatos iubebant Hierarchicam ingredi prouinciam. Cuius in Sacra profani imperij non vnum est apud Anglos exemplum. Polydoro teste in Henrico 1.Lib.11. Britannic.Annal. In Germania necnon, grauissimè succensuit Hammenburgensi Archiepiscopo Erricus Leo Saxoniæ Dux, quòd ille non modo instaurasset, Ducis iniussu, tres Slauorū Præsulatus dudùm abolitos, Racesburgensem, Aldenburgensem, & Mickilenburgensem: sed quòd Vicelinum etiam instituisset Aldenburgensem Episcopum, spreto Duce ac irrequisito. Verùm huic Saxonum Regulus ad se venienti, Par erat quidem (ait) ô Episcope, vt tibi nec salutem exhiberem, nec salutantem exciperem: Quippe qui sacrosanctum hunc pontificatus titulum, me inconsulto, assumpseris. Ego enim huius rei auctor esse debueram, moderatórque. In terra Saxonia præsertim, quam patres mei, Diis bene fauentibus, & clypeo gladióque assecuti sunt, & mihi possidendam reliquêre. Sed quia morum tuorum sanctimonia omnibus comperta est, ac propinqui tui fidum nobis te officiosúmque clientem adprobarunt, decretum nobis est noxæ huius obliuisci, nouæque gratificari sacrorum Præfecturæ: Cum ea tamen lege ac cautione, vt sacram Episcopatus vestituram ab hac dextra suscipias, auctoramentum Ecclesiastici in Saxonia Magistratus. Atque ita Saxonem prolocutum recenset Helmoldus presbyter, in Slauorum Chronic.Cap.70.Iam è Latio excurramus in Græciam. Notus est Byzantii Patriarchæ designandi vsus priscus, ex Georgio Pachymerio, qui à Michaëlis Paleologi tyrannide historiam auspicatus, eam perduxit ad Catelanorum vsque ab Andronico defectionem. Stante igitur Christiano Thraciæ Principatu, Græcis morem inualuisse tradit Pachymerius, vt Cæsaris nutu arbitrióque sumeretur Byzantiorum sacer Primas, vnusque is tanto muneri obeundo censeretur idoneus, qui acceptus fuisset Thracio Imperatori.

Patriarcha Constantinopolitanus creari solitus quondam arbitratu Cæsaris Constantinopolitani, nomini temporalis.

Credo equidem, nec vana fides, Præfecturas Ecclesiæ ideo à 25 Monarchis tractatas licentiùs, suísque Aulicis pro imperio distributas,

butas, antiquatis sacrorum Comitiorum suffragiis, quòd hi Orbis terrarum Domini Ciuitates fieri primùm Episcopales permisissent. Ob idque vulgò persuasum, Scoticos Episcopatus 4. fuisse à Dauide 1. rege institutos: quibus opimos idem census adiunxerit. Circa annum 1100. Eos superiùs Tit. 4. citauimus, Doumblacensem, Rossensem, Brechmensem, & Dunkeldensem. Nec diu antea Glasquensis, ac Candidæ casæ dilapsi Præsulatus restituti sunt à Malcolmo Scotorum Principe, qui duos item nouos constituit, Morauiensem & Cathenensem. Vt est apud Boëthium, Scotic. Annal. lib. 12. Ex contrario, infirmata est, postulante Scoto Rege, Glastonensis conuentus monastici erectio in pontificale Sacerdotium, quam prius sanxerat Innocentij 3. decessor, qui Glastonensi pariter Bathoniensem Ecclesiam adunarat. Vti ab Innocentio ipso rescriptum fuit Priori, Conuentuíque Glastonen. Cap. 1. Ne sed. vacan. Quid de Hispaniæ populis dicam, quorum Alphonsus 3. rex sacram Iacobi Basilicam excitauit primus, & Ouetensem Metropoliticam fecit? Exhinc ad Alphonsum ita scribente Iohanne 8. Pontif. ALPHONSO HISPANIÆ REGI CHRISTIANISS. SALVTEM, &c. inditum fuit posteris Regibus Orthodoxi cognomentum. Roderico teste, Archiepiscopo Toletano. Vnde & celebre cumprimis B. Iacobi templum extitisse, votorúmque in Diuum religione inclytum ostendit Innocentij 3. Epistola ad Zamorens. & Salamantinum Hispaniæ Episcopos. Cap. Ex parte Compostellani Archiepiscopi, De censibus. Et Cap. Proposuisti, De consecrat. Eccles. vel altar. Diuersa tamen ratione quodammodò Archipræsulatus Insignibus aucta est Pragensis Bohemorum Hierarchia, summo studio Caroli 4. Imp. Produnt enim Bohemici scriptores, Carolum in contumeliam Moguntini metropolitæ, qui aduersas Cæsari partes fouerat, procurasse apud Romanum Pontif. vt Arnestus Pragensis Episcopus crearetur Archipræsul, posteríque dehinc, Archiepiscopi titulis dignitatéque ornarentur. Quantum ex Ioh. Dubrauio assequimur, Episcopo Olomuzensi, Rerum Bohemic. lib. 22. Iuxta Æneæ Siluij Bohemicam historiam. Antea quippe ad Pragensem purè Episcopum misit Honorius 3. epistolam Decretalem, Explicari, De obseruat. ieiunior. De eodem Bohemorum Antistite Innocentius 3. Cap. Constitutis. 2. De testibus, & cap. Veniens, De accusat. Nos de his plura Lib. 2. Tit. 4.

Prioratus de Glastonn, io Scotia.

Catholici Regis cognomentum, vnde Hispanis regibus adiectum sit.

D. Iacobi Cõpostellani Phanum, miraculis donariísque venerabile.

Quaodo, & cur Pragæ Episcopatus in Bohemia, factus sit Archiepiscopatus.

26 QVONAM verò, inquies, tendunt Regiæ tot ciuitatum Episcopalium institutiones, Pontificiis factæ auspiciis? Non eò quidem, vt Præsulatus & Cœnobiarchiæ dispensentur Principum arbitrio, sed vt canonicè delecti, ordinatíque Præsules vestiantur à Regibus, quãs externum competit ius litui & sacri baculi dandi. Talis vesti turæ formulam cernere est apud Helmoldum Slauorum Chronographum, de Aldelburgensi Episcopo. QVI SVSCEPIT EPISCOPATVM PER VIRGAM DE MANV DVCIS. Cap. 71. Præsules etiam vicis-

De sacra Episcoporũ Iouestitura per scipiooem sactum annulùmque pastoralẽ

ſtulatorum à Sacerdotio Gallico.

IAM igitur condonatis alicui Eccleſiæ Regalibus, ſubeſt diſpiciendum, quænam onera Eccleſiaſtico incumbant Collegio, antequam nouus Cleri Antiſtes renunciatus ſit ac conſecratus. Promatur facti exemplum. Lemouicum Diœceſis Regalibus ſoluta eſt, Regia in Aquitanam Eccleſiam indulgentia (de qua ȝ.) ac ſingularí itidem Karoli. 6. Reſcripto. 12. Calend. Februar. Ann. 1403. His congruit Prætoriani Conſilij decretum poſtridie Kal. Maias Ann. 1513. quo potiſſimùm quærebatur de viribus & efficacia electionis pontificis, quam inierant Canonici Fani Epiſcopalis. Vacante igitur pontificali ea Sede, aut pendente quidem electionis controuerſia, incidit quæſtio, cuinam interim legibus deferretur opum munerúmve Epiſcopalium adminiſtratio, & qua cautione, quo onere, qua conditione. Prætoriani tùm Senatores iudicarunt, ſacram profanámque vacui Epiſcopij gubernationem Sodalitio cõpetere Templi maioris: Sed ita, vt Epiſcopalium rerum prouentus adſeruarentur futuro pontifici, eíque redderentur curationis bonorum rationes à Collegio canonicorum. Areſto Magni Conſilij ſuprà relato, cui diſſentaneum non eſt Alexandri. 3. Reſcriptum Cum vos De offic. ordin. Et Bonifacij. 8. Cap. Præſenti Eod. Tit. In. 6. Ad Lemouicum Præſulem miſſæ extant Innocent. 3. Decretales Epiſt. Accedens De Priuileg. Et cap. Conſtitutus De appellar. 16

Patentes Literæ Caroli. 6 regis pro Eccleſia de *Limoges*, contra Regal am Die. 21. Ianuar. An. 1403.

Areſtum Magni Conſilij Regis, Die. 2. Maij de modo gubernandi bona Epiſcopatus Lemouicen. vacantis.

Ceſt Arreſt du grand Conſeil entre les Doyen Chanoines & Chappitres de Limoges, appellans des ſaiſies faictes ſur l'Eueſché de Limoges par le Roy, ſede vacante, defendeurs, & les Procureurs generaux du Roy de Bordeaux & grand Conſeil intimez demãdeurs porte les appellations & ce dont eſt appellé mis au neant, & que pendant le procez ſur la confirmatiõ de l'election dudit Eueſché d'entre Foucaut de Bonoual, & Guillaume Barton, le Chappitre aura l'adminiſtratiõ des maiſons Epiſcopales, & de tout le ſpirituel & temporel dud. Eueſché, ſauf les places fortes d'iſle S. Adram & Eymouſtiers ſaiſies par les commiſſaires du Roy, leſquelles demeureront entre leurs mains, ſans toutesfois prendre aucuns fruicts dudit Eueſché: ledit Chappitre rendra compte & reliqua du reuenu dudit Eueſché depuis le decez de l'Eueſque, à celuy qui obtiendra en fin de cauſe. Et cependãt eſt ordonné par prouiſion que ſur le reuenu dudit Eueſché ledit le Barton aura par chacun an pour la pourſuitte dudit procez de confirmation la ſomme de mille liures tourn. Et neantmoins en entherinant la Requeſte du Syndic dudit Chappitre, ordonne que durant le procez de confirmation ou infirmation d'elections, la quarte partie des fruicts & reuenus dudit Eueſché ſera employee aux reparations de ladite Egliſe de Limoges.

Limoges eſt de la prouince de Bourges & non d'Aquitaine, ny de Bordeaux.

Les clauſes de ceſte patente du Roy eſtant au Threſor & Inuentaire des Chartres de l'Egliſe de Limoges, du 21 Ian. 1403. ſont, Quod cum ſede vacante, gentes regiæ poſuiſſent ad manum omni Regis Franciæ totam temporalitatem, videlicet cenſus, reditus, iura & alia deuaria dicti Epiſcopatus Lemouicenſis, pro eo quod dicebatur, quod d. Epiſcopatus Lemouicenſ. ceciderat in Regaliam. Tandem dominus Carolus Rex Franciæ leuauit manum dicti impedimenti ad vtilitatem dominorum de Capitulo Lemouic. declarando, quod d. Epiſcopatus Lemouic. non cadit in Regaliam &c.

Lemouicenſem Regaliam adnotauimus Lib. 2. Domanij Franciei. Ex anno. 1391. Sed ad huius rei interpretationem aduerte, ibi Regium fuiſſe reſcriptum duntaxat, quo narrabatur, Lemouicum magiſtratus regiam manum iniecisse in temporalia Epiſcopatus vi Regaliæ, ab iiſque Capitulum appellaſſe ad Romanam Curiam, eò quoque euocatis Regis Officiariis. Proin eo Reſcripto dies dicta eſt in Curia Pariſien. Capitulo, & regiis officiariis: Illi quidem, vt aduerſus Regaliorum poſſeſſionem ab eo tentata Romæ, in irritum deducerentur: His verò, vt œconomicæ Regaliorum perceptionis ederent rationes An. 1391. ſupra dicto.

TRACTATVM eſt à Regalis iuris profeſſoribus, nûm captiuo 17 Regi liceret, Regalium exercitium priuato committere, Regis ſaltem primigenio Delphinatium Principi. Et à multis reſponſum fuit, rata habenda non eſſe, quæ quis bello captus ita egiſſet, tanquam compedibus adſtrictus: niſi ſoluto hoſtili vinculo, liberior

Ius Regaliæ inceſſibile, & nonobſtante ceſſione collatio beneficij à Rege facta in Regalia præfertur collationi à Regaliſ ceſſionario vel mandatario exercitij eiuſdem factæ.

Le lundy 10. de Ianuier l'an 1602. a eſté plaidee & appointee au conſeil, en la grand Chambre, la Regale de Tulles en Limoſin, Marreſcot plaidant pour le demandeur en regale, & Choppin mon fils pour le defendeur, nommé Martial le Maiſtre, entre Iean de Caen regaliſte. Surquoy y a eu Arreſt interlocutoire au rapport de monſieur Debere en la grand Chambre, du 15. Feburier 1603. que l'Eueſque & le Chappitre de Tulles, ſeront appellez en cauſe à la diligence du deſer, pour ſouſtenir leurs droicts, & prendre communication dudit procez.

anteacta denuò confirmaret. Quid autem in Rege libero, cuius vicario munere Delphinus Allobrogum exequatur Regalia? An ſi Rex vni, Delphinus alteri eroget ſacerdotium Regali iure, hæc illi

ſit collatio

ſit collatio anteponenda? Quæſtionem mehercle intactam à Regaliorum ſcriptoribus diremit Senatus. Præclaro Iudicio contra Delphini beneficiarium Viennenſis, cuius tamen datæ à Principe po-

Arreſt notable en matiere de Regale du premier Iuillet 1539. par lequel ſont declarees nulles, les prouiſions en Regale donnees à la nomination des nommez par le Roy aux Eueſchez de ce Royaume. C'eſtoit entre Maiſtre Bon Montechal Regaliſte de la prebende d'Ouville, en l'Egliſe Cathedrale de Conſtances demandeur, & Maiſtre Charles de Bouilloney, auſſi pourueu en Regale, & Geruais Deſdunts induitaire defendeurs. Martelsere pour Montechal. Marſiot pour Bouilloney, Marion pour le Roy. La Cour a adiugé la prebende à Montechal, comme vacante en Regale, & condamné Bouilloney à luy en rendre les fruits. Et faiſant droit ſur les concluſions du Procureur general du Roy, a declaré les prouiſions en Regale obtenues à la nomination des nommez aux Archeueſchez ou Eueſchez, nulles & de nul effet. Et ordonné que dans ſix mois l'Eueſque de Conſtances prendra ſes Bulles de Rome, autrement ſera le temporel ſaiſi, & les fruits employez à la nourriture des pauures dudit Eueſché. Et a fait defenſes aux Chanoines & Chappitre de la ſainte Chappelle, de compoſer deſdits fruits à eux appartenans en Regale, ains leur enioint d'en ioüyr par leurs mains.

teſtati inſerta erat clauſula irritans, actorumque in contrarium derogatoria. Poſtridie Calend. Maïas An. 1408. de Rothomagenſis Templi canonicatu, inter Petr. Loronum petitorem, & Guliel. Cardouellum reum controuerſo. Huius Rothomagen. Eccleſiæ primarij citantur Antiſtites, S.S. Nigaſius, Mallonus, Auitianus, Seuerus, & Euſebius, cum reliqua poſterorum Archipræſulum ſerie. Vt auctor eſt Huntingtonenſis Archydiaconus, qui & Rothomagenſi ſuffragantes Epiſcopos enumerat, compluresque Præfectos cœnobiorum Becci, & D. Michaëlis in periculo maris. Cui B. Michaëlis cœnobiarchæ reſcriptum eſt ab Honorio 3. P.P. cap. dilecta De maiorit. & obed. Vti ab Innocenrio. 3. ad Magiſtrum Cœnobij Michaëlis de Craſto, Sueſſionen. Diœceſeos. In Cap. Accedens De conceſſ. præben. Quod in antiquis Decretalium Collectionibus nuperrimè editis inuenitur. Præſto ſunt etiam ad Rothomagen. Archiepiſcopum Decretales Epiſtolæ Innocentij. 3. ac Gregorij. 9. Cap. 26. De Iur. patron. Et Cap. olim De accuſat. Porrò ne cui mirum ſit, Senatus iudicio victorem euaſiſſe eum qui regia liberalitate ſubnixus erat, Delphinique beneficiarium ſuccubuiſſe, notum eſt Iuris axioma, nunquam ita plenum cuiquam mandari imperium à Principe, poteſtatémque exercendorum Regalium, quin ampliorem mandator vberiorémque penes ſe retineat. Sicuti de Romano Pontif. ac eius Legato ſacris Canonibus perhiberur.

Areſtum Curiæ, die. 2. Maij An. 1408. Pro regaliſta Regis, contra regaliſtam Delphini donatarij Regalium. *Rouen.* Abbatiæ *du Bec, & du mont S. Michel*, in Normania. Ibidem eſt Abbatia S. Michaëlis *du Treſport*, vt S. Michaelis en Re, vel in Eremo, *en Aulnis.* Et Abbatia S. Michaëlis de Martural, *en Toſcane.* Abbatia S. Michaëlis *de la Creſte Diœceſe de Soiſſons.* Rothomagenſ. Canonicis reſcribit Honorius. 3. Cap Eccleſia veſtra De Elect. Et Cæleſtinus. 3. Rothomagenſi decano, in Cap. prudentiam De mutuis petit. Rothomagenſis item cõcilij meminit Yuo Carnutenſis Decret. lib. 2 & Gratianus in Can. Si quis de ordine Can. Sancitum 7. Quæſt. 1. Cap. Dudum De præbend. In. 6.

18 SVPERIORI conſimile decretum tulerunt PATRES CONSCRIPTI ſecundùm Regis beneficiarium, nomine Robertum Clericum, aduerſus Vilhelmum Leueſcum, Delphini Viennenſis candidatum ſeu *Regaliſtam*, qui Delphinus Regaliorum iure ſibi à patre Rege tranſcripto fuerat vſus: Iudicio Idibus Septembr. An. 1410. de canonicatu in Abbeuillana Æde Vulfrannij: Cuius eccleſiaſtici Sodales patronum Regem profitentur, i. Pontiuenſium Comitum patronorum ſucceſſorem. Idem Canonici forenſe cauſarum ſuarum patrocinium nobis commiſère pridem, licet huic forſan muneri imparibus. Quam tamen defendendæ Eccleſiæ in Senatu prouinciam feruentiùs expetiſſe ſemper me non diffitebor. Ita nos ſuarum aduocatione litium dignati ſunt ſacri Cœtus Cathedralium Templorum nonnulli, Andegauenſes, Cenomani, Aurelianenſes, Sanfloriani Aruernorum. Atque hæc quidem Eccleſia-

Areſtum Curiæ die. 13. Septemb. An. 1410. de canonicatu & præbenda Eccleſiæ collegiatæ *de S. VVlfran d'Abbeuille, au Comté de Ponthieu.*

Petrus de Frontebrac, & Ioh. des Maretz causidici quoodam in Senatu Parisico. Quorum posterior cùm fisci patronus factus esset, capite truncatus est Lutetiæ. De quo Maresij supplicio, Froissartes æquæuus, Hist. Lib. 2. Cap. 130.

sticorum iurium protectio non minùs fœliciter cessit Pet. Frontbraccæ, quàm ipsorum oppugnario frequens infœliciter Ioh. Maresio, ambobus causidicis in supremo Lutetiæ Tribunali. Karolo. 5. rege. Ille enim postmodum à Rom. Pontifice allectus est in purpuratorum Patrum ordinem: Huic ignominiosa mors purpureum sanguine galerum attulit, capitis damnato post fallaces regiorum honorum fumos. An. 1383. Nam vtriusque fatales progressus exitúsque cœlestibus auspiciis tribuit Nicol. Ægidius Francicorum Annalium scriptor, diuinóque metitur iudicio vt prosperos defensoris Ecclesiæ successus, ita eius aduersarij miseros ac calamitosos. Eadem ex causa priscis seculis Ecclesiæ sibi aduocatos adsciuerunt præpotentes Dynastas, sacrorúmque prædiorum ac vectigalium patronos & assertores.

Aduocatia, feudi Ecclesiastici genus: *Les VVouez des Egliзes*, qui ita vulgò nominantur apud Richardum VVasburgium Lib. 4. Belgic. Antiq.

Hinc Feudisticis legibus *Aduocatia* dicta, defensio tuteláque Sacerdotalis Collegij alicuius, vel Monasterij: Cui rei documento sunt donationis tabulæ, quam in Vlmenses monachos contulit Karolus Magn. tanta pij religiosique animi significatione, vt Adelbertum propinquum suum donatariis aduocatum constituerit protectoremque. Sicuti Nauclerus memoriæ prodidit. Eò recidunt varia de Aduocatis capita Legis Francicæ Caroli Mag. Hludowici, & Hlotharij Augg. Ac sigillatim iis Legibus ab Ansegiso Abba collectis sancitum est, Ecclesiarum defensores aduersus potentiam secularium vel diuitum posci ab Imperatore oportere. Lib. 4. Cap. 3. & Lib. 5. Cap. 31. Atq; adeo ex Canone 99. Affricanæ Synodi, post Consulatum Stiluonis inducta est Aduocatorum defensio pro causis Ecclesiæ.

Duces *de Brabant, gardiens de l'Eglise du Liege, & de son terroir.*

Brabantini vtique Duces à summa iam vetustate titulum gerunt PROTECTORVM Ecclesiæ Territoriíque Leodiensis. Vt Ludou. Guicciardinus tradit in Belgicæ descriptione. Neque ab iis alienum est, quod Archiepiscopus quidam, auctore Tritemio, instituit aduocatum Hirsaugiensis cœnobij Erlafridum Comitem, hac cautione, vt patre demortuo, filius in beneficiarium Aduocationis munus non succederet, nisi ad illud fuisset assumptus à monasterij præsule ac cœnobitis.

Alexander 3 in Cap. Quia clerici quidam Aduocatias Ecclesiarum. De iur. patron.

Haud dispari argumento narrat Vrspergensis, Philippum Cæs. monachorum fundis annuum quiddam ipsorum permissu indixisse, defensionis *Aduocatiæque* nomine sibi pensitandum. Qua etiam beneficiaria formula, Pontifices Max. sese prædicarunt sacrarum Ecclesiarum ADVOCATOS ET MANIBVRGOS.

Hoc memoriæ Scriptores Mundiburdiũ appellant, & *Mainbours*, i. tutores vel curatores.

Confirmat hoc ipsum Germanici cœnobij pactio cum sacrosancta Petri Sede, apud Trithemium, vt Romæ quotannis persolueretur munus aureus, quò firmum illud stabiléque semper Pontificiæ Maiestatis tutela ac præsidio tegeretur. Trithemij Pag. 88. Sed ad propositas Regaliorum theses redeundum.

De Regalia, seu regali collatione prioratus simplicis, vel conuentualis vacantis, pendente ipsa Regalia, in Episcopatu Baiocensi Normaniæ.

REGALIBVS subsunt Primatus monastici, qui simplices *Prioratus* vulgò dicuntur. 19
Constante Bellocassiorum Regalia ecclesiæ, vacauit Monastici couentus præfectura D. Nicolao sacra, collatitia, ordinis

ordinis Augustiniani. Quæsitum fuit, vtri competeret ipsius collatio, Reginè, an Pontifici. Nam à parte Regij candidati suggerebatur, hanc regularis Conuentus Præfecturam, quæ *Prioratus conuentualis* vocari solet, verè parœciacum non esse Sacerdotium: tametsi coniunctam quandam habere videatur curationem animarum. Vt Clemens. 5. notat in Concilio Viennensi. Cap. Ne in agro. §. cæterum De statu monach. Multum referre, an huiusmodi Cõuentuum Magistris annexa sit plebeculæ Christianę curatio, an curiones re vera sint ipsi, seu parœciarum rectores. Quam distinctionem rerúmque discrimen animaduertit Panormit. in Cap. de multa, & Cap. extirpandæ §. qui verò De præbend. Doctor. in Cap. cùm in illis Eod. Tit. in 6. Huc alludit Bonifacij. 8. sanctio, quæ incipit, Statutum De Elect. vbi licet parochus annali lege teneatur sacri cuiusque ordinis capessendi, alioqui mouendus curiali isto munere, vt Gregorius. 10. præceperat in Synodo Lugdunensi. Attamen strictè interpretandum parœciacum fanum illic constituit Bonifacius. 8. neque ad plebanorum parœcias voluit annariam legem pertinere, quæ Collegij nomine censerentur, seu quæ vulgari sermone appellantur *collegiatæ Ecclesiæ paræciales*. Itaque nil proponi cõtendebat *regalista*, quo minus Prioratum suprà scriptum Rex conferre potuisset iure Regaliorum. Ediuerso autem, Pontificis beneficiarius, Regaliorum lege non comprehendi ecclesiastica munera, quæ parœcorum regimen habeant adiunctum. Sed Primatum monasticum, qui controuersus erat, hoc ipso merè parœciacum & curiale sacerdotium apparere, quòd Augustiniani ordinis monachis purè addiceretur. Vnde tales *Prioratus*, vulgò nominant Curionatus regulares. Tanto nimirum sanctissimi auctore Ordinis Augustino, quasi Triumuiro constituendæ rei Christianæ: Qui in Africa perinde, vtì Ambrosius in Europa, Hieronymus in Asia

Hic Prioratus S. Nicolai iostituros est, vbereque patrimonij censo ditatus ab Errico Angliæ rege duce Normanorum & Aquitaniæ.

Pastores Ecclesiarum parochialium debent promoueri ad sacros ordines intra annum.

Arrest du Parlement de Paris à la grand Chambre entre. 2. Regalistes, le Lundy 17. May 1604. Choart pour le demandeur, & Robert pour maistre Clement Vaillant defendeur, touchant vne prebende de l'Eglise de Troyes, iugé contre le defendeur, que le decret de Pacificis possessoribus *a lieu entre deux Regalistes, & que la prouision royale faicte au demandeur n'estoit pas nulle encores que par vn acte separé de la prouision, il parust qu'elle eust esté accordee à la nomination de l'Euesque nommé à l'Euesché. Secus si le tiltre de ladite prouision royale eust porté expressement qu'elle fust faicte a la nomination du nommé à l'Euesché. Comme il auoit esté iugé parauant, plaidans Marescot, touchant vne prebende de l'Eueschè de Constance.*

Bulle de Gregoire 13., 6. Cal. Iul. 1573. reuocatoire de la grace alternatiue des collations de benefices, concedee par ses predecesseurs Papes, aux dioceses de Bretagne. Verifiee au Parlement de Renes, sur les lettres patentes du Roy du 22 d'Octob. 1573.

Par Arrest du Parlement de Renes du 15. de Mars 1596. a esté enregistree l'alternatiue mensium*, & des mois de l'an accordee par le Pape Clement 8. à l'Euesque Treguier. Le predecesseur duquel Euesque auoit obtenu pareille Bulle le 1. Iuillet 1573. Verifiee au Parlement de Renes le 27. d'Octobre audit an.*

Item en l'Eueshé de S. Brieu en Bretaigne, où les mois des collations sont alternatifs entre l'Euesque & le Pape, alternatiuement vn mois apres l'autre. Quæritur *si le Roy conferera en Regale au mois du Pape cõme ordinaire, ayãt conferé vne chanoinie de l'Eglise Cathedrale de S. Brieu à ma partie en son mois.* Puto quod non, *veu que le Roy* iure regaliæ Sede vacante, *succede seulemẽt au lieu de l'Euesque decedé & en ses mois, & non pas au lieu de l'Euesque viuant qui est le Pape, y conferant comme ordinaire en ses mois. Secus si le Pape y conferoit comme Pape & souuerain* iure præuentionis aut concursus, vt in reliqua factitat Gallia. *Car en ce cas telle preuention, ou concurrence, ou deuolution n'empescheroit pas la collation en regale ouuerte par le decez de l'Euesque seul en son diocese.* At situs, *quant le Pape confere* tanquàm Episcopus & ordinarius *Vray est que le Regaliste peut dire que* vacante Sede Apostolica, *le Roy deuroit donc exercer sa regale esdits Eueschez* etiam *remplis d'Euesques sur les lieux: Ce que le Roy ne pretend,* ergo *pour le moins doit-il iouyr de sa regale, apres la mort de l'Euesque ordinaire.*

Patentes de Henry 2. du 14. Iuin 1549. du 29. Iuillet 1550. & 18. d'Auril 1553. & du 29. Octob. audit an, & 10. d'Auril 1555. Que les Papes iouyssent de toutes leurs prerogatiues & facultez pretendues en Bretaigne & Prouence, ainsi qu'ils en ont d'antienneté iouy, à sçauoir quant aux 8. mois à luy reseruez, & autres generales & speciales constitutions & reigles de sa Chancellerie: Regrez des benefices, coadiutoreries, mandats de prouidendo, *expectatiues & autres graces, preuentiues assignations de pensions sur benefices, reception & obseruation de monitoires, censures, interdicts, & sentences emanees de Cour de Rome, deuolution des causes spirituelles & beneficiales &c. Lesdites patentes purement verifiees au Parlement de Bretaigne à Nantes le 4. de Ianu. 1553. sauf restitution qu'il auoit esté à la premiere verification des premieres lettres susdites.*

Antiqua Ordinatione, quæ est in Camera Computorum, & alia à Ludonico. 12. facta, Beneficia curata non possunt conferri à Rege in vim suæ Regaliæ. Prioratus Ordinis S. Augustini vulgò dicuntur *cures regulieres*.

Interlocutorium Curiæ Parif. Arestum, seu Præiudicium in materia Regaliæ Die. 5. Maij An. 1575. Quòd nempè Prioratus, quorum Priores de facto exerceât curam animarum, non cadunt in Regaliam. Episcopi de Bayeux, in Normania.

coætanei propagarint Christianæ ditionis pomœria. Ex quibus præfractè defendit Pontificius, hosce Primatus monasticos, quia communiter parœciacam obirent functionem, & insuper *conuentuales* forent, minimè adstringi Regaliorum legi debere. Actitata causa, interlocuti sunt Patres, de litigiosi Prioratus qualitate, nûm actu ipso parochotum sacerdotium esset, inquirendum. 3. Nonas Maias An. 1575. Thorodeo, regalistæ: Pasquero, Pontificij: Me, Nicotij interuétoris causam orantibus. In Baiocensis Ecclesiæ Regalia, cuius Præsules Ecclesiæ vetustissimos memorat Huntindunensis Archydiaconus, S. S. Exuperium, Ragnobertum, Rufinianum, Lupum, Patritium, nec paucos alios.

An Regalia locum habeat in nouem Episcopalibus Ecclesiis Britanniæ minoris, siue quoad temporalia, aut spiritualia.

IAM in Armoricæ oræ Præsulatus obtineant necne Regalia, di- 20
sputatum est in Senatu cum Sodalibus Palatini Sacelli Parisien. Ad quos profani Regaliorum prouentus vniuersim redeunt ab munifica priscorum Regum cessione. Nouus enim Nannetum pontifex, è Britonicis nouem vnus, negabat Canonicis Templi palatini, vllum Regaliæ ius esse Principi in vacantes Celticæ Britanniæ Ecclesias, seu sacrum, seu profanum. At Vilcotius pro hisce *regalistis*, in summo Curiæ Auditorio sic agebat, Britonicam Ditionem totam, vetus esse Gallici Sceptri beneficium, prædiúmque inferius. Hincque Armoricos Episcopatus eadem Regaliorum lege obstringi, qua sacras alias Gallici nominis præfecturas. Iam inde pæsettim ex quo deletis Britonum Regulis, Ducatus ipse in corpus relatus sit publici Franciæ patrimonij, eiusque fiscalibus fundis nexus insolubili Vnionis vinculo, quam P. C. probarunt XI. Calend. Decemb. An. 1532. Nos, ex aduerso, pro Nannetum Antistite Philip. Becco, Britanniam quidem in regia Francorum clientela positam esse, vectigalémq; iis factam à Carolo Mag. Vt tradit Aimoynus, Rerum à Gallis regibus gestarum lib. 4. Cap. 78. & 89. Tum Hludowico Magni filio tributariam. Scriptore eodem, Lib. 4. cap. 106. & 112. Nunquam tamen suos Britonibus, ad nouissima vsque tempora, defuisse Duces, qui beneficiaria cum Gallo Pactione sibi reseruarint maioris imperij prærogatiuas complures, custodiá imprimis tutelaréque patrocinium matricis Basilicæ cuiusuis: Ecclesia videlicet Episcopo suo destituta. Vt liquet ex cliételari illa Conuétione Petri. I. Britonú Ducis, ad vngué ex scripta ab Feraldo in Tract. De Iurib. & priu. Regni Francorú, & in Stylo Parl. Parte. 4. Dicebá præterea,

Auctoris Actio forensis, de Regalia super Episcopatu de Nantes en Bretagne vacante.

En May 1603. se deuoit plaider la Regale de l'Euesché de Vannes, entre Cheurt, pour le Regaliste demandeur, & Dalé pour le defendeur, sur la collation d'vne prebende en l'Eglise de Vannes, ladite Regale en fin plaidee le Ieudy 15. May audit an 1603. & appointee au Conseil. Greg. de Tours escrit qu'il y auoit vn Comte de Nantes separé des Ducs ou Rois de Bretagne. Pour dire que si la Regale a esté iugee & obtenue sur l'Euesché de Nantes le 23. Decemb. 1598. cela ne touche ny preiudicie à Vannes, ny à autres Eueschez de Bretagne.

Le 25. d'Octob. 1568. les lettres de l'indult ottroyees par le Pape à l'Euesque de Nantes, de pourueoir aux benefices les mois reseruez audit Pape, ont esté registrees au Parlement de Rennes, pour en iouyr par l'impetrant, tant qu'il residera. Natalis du Fail, *aux Arrests des Chambres. Item le 30. Octob. 1570. Pareilles lettres à l'Euesque de Lyon accordees par le Pape, enregistrees audit Parlement, à la charge de residence aux 8. mois reseruez.*

Rescriptum Vnionis Armoricæ Britanniæ cum Francica corona: Quod regestum est in Acta Curiæ Parisien. Die. 21. Nouemb. An. 1532. Tractatus Inuestituræ Ducatus Britanniæ Petro Maucletro Duci factæ à S. Ludouico rege An. 1231. De qua Nos plura in nostro Opere de Domanio Franciæ.

Contract passé en Septembre l'an 1403. entre le Roy Charles 6. & la saincte Chappelle du Palais, verifié en la Chambre des Comptes le 22. Nouemb. 1404. Par lequel pour recompense des rentes & fiefs, & fermes qu'elle auoit anciennement en Normandie, pour la fundation royale de ladite saincte Chappelle, qui estoient loing, incommodees, & diminuees par les guerres. le Roy reprend lesdites rentes & fiefs fermes; & assigne à perpetuité à la saincte Chappelle 850. liures de rente sur les baux des maisons du Pont au change, à sçauoir 2. escus & demy sur chaque maison, sans charge de reparations, 100. sols aux enfans de la Trinité, & le reste du loyer pour la reparation du Pont.

præterea, Regaliorum ius à patronatu Templorum fundationéque repeti: vt indicat Archydiaconus in Can. Imperium Diſtinct. 10. Atqui vel ante Francicum Monarchatum creati feruntur minoris Britanniæ Antiſtites. Siquidem Euſebius Nannetum præſul Concilio Turonen. 1. ſubſcripſit, & Epiphanius Aurelianenſi. 1. Quùm Meroueus Francis Rex. 2. imperaret. Nec ita multò poſt, Fœlici Epiſcopo Nannetenſi porrexit Fortunatus ſacrum hymnum, quem eorum memoriæ dicarat, quorum oſſa piè adſeruabantur in ſacra Petro ac Paulo Nannetum Æde. Tametſi verò, Gunthranus Franciæ Rex Nanneticos ſibi limites vendicarit, haud ideò ſequebatur, Nannetenſem regionem ac Diœceſim Gallico teneri dominatu. Auctore Gregorio Turonenſi, Hiſt. Franc. lib. 9. Articul. 18. Aliud quippe eſt, Nanneticos terminos, aliud Nanneticam ditionem ſibi arrogare: Cùm & Iulius Cæſ. longè antea Nannetenſes Armoricis populis adnumerarit, & Britones Nannetum municipium ſibi à priſcis iam ſeculis vſurparint. Sicuti ab eodem Gregorio enarratur. Lib. 9. Artic. 24. Admittamus igitur, Palatinos ſacellanos pio munere à vetuſtis Regibus accepiſſe profanos Regaliorum reditus perpetuò fruendos, nominatímque à Ludouico XI. dein Carolo. 8. poſtridie Iduum Decembr. Ann. 1483. Ludouico. 12. 4. Idus Quintiles. An. 1498. Franciſco. 1. 15. Kalend. Apriles. 1514. Errico. 2. 3. Idus Nouembr. An. 1547. Vt Probus legiſſe ſe affirmat, Regalior. Quæſt. 52. Nihilò tamen amplius in donatarios tranſmiſſum ius eſt, quàm habuerint Franci monarchæ in Epiſcopas citerioris Britanniæ. Conſtabat autem ex antiquo Gallicorum Præſulum Cathalogo, qui è Rationalium Scriniis producitur, Britonicas Cathedras Regalibus nunquam obnoxias extitiſſe.

Regiæ patentes Die. 14. Decemb. An 1483. Die. 12. Iulij. 1498. Die. 18 Mart. 1514. Et Die 12. Nouemb. An. 1547. Cuiuſmodi Literæ tum Caroli 8. verificatæ ſunt a Magiſtris rationum regiarum Pariſien. Die. 14. Febr An. 1481 tum Ludouici ſucceſſoris, Die 1. Decemb. Ann. 1498. Franciſci 1. Die vi. Auguſti. 1515 & Henrici 2. Die 14. Decembr Ao. 1547.

Reliqua de profanæ Regaliæ donatione collata in Clerum Palatini Templi Literæ comperies in Regeſtis Cameræ Ratiociniorum Lib. I. fol. 62. & Lib. M. fol. 20 & Lib. 8. fol 94. Gardia & cuſtodia Eccleſiarum vacantium penes antiquos Britonum Duces.

21 ARMORICI certè Principes quondam tutelari fungebantur officio in vacuos earum Diœceſum pontificatus, annuáſque ſacrorum fundorum obuentiones iubebant, publica iniecta manu, ab œconomo adminiſtrari: Sed ea quidem lege canonicis Decretis conſentanea, vt Eccleſiaſticæ rei prouentus reſtituerentur ſucceſſori in Epiſcopatum. Alexandri. 3. Reſcripto, Cum vos De offic. ordin. Quemadmodum ex veteribus monumentis patet Armoricæ Cameræ ratiociniorum. Haud aliter vacantium Siculæ Eccleſiæ Sedium cuſtodes ſe profeſſi ſunt Neapolitani Reges priſci. Ita, vt qui condendis Epiſcopæ fructibus annuis commiſſi fuerant diſpenſatores mandato Principis, cogerentur eiuſce curationis rationes nouo Antiſtiti reddere. Neapolitana Lege Vilhelmi Siculi regis Tit. DE ADMINISTRATIONIBVS RERVM ECCLESIASTICARVM POST MORTEM PRÆLATORVM. In Conſtitut. Neapolit. Quin etiam Armoricis olim Ducibus alligabat ſe nouus Britonum Antiſtes quiſque fidelitatis ſacramento. Vt produnt ſolennes Tabulæ Pet. Chaffauldi Nannetum Epiſcopi cum Armorico Duce Franciſ-

Camera Computorũ *de Nátes en Bretaigne.*

Literæ tranſactionis Epiſcopi Nannetenſis cum Britonum Duce, die. 28. Decemb. An. 1477. Iuriſdictio tamen & feuda Epiſcoporum Britanniæ minoris a ſumma vetuſtate nominantur *Regaires*, quod iam inde à Mauclerci Ducis ſeculo, ad regium Galliæ Senatum deuoluerentur prouocationes à profanis Antiſtitum Iuridicis, non ad Ducales Magiſtratus. Ex quo hodie etiam Regia ſumma Britanniæ Curia appellatur immediate a ſententiis Epiſcopalium huiuſmodi iudicum temporalium. Vt ab iuſdem Epiſcopis accepimus.

priuilegiáque subditorum, ac immunitates seu Ecclesiasticas seu prophanas: Vt variis tunc Auctorum testimoniis adstruebam. Quibus alias plurimas rationes cùm subiecissem, partim ex Iure Pontificum, partim ex Christianis sumptas Annalibus prophanisque, descendit in causam Brissonius patronus fisci, retulítque Karolum Pulchrum Nannetensi Antistiti prophanas Regaliorum obuentiones semel condonasse. An. 1322. Hinc consequens videri, vt Armoricæ Britanniæ sacerdotia patronum Regem agnoscerent, eiúsque Regalibus subiicerentur. Id quod pariter Ludouicus. xi. enixè intenderat aduersus Britonum Ducem Franciscum. 2. An. 1464. Vt prodit Æmylius in Galliæ Chronic. Quęstionem demùm vtrinque agitatam Conscripti Curiæ reuocarunt ad deliberationem pleniorem. 16. Kalend. Iunias. An. 1576. Sanè Philip. Probus Regaliorum scriptor asserit, Britonicas Diœceses eximi Regio huic iuri, supremæque Franci Principis in sacras Sedes vacuas potestati. Quæst. 60. Artic. 37. Nannetensium verò Præsulum virtus quondam emicuit, quùm Eumerius Aurelianensi. 2. & 3. Synodis interfuisset, ac Salapius Cabilonensi. Ne Guymardum omittamus, Nannetum pontificem, qui inter sacrificandum ad Christi aram confossus est hostili Danorum ferro. Vt Gaguinus in Carolo Simplice commemorat. Quibus subnecti possit Bernardus Nannetensis Episcopus, huiúsque in Cathedram successor Robertus ex fratre nepos An. 1171. Apud Sigebertum in Chronico. Venetensi autem Britonum pontifici rescripsit Honorius. 3. P. P. Cap. Ex parte De capel. monach. Cap. Iohannes De Homicid. At de Cotisopitensi Episcopo extat Innocentij. 3. Decretalis Epistola, Accedens Vt lite non contest. Quæ supersunt de Regaliorum legibus in Armorica, aliísve Galliarum Ecclesiis, perstrinxi, * λαχανικῶς. Lib. 2. Francici Domanij. Titul. 9.

Regiæ Patentes, die. 29. Iulij An. 1510. quòd vacantes Britanniæ Episcopatus nouem non sunt subiecti au droict des Regales de France.

Appoincté au Conseil, en Parlement, Die. 17. Maij An. 1576.

Episcopi de Nantes.

Patentes du Roy Henry 2. du 29. Iuillet 1550. narratiues, que les Papes Leon 10 & Clement 7. & autres auoiét accordé au Roy François 1. ius nominandi ad Ecclesias cathedrales & monasteria, seu alia beneficia certo modo qualificata in regno Franciæ, ac certis aliis dominiis, necnon ducatu Britanniæ, & Prouincia Prouinciæ consistentia (tametsi in eis speciale esset eligendi priuilegium extra Romanam Curiam pro tempore vacantia, priuilegia & indulta ad eius vitam certo modo. *Ce que le Roy demande au Pape Iules 3.* Cuius fauore, *le Roy accorde audit Pape qu'il puisse vser de ses reseruations & graces expectatiues, preuentions, & prouisions Apostoliques és 8. mois de l'an Apostolic. assignation de pension, deuolutions des causes petitoires par appel à Rome, en Bretagne & Prouence, nonobstant l'vnion d'iceux à la couronne de France, & tout ainsi que les anciens Papes en vsoient.*

Episc. de Vennes.

Episc. de Cornoüaille.

*brèuiter ac summatim.

Il y a Bulle du Pape Pie 5. du dernier de Iuillet 1568. de l'alternatiue des 6. mois de l'an, iusques à 5. ans seulement, verifiee au Parlement de Rennes le 25. d'Octob. audit an. sur lettres patentes donnees à Rennes le 23. dudit Octob. & porte la verification de ladite patente obtenue à la requeste de Philippes du Bec, Euesque de Nantes, pour du contenu ledit impetrant iouir bien & deuement, tant & si longuement qu'il sera resident en son Eueschè.

DE REGALI NOMINATIONE AD SACRORVM PRÆFECTURAS.

22 COGNATVM Regalibus quidam putant ius Principalis in Gallia nominationis ad Monasteria, & Pontificatus. Qua enim ex causa vacui Episcopatus iura occupantur à nostris Regibus Lege Regaliorum, quoad nouus Episcopus ab iis fidelitatis sacramen-

Obiter de Regia ad Prælaturas nominatione.

to rogetur, eadem quoque probabile aiunt, nominari ab ipsis Sanctæ Sedi Episcopum oportere, quasi Principis beneficiarium, iuratúmque clientem futurum. Ego verò, contra, sentio, talem nominationem ad sacras Præfecturas, quam Reges nostri exequuntur, nouo Iure & pactitio introductam. An. 1516. Antea quippe sacrati Ordinis suffragiis cooptabantur Præfecti Cathedralium Ecclesiarum, ac Cœnobiorum. Saluo eo, quòd noui Antistitis electio identidem nunciabatur Principi, qui eam laudabat & approbabat: vel ex præuio Regis assensu ibatur in comitia sacrarum electionum, ac petita decenter à Rege eligendi venia honoraria, in Præsulis sui electionem descendebant tum Canonici, tum cucullati sacerdotes. Sicuti de Suessionum Ecclesia D. Bernardus scripsit ad Ludouicum Iuniorem Galliæ regem, & alia Epistola ad Philippum Turonensis Ecclesiæ electum. Narrat itidem Suggerius Abba templi Dionysij, se cùm peregrè ageret Franci regis legatus in Italia, fuisse quidem cœnobitarum votis Magistrum eius monasterij designatum: Sed ex iis nonnullos, quia insalutato rege Crasso, præcipitarant electionem, in vincula coniectos fuisse apud Aureliam Regio iussu. Nec malè his aptatur Fulberti Carnutum pontificis Epistola. 19. qua, *Monachi*, infit, *qui in Bonaualle remanserant, hec scientes alium quendam ex fratribus suis electum, eò quòd irreprehensibilis videbatur, obtulerunt O. Comiti Abbatia illa donandum, vt mos erat, mihíque deinde, consecrandum. Is interim locum pastoris tenet.* Ac tametsi Lupus Ferrariam Senonum monasterium prædicet sibi Regio datum beneficio Karoli Calui Principis, In Epist. 40. Idem certè alibi fidem facit, Regiam futuri Episcopi designationem nil sacerdotibus obstitisse, quò minùs in eum, aliúmve liberis sententiis, afflante diuino numine, conspirarent. Vt de Ænea Parisiorum Antistite refertur, Lupi Epistola. 98. verbis Cleri Parisien. ita concepta. *Æneam cuius præconia præmisimus, concorditer omnes eligimus, pontificem habere optamus. Quamuis enim tanta prudentia ac probitate præcellentissimus Rex noster polleat, vt solum eius iudicium de viro memorato posset sufficere*

Francisci. 1. Galliæ regis Concordata cum Leone. 10. P.P.

B. Bernardi Epistola 151. ad Philip. &c.

Abbas S. Dionysij, ad Parisios.

Abbatia *de Bonneual*, Carnotensis Diœcesis.

Abbatia *de Ferrieres*, in Senonensi Diœcesi.

Lettres patentes du Roy du 1. de May 1596. verifiees au grand Conseil le 20. dudit mois, qu'un moys de la nomination par luy cy deuant faicte des archeuesques (?) *d'aller à Rome, les nommez aux Eueschez, ny Oeconomes spirituels cy deuant establis par ledit grand Conseil, n'ayent plus, ne les Vicaires par eux instituez, à conferer benefices, donner les ordres, ny demissoires, excommunier ny absoudre, iusques à ce que lesdits nommez soyent consacrez, & cependant que le Chappitre exerce tout ce qui est de la function Episcopale.*

An Princeps in Regalia possit admittere resignationes in fauorem. *Il y a sur ce subiect vne cause pour la Regale de Troyes, la cause estoit au roolle de Champagne, & fut plaidee le 7. iour de May 1601. Montelon pour le Regaliste pourueu par mort du resignataire*, aut alias quouis modo per meritatem tituli, *Fœlix de Belin resignataire d'une prebende en l'Eglise de Troyes, & Talon pour ledit resignataire* in fauorem *pourueu par le Roy en regale: lequel l'autre soustient n'auoir peu estre pourueu* in fauorem *par autre que par le Pape* quâ prouidendo dispensat à symonia. *Toutesfois ledit Regaliste pourueu par mort a perdu sa cause, & a esté iugé que le Roy en Regale, (en laquelle* omnia sunt extraordinaria, *& le Roy mesmes y dispense* de ætate*) peut conferer aux resignations* in fauorem, *comme il a accoustumé, disposant* suo iure *des benefices comme siens. Toutesfois vn des Presidens & autres estoyent d'aduis d'appointer ladite cause au conseil, mais il ne passa pas par là. C'estoient Vincent Moreau deuolutaire regaliste demandeur, & Fœlix Belin resignataire* in fauorem, *parauant pourueu par le Roy en regale.*

Philipp. Probus *en sa question 34. des Regales tient*, Regem resignationes in fauorem admittere non posse iure Regaliæ, propter symoniam. Glos. in C. ex parte. De offic. deleg. Roman. in Consil. 359. Ruzeus (in priuileg. 32. Cassador.) decis. 2. Tit. de Symonia. *Toutesfois* Probus *dit en ce cas la Cour auoir adiugé l'estat au Regaliste par arrest du 23. Decemb. l'an 1407. sur resignation simple, touchant vne chanoynie de Chartres, entre Iacques de Bourbon demandeur & Vinian Robelot defendeur.*

Princeps electi confirmationi se opponere potest, si ipsum suspectum habeat, de proditione scilicet aut reuelatione secretorum. Innoc. & Panor. in Cap. sup. his. De accus. Glos. in Prag.

Verumtamen in ver. Pontifex Marci decis. 44. parte 2. & sic ante leuationem manus Delphinalis non potest electus confirmatus apprehendere possessionem, *comme il fut obserué entre Vrban de Myolant, contre l'Euesque de Valentinon & Diois, s'estant ingeré de prendre possession, creer officiers, & s'ingerer en l'administration* in spiritualibus, ante leuationem manus Delphinatis.

ſet ſufficere: tamen conditionis humanæ neſcij, futurarùmque curioſi rerum, nos ipſi propoſitum ac mores longè priùs inſpeximus, & inter graues probabilèſque perſonas & ſanctitate feruentes, hunc quem Antiſtitem habere cupimus, quotquot eum noſſe potuimus, vt nunc palam eſt, abſque errore, annumerauimus. In Britannia necnon Inſula fuit tempus, quo pontificatuum ſacerdotia electione deferebantur: modò eam cum bona Principis gratia conſentionéque iniiſſent Sacerdotes. Quemadmodum Lucius. 3. P.P. edocuit. Cap. 5. De Elect. In Antiquis Decretalium Epiſtol. Collectionibus, quæ paucos abhinc annos publicatæ ſunt auſpiciis Gregorij. 13. Paſtoris Eccleſiæ Maximi. Nam Lucij illius Reſcripto ſic cautum inuenio. QVIA REQVISISTIS A NOBIS, VTRVM AD ELECTIONEM FACIENDAM PROCEDERE DEBEATIS, PROPONENTES, QVOD EAM SINE ASSENSV REGIO FACERE NON AVDETIS, SI ALITER FIERI NON POSSIT, AD DILECTVM FILIVM IN CHRISTO REGEM ANGLIÆ ACCEDENTES, EI STVDIOSIVS INSINVETIS, QVOD. B. QVONDAM EPISCOPVM VESTRVM PERPETVO ESSE DEPOSITVM, ET EIVSDEM REGIS IMPETRATO ASSENSV, IN PERSONAM HONESTAM, &cæt. VNANIMITER CONVENIATIS, &c.

Anglici Epiſcopatus.

De conſuetudine introduci poteſt, quod mors Prælati nuncietur Principi, & ab eo petatur licentia eligendi Prælatum. Ita quod electio aliter facta debeat retractari Innoc. in cap. quod ſicut, De elect. Henric. in cap. nobis, De iur. Patron. Gloſ. in Pragm ſanct. Tit. de elect cap. 1. §. veruntamen, in ver. Pontifex.

23 NEC me tamen latet, hoc nomine multiplicem olim exortam contentionem inter Eccleſiaſticos præſules, alterum Regis arbitrio, alterum Cleri iudicio deſignatos. Nam Lotharij regis largitione Adelbero iuuenis nactus eſt Laudunenſem Epiſcopatum, quem Rorico pontifex decedens vacuum reliquerat 17. Cal. Februar. An. 967. Vt patet ex Chronico Frodoardi. Nil abſimile de monaſtica Richarii Æde, in Ambianis, perhibet Centulenſis hiſtoria, fuiſſe hoc Nitardo conceſſum Regio munere Cœnobium, quod ipſius pater Engilbertus poſſederat. Quin & Carolus Caluus Galliæ Romanorúmque Imperator Hilduino abrogauit Tungrorum pontificatum, quo eum priùs honeſtarat, ſacróque huic Solio Richardum Abbam impoſuit. At non idcirco Rhemorum Antiſtes Hermanus Hilduinum ordinare deſtitit, quem & communibus denuò Sacerdotum calculis lectum confirmauit. Si Flodoarto credimus in Francica Hiſtor. Is pariter, mortuo Nouiomenſi Epiſcopo, recèns nominatum à Principe admittere recuſauit, obnixè diſſerens, quæ Eccleſiaſticis comitiis peragi oporteat, Regiæ nominationi non eſſe obnoxia, ſed nudo Principis aſſenſui in electione celebranda. Vt conſtat ex Indice Epiſtolarum Hincmari Rhemen. Pontif. qui etiamdùm lectitatur. Quò etiam referre liceat veterem morem aſciſcendi Monaſterienſis Germaniæ Epiſcopi, non preſbyterorum quidem, ſed Cæſſ. libero ſolutóque iudicio: quoad Natus *Debenthem* Comes ſacri Collegii ſuffragiis euectus ſit in Epiſcopalem dignitatem. Annum circiter 1160. Vt inquit Albertus Crantzius Hamburgenſis templi Decanus, in Metropoli, ſeu Eccleſiaſti-

Die 16. Ianuar. Ann. 967. Epiſcopatus *de Laon*, à Rege datus Adelberoni.

Abbatia *de S. Riquier, dioceſe d'Amiens.*

Hic Epiſcopatus *de Tongres* (oppidi tribus leucis diſtantis ab vrbe Leodio, & tantumdem à Traiecto Moſæ.i. *de la ville de Maſtricht ſur Meuſe,* in confinibus Hollandiæ) tranſlatus fuit primò Traiectum à S. Seruatio, deinde Leodium à S. Huberto Vt ait Iohan Placentius Trudonenſis, In Catalogo Epiſcoporum Tungrorum, Traiectenſium, & Leodienſium.

Noyon.

butas, antiquatis sacrorum Comitiorum suffragiis, quòd hi Orbis terrarum Domini Ciuitates fieri primùm Episcopales permisissent. Ob idque vulgò persuasum, Scoticos Episcopatus 4. fuisse à Dauide 1. rege institutos: quibus opimos idem census adiunxerit. Circa annum 1100. Eos superiùs Tit. 4. citauimus, Doumblacensem, Rossensem, Brechmensem, & Dunkeldensem. Nec diu antea Glasquensis, ac Candidæ casæ dilapsi Præsulatus restituti sunt à Malcolmo Scotorum Principe, qui duos item nouos constituit, Morauiensem & Cathenensem. Vt est apud Boëthium, Scotic. Annal. lib. 12. Ex contrario, infirmata est, postulante Scoto Rege, Glastonensis conuentus monastici erectio in pontificale Sacerdotium, quam prius sanxerat Innocentij 3. decessor, qui Glastonensi pariter Bathoniensem Ecclesiam adunarat. Vti ab Innocentio ipso rescriptum fuit Priori, Conuentuíque Glastonen. Cap. 1. Ne sed. vacan. Quid de Hispaniæ populis dicam, quorum Alphonsus 3. rex sacram Iacobi Basilicam excitauit primus, & Ouetensem Metropoliticam fecit? Exhinc ad Alphonsum ita scribente Iohanne 8. Pontif. ALPHONSO HISPANIÆ REGI CHRISTIANISS. SALVTEM, &c. inditum fuit posteris Regibus Orthodoxi cognomentum. Roderico teste, Archiepiscopo Toletano. Vnde & celebre cumprimis B. Iacobi templum extitisse, votorúmque in Diuum religione inclytum ostendit Innocentij 3. Epistola ad Zamorens. & Salamantinum Hispaniæ Episcopos. Cap. Ex parte Compostellani Archiepiscopi, De censibus. Et Cap. Proposuisti, De consecrat. Eccles. vel altar. Diuersa tamen ratione quodammodò Archipræsulatus Insignibus aucta est Pragensis Bohemorum Hierarchia, summo studio Caroli 4. Imp. Produnt enim Bohemici scriptores, Carolum in contumeliam Moguntini metropolitæ, qui aduersas Cæsari partes fouerat, procurasse apud Romanum Pontif. vt Arnestus Pragensis Episcopus crearetur Archipræsul, posteríque dehinc, Archiepiscopi titulis dignitatéque ornarentur. Quantùm ex Ioh. Dubrauio assequimur, Episcopo Olomuzensi, Rerum Bohemic. lib. 22. Iuxta Æneæ Siluij Bohemicam historiam. Antea quippe ad Pragensem purè Episcopum misit Honorius 3. epistolam Decretalem, Explicari, De obseruat. ieiunior. De eodem Bohemorum Antistite Innocentius 3. Cap. Constitutis. 2. De testibus, & cap. Veniens, De accusat. Nos de his plura Lib. 2. Tit. 4.

Prioratus de Glastoun, in Scotia.

Catholici Regis cognomentum, vnde Hispanis regibus adiectum sit.

D. Iacobi Cópostellani Phanum, miraculis donariísque venerabile.

Quando, & cur Pragæ Episcopatus in Bohemia, factus sit Archiepiscopatus.

26 QVONAM verò, inquies, tendunt Regiæ tot ciuitatum Episcopalium institutiones, Pontificiis factæ auspiciis? Non eò quidem, vt Præsulatus & Cœnobiarchiæ dispensentur Principum arbitrio, sed vt canonicè delecti, ordinatíque Præsules vestiantur à Regibus, quās externum competit ius litui & sacri baculi dandi. Talis vestituræ formulam cernere est apud Helmoldum Slauorum Chronographum, de Aldelburgensi Episcopo. QVI SVSCEPIT EPISCOPATVM PER VIRGAM DE MANV DVCIS. Cap. 71. Præsules etiam vicis-

De sacra Episcoporū Inuestitura per scipionem sacrumanulúmque pastoralē

ordinum Sacerdotia, heu malè ſani atduorum Eccleſiæ munerum captatores. Hinc ſenſim magnatum in gratiam Aulicorum, qui regio beneficio abutuntur, Fiduciæ ortæ Monaſticarum & Epiſcopalium dignitatum, quæ *Confidentiæ pacta* appellantur. Cuiuſmodi fuiſſe prædicatur in Chronico Frodoardi cuſtodia illa Rhemenſis pontificatus, ab Heriberto Viromanduorũ Comite credita Odalrico Aquenſi Epiſcopo: nuncupatis conditionibus, vt hic Epiſcopale duntaxat miniſterium obiret, vice Hugonis ipſius Comitis filij adhuc paruuli, & in Fiduciæ præmium cœnobio S. Timothei, *cum præbenda canonica*, frueretur. Ex ea quoque aulica ſacrorum Magiſtratuum largitione, quam ambitioſi petitores à bono Principe extorquent, ſecuta eſt paulatim Ouilis Dominici deſertio, mox errabundo grege, enatæ hæreſes, aut renouatæ potiùs: excitata dein verè ſacra ſceleſtáque Ciuium bella, quæ coniurati factionum auctores Patriæ ſuæ toties intulerunt. Memini me, flagrante primo Gallorum tumultu pluſquàm Ciuili, verſibus ſcripſiſſe IEPOMAXIAN, & ita de Sacro noſtrate Bello ſenſiſſe, quaſi intra annum Domeſtici motus reliquias etiam ipſas deletum iri non dubitarem. An. 1562. qui erat meæ tùm ætatis quintus & viceſimus. Aſt recrudeſcente vulnere identidem, ac Punicis crebriùs bellis iterata Seditione, exigua me quietioris Reipub. vix ſpes tenet, annis iam tanto prouectiorem, ac in tam diuturno parentis Galliæ luctu longæuum ſatis. Nec erit vlteriùs, quòd clametur ὦ Ζεῦ βρέξον τὰς συμφοράς, ô Iuppiter plue calamitates: At citiùs occinendum Threnodi vatis funebre carmen, in vniuerſum quiritantis funere elatam Eccleſiæ maieſtatem. In Threnodiis ſacrorum Bibliorum. Reliquum eſſe ego quidem cenſeo, ſed * ἄνω παθῶν. vt medicorum more, cauſa ipſa inteſtini morbi euellatur ex affecto noſtræ Reipub. corpore: i. libera ſuffragationum iura Eccleſiaſticis reddantur Collegiis, à quibus non profani poſthac Dynaſtæ, non Heroïdes, ſed cœnobitæ optimi præponantur Monaſticis conuentibus, lectiſſimi item veréque Clerici in ſacrata Sacerdotij Sede collocentur. Tunc vtique ſperandum fore, vt Eccleſiaſtico duce, comites alii Galliæ Ordines contineantur in officio pacatiùs, & Francici Regni celſitudinem videamus demùm ſuo genio reſtitutam.

Principalis nominationis munere, benignitatéque piorum Principum Candidati nonnulli abutuntur.

Archiepiſcopatus *de Rheims autrefois baillé à vn confidentaire.*

Talis alienorum ſacerdotiorum el te largius aſinus & cultus, qui *Confidentiarum* vocatur, excommunicatus eſt prouinciali Concilio Rothomagenſi habito, An. 1581.

Liber metricus Auctoris, DE SACRO BELLO GALLICO.

Bella præſertim Ciuilia quiſquis conſequetur exitus, *καδμείαν νίκην*, i. Cadmeã victoriam fore perſen timus.

Hebræi vatis Hieremiæ Lamentationes.

* citra affectus.

28 PESSIME ſanè Ruthenus Moſcorum Princeps, qui ſacrum Moſcouiæ Metropoliten vnus deſignat, à duobus ilico tribúſve Epiſcopis conſecrandum. Vt inquit Pouſſeuinus, in Commentar. De Reb. Moſcouit. Quin & inauſpicato ſydere, Veneta nuper Reſpub. quæ Cyprio Regno iura dabat, à Pio 4. Pontific. impetrauit Cyprii Archiepiſcopatus patronatum. Nempe vt Venetus Senatus viros quatuor Romanæ Sedi nominaret ad Cypriam Hierarchiam gerendam, quorum vnus à Sede ipſa pro arbitrio confirmaretur. An. 1560. Nam haud multò pòſt, irata Numina mulctarunt non modò primarium eiuſmodi Archiepiſcopum ſacro Prouinciæ Imperio,

Moſcouiæ, ac Ruthenæ ſeu Ruſſiæ Archiepiſcopi, & Epiſcopi.

Nicoſienſis Archiepiſcopatus in Cyprio regno antiquiſſimus.

ſed Venetos quoque profana Inſulæ ditione. Quùm enim Turca impius Cyprum armis expugnarit An. 1570. Philippus Moſenicus Regni Archipræſul ſuperuixit priuatus ſuperſteſque patriæ cladi, ad annum 1577. quo Naturæ ſatisfecit. Vt à Stephano Luſiniano in Cypriis Annalibus perhibetur. Rectè igitur præcipit Apoſtolicus Canon 31. gradu ordinéque moueri Antiſtitem, & fidelium conſortio depelli, quiſquis ita Principibus ſeculi vſus eſſet, vti per eos talem ſacræ Dignitatis apicem conſequeretur. Huius Canonis ſententia iis eſt concepta verbis,* Εἴτις ἐπίσκοπος κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος δι' αὐτῶν ἐγκρατὴς γένηται ἐκκλησίας, καθαιρείσθω, καὶ ἀφοριζέσθω, καὶ οἱ πάντες αὐτῷ κοινωνοῦντες. Nuper certè Christianiſſ. Rex ſanxit Edicto Bleſenſi, haud alios abs ſe nominatum iri eccleſiarum Præſides Sedi Romanæ, quàm moribus, ætate, doctrinàque ſpectatiſſimos. Ibidem necnon ſuſtulit reſeruationes quaſque Dignitatum Francicæ Eccleſiæ inſigniorum. Attic. 1. & 7. Rurſus Principis noſtri parens Erricus. 2. permiſit ius liberi ſuffragij cucullatis ſacerdotibus, ordinis Ciſterciêſis: vt quotieſcunque ſũmi Cœnobij Magiſter quæreretur, quatuórve inferiorum dignitate proximorum, cum aliis quibuſdam, tunc cœnobitæ iis Monaſteriis præficerentur de Conuentus ſententia. Regio Errici. 2. diplomate Idibus Quintilib. An. 1558. Cui *Patres Pariſien.* ſubſcripſerunt. 4. Calend. Ianuar. ſequen. hoc forenſis ſtyli charactere. *Lecta, publicata, & regiſtrata audito & conſentiente procuratore generali Regis, & ad onus in Regiſtro Curiæ contentum.* Quod quidem pij animi inſtitutum Regium haud longè diſſidet à ſancta Ludouici Balbi ſtipulatione, qui Aimirico præpotenti tyranno coactus fuerat cœnobiarchiam committere D. Martialis, apud Lemouices, ſed hac tamen pacta iuratáq; cautione, vt Aimiricus, cui commendatum erat cœnobium, monaſticam Religionem profiteretur. Quemadmodùm ex Aquitanæ Hiſt. Fragmento colligere eſt, in vulgus recèns emiſſo. Aſt de iis nimiùm multa, nunc cætera Regiarum collationum iura perſequamur.

*Si quis Epiſcopus ſecularibus Principibus vſus, per eos Eccleſiã adeptus ſit, deponatur, & ſegregetur, & omnes qui illi communicant.

Bleſenſe Edictum An. 1579. publicatũ in Parlamento Pariſien. die 25. Ianuar An. 1580. Patentes Regiæ die. 15. Iulij. 1558. Verificatæ in Parlamẽto Pariſien. die. 29. Decembr. ſequentis de Abbatia *de Ciſteaux*, & quatuor eius filiab' primariis, *Cleruaux, Morimond, Pontigny, & la Feré.* Antiqua Abbatia S. Martialis, *à Limoges.*

Abbatiarum cõmẽdæ ſeculares.

Sacra beneficia quænam in Regio purè patrocinio cẽſeantur, quænam & eam conditionem poſtea mutent.

CONDITÆ regia pietate ſacræ Ædes, Regiæ ſunt aut nominationis, aut collationis: Vt ſuperioribus Tit. oſtendimus. His tamen duplex adhibetur temperamentum. Prius, cùm patronus Rex ſuum ius ſpeciatim tranſcripſerit Eccleſiaſticæ cuidam Familiæ: quo caſu profanus regiúſque deſinit patronatus Templi, nec quùm Eccleſiaſticus fiat, Auguſtæ nominationis vim qualitatemque retinet. Vt Honorius. 3. ſubnotauit. Cap. dilectus. 3. De præben. Et Bonifacius. 8. Cap. 1. §. Verùm De iure patron. Cum eius Gloſſemate, Lib. 6. Decretal. Secus in feudo, quod lege beneficiaria donatum Templo à profani ordinis viris, *laicum* remanet profanumque, non ſacrum & Eccleſiaſticum. Vt Alexander. 3. admonet, in Cap. Ex tranſmiſſa Cap. verùm De foro compet. Aliud namque eſt, ius abdicare à ſeipſo vniuerſum, aliud, ſalua clientelari lege quicquam alteri concedere. Præterea ceſſat Regius patronatus, quùm Principalibus 29

Non idem eſt, fundũ pure ſimpliciterque Eccleſiæ dare, vel cũ reſeruatione feudi, homagij, & fidelitatis.

libus mandatis Baſilicæ Chriſtianorũ inſtruuntur ac cõſecranrur in fundis antea dicatis Hebrȩæ, aut gẽtiliũ Deorũ ſuperſtitioni. Quáuis enim barbarã inde religionẽ ſuſtulerit Princeps, ac delubra ethnica ſupremi Numinis miniſterio addixerit generatim: nõ vtiq; idcirco Regię tẽpla fundationis cenſentur,.ea præſertim, quæ priuato Chriſtiani Pop. ſũptu apparata ſint, & ad veri DEI cultum accõmodata: Principis, inquã, Dei * ἐν ᾧ ζῶμεν, καὶ ἐσμὲν, καὶ κινούμεθα. Philippus nẽpe Theodotus ſynagogas Hebræorum iuſſit Domos Chriſto dedicari An. 1182. Sed audi Rigordum Philippi. 2. vitæ ſcriptorem, eadem illa florentem ætate. REGIS AD PRÆCEPTVM ET EXEMPLVM AVRELIANENSES CIVES IN ECCLESIA SVA, QVÆ QVONDAM AVRELIANIS FVERAT SYNAGOGA, PRÆBENDAS PERPETVO INSTITVERVNT VBI CLERICI ORDINATI DIE AC NOCTE DIVINA CELEBRANT OFFICIA. SIMILITER IN ECCLESIA STAMPENSI, QVÆ FVERAT SYNAGOGA, FACTVM FVISSE VIDIMVS. Ex Rigordi chirografo exemplari. Proinde nil nouum, ambobus Phanis fuiſſe Almæ Crucis nomen impoſitum. Quod & perſpicuum fit Gregorij 9. Reſcripto (Cùm cauſam De Præbend.) S. Crucis Aurelianen. canonicum memorante, qui in Aureliorum Præſulem petebat ſacræ ſuæ Annonæ ſupplementum. Princeps igitur vix talium templorum collationem ſolidam ſibi vendicarit hoc nomine, quaſi fundator ac cõditor: illa tametſi regio iuſſu deinceps fuerint ſanctiſſimo Numini nũcupata. Haud negamus certè, Aurelianũ hoc delubrum regio propterea adſcribi patrocinio quia matrix ea ſit Aureliorũ & cathedralis Baſilica, aliarũ inſtar Epiſcopaliũ Galliæ. Sed & fatendũ eſt, quod Glaber Rodulphus literis mandauit, Aurelianenſem Ædẽ ſacrarum maximam, quæ caſu funditùs corruerat, ex integro conſtructam fuiſſe ab Arnulpho eiuſdem Ciuitatis pontifice. An. 1088. Rodulphi Lib. 2. Hiſtoriæ nondum editæ Tit. De portento Aurelianæ vrbis mirabili.

* in quo viuimus, ſumus & mouemur.

Philippus Auguſtus Franciȩ rex. Theodatus etiam dictus, quaſi à Deo datus patri ſeni, & aliis maſculis orbo.

Ceux d'Orleans tiennent, que l'Egliſe Cathedrale d'Orleans fut ſacree & dediee au nom de ſaincte Croix, du temps de l'Empereur Cõſtantin, en l'Empire duquel fut l'exaltation de ſaincte Croix miraculeuſe, à cauſe de laquelle auſſi il fonda & de ſon temps furent baſties pluſieurs Egliſes Chreſtiennes au nom de ſaincte Croix.

Eccleſia Cathedralis *de S. Croix d'Orleans.*

Collegiata eccleſia *de S. Croix d'Eſtampes.*

Rigordi manuſcripta Hiſtoria.

Aurelianen. Epiſcopus erogare ſolet Canonicatus ſummi Aureliorum templi: Sed in collegiatis S. Aniani eccleſia Capitulũ eligẽdo cõfert huiuſmodi ſacrorũ Sodaliũ ſacerdotia & Præbendas. De Glabro Rodulpho Cluniacenſi Cœnobita, vide quæ ſcripſimus i. Lib. 2. Tit. 3. & vlt.

30 PRVDENTER equidem ſtatuerunt Chriſtiani terrarum Rectores, ne euerterentur Paganorum fana, ſed iis ritè expiatis, Aræ ſolemnes erigerentur, applicandæ publicis ſynceræ Pietatis operibus, DEIQ. immortalis venerationi. Hoc modo Phocas Imp. Bonifacij P.P. hortatu præcepit, vetus delubrum, quod Pantheon vocabatur, ſacrari Diuæ Dei genitrici, Sanctiſque cœlitibus: vt vbi quondam omnium non Superûm, ſed * κακοδαιμόνων cultus agebatur, ibi deinceps omnium memoria Diuorum celebraretur. Quantùm ex P. Diacono in Phoca didicimus. Imo & Honorius Theodoſij ſecundonatus Edicto perpetuo in Eccleſias contulit Gentilia ſacra, vſuique Chriſtiani miniſterij Templa hæc deuouit. Sicuti de eo fuſiùs ſcriptũ eſt à Proſpero Aquitanico, De Promiſſ. & Prædict. Part. 2. Cap. 38. Theodoretus itidẽ, cum narraret ſolo æquatum ab Auda

Quemadmodũ Agreſtes appellamus quicũque ſunt ciuilioris vitæ ignari, nec melioribus moribus volunt acquieſcere: ſic Paganos dixerũt, qui vanam vtique illã, ſed tamẽ antiquam Deorum ſuperſtitionem retinebant, repudiata nuper exorta Chriſti doctrina. Vnde veteres Chriſtiani, omnes à noſtra Religione auerſos, Paganos nominarunt.

* malorum Dæmonũ.

Audas Episcopus in Perside.

episcopo Pyræum, i. templum quod in honorem ignis Persæ exædificarent, acerbè inuectus est in hanc Pyræi subuersionem. Neque enim (infit) sanctus Apostolus cùm appulisset Athenas, ciuitatemque Idolis scatentem conspexisset, Aras demolitus est, à populo mirificè cultas, sed fœdo errore lapsis lucem Verbi diuinitùs patefecit. Lib. 5. Cap. 39. Quibus consonat rescriptum Constantij Cæs. ad Catullinum, ne paganica, aut Hebræorum delubra cuiquam fas

Synagogæ Iudæorũ.

esset diruere. L. Qanquam De Paganis, Sacrificiis, & Templ. In Cod. Theodosiano. Ergo tantùm abest, vt Cæsarea hæc, vel Regia structorum iam templorum conuersio in Christianum vsum, quæsierit Regibus eorundem patronatum, vt mirari desinam, nostratia huiusmodi permulta hucusque solidum Augusti patronatus ius minimè agnouisse. Iudæi, fateor, Gallico Regno exacti sunt non

Phil. Augustus.

solùm à Philippo. 2. rege, sed antea quidem à Dagoberto, qui Heraclij Imp. literis commonefactus, illos Francicum solum vertere coëgerit, tanquam impios ac sceleratos. Rigordo auctore Philippi Historiographo. Quippe & Heraclius, adita Solymorum vrbe, nil prius habuit, quàm vt non modò Zachariam regionis Patriarcham in sacrum restitueret Solium, sed Hebræos etiam omnes sancta expelleret Ciuitate: graui edicto, ne iis ad tricenum ab Vrbe lapidem liceret accedere. Et hanc Cæsaream constitutionem retulit inter Leges Orientales Theodorus Balsamon Antiochenæ Ecclesiæ Pri-

* Iuris Orientalis Libri. 3.

mas, cuius Græco Codici titulus præscribitur, * Τῶν Ανατολικῶν Νομίμων Βιβλία γ'. Haud propterea tamen Reges nostri ex Iudaïcis criminibus in fiscum suum redegêre publicas istorum Ædes, qualicunque iam deuotas Religioni. Quasi inde, rei confiscatæ donatores ipsi sibi pararint in Ecclesiam ius patronatus. Sed quia priori dominorum destinatione, exempti fuerant fundi mortalium cõmercio, hoc deniq; restabat, vt ab illicito & adulterino sacrorũ cultu, ad licitum iustúmque transferrentur. Ex argumento Modestini I. C. Lib. 9. Respons. l. legatum ff. De vsufr. leg. Quin Ethnici quoque Romanorum Reges Diis purè adiudicabant nonnunquam bona damnatorum. Siquidem prisca paupertas ex noxiorum opibus sacra Numini exhibuisse fertur: quare supplicia & supplicationes dictæ. Nec secus Atheniensium more vsurpatum cernimus, qui mulctas in arã Iouis Seruatoris dedicabãt: Quas semel illatas remittere nõ licebat, tametsi pœnas iure debitas, pecunia luere liberum esset. Ex Plutar.

Triplex fermè Regiarum prouisionum beneficialiũ species. Iure Regaliæ, tum regiæ ad Prælaturas nominationis, item specialis fundationis & patronatus quarũdam Ecclesiarum.

AD EXTREMVM, vt paucis capitibus concludamus Regiarum 31
collationum iura, earum triplex è superioribus elicitur genus. Primũ, lege regaliorum, quæ ad phana post Episcopi obitum vacantia referuntur. Secũdum, iure Principalis Augustæque nominationis, quæ maiorum ordinum Sacerdotia respicit, seu Hierarchias dignitates. Tertium, lege patronatus ac fundationis, quæ ad alia quæuis pertinet, sacraque inferioris gradus beneficia, vel cõferenda à Principe, vel oblato per eum Ordinariis Clerico certa spe adsignanda.

Quùm

Quùm igitur officiorum ſimilitudine quadam coniungatur Imperium cum Sacerdotio, & Politicus Magiſtratus cum Eccleſiaſtico, abſonum iam non erit, externam rei Eccleſiaſticæ Politīam à Temporaria Ciuilíque tractari Poteſtate, haud aliò ſpectantem vtique illã, quàm vt genuinum Eccleſiæ decus integrum illæſumque tueatur. Nam, vt cum Diuo Eduardo loquar, Anglorum Legiſlatore, REX, QVIA VICARIVS SVMMI REGIS EST, AD HOC EST CONSTITVTVS, VT REGNVM TERRENVM, ET POPVLVM DOMINI, ET SVPER OMNIA SANCTAM VENERETVR ECCLESIAM EIVS, EAMQVE AB INIVRIOSIS DEFENDAT, ET MALEFICOS AB EA AVELLAT. Ex Archayonomia Anglica Vvilhelmi Lombardi.

Anglica Lex ſancti Odoardi Regis. Vetus Anglorum Legiſlatio. Princeps pro nouo & iocũdo aduẽtu habet ius nominandi Canonicũ in ecclesia cathedrali. Vide Tit. 3. Lib. 2. Monaſticõ, art. 16. Sicuti Epiſcopum in iocundo aduẽtu poſſe ponere vnum canonicum in Eccleſiis ſibi ſubiectis, refert noua Rotæ Deciſ. 3. Tit. de cõſuetudinib.

Titulus VIII.

DE BENEFICIARIO ECCLESIÆ, IN POSSESSIONEM MITTENDO.

1. *Nouum Canonicum à Capitulo recipiendum eſſe citra prolixam cauſæ cognitionem.*
2. *Idque Areſto deciſum de Canonicatu Andegauen. Eccleſię.*
3. *Capitulum exemptum rogandi formula vti debet Epiſcopus, non mandandi.*
4. *Cuinam competat præbendarum collatio Sanfloriana Aruernorum Eccleſiæ.*
5. De Præbendarum canonialium *reditu anni Abbatibus quibuſdam, necnon Equitibus Ordinis* S. *Iohan. Hieroſolimit. attributo.*
6. De Canonicis *Nemoris Vincenarũ ad Pariſios, eorũque fundatione.*
7. *Varia Areſta de mittendo ſummatim in poſſeßionem beneficiario.*
8. *Reſignantem abſenti & ante acceptionem mortuo, redire ad beneficium ipſo iure.*
9. *Imò & priſtinum ordinem inter concanonicos retinere.*
10. *In temerè deſerentes reſignantéſque ſua Sacerdotia.*
11. *Quòd Epiſcopi, propria Sede relicta, ad alias tranſire nòn debeant.*
12. *Seßionis ordinem inter collegas à die exercitij, non nudæ receptionis magiſtratus, metiendum.*
13. *Quænam onera nouis Canonicis impoſita ſint Abbæuillanis.*
14. *Nũm aliquid pro noui beneficiarij in Capitulũ ingreſſu ſit exigendũ.*
15.16. *Senonum Archydiacono honorarium deberi pro inſtallatione Archiepiſc. Senonenſis, & Suffraganeorum.*
17. Prior conuentualis commendatarius *non adſtringitur Annali ad Sacros ordines promotioni.*
18. De Annatis, *ſeu* Deportu *beneficij curati, ob nõ promotionẽ curionis.*
19. *Varia Curiæ Iudicia, de eodem iure* Deportus, *ob non promotionem, & litigium beneficij.*

Sacerdotiorum collationem sequitur receptio vel tostallatio noui beneficiarij sacerdotis, vt pote noui Canonici, quæ à Capitulo protelanda non est, quasi motatoriam causæ cognitionẽ sibi sumere cupiente.



ORDINATO SACERDOTI à Pontifice, ordinariis Præsulibus, vel à Rege, (de quibus sigillatim egi) vnà superest in possessionem inductio: quæ nudi quidem est ministerij, nec vllam flagitat causæ cognitionem. Illis enim Sacerdotij donatoribus fieret iniuria, si Canonicorum Societas, quorum in album nouus beneficiarius recipi postulet, altiùs inquireret de iure ac viribus collatitij tituli, notionemque de eo interponere conaretur. Quo in negotio occurrit facti species talis. 1

De Capitulo Ecclesiæ Andegauen. nolente recipere nouum Canonicum, pretextu nullitatis sui tituli & collationis Canonicatus.

Arestum Curiæ Parisien. die. 2 Augusti An. 1537. contra Capitulum maioris Andium Ecclesiæ.

Curiæ iudicium prouisionale, die. 26. Martij An. 1400 pro Archiepisc. *de Rheims* contra Decanum & Capitulum ecclesię. Stallum in choro, & sedem in capitulo nouis Canonicis dari conuenit.

Receptus in canonicum Ecclesiæ statim habet omnia iura quę alij canonici. Panor. in Cap. relatũ De prębend. Si verò sit supernumerarius, secundũ limites installationis suæ, vel in choro tantùm, vel in Capitulo, restringitur ius Canoniæ. Panor. in Cap. Cum Martinus De constitut.

Consilia Federici Senens.

IVLIVS petiit ab Episcopali Andium Sodalitio, vt ex Canonicatu recens donato adsciscĕretur in Collegium, sibíque huius possessionem sacerdotij liceret adipisci. Repulsam passus, appellat Curiam Ornatiss. abusus nomine. Collegium verò Canonicorum repulsam prætexebat inefficacia Sacerdotalis tituli seu collationis, mordicus instans, citra delectum in sacram Familiam assumendum neminem. Statutum quoque à maioribus obtendebat, ne quem nothum aut corpore mutilum admittere sacri Sodales tenerentur. Placuit Senatui, abusiuè negatam à Collegio canonici receptionem. Decreto postridie Calend. Sextiles An. 1537. quúm Marliacus, appellantis: & Seguierius, Collegij ecclesiastici causam orassent. Huic Decreto concinit antiqua Curiæ Sententia, pro Rhemorum Archiepiscopo, aduersus canonicorum Sodalitium maximum. 7. Cal. Apriles An. 1400. Quo S.C. Rhemenses Canonici iubentur Archipręsulis beneficiarium admittere, nisi peculiaris causa diuersum suaderet: Ea tantùm cautione adiecta, ne Archiepiscopus sic loqueretur, MANDAMVS, VT RECIPIATIS, verùm hac concepta clausula, QVARE IPSVM RECIPIATIS IN CANONICVM ET IN FRATREM. Vt Regestis Curiæ proditum est. Religiosè equidem, quùm talis Canonici receptio veriùs in facto, quàm in iure consistat. Ex auctoritate Honorij. 3. Cap. Capitulum S. Crucis De Rescrip. Et Bonifacij. 8. Pontif. Cap. Eum cui De Præbend. Lib. 6. Atque idipsum, facti meri actum executionémque esse, ex eo apparet quòd sacris interdicti, nihilo seciùs Canonicos licitè intromittant, iísque sessionis gradum in Collegio, ac Choro ecclesiastico possint decernere. Panor. in Cap. Pro illorum De præbẽd. Imol. & Bald. in Cap. Capitulum col. 2. De Rescript. Huiusmodi enim in Clerũ allectio multũ ab ea dissidet, quæ iuris est, quæque sacerdotij 2

collationem habet admixtam. Finge enim, sacro Collegio mandatum à Pontif. summo, vt Ecclesiastici muneris candidatós admittat in collegarum consortium, iisque Canonicatum attribuat. Isto casu receptis quæsitum est ius in Præbendum templi, quod deinde possessorem amiserit. Vt Rota Romana censuit Decis. 30. & Feder. Responso. 290.

3 EANDEM illam distinctionem secuti sunt Patres Parisien. insigni Decreto, secundum Andensem pontificem, aduersus Sodales principis Andium Ecclesiæ. Grauis enim inter eos intercesserat côtentio de cooptandis in Canonicorum cœtum nouitiis Andium canonicis, quibus Antistes huiusmodi Sodalitatû sacerdotia erogarat. Hic quippe collationis literis nô modò beneficiarios iusserat ire in possessioné, sed adscripta etiam hac forma, MANDAMVS, præceperat Canonicis, illos vt actutum in possessioné deducerent. Contrà, sacri Collegæ. Episcopali sese imperio exemptos esse ac immunes, vetustis Pontif. Roman. Codicillis, & honoraria arbitri Sententia Turonen. Archiepiscopi, qui Andegauæ Ecclesiæ canonicus anrea extiterat. 4. Cal. Decemb. An. 1334. Itaque Episcopo ius non fuisse, imperiosa mandati formula vti in tabulis sacerdotij erogatoriis. Ad hæc, prisco Andium Ecclesiæ ritu anquirere sibi licere, reiiciendus sit necne nouitius canonicus, an sacerdotio frui permittendus. Nihilo minùs iudicio obtinuit Antistitis prærogatiua, ne Collegio fas esset moram vllam Canonicorum receptioni innectere. Excepto, quòd Præsul hoc modo scribere teneretur in Chartula collati Ecclesiæ beneficij, ROGAMVS. Collegiò rursus in Senatum prouocanre ab hac sententria Consiliariorum Curiæ, qui libellis in Palatio cognoscendis præsunt, iniusta est appellatio pronuntiata. Arestis solemnibus postridie Idus Sextiles An. 1530. Nec verò immeritus Andium Episcopo addictus est à côscriptis Curiæ honos, quem primarij eius oræ Antistites vitæ sanctimonia partum ad posteros quodammodo transmiserunt. Albinus namque Andegauorum Præsul Aurelianæ Synodo 3. interfuit, ac Synodicorum ibidem canonum auctor fertur extitisse. A. Beda, in Lib. De Tempor. Ex quo decerpti sunt Gratiani canones, Sexta Synodus Cum duob. sequét. 16. Distinct. His accedit Petri Natalis testimonium Lib. 3. Cap. 164. Vbi multa de B. Albino Andegauensium Pontifice. Quin & Albino ætate maiores clarissimi prædicantur Episcopi, D. Defensor, Apothemius, Prosperius, Maurilius, & D. Renatus, (cuius ego cœlestis patroni Andegauus nomé præfero) Tallasius qui Venetico ac Turonico 1. & Eustochius, qui Aurelian. 1. Conciliis subscripserunt.

Arestum Curiæ Parisien, Die 14 Augusti 1530. contra Capitulum Ecclesiæ Andegauensis.

Chartre de Guillermus Antissiodorensis Episcopus An. 1205. die Sabbati post quindenam Apost. Petri & Pauli, *disant luy* Decanus & Capitulum Antissiodoren. Quod cũ prædecessores nostri viris religiosis Abbati & Conuentui S. Laurentij de Abbatia, & Ecclesiæ S. Eusebij Antissiodorens. olim in eleemosynam concessisset, vt quoties in Ecclesia nostra cum Canonia siue præbenda vacare, quacumque occasione eam vacare contingeret, toties à die qua eam vacare dignoscerent, vsque ad vnius anni circulũ, prænominata Ecclesia S. Eusebij reditus Canoniæ seu præbendæ ex integro haberet *Et d'autant que la Fabrique de ladicte Eglise d'Auxerre pretendoit aussi le vacant desdites prebendes, il est dict que si celle prebende vacque plusieurs fois en vn an, l'Abbaye prẽdra l'an du premier, la Fabrique l'autre an, en cueillette ensuiuante.*

Sententia arbitraria Stephani Archiep. Turoné. die. 28. Nouẽb. An. 1334. Qua omnes Canonici, capellani, & cæteri habituati in dicta Ecclesia sunt exempti à iurisdictione Episcopali. In Chartario necnon Andensis Ecclesiæ, reperitur Bulla Innocentij. 6. absolutoria Capituli Andegauens. ad cautelã, ab excommunicatione quam Fulco Andium Episcopus in Decanum & Capitulum canonicorum, qui erant exempti, iniustè tulisse dicebatur. Licet autem Bulla exemptionis à Paulo. 2. his canonicis data An. 1468. abusiua dicta sit Arestu Curiæ die 5. Augusti An 1538. Tamen super antiquiori exemptione à Capitulo allegata *les parties par le mesme Arrest furent appoinctees au conseil.*

Consiliarij Curiæ & Requestarum Palatij Parisien.

Decretum Curiæ die 14. Augusti An. 1530. D. Renatus, lustratis Romæ Apostolorum liminibus, in Surrentina Italiæ vrbe diem clausit extremum. Alteri cuidam veté pio, etsi laico, dicatat antea D. Augustinus de Anima, & eius origine librum primum.

In Tuscia generalis consuetudo est quod solum Capitulum in Cathedralibus Ecclesiis, irrequisito Episcopo eligendi canonicos habet facultatem, vt scribit Innocentius 3. Episcopo Florentino in Cap. cum Ecclesia Vulterana. De elect.

En l'Eglise Cathedrale d'Aux en Gascongne dependant de l'Archeuesché d'Aux, la collation des Chanoinies & prebendes appartient à l'Euesque & au Chapitre conioinctement, Vt Cap. a collatione, De appel. in 6. Cap. vnic. ne sede vac. in 6.

CÆTERVM peculiari aliquot Ecclesiarum Lege commune est 4
Episcopo simul, & Collegio ius conferendi canonicatus, quasi in Senatum Episcopalem lectio, adhibitis fratrum collegarumque suffragiis, Rota Decis. 167. In antiq. Quo casu hi non censentur nudi ministri ad sessionis ordinem nouo adsignandum beneficiario, sed mixtam quandam notionem suo iure sibi sumunt. Ita celebri Pacto comprehensum, inito quondam à Societate & Canonicis templi Sanfloriani cum suo Vellauniorum Præsule: Quod quidem Alexander 6. comprobauit hac Diplomatica periodo. QVODQVE VACANTIBVS DICTÆ ECCLESIÆ DIGNITATIBVS AC CANONICATIBVS ET PRÆBENDIS OMNIBVS ET SINGVLIS, DICTVS EPISCOPVS AD PRÆDICTVM CAPITVLVM VOCATVS, AVT EIVS VICARIVS IPSAS DIGNITATES, CANONICATVS ET PRÆBENDAS, QVI TVNC VACABVNT, IN DOMO CAPITVLARI DE CONSILIO ET CONSENSV DICTORVM CAPITVLI PRIVS HABITIS, ET OBTENTIS ET NON ALIAS CONFERRE POSSIT. ET QVOD DE CONSILIO ET CONSENSV MAIORIS PARTIS NVMERO DICTI CAPITVLI. IPSE EPISCOPVS, SEV EIVS VICARIVS CONFERRE TENEATVR &c. 14. Kalend. Martias An. 1498. Pontificatus An. 7. Nec noua est hæc, aut priuata lex erogandi sacerdotij ab Ecclesiastico Sodalitio cum Præsule coniunctim, vel à Præsule ipso rogatis sententiam Canonicis, ex cap. vn. Ne sede vacan. in 6. Cuncta enim inter eos fuisse initio communia, táquam inter cœnobitas (i. communis vitæ rerúmque consortes) indicat Ecclesiasticus Conuentus Aquisgrani habitus à sacrorum Præfectis, Anno Christi decimo sexto supra octingentesimum. Proin antiqua fuit Gallici Cleri consuetudo, vt non nisi conuocatis sigillatim absentibus, ferrétur electionum vota in Ecclesiasticis Collegiis. Quem Gregorius. 9. morem recenset Cap. In Genesi De Elect.

Vellauni populi, ciuitas S. Flori, in Aruernia.

Bullæ Apostolicæ de iure conferendorum Canonicatuum inter Episcopum Fani Flori Aruernorum, & Capitulum, die. 16. Februar. Ao. 1498 Sed longo post tempore Capitulum vices suas cōmittere cœpit hac in parte hebdomadariis canonicis alternatim. Quorum nominatione ac consilio (quod præstatur vice Capituli) Episcopus cōfert. Sed huiusmodi vicissitudinarium ius conferendi Curia reprobauit in Claromōtana Aruernorum Ecclesia: Ex qua olim profecta est Santofloriana. Vt diximus supra, Tit. 1.

Concilium Ecclesiasticum *tenu à Ayx la chappelle.*

Conclusion capitulaire des Doyen & Chapitre de l'Eglise de Paris du 3. Febvrier 1596. Nos ad quæstionem motā inter nos, & Abbatem & fratres Monasterij S. Victoris prope & extra muros Parisien. pro tempore futuro terminanda, Declaramus confirmando antiquam consuetudinē de consensu ipsorum Abbatis & Religiosorum, quod amodo & pro tempore futuro ipsi religiosi habebunt & percipient grossos fructus præbendæ canonici vltimi cedentis seu decedentis in loco per eum optato pro anno quo huiusmodi grossos fructus percepisset, si viueret vel canonicus fuisset.

Ladite Abbaye de S. Victor a outre ce vne prebende ès Eglises collegiales de nostre Dame de Melun, de Champeaux, de Corbeil &c.

Oultre le vacant d'vne prebende en l'Eglise de Paris appartenant à l'Abbé de S. Victor, y en a vne ordinaire cum canonicatu, *dont le gros entier se perçoit par l'Abbé, & les distributions manuelles* per Vicarium maiorem *estably par l'Abbe en ladite Eglise de Paris, pour deseruir,* ex donationis instrumento Stephani Parisiorum Episcopi, *scellee de son seel sans datte, auec le Reglement capitulaire de ladite Eglise de Paris, de la qualité & quantité des distributions manuelles que doit receuoir ledit Vic-ere, & aussi du seruice qu'il est tenu faire. faict* in Capitulo B. Mariæ, *& datté de l'an 1145. Les mots de la donation d'vne Chanoinie & prebende faicte par ledit Estien ne Euesque de Paris à l'Eglise S. Victor sont tels,* Nouerint igitur vniuersi, quia in Parisiensi Ecclesia, in qua, Deo auctore, licet indigni Episcopi officium gerimus, præbendam vnam assensu Capituli Ecclesiæ B. Victoris in perpetuum habendam donauimus. In hoc dono nostro eiusdem B. Victoris Ecclesiæ non solum consulentes necessitati, sed & prouidentes dignitati, quatenus in præbenda ista & pauperes Christi inueniant suæ necessitatis subsidium, & ipsa B. Victoris Ecclesia ab Ecclesia parisiensi, sicut filia a matre, obtineat canonicæ dignitatis priuilegium.

Il y a vne Bulle de Celestin 3. 13. Calend. Iunij Ao. 1191. *relatiue d'vne precedente du Pape Clement, portant que l'Abbaye S. Victor aura l'annate & vacant d'vn Chanoine de l'Eglise de Paris dernier decedé, & non le gros du successeur Chanoine. Et suyuant ce le 3. Decembre en l'an 1510. y a transaction entre le Chapitre de Paris & l'Abbé S. Victor, que ledit Abbé aura le gros du dernier Chanoine decedé, & non celuy de son successeur qui l'a moindre, à cause du droict à option.*

Priori S. Victoris Parisiens. rescribit Innocentius 3. in Cap. significauerunt De testibus.

Ac vniuersim priscæ illius Canonicorum communionis, regularísq; vitæ instituti retinentur vestigia quædam in matricibus Francicarum diœcesum Ecclesiis, quasi regularium adhuc Canonicorum familia. Ibi enim hactenus reseruata est passim sacra quædam Annona vicino Cœnobiarcæ canonicorum regularium, Augustinianæ professionis. Sic Fani Victoris Antistiti monastico etiamdum 5
competit

Abbas S. Victoris Parisien. veteri transactione inter ipsum, & Capitulum Ecclesiæ parisien. debet habere fructus præbendæ quales & quantos habebat defunctus canonicus, & non quantos nouitius Ca-

competit Præbendum, seu vnius anni prouentus Annonæ obeuntis Canonici in principe Æde Parisiorum. Idque ab longa temporum serie vsitatum arguit gemina Transactio vetus inter Lutetiani eius templi Sodales, & cucullatos sacerdotes Victoriani cœnobij. Mense Ianuar. An. 1259. Et Mense Iunio An. 1321. Vt Parisien. Ecclesiæ Charrario edocemur. Ad huius præsulem Monasterij missa est ab Innocentio. 3. Epistola Decretalis Cum dilectus De Elect. & à Gregorio 9. Pontif. Cap. 37. De rescript. De eodem Monastici conuentus Magistro, D. Bernardus ad Innocentium P. R. Epist. 158. Extat quoque decretum Curiæ Parisien. secundum hosce regulares canonicos S. Victoris, in seculares Canonicos B. Meloni, apud Pontisaram Syluanectensium. Idibus Martiis An. 1414. Quo quidem decreto illis addictus est Præbendi ecclesiastici prouentus annuus morientis cuiusque Canonici S. Meloni. Talem spiriralis Annonæ reditum Iohannes. 22. Pontifex vocat *Annalia, certis Ecclesiis, fabricæ, vel personis de consuetudine, priuilegio, aut statuto adplicanda.* In Cap. Suscepti regiminis Ne sede vacan. In Extrauagan. Quin & monachi Templorum S. Lupi &, S. Martini Trecensis fruuntur indies Præbendo Fani Episcopalis, apud Trecas, pari scilicet fructuũ portione, qua reliqui sacri Sodales. Iam inde ab Anno. 1161. quo Henricus Trecassium Comes eam in causam prędia largitus est amplissima. Peræque monasticus Antistes D. Iohannis Carnutensis percipit, Canonici instar, sacram sportulam seu *Prabendam* in Carnutum Æde pontificali. Ad hunc Abbatem literas scripsit D. Bernardus, Religiosi voti cōmendatrices. Epist. 82. Rursus B. Acheoli Heteriarcho, in Ambianis, penditur annuum canonici stipendium Templi maioris Ambianorum. Quemadmodum & S. Iohannis Archimandritæ seu Abbæ, in summo Senonum phano & Archiepiscopali sacerdotum Collegio. Eodem iure vtuntur cœnobiorum Præfecti D. Iohannis in Meldensi, & Suessionum Basilicis sacris. Cui quidem fani Iohannis, in Vineis Abbæ Suessionensi rescribit Gregorius. 9. P. P. Cap. 1. De lit. contestat. Eíque mandatam

nonicus in mortui locum succedens, qui ex optione antiquiorum Canonicorum teriuiorem habet prębendam. De iis vide etia i. L. 1. 3. T. 1. 5 Ar. 7. Ecclesia collegiata *de S. Melon de Pontoise.*

Arestum Curiæ, die. 15. Mart. Ao 1414. pro religiosis S. Victoris, *qui leuent le vacant, de la prebende d'vn Chanoine de sainct Melon de Pontoise.*

Henricus *Comte de Troyes* dedit religiosis Abbatiarum S. Lupi, & S. Martini *de Troyes, & de la Trinité, à chacun d'eux* prębendam quintam in Ecclesia Treccensi. Abbas *de S. Iehan, en vallee, a* Chartres.

Abbas *de S. Acheul, à Amiens.*

L'Abbé de S. Kalez au Mans a comme Chanoine vne prebende en l'Eglise du Mans. aussi l'Abbé de S. Vincent a vne prebende en ladite Eglise.

Abbas *de S. Iehan lez Sens, tum de S. Iean des s. inmeaux prebēdé en l'Eglise de Meaux & de S. Iean des vignes prebendé en l'Eglise de Soissons.*

L'Abbé de Cormery, en Touraine, est le premier Chanoine en l'Eglise de S. Martin de Tours.

Le Prieur conuentuel de S. George de Gonnay, diocese de Troyes a vne prebende en l'Eglise de Troyes, & seance au chœur, auec les Chanoines. Ledit prioré membre dependant de l'Abbaye de sainct Quentin lez Beauuais, fondé & doté par Philippes Euesque de Troyes, & son Chappitre l'an 1090. en l'honneur de sainct George martyr. Toutesfois par sentence de l'Euesque de Paris Maurice delegué par le Pape l'an 1192. fut iugé que ledit prioré ainsi donataire d'vne prebende n'auroit point de menues distributions, sinon es festes de Noel, Pasque, la Pentecoste, & la feste S. Pierre, & les iours qu'il faict sa sepmaine, comme vn autre Chanoine. Et outre par sentence des Requestes du Palais donnee au mois de Septembre 1602 entre ledit Prieur & le Chappitre de Troyes, il a esté iugé contre ledit Prieur qu'il n'auroit point de seance au chœur comme Chanoine, ains immediatement deuant les semiprebendez, à cause de sadite prebende, suiuant la coustume & possession ancienne de la dite Eglise.

ecclesiasticæ litis cognitionem à Sede Apostol. narrat Innocentius. 3. Cap. Accedens. De concess. præbend. In antiquis Collectionibus Decretalium Epistol. quæ publicam in lucem prodierunt An. 15-9. Subiungitur his monasticus Pastor Ædis Sanctorũ omnium, apud Andes, qui verè Canonicus habetur in Carhedrali Andegauorum Ecclesia. Ita D. Vitoni monasterium ab Episcopo conditum est Vertodunensi, possessionibúsque ditatum Collegij Episcopalis:

Abbé de Toussaincts, à Angers.

Abba *de sainct Venne, à Verdun*, cuius fundationem monasterij describit ad verbũ VVasburgius, cum probatorio fundationis Rescripto Iohannis, 12. P. P.

Canonicorum nempe in gratiam, qui ſubinde pij animi voto, regulare arctius complectebantur vitæ inſtitutum in monaſtica Domo contigua. An. 952. Auctore Richardo waſburgio, Belgicorum Annalium lib. 3. Quinimo è Fabianenſi Noricæ Viennæ cœnobio omnes fermè olim aſſumebantur Norici Epiſcopi. Teſte wolfgango Lazio; Rerum Viennenſium Auſtriæ lib. 2. Talem D. Martinum è monacho Epiſcopum ſuus depingit Seuerus, ex cuius etiam ad Ligerim monaſterio multæ tùm ciuitates Eccleſiæquè petierunt Epiſcopos, quos ſe idem vidiſſe atteſtatur. Hoc amplius, in Olomucenſi Bohemorum Eccleſia ſtatutum fuit quondam, ne ad ipſius regimen alius adſciſceretur pontifex, præterquam regularis canonicus Strahouienſis monaſterij. Qua ex ſacra Familia duntaxat liberum fuit ſacerdotum Collegio, Olomucenſem Epiſcopum cooptare: velut ex Equitum ſeminario priſcos Romæ Senatores, aut Chriſtianiùs, à Pallio ad Togam, vt ait Tertullianus. Hocque vtì firmiùs Principalis Manus ope cuſtodiretur, Olomucenſis Clerus ſanciendum curauit auxiliari diplomate Bretiſlaï Bohemiæ Ducis. Annum circiter. 1100. Quo tempore Petrus, ſecundus Olomucenſium Præſul rem Eccleſiaſticam moderabatur. Sicuti à Iohan. Dubrauio traditum eſt, Olomucenſi Epiſcopo, qui horum Antiſtitum ſeriem ad octo & tricenos vſque pertexuit. Nam Vratiſlaüs primus Bohemorum Rex Epiſcopalem ſedem ex Poleſſowicz trãſtulit in Olomucz: vbi & Cathedralem baſilicam in ſuburbanis poſuit ſacræ memoriæ Petri Pauliſque Apoſtol. Circa annum à ſalutifero Partu. 1090. Inſuper Moſcorum Ruthenorúmque Epiſcopi ex Monachis deſignari ſolent, tanquam purioris vitæ mortalibus. Vnde nec vxores habent, nec carnes edunt vnquam (vtì nec ipſe Metropolita) neque in digitis annulos geſtant: & ſanctimoniam præ ſe ferentes, in veneratione habentur apud omnes. Quantùm ex Poſſeuini Moſcouia accepimus. Atque hinc facilè elicitur cœnobitarum affinitas cum Pontificalis Templi canonicis, quibuſcum illi paſſim reditus Præbendi eccleſiaſtici carpunt. Inde etiam, monaſtici Equites ſacræ militiæ D. Iohan. Hieroſolymitani colligunt ſpiritalem Canonicorum Annonam in Nouiomenſi, Quintiniana, & Peronenſi Veromanduorum Eccleſiis: ſacer item Præceptor Mylliacus Bellouacorum, in Æde Virginis matris Claromontana. Id quod Iohannes. 22. P.P. confirmat, tales Equeſtris ordinis monachos annarium vacantis Præbendi Eccleſiæ fructum percipere de more, priuilegio, vel ſacra Conſtitutione. Reſcripto ad Magiſtrum & fratres *Hoſpitalarios* S. Iohan. Hieroſolymit. In Cap. Exhibita De Priuileg. In Extrauagant. communib.

Vienna Auſtriæ. *Marmouſtier lez Tours* ſupra Ligerim amnē. Olomucenſes Epiſcopi, in Bohemia. Petrus Damianus ex monacho Benedictino Epiſcop. Oſtienſis factus eſt, & Cardinalis Ioh. Teutonicus ad Beſſinenſem in Hungaria, & Albertus Magn. ad Ratiſponenſem in Bauaria Epiſcópatus ex Prædicatorum ordine aſſumpti ſunt, aliique in Tritemij Catalogo plurimi.

Epiſc. *de Moſcouie, & Ruſſie.* Anton. Poſſeuini de Reb. Moſcouitic. Commentarij.

Cheualiers de l'ordrè de S Iean de Hieruſal. (on quoy que ſoit, le Commãdeur de ſainct Iean en Liſle) ont l'annate ou l'annee de la prebende vacante in Eccleſiis canonialibus *de Noyon, S. Quétin, & S. Furcy de Peronne, en Vermandois. Commandeur de Milly, en Beauuoiſis,* habet annatam ſeu deportum præbendæ vacantis in Eccleſia collegiata B. Mariæ, apud Clarummontem Bellouacorum.

Cessat præterea ſuperior Theſis de mittendo in poſſeſſionem à ſacris Sodalibus canonico citra moratoriam cauſæ notionem, quotieſcumque aliud fundationis tabulis cautum deprehenditur, ſiue in nouitio recipiendo prærogatiua quædam Collegio fuerit à 6

Principe

Principe attributa. Tunc enim Episcopi beneficiatius canonicus, antequam à sactis Collegis admittatur, imperata ab iis tenetur exequi, saltem executurum iuratò polliceri ex prisco ritu, & fundationis præscripto. Putà, Karolus. 5. Rex in Vicenarum Arce Sacellum condidit, almæ Triadi sactum, cuius ministerio aliquot Canonicos addixit mancipauítque perpetuò, lege sic dicta. *In Capella siue Ecclesia per nos, Domino disponente, in Castro magno nemoris Vicenarum in honorem S. Trinitatis, & B. Virginis Mariæ ordinata fieri & incœpta, nouem canonicorum, quorum vnus Thesaurarius ipsius Capellæ nomen retinens, vt caput eiusdem, aliis omnibus beneficiatis & beneficiandis in eadem præsidebit. Alter verò, ipsorum canonicorum officium, quod Cantoria nuncupatur, obtineat, &c. 4. Vicariorum, & duorum aliorum perpetuorum collegium, per quod in ipsa Capella perpetuò deseruiatur in diuinis, ex nunc auctoritate nostra Regia instituimus & fundamus. Auctoritate statuentes eadem, vt ipsorum singuli Thesaurarius, cantor, canonici, & vicarij, quos in sacerdotali, diaconali, & subdiaconali ordinibus, cùm in dicta Capella recipientur, vel infra annum à die suæ receptionis ibidem computandum constitui & promoueri volumus, in ipsa Capella infra tempus bimestre personalem & continuam residentiam facere teneantur sub debito iuramenti, quod more solemni tùm in dicta eorum receptione præstabunt: Quódque super iis præstito iuramento, nullatenus facient, seu fieri procurabunt secum quomodolibet dispensari, nec dispensatione quacumque, si quam pro eis, ipsis etiam ignorantibus vel non procurantibus, super iis impetrari contingeret, nec etiam priuilegio in fauorem studij & scholaritatis sub quauis forma concedendo vtentur. Si verò infra tempus prædictum ad dictos ordines neglexerint se facere promoueri, & vltra tempus quinque hebdomadarum in anno, quo tempore durante poterunt, petita & obtenta à Capitulo dictæ Capellæ licentia, liberè & impunè suis & alienis vacare negotiis, à dicta Capella se absentarint, nisi causam vlterioris absentiæ & impedimenti legitimam prætendant, per dictum Capitulum audiendam & admissam: canonicatibus & præbendis, ac beneficiis suis, quæ in huiusmodi Capella obtinuerunt, quorum omnino & aliorum quorumuis beneficiorum in ipso processu temporis fundandorum collationem nobis ac dictis nostris successoribus Franciæ Regibus reseruamus, ipso facto priuentur, &c.* Mense Nouembri. An. 1379. Aliud promitur exemplum de Carnutensis Templi Canonicis, quos eo Sanctæ Sedis priuilegio fultos scribit Yuo Carnutensis, ne in consortium suum assumere tenerentur *conditionarios de familia Carnotensis Comitis, Regios fiscalinos, aut vulgò natos, aut extraneos*, Vt Yuonis verba vsurpem, Epist. 172. ad Paschalem summum Ecclesiasticæ Hierarchiæ principem.

Chanoines du Bois de Vincennes, lez Paris.

Tabulæ fundationis Regij canonicorum Sacelli in hortis Vicenarum Lutetiæ suburbanis.

Par la mesme Charte de fundation du Roy Charles 5 le Thresorier de la Chappelle royale du bois de Vincennes, pretẽd qu'il luy appartient à luy seul le droict de l'examen de chacun des nouueaux Chapelains & habituez de ladite Eglise, lors de leur premiere receptiõ.

Aduertissement du Roy Charles 6. de l'an 1408. le 27. Septemb. de toutes les terres baillees ausdits Chanoines sizes en Champagne, Brie, &c. & droict de pescherie sous le pont aux meusniers, pour le fournissement de 1500. liures de rente, assignee par son pere pour leur fundatiõ, afin de prier pour le salut de son ame & de sa femme, pere & mere dudit Roy Charles 6. qui a assigné & admorty le tout.

Depuis ceste fundation du Roy Charles 5. de l'an 1379. Le Roy Charles 6. son fils, l'an 1408. donna en augmentation de ladite fundation ausdits Chanoines de la Trinité du bois de Vincennes, vn droict de pescherie auec le pont d'iceluy proche du pont aux meusniers de Paris qu'il acquist lors pour cest effect, d'vn nommé Riotte. Lequel droict de pescherie fut vendu l'an 1569. sur ladite Eglise, suiuant l'Edict du Roy & Bulles du Pape à deux freres bourgeois de Paris pour 1260 liures, auec vne censiue cotenue: mais par arrest de la Cour donné à l'audience le 5. Feurier 1604. plaidant Germain pour lesdits deux acquereurs, Chauuelin le ieune pour le Capitaine Marchant, entrepreneur & achcteur de toute la place & maisons demolies dudit pont aux meusniers, & Marion pour le Roy, ils ont esté deboutez de leur opposition formee à l'execution des lettres patentes dudit Marchant; & de la verification d'icelles faicte en la Cour, attendu la consideration publique, sauf & reserué par ledit Arrest le droict d'indemnité desdits opposans, contre qui ils verront estre à faire, qui est pour la restitution de leurs deniers, &c.

7 QVAPROPTER, vt summatim rem complectar, extra prædictos casus, interdicta est Canonicis cunctatio omnis, nedum caussæ cognitio dilatoria in nouitium Sodalem templi, à Collegio te-

Arestum Curiæ die. 14. Augusti An. 1382. contra Canonicos Ecclesiæ Parisien. Iudicia curiæ die 7. Septemb. 1479. & die. 7. Ianuar. 1534. contra Canonicos Ecclesiæ Carnuten. super appellatione tanquam ab abusu in eos interiecta ab Episcopo Carnutensi, qui præsentatum ab eo Canonicum respuerant. Abbas B. Nicasij Rhemensis, Abbas Vallis regiæ Cisterciensis ordinis, in Rhemensi dioecesi. S. Consultum aduersus Capitulum Ecclesiæ Turonen. Die. 22. Febr. An. 1575. Placitum Curiæ die. 21. Febr. An. 1572. de Statutis Ecclesiæ S. Hilarij Pictonum: Cuiusmodi tria hæc sunt. Primum, ne resignatarius in canonicum admittatur, nisi resignante priùs compellato, & interpellato, velit necne in sententia & cessione sacerdotij perstare: Secundum, ne cooptetur in collegium nouitius canonicus, nisi frequenti illius Ecclesiæ Conuentu, quod *Capitulum generale* vocant: Tertium, vt ante omnia de noui canonici moribus inquiratur. Decretum Senatus contra Capitulum *de l'Eglise de Laon*, Die 21. Martt. An. 1339.

cipi postulantem. De quo peruetus citatur Curiæ iudicium aduersus Ecclesiasticos Socios Lutetianæ Ædis maximæ secundum Guliel. Baronen, cantorem in ea sacta Basilica. Postridie Iduum Sextilium An. 1382. Eiusdem decanum Collegij & Cancellarium honestauit Innocentius. 3. delegata iurisdictione inter Carnutense canonicorum Sodalitium, ac Blesensem heroinam. Cap. 23. & 24. De verb. signif. In Antiq. Sicuti & Nicasij, & Vallis regiæ Rhemorum, Cœnobiarchis mandat Innocentius 3. cognitionem Ecclesiasticæ causæ, Cap. olim. De rescrip. Quinetiam sacro Carnutum Collegio idem à Senatu, quod Parisiensi illi, vetitum ostendimus: ne adumbrata causæ notione aliqua moraretur noui beneficiarij receptionem. Decreto luculento. 7. Idus Septemb. An. 1479. & altero. 7. Idus Ianuat. An. 1534. quod in publica fori disputatione Præses pro tribunali recitauit. At nuper Turonenses canonici eodem errore lapsi sunt, & adiungi collegarum albo petentem recusarunt admittere, quasi de beneficiarij iure ampliùs cognituri. Ab iis proinde ad Senatum emissa prouocatione abusus ergò, superior euasit, qui prouocarat. Aresto. 8. Kal. Mart. An. 1575. Nec diuersum paulò antea de appellatione ceu ex abusu decretum est in Canonicos Fani Hilarij Pictauensis: Adiecto eo, vt quæ nouis canonicis recipiendis præscriptæ fuerant Collegij huiusce Constitutiones ac regulæ, in posterum seruarentur. Iudicato. 9. Kal. Marr. An. 1572. quùm Pasquerus Collegij causam egisset. Plura in hoc argumentum pete ex Priuileg. 6. Regaliorum, apud Ruzæum, qui simile omnino S. Consultum refert, in Laudunenses canonicos factum. 5. Idus Mart. An. 1339. Tum ex Philip. Probi Quæstione. 36. Et Cassiodor. Decis. 8. Tit. De causa possess. & propriet. Quòd si nouus beneficiarius augeat vsitatum Canonicorum numerum, contemptáque Ecclesiæ ipsius consuetudine, transgressus numeros cupiat in possessionem induci, rectè Collegium abnuet reijciétque iniquum petitorem. Ita Heduensis Templi maioris Præbendorum numerũ exactè seruari mandauit Honorius. 3. Cap. penult. De constitut. Sic ab Episcopali Santonum Sodalitio præclusus est in Collegium ingressus nouitio canonico, quadragenarium numerum canonicorum excedenti. Apud Innocentium. 3. in Cap. Pro illorũ De Præbend. Et Gregorium. 9. Cap. Transmissæ De Verb. signif. Santonẽsis etiam meminit Ecclesiæ Oldradus I.C. Responsis. 291. 292. muliebrísque pariter Cœnobij B. Mariæ Santonensis. Qua ex Diœcesi manarunt optimi Antistites, Petrus quidam, Clodoueo Rege, qui Aurelianensis. 1. & Eusebius, qui Aurelianen. 5. Conciliorum decretis calculos admouerunt. Ne pluribus percenseam Ilonem Santonum Episcopum, à quo primùm coactus est Sacerdotum cœtus in pontificalem Ædem, ibíque extructa ab eo claustra, & canonicæ vitæ illis præcepta tradita.

Consilia Oldradi Episcopi *de Xainctes*, in Aquitanica Gallia.

QVEMADMODVM mortuo eo qui sacerdotium eiurarit, an- 8
tequam

tequam destinatus ab ipso successor possessionem nactus sit, vacat morte sacerdotium, non cessione, ex Pontificio Canone Innocentij. 8. *De publicandis resignationibus.* Sic *resignatario* superstes eiurator postliminio redit in pristinum ius sacri Ministerij citra nouæ collationis tabulas: Nisi is cuius gratia alter renunciaret Ecclesiastico muneri, talem renunciationem sua vnius causa factam acceptasse probaretur conspicuis rerum argumentis, non tacita quadam coniectura. Eapropter *resignatarij* ex obitu successor iudicio superatus est ab eiuratore sacri beneficij superstite, qui necdum ipsius possessione decesserat. Aresto. 7. Idus Septemb. An. 1565. de canonicatu Fani Pictauensis Diuæ Mariæ sacri, inter Francisc. Paumerium, & Andræam Chonetellum litigioso. Sunt & alia pleraque canonicorum Collegia in Pictauensi Vrbe, ac imprimis Beatæ Radegundi ministrantium illud, cuius Præfecto Gregorius. 9. commisit sententiarum rogationem variorum Ecclesiæ præsulum de controuerso Aquitaniæ sacro Primatu, inter Bituricum & Burdegalensem Archiepiscopos. Cap. Humilis De maiorit. & obedien. Quanta verò in vniuersum extiterit Pictonum Ecclesia, testantur complures raræ pietatis Episcopi: D. Victorinus, cui laudum suarum prædicator Hieronymus contigit, Liberius, Cupianus, S. Agon, Hildipianus, Iustinus, Bellator, Aliphius, Pascentius, D. Hilarius, posteríque alij seriatim descripti in Aquitan. Chronicis. Ad alios item Pictonici Cleri Antistites variæ extant decretales Epistolæ Alexãdri. 3. in Cap. ex literis, De sponsal. Cap. 2. & vlt. De eo qui cognou. consanguin. vxor. suæ, Tum Innocentij 3. Cap. Iohannes, de cler. coniug.

Resignatario ante acceptationem beneficij obeunte, resignans sine noua superioris collatione potest retinere illud beneficiũ. Iudicatum Curiæ Parisien. die 7. Septemb. Ao. 1565. de canonicatu & præbenda Ecclesiæ collegiatæ *de nostre Dame, à Poictiers.*

Hoc Gregorij P.P. rescriptum dirigitur ad Priorem secularem canonicorum Sanctæ Radegundis, & Archydiaconum Lemouicensem.

S. Victorinus, seu Nictarius, apud Diuum Hieronymum, in Catalogo Scriptorum Ecclesiast.

9 SCISCITEMVR iam, nũm sacerdotio cedens amici fauore, qui ante acceptatam donationem exierit è viuis, eundem teneat ordinem, quem priùs habuit, tanquam suum in locum restitutus. Non videbatur prima fronte, quùm is, noui canonici instar, sublegatur in locum designati successoris præmortui, atque ita sufficiatur in numerum, non in gradum. Cæsarea Valentin. & Valentis Lege, Si quis in archiatri De professor. & medic. Lib. 10. Cod. quibus suffragatur Vlpiani responsum Lib. 1. Disputationum. l. qui ad tempus ff. De Decurion. Humanior tamen placuit sententia, eundem à renuntiante gradum ordinemque retineri, in quo fuerit is pridem collocatus. In absentem enim collata sacerdotij donatio non priùs lege rata est, quàm donatario ipsi grata acceptáque habeatur. Rescripto Bonifacij. 8. Si tibi absenti De præbend. Ex quo efficitur, vt antiquus sacerdos, qui nondùm desierit sacerdotium possidere, eundem inter sacros Sodales locum obtineat, quoad successor aduenerit. In hunc sensum trahi potest quod respondit Celsus I. C. lib. 3. Digestorum l. 17. ff. De offic. præsid. Idque Patrum Conscript. iudicio decisum est. 10. Kalend. Februar. An. 1549. de summi Biturigum templi canonicatu: Riantio, & Thuano litigatorum hinc inde causidicis. Horum canonicorum Decano Bitu-

Canonicus resignans, mortuo ante acceptationem resignatario, remanet in eodem gradu & ordine inter canonicos socios, quo priùs.

Decretum Curiæ, die. 23. Ianuar. Ao. 1549. *d'vne Chanoynie & prebende de l'Eglise de Bourges.*

ricensi mandauit Honorius. 3. Ecclesiasticæ litis disceptationem ac diiudicationem. Cap. Venerabili De sentent. excommunic. Ac Biturica adeo Ecclesiæ Præsules olim præfuêre clarissimi, Leo, qui Turonensi.1.Synodo interfuit: Thetradius, Aurelianensi.1.Honoratus. 1. Aurelianensi. 2. Honoratus. 2. Aruernensi: S. Archadius, Aurelianensi: 3. S. Desideratus, Aurelianen.5. Probianus, Parisiensi: Fœlix, Turonensi. 2. Rhemigius, Matisconensi. 1. D. Sulpitius Seuerus, Matisconensi.2. Wlfeodus, Cabilonensi: Trecensi, Frotarius. Ludouico Balbo Francis imperante. Auorum denique memoria, adfuit Constantiensi œcumenicæ Synodo Hilermus Boyfratierus Biturigum pontifex, An. 1417. Sicuti paret ex eiusdem sacri Conuentus Sessione. 41. Concil. Tom. 4.

Biturigum Archiepiscopi.

Concilium Parisien. An. 551.

10 DISPVTANTEM de honorarij gradus prærogatiua in Collegiis canonicorum non parua subit admiratio, qua leuitate nostri temporis pseudoclerici abdicare se audeant Ecclesiastico munere, vt id renuente postea donatario, ipsi odiose confligentur de iure ordinis honorumque repetendo. Hoc facit mehercle, nimia licentia, procliuiorque vsus eiurandi sacerdotij cuiusuis, commutandi, deserendi, vel etiam nummario commercio (proh dolor) alienandi. Quid ad hæc Bernardus Clarouallensis? Alligatus es, inquit, vxori, noli quærere solutionem. Blanditur depositæ sarcinæ libertas? Sed charitas nō quærit quæ sua sunt. Fortè quietis prouocat & otij gustus suauior: Sed euacuatur dispendio pacis. Libenter carebo quantolibet etiam spiritali quæstu, qui non possit acquiri, nisi cum scandalo. Ille nequissimus & charitati per liuorem, & per mendacium veritati contrarius, falsum mel cum vero melle permiscens, dum promittit dubia pro certis, immittit quoque vera pro falsis: non vt conferat quod frustra speras, sed vt auferat quod fructuosè tenes. Circuit & quærit qualiter omnibus curam Pastoris subripiat, dum non erit qui eripiat, & nihilominus Pastorem illum horrendo maledicto subiiciat. Væ isti, per quem scandalum venit. Hæc ille, Epist. 82. Sic & alius Gallici nominis auctor Prosper Iulianum consolatur Episcopum Toletanum, quem suscepti Episcopatus pœnitebat: Volentes, infit, Ecclesiam vobis creditam dimittere, nulla alia res adegit mutare consilium, nisi periculi maioris incurrendi metus. At si periculosum est, nauim inter fluctus non regere, quantò periculosius, vndis intumescentibus fluctuantem tempestati relinquere? Ad quam vt satius est non ascendere, ita semel susceptam conuenit, fluctuantis pelagi abiecta formidine, in portum absque mercium iactura perducere. De Vita Comtemplatiua Lib. 1. Cap. 16.

In leues sacrorum beneficiorum eiuratores ac desertores.

D. Bernardus.

11 NEC liberior quondam fuit sacrarum Sedium translatitia mutatio, quàm sacerdotij cessio pura: Vetitusque tùm vnius Ciuitatis ad aliam transitus. Niceno Patrum Ecclesiasticorum decreto (Cap. 15.) Chalcedonensi, (Cap. 5.) Antiocheno. 16. (Cap. 21.) & Carthaginensi. 3.

Ne vnius Ecclesiæ Episcopus ad aliam transeat, aut immigret, vtpote ab ecclesia Nicomediæ ad Constantinopolitanam.

ſi. 3. Cap. 38. Inde Euſebium quendam inſectatus eſt Theodoritus, quòd Nicomedia deſerta, cuius pontifex erat, commigraſſet ad Byzantiorum Eccleſiam. Sacræ Hiſtor. lib. 5. Cap. xi. Tametſi Socrates mordicùs aſſeruerit; Proclum è Cyziceno, quo fungebatur, præſulatu, transferri ad Conſtantinopolitanum potuiſſe. Lib. 2. Tripart. Hiſt. Cap. 8. Enimuero in motoriam hanc vagamque Sacerdotum tranſlationem inuehitur Liutprandus Ticinenſis Eccleſiæ Leuita, Manaſſem increpans Arelatenſem Epiſcopum, qui Hugonis Italiæ regis accitu, derelicta ſua Eccleſia, tranſiliiſſet ad Veronenſem, Mantuanam, & Tridentinam. Manaſſe, contrà, facti probrum eluente, ab Petri exemplo, qui Antiochia Romam traductus, Euangelico ſcribæ Marco commendarit Antiochenum Chriſtianorum gregem: Ita tamen, vt Marcus ipſe ex Aquileienſi diœceſi quam primò inſtituerat, ad Alexandrinam ſe conferret. Liutprandi lib. 4. Cap. 3. Floruit hic rerum Italicarum ſcriptor An. 910. quo Berengarius Foro Iulij princeps Cæſareos ſibi in Italia titulos vſurpabat. Ei Liutprandus cum à ſecretis fuiſſet, & ab epiſtolis, orator deinde eſt ad Græcos Auguſtos legatus: Vt de ſe ipſe prędicat Libr. ſupradictis. Sed quia in Græcorum mentionem incidimus, ſcitum eſt pauliſper obſeruare, vno caſu permiſſam olim in Græcia Epiſcopi tranſlationem ad alium, eiuſdem ſcilicet Metropolis, Epiſcopatum. Sacra Manuëlis Patriarchæ Conſtitutione, quam vnà cum aliis Byzantiorum Antiſtitum legibus, Balſamon in publica redegit monumenta, hac Operis inſcriptione* Θέσμοι Ἀρχιερατικοὶ τῆς Κωνσταντινουπόλεως Ἀρχιεπισκόπων καὶ Πατριαρχῶν. A Sigeberto itidem relatum eſt, D. Medardum Epiſcopalem Sedem, quæ fuerat *Liermandus*, ea ſubuerſa, tranſtuliſſe Nouiodunum Veromanduorum, eidem videlicet ſacræ Metropoli contributam ciuitatem. In Chronico Anni. 535. Omnium verò maximè intolerabilis fuit tranſitio ad alterius Eccleſiam Regni ac Imperij. De qua Yuo Carnutenſis ita fatur. Quæ lex permittit, vt Radulfus Dunelmenſis Epiſcopus de Eccleſia alterius Regni ad aliam Eccleſiam tranſeat, & velut quadam mœchatione præſentiæ ſuæ, vel filiorum ſuorum occupatione Lexouienſem Eccleſiam per violentiam Anglici regis inuadat? Epiſtola. 179. ad Robertum Comitem Mellentinum. Nec diu poſt ea Yuonis tempora, Alexander. 3. P.P. improbauit Gallicanæ Eccleſiæ conſuetudinem, quæ vnum ad plura Eccleſiæ beneficia reciperet, tametſi præ multitudine delinquentium emendari nequiret. Vt Pontifex ipſe Ianuenſi Epiſcopo reſcripſit, Cap. 1. De Præbend. In Antiquis Decretalium Collectionibus nuper edito Opere publicatis.

De Tranſlatione Epiſcoporum.

*Sacratiſſimæ Leges Archiepiſcoporum, & Patriarcharum Cõſtantinopolit.

Liermandus, *Vermãd.* Vnde *Vermandea* dictum.

Noyon.

Lyzieux.

Robertus *Comte de Meulanc.*

Vetus Eccleſiaſticorum Galliæ morum corruptela, in poſſeſſione plurium ſimul beneficiorum.

Arreſt d'audience à Rennes du 23. Septembre 1560. entre Iehan Rubail, chanoine de Nantes, & Gilles Hamon auſſi chanoine de Nantes intimé. L'intimé dit que le Chappitre de Nantes l'an 1555. luy fit refus de prendre poſſeſſion de ſa prebende, par acte paſſé deuant Notaires. Depuis a obtenu Arreſt de maintenue contre ſon competiteur. Cependant l'appellant ſe faict pourueoir d'vne chanoinie, & eſt receu en Chappitre long temps apres ledit refus, qui equipolle à poſſeſſion. L'intimé au contraire dit qu'il a la poſſeſſion annalle naturelle, laquelle preuault la poſſeſſion ficte & ciuile dudit refus, lequel n'opere que contre ſondit competiteur, & non pas contre vn autre tiers poſſeſſeur, pour auoir la premiere ſeance & rang entre les chanoines. Par arreſt la ſentence du Iuge de Nantes eſt confirmee, & ordonné que l'intimé procedera in choro & in Capitulo, & ailleurs l'appellant, en faiſant le ſeruice de Chanoine en ladite Egliſe.

Præminentia ordinis sessionisque inter collegas computatur ex prioritate nō quidem receptionis, sed exercitij publici Magistratus.

QVONIAM ex antedictis sessionis ordinem canonicorum in Sodalitio metimur possessione vetustiori, subnotandum est hanc honoris prærogatiuam non sola acquiri in Collegium assumptione, nisi eam mox sequatur Ecclesiastici muneris functio & exercitium. Vt enim profana obiter cum sacris, Regiáque munera conferamus, iudicatum est à Senatu Parisiensi, eum, qui prior in magistratum lectus ac receptus sit, honoris tamen gradu alteri postponi, qui antequam ille actu gereret Magistratum, interim & adscitus fuisset in Iudicum Ordinem; & munere suo dietim fungeretur. Nam quòd vulgò ferunt, antiquiorem eum haberi, quem Ordo primùm comprobarit, admiserit. Bartol. in l. qui ad tempus π. De decurion. Decius Responso. 161. Hoc ita accipi debet, si receptus munus suum obeat, & ipsa re administret.* Ex sententia Imperatoriæ Legis. 1. De Consulibus Lib. 12. Cod. Profero facti speciem. Benedict. L'Archerius in filij gratiam cessit regio Consiliarij munere in suprema Vectigalium Curia apud Lutetiam, cum ea lege, vt præmoriente alterutro, superstes publicum munus hoc retineret. Filius ilicò probatus iudicio Ordinis, assumitur in Curiæ collegium. Quùm autem pater functione ipsa magistratus nondùm vellet decedere, eo demùm sublato, agitatum est, an filium subinde in Curiam ingressum anteire deberent qui medio tempore, ex quo receptus fuerat filius, parem inierant gesserántque magistratum. Intendebat quidem ille, primùm se Principis iudicio dignitatem consecutum, anteriùs etiam receptum. Quòd si munere in Repub. posteriùs functum opponeretur, suum locum ordinémque à patre seruatum fuisse, qui filij velut vicariis operis, quibus in eo magistratu perfunctus sit pater, honorum ius gradumque filij tutatus sit. Causa accuratè perspecta, decretus est iis à Curia sessionis & honorum primatus, qui posteriùs recepti, priùs magistratum exercuissent. Aresto. 7. Idus Quintiles. Ann. 1551. quùm Portanus pro L'Archerio: Thuanus, pro honoris cōpetitoribus in Foro dixisset.

Philip. Decij Consilium. 161.

Lege. 1. Cod. De Cōsulib. Lib. 12. cautum est, inter habentes eandem dignitatem, illum debere antecedere, qui priùs sit dignitatem adeptus, etiamsi posterior fuerit eandem pluries assecutus. Si tamē prior in Consulatu, Principatus honorem assecutus fuerit post eum, qui est in Consulatu, est posterior, & in Principatu prior hoc casu præfertur. cit. l. 1.

Decretum Senatus die. 9. Iulij. 1551. de iure præsessionis inter quosdam Consiliarios Curiæ Iuuaminum, *Court des Aydes.*

QVÆ omnia ad sacerdotum Ordinē accōmodari, similitudinis ratio patitur, quòd pij officij intuitu sacra beneficia ab antiquis fūdata sint ac instituta. Eam ob causam nouitio cuique canonico Ædis wlfrannij iniunctum est assidui ministerii onus, Pontificio Greg. 9. diplomate, Iudicúmq; ab eo datorū Sententia, his verbis. *Nullus de prædicta Ecclesia Canonicus fructus suæ præbendæ percipiat ab eadem, nisi quolibet anno residentiam faciat decem mensibus ad minus in Abbatisuilla ad seruitium Ecclesiæ prædictæ: Nisi obtēta licentia Decani & Capituli causa studij, de quo fructus dignos valeat sufferre, vel causa peregrinationis, aut ægritudinis, seu etiam proprij negotij sine fraude & dolo, Decano & Capitulo expositi. Præcipimus etiam, vt in crastino octauarum Petri & Pauli omnes in Ecclesia residētes canonici conueniāt in Capitulo, vt tunc, vel antequā fructus sequentis Augusti recipiant, præstet vnusquisq; Canonicus iuramentum, se prædictā consuetudinē de residentia facienda fideliter obseruare.* An. 1237. Quos quidē Romanæ Sedis

Ecclesia collegiata *de S. VVlfran d'Abbeuille, en Ponthieu.* Cuius Canonici tenentur ad residentiam hîc declaratam.

Sedis codicillos excerpſimus è Chartula reformarionis Collegij canonicorum D. Wlfrannij in Abbeuillana Ponriuenſium vrbe, quod reſtitutum ac emendarum fuit ab Epiſcopo Ambianenſi, auctore Gregorio. 9. Pontifice Max. Sed onetoſi miniſterij rigorem illic impoſitum relaxauit Innocentius. 4. P. P. quodammodò, rali ſcriptura: ORDINAMVS, VT CANONICORVM STATVTO PRIMÆ ORDINATIONIS OBSERVATO IN ALIIS, AD RESIDENTIAM. 8. MENSIVM TENEANTVR, ET QVI PER. 8. MENSES CONTINVE VEL INTERPOLATIM RESIDENTIAM FECERINT, ET COMPLEVERINT IN ECCLESIA SEV PEREGRINATIONE, VEL IN SCHOLIS CONTINENTIAM, DICANTVR RESIDENTIAM FECISSE, QVOLIBET MENSE. 28. DIERVM COMPVTATO, CVM EODEM NVMERO MENSIS STAGII, QVI IN ECCLESIA AMBIANEN. COMPVTETVR, &c. Huius Eccleſiaſtici Collegij pius conditor fertur Ponriuenſium Regulus, vicenis Canonicis ibidem conſtirutis. Quem numerum, ſenario addito, auxêre Ianus Pontiuenſis & Monſtrolienſis Comes, Beatrixque coniunx, vnà cum wilelmo filio. An. 1138. Eòdem collara ſunt varia poſterorum Comitum, deinde Regum munera ac priuilegia: Vti ex Comiris Hilermi literis conſtat. An. 1205. tum Mariæ iſtius filiæ An. 1247. Ianæ irem Caſtulonenſium Auguſtæ, & Ponriuenſium Comitis. Menſe Sextili Ann. 1255. Regiis denique Gallorum Reſcriptis Maio Menſe An. 1369. 1436. ac Menſe Februar. 1476. Longè verò antea Rorgonem Abbatiſuillæ dominum D. Bernardus cohortabatur ad largienda quædam latifundia Cœnobio *de Alchi*. Epiſtola. 350. Nimirum vt hac non ram liberalirare, quàm rerum permurarione donaror reciperet æternas opes, caducarum vice, ac immortales, * χρύσεα χαλκείων, &c. Vti Homerico verſu expreſſum eſt.

Pontiuenſes (*de Ponthieu*) Comites, in Belgio: Quibus extinctis, longóq; poſt interuallo, Carolus 5. Rex Comitatum Fráciciæ Coronæ perpetuò coniunxit, & in formam iuſtę Prouinciæ redegit, inſtituta ibidem Regia ſede: A cuius magiſtrato prouocationes purè ad Lutetianum Senatum deuoluerentur. Edicto Menſe Maio An. 1369. Quod in Acta Curiæ Pariſien. relatum eſt die. 25. Iunij Eod. Anno.

Iohanna Caſtellæ regina, in Hiſpania, & Comitiſſa *de Ponthieu*.

* Aurea pro æreis: Qualia apud Homerum Glaucus dedit Diomedi.

L'Archeueſque de Tholoſe par couſtume ancienne à ſa nouuelle reception doit fournir & payer les ornemens de chappelle garnie, qui montent quelquefois iuſques à 2000. eſcus, & de coy a eu Arreſt du parlement de Tholoſe, contre les heritiers du ſieur de Foix, reſignataire dudit Archeueſché du Cardinal d'Armagnac qui s'en eſtoit reſerué les fruicts ſa vie durant. Tellement que leſdits heritiers du reſignataire mort auparauant que d'eſtre entré en iouyſſance deſdits fruicts, ont eſté condamnez. Maynard Lib. 1. de ſes Deciſions de Tholoſe Cap. 4. Pareille couſtume de bailler in ingreſſu en Chappitre vne ſomme pour employer aux chaſſes & ornemens de l'Egliſe a eſté confirmee par Arreſt du parlemēt de Paris du 22. Mars 1547. entre les preſtres & deſeruiteurs de l'Egliſe noſtre Dame d'Orilhac & les Conſuls de ladite ville, Liu. 5. Tit. 3. Arreſt 8.
Vide item de l'Eueſque de Niſmes au Monaſticon. Tit. 3. Lib. 1. art. 6.

14 MISSVS fuit in poſſeſſionem beneficiarius, locarúſque in merito cum Collegis ordine, pro celeriori ſacræ functionis obeundæ ſtudio ac diligentia. Percunctemur nunc, tolerabile ſit necne, aliquid pro introitu ſacro Sodalitio erogari. Neges forſiran, * Iſagogicum huiuſmodi eam in cauſam dependi oportere. Siquidem à Baſilienſi Patrum Eccleſiaſt. conuentu inhibita eſt pollicitatio omnis, nedum erogario, quæ à nouis beneficiaris fiebat donati ſacerdotij nomine. Tit. De Annatis In verb. exactiones, &c. Atq; ideo Bononię vrbis ad Oceanum canonicus prouocauit in hanc Curiā à vereri Conſtirutione ſacri Morinorum Sodalirii, de fructibus primi anni ſacerdorii vacantis Collegio attribuendis: Quā ille cōſtitutionem abuſiuè larā aſſerebar. Econtrà allegabatur: Collegio licitū

* quod pro nouo aduentu præſtatur, *les droicts d'entree.*

Conſilium Baſilienſe.

Canonicus Bolonię ſupra mare, nunc Epiſcopalis ciuitatis, qui ad Senatum appellauit tanquam ab abuſu, à Statuto Eccleſiæ *de Terouenne*, à qua,

priusquam hæc vrbs funditus euerteretur, pendebat Bolonia, & ex qua Boloniã translata est sedes Episcopalis, pro parte Gallorum.

esse de iis statuere, quæ totius res Sodalitii contingant: Illud tametsi nulla præditum sit Iuridica potestate. Vt sensit Bartol. in l. Omnes populi ff. de Iustit. & iur. Felyn. in Cap. cum omnes De cõstitut. l. receptitia, Cum glossemate ibidem Cod. De constit. pecun. Innocentius Pontificij iuris enarrator in Cap. cum accessissent De constitut. Annariam deinde illam canonicorum legem summa ratione sancitam fuisse, vt primi anni velut caducarij prouentus impenderentur in Templi sacrorúmque refectionem ędificiorum, aut in ęs alienum defuncti, quod iustis nominibus conflatum esset, dissoluendum. Patres Consct. habita vtrinque à patronis oratione forensi, reiecerunt negotium in ampliorem deliberationem. Pridie Nonas Ianuar. An. 1575. Lomedeo, appellantis: Chipardo, Collegij: & August. Thuano, fisci aduocatis. Rem ita puto distinctione dirimendam. Aut Ecclesiastico Statuto onus annalis perceptionis redituum ex Canonici obitu, indictum est ipsi canonicatus sacerdotio piam in causam, vt ꝫ. Tunc valebit sacrorum Sodalium constitutio, de beneficiariis vnius anni fructibus à morte Canonici, Societati adplicandis. Vt sanxit Honorius. 3. Cap. Tua nobis De verb. signific. & Innocentius. 3. Cap. vlt. De iis quæ fiunt à maior. part. Capit. Vbi nominatim de sacra Fabrica summæ Rothomagensium Ecclesiæ. Quibus adstipulatur Bonifacij. 8. sanctio Pontificia, in Cap. Si propter De rescript. Lib. 6. Aut verò illud onus personæ iniunctum est, impositúmque. Eo casu talem consuetudinem non habemus nec Ecclesia Dei, vt qui sacris superni Numinis operantur assiduè, iis dicata stipendia, alimentáque minuantur. Innocentij. 3. Rescripto, Iacobus De Symon. Guymierus copiosè. Tit. De Annatis, In Pragmatica Francorum Sanct. Secundùm quæ iudicauit Senatus contra Archiepiscopale Turonum Sodalitium, victore Berteloto canonico qui ab Ecclesiæ *Statuto Parlamentarem* Curiam appellarat. Extemporali decreto, quod Lizetus eiusce princeps Curiæ pronuntiauit. An. 1540. Seguerio causam orante.

Appoincté au Conseil en Parlement. Dec. 4. Ianuar. An. 1575.

Rouen.

Arestum Curiæ contra Capitulum Ecclesiæ Turonens. donné en plaidant, pour le Chanoine Bertelot.

Altero item casu potest à nouitio canonico dari quidpiam 15
pro ingressu in Collegium, quando ij, quibus sacræ huius militiæ introitus erogantur, nonnihil laboris conferunt ad nouum operarium in messem Dominicam, possessionémque sacerdotii immitendum. Sic more antiquitùs recepto, Senonum Archydiaconus in throno

Sentence des Requestes du Palais du 17. iour de Decembre 1571. entre maistre Fiacre Pellerin, Archidiacre de Sens, ayant repris le procez au lieu de maistre Nicolas Cardinau, Archidiacre en ladite Eglise de Sens, demandeur & complaignant: & messire Robert de la Menardiere, Abbé de saincte Columbe lez Sens, defendeur & opposant. Sur ce que ledit demandeur disoit à luy competer le droict d'intronisation & installation 4. des nouueaux abbez en la possession de leur Eglise & siege abbatial, & que pour ce il deuoit auoir vn marc d'or, & ses deux chanoines l'assistans vn marc d'argent. Que toutesfois le defendeur s'estant entrue en la possession de ladite Abbaye sans luy, & sans luy auoir payé ledit droict, il auoit formé complaincte. Le defendeur disoit que par les priuileges des Papes ladite Abbaye est exempte de la iurisdiction & correction des Archeuesques & leurs Archidiacres, & de tous droicts Archiepiscopaux & diocesains, & de la visitation desdits Archeuesques & Archidiacres de Sens, & immediatement subiecte au sainct Siege Apostolique. Que le demandeur ny ses predecesseurs n'ont iamais entrepris d'installer les Abbez de saincte Columbe. Veu le procez & titres des parties, le demandeur debouté de sa complaincte. & le defendeur maintenu & gardé en possession: qu'il n'a esté loisible ausdits Archidiacres de demander les droicts par eux pretendus, à cause de ladite intronization & installation, desquels droicts ladite Abbaye est exempte, le demandeur condamné és despens, dommages, & interests procedans à cause du trouble. Ceste sentence des Requestes du Palais confirmee par Arrest du 5. Iuillet 1572. sur l'appel dudit Pellerin Archidiacre de Sens, lequel est condamné en l'amende & aux despens.

throno pontificali collocat non modò qui à suffragiis sunt Metropolitæ Senonensi, Episcopos, sed Archipræsulem quoque ipsum: A quibus vicissim huius velut officij merces Archydiacono dependitur auri selibra, duæque selibræ argenti binis Sodalibus Ecclesiasticis destinatæ, quos in eam operam Archidiaconus sibi socios comitésque adsciuerit. Nummariam enim hanc præstationem diuturno vsu probatam ostendit Gregorius. xi. P. R. eximio Rescripto: professus ibidem, iuueni etiamdùm sibi innotuisse, munus istud Archidiacono præberi solitum ab Archiepiscopo, & suffragantibus ipsi Episcopis, qui pontificalem primùm ciuitatem ingrederétur. Quantò minùs noui illi Præsules Symoniaci ambitus lege teneantur, erogato pro introitu munusculo? Iuuat quippe eam consuetudinem Iustinianea Constitutio. §. pro consuetudinibus. Nouella De sanctiss. Episcop. Collat. 9. Iuuat & priscus optimarum Politiarum mos, in quibus licet gratuita foret sacerdotij peririo, nulla pecunia tributim centuriatimvè pronunriata: solebat tamen vltrò appendi pecunia, Enthroniastici ritulo. Cuius rei locuples testis est Plinius ad Traianum Cæsarem, ita, Superest (inquiens) vt ipse dispicias, an in omnibus Ciuitatibus certum aliquid omnes qui Buleutæ leguntur, debeant pro introitu dare. Quod & Scæuolæ responso confirmatur Lib. 17. Digestorum l. his verbis §. alumno, Et §. idem testator, ibi, pro introïtu ff. De legat. 3. Quinetiam à Tullio laudata est candidatorum liberalitas, suffragatori populo munus edentium. In Oration. pro Murena. Spectacula enim Romæ mercedes extiterunt magistratuum collatorum. Vt ait Plutarchus in Bruto. Eundem Marcellus Togatæ gentis morem obseruauit Lib. singulari Responsorum in l. Publius D. De condition. & demonstrat. Quibus rerum exemplis velut cumulus accedat iudicatorum auctoritas, variáque Parisien. Patrum decreta secundùm maiorem Senonum Diaconum, petentem honorarias eiusmodi pro introitu erogationes, contra Antissiodorensem, Carnutum, & Niuernensem Antistites. Nec diuersum postremò Curia definiuit aduersus Senonum pontificem ipsum. Dispar quidem ratio Archipræsulis, & subditorum ei Præsulum videbatur, quòd Archydiacono Vrbe egredi necesse non sit ad locandum in sacto Solio Metropoliten. Quùm tamen à Gregoriano illo diplomate prouocasset Archiepiscopus Ludouicus

De nummario munere Senonum Archidiaconi debito, pro installatione noui Archiepiscopi, & Episcoporum Senonen. Prouinciæ.

Le marc d'or deu à l'Archidiacre de Sens, & le marc d'argét aux deux chanoines de Sens qui l'accompagnent en l'office de l'installation qu'il faict de l'Archeuesque, Euesques suffragans, & abbez.

Ista Marca auri, quæ Senonen Archydiacono debetur, valet. 72 aureis, aut circiter eam summam. Sed ex honestate & decoro Archydiaconus huiusce partem honorarij remittere solet.

Par arrest du 3. Septembre 1601. les 6. archidiacres du Mans à faute d'auoir eu tiltre de leurs ... Geoffroy de l'an 1258. ont perdu leur procez contre vn Curé, au rapport de monsieur Bouchet en la 5. chambre des Enquestes, & leur est adiugé seulement le deport in casu litigij vel veræ vacationis per obitum, *suiuant les anciens arrests donnez entre autres, mesmes celuy de l'an 1544. contre leur doyen.*

Arrest de la Cour du 28 Ianu. 1462. entre Miles, Euesque de Chartres appellant, & N. Chesneteau, archidiacre de Sens intimé, iugé pour l'Archidiacre.

Autant par Arrest d'acquiescement de Iehan du Tillet, Euesque de Meaux, appellant des Requestes du Palais, au profit de N. Peleron, Archidiacre de Sens du 22. d'Octobre 1569. Il y en auoit procez en Parlement l'an 1603. entre l'Abbé des Eschaliz, au Bailliage de Sens, ordre de Cisteaux, qui se pretend exépt par Bulles de tous ordres & diocesains, & n'ont que faire de se faire installer en possession par l'Archidiacre de Sens: c'estoit vn procez par escrit aux Enquestes, où incidemment Frere de Buffeuant, abbé des Eschaliz a appellé comme d'abus de ladite Bulle de Gregoire xj. tout ainsi que Loys de Lorraine Cardinal de Guise, Archeuesque de Sens, en auoit appellé & plaidé contre l'archidiacre Cardinan l'an 1564. où ledit Archeuesque fut declaré non receuable en son appel, comme d'abus. Et dit-on que l'Abbé de saincte Colombe lez Sens a obtenu contre l'Archidiacre de Sens qu'il n'estoit tenu prendre son installation de luy, ne luy payer ledit Marc d'or, ne les deux marcs d'argent à ses deux chanoines l'assistans. I'en ay veu la sentence & l'arrest cy deuant recitez.

Toutesfois par Arrest d'audience du Ieudy 12. de Feurier 1604. plaidant Goutiere pour l'abbaye d'Eschaliz en Champagne, ordre de Cisteaux, appellant comme d'abus de la mesme Bulle de Gregoire xj. touchant le marc d'or pour l'installation pretendue par l'Archidiacre de Sens intimé, pour lequel Goujet, contre lequel les Abbez & Prieurs de l'ordre de Cisteaux auoyent Bulle d'exemption de Gregoire 9. de rien payer pour leur installation, il a esté dit, mal & abusiuement, bien appellé, & ledit Abbé d'Eschaliz, ordre de Cisteaux declaré exempt & deschargé de rien payer, ensemble tous les Abbez dudit ordre de Cisteaux, pour frere Edme de la Croix, Abbé & chef de l'ordre de Cisteaux, contre Gouget pour Edme Mangeant, grand Archidiacre de Sens, intimé.

Bulla Apostolica Gregorij 13. (de qua suprà mentio facta est) ad verbum scribitur Artic. sequenti.
Senatus Parisien. decretum, die. 1. Februar. 1564. donné en plaidant.

Lotharingius Guisij Cardinalis quasi abusiue impetrato, Senatus nullũ ei abusum subesse pronuntiauit. Aresto Kalend. Februar. An. 1564. in publicis causarum actionibus lato: vbi Pasquerus, Archiepiscopo, Bernagius Archidiacono Nicolao Cardinan forensem dicendi operam præbuêre.

Ptolomæus in descriptione Galliæ, sub finem.
Ansegisus Senonum Archiepiscopus.
Gallicanæ Ecclesiæ C[illegible]lium, die. 21. Iu[illegible]. 876.
Odoramus S. Petri viui Monachus, escript ledit Synode estre de l'an 865. apud Pontem Yuonis.

Ab his non longè recedit præclarum D. Bernardi elogium, 16
de Senonensi Hierarchia sic loquentis. Grandis est in manibus, nobili Senonensi Ecclesiæ instaurare Pastorem, &c. Epist. 202. quam ille scribebat ad Clerum Senonensem. Nam Senonum ciuitas, vt Ptolomæo, ethnicæ tunc Galliæ, sic Christianis deinde habita est Francicæ Ecclesiæ Metropolis: Cui Ansegisus præfectus, hoc titulo sacrum Galliæ Germaniæque Primatum sibi vendicauit. In Gallica nempè Antistitum Synodo coacta Bonifacij Legari auspiciis, & Karoli Calui Imp. 11. Kal. Quinriles An. 876. Indictione. 9. Vt est apud Aimoynum De Francorum Reb. Gest. Lib. 5. cap. 33. Gal-

Enuiron l'an 1586. Despinac Archeuesque de Lyon a obtenu Arrest de la Cour de recreance dudit tiltre de Primat des Gaules, sur le possessoire d'iceluy, contre le Cardinal de Pelué, Archeuesque de Sens, estant à Rome.

Arrest de la Cour du 19. Mars 1588. aux Enquestes confirmatif d'une sentence des requestes du Palais du 19. Decemb. 1583. au profit de I. Miette, grand Archidiacre de Sens, contre frere Valentin du Glas, Abbé de S. Remy lez Sens, qui est condamné payer le Marc d'or pour son installation. Vide Cap. vt nostrum De offic. Archydiac. in versic. & ponere Abbates & Abbatissas in sede. Vid. in §. 1. De Annalis, in Prag. Sanct. & ibi Glos. De installatione facta ab Archidiaconis, pro qua nil capere debent.

Au mois de Feurier l'an 1604. il y auoit appel comme d'abus, prest à plaider en Parlement de l'execution de ceste Bulle Gregorienne, pour l'Abbé des Eschaliz, ordre de Cisteaux. Par exemption speciale de l'ordre de Cisteaux, de toute exaction pour l'installation des Abbez dudit ordre, par Bulle de Gregoire 9. expresse. & neantmoins par celle de Gregoire 13. sont specifiez, tant les Abbez du diocese de Sens, que les Euesques de la Prouince dudit Sens, Gouliere pour ledit abbé des Eschaliz, & pour l'abbé de Clervaux ioinct auec luy.

Bituricensis autem Archiepiscopos Aquitaniæ Primas asserit, Burdegalensem, Narbonensem, Auxitanũ, & Tholosanum Archiepiscopos suæ Patriarchali & Primatiali Ecclesiæ subditos esse. Ideóque eos vocari moneríque iussit Ao. 1583 vti suo Primatiali Biturigum Concilio adesse non dedignarentur. Vt in præfatione Concilia- ris eius Libri, qui extat, scriptum legimus.

liæ saltem Primas à B. Petro constitutus fertur Senonum Præsul D. Sauinianus. Apud Antoninum, Primæ Part. Histor. Tit. 6. cap. 25. Etsi verò Lugdunensis Ecclesia iam olim obtineat in Gallia sacrorum principatum, cum ea tamen certasse illam dubia palma, indicat Yuo Carnutũ pontifex, epistola 118. ad Richeriũ Senonensem Archiepiscopũ ita cõscripta. De veteri querela, quã habet aduersus Senonensem Ecclesiam Lugdunensis Ecclesia, laudo & consulo, vt si qua habetis Priuilegia, Apostolica manu roborata, vel scripta authentica, quæ primatum Lugdunen. Ecclesiæ, &c. ab Ecclesia vestra remoueant, & libertatem quam desideramus, eidem Ecclesiæ defendant, ea confratribus nostris ostendatis, & eadem paruitati meæ transmittatis: quibus tanquam firmis sustentaculis innitamur, & libertatem matris nostræ pro posse nostro tueamur. Haud dubiè verò sunt à suffragiis Archiepiscopo Senonen. Lutetianus & Niuernensis Antistites. Vt Innocentius. 3. notat Cap. Inter sollicitudines De purgat. canon. Cap. etsi Iudæos De Iudæis Cap. Cùm ex officij De præscript. Cap. licet De offic. ordinar. Omnes planè harum Diœcesum Episcopi, quales etiam Prouincialibus Senonum Conciliis adesse debere ostendit Innocentianum Rescriptum vltim. De his quæ fiunt à Prælat. quæ sacræ Senonum præfecturæ contribuuntur, idcirco honorarium quoddam præstare tenentur Senonensi Archydiacono, quòd singulas illas regiones Euangelicæ lucis radiis illustrarit Serotinus Diaconus Senonensis,

eóque

eòque diuinorum Oraculorum interprete ex Romana vrbe huc profectò fuerint harum partium indigenę Chriſtiano initiati ſacramento. Ex hinc creditum, Senonenſes Archidiaconos, qui earum Diœceſum Præfectis tradebant ſacroſancti faſtigij poſſeſſionem (velut Chriſtiani illius ſeminarij monimentum) ab iis accipere munus aliquod conſueuiſſe: Vſque adeó, vt litè quondam de eo mota, Pontifex Gregorius. XI. pro Archydiacono iudicarit. Hic enim quùm florenti ætate, Senonum Diaconus maior extitiſſet, ſenex Auenione rexit ſacram Rempub. præſeditqúe Apoſtol. Sedi.

Flodoart lib. 4. cap. 1. ſacræ Rhemenſ. Hiſt. dit que Foulques Archidiacre de Rheims eſcriuāt au pape Eſtienne ſucceſſeur d'Adrian, qui luy reſpōd gratieuſement en termes generaux, que ſainct Pierre auoit premierement enuoyé en France, & deſtiné ſainct Calixte pour Eueſque de Rheims, auquel il auoit donné le primat de toute la Frãce: en laquelle auſſi Hormiſda aueit nommé & ordonné S. Remy pour ſon vicaire. Ce qu'il requiert eſtre confirmé, & que les Papes Martin & Adrian auoient confirmé les priuileges de ladite Egliſe.

Arreſt du grand Conſeil du 13. Nouembre 1586. entre Iacques de la Sauſſaye grand vicaire de l'Archeueſque de Rouen, demandeur en reſtitution de fruicts pour le deport de la Cure de Giury, & Gilles & Denys Bouuiers fermiers de ladite Cure, ils ſont condamnez par appoinctè de payer au demandeur cent cinquante eſcus pour le deport, & vingt & vn eſcus pour les vins & vinages, à cauſe de deux ſols pariſis pour liure de ladite ſomme de cinq cens cinquante eſcus pour le deport de 6.4.2. tiers pour le feſtin, à la charge qu'ils acquitteront le demandeur de toutes charges, tant ordinaires qu'extraordinaires.

Autre arreſt du grand Conſeil du 20. Feburier 1585. entre Louys du Moulinet Eueſque de Sees, demandeur en requeſte pour eſtre maintenu au droict de deport ſur la Cure de S. Pierre de Bazoches au Perche. & que Geruais Morin Curé ſoit condamné luy rendre les fruicts d'vne annee Et ledit Curé defendeur. Veu &c. Le demandeur eſt maintenu en la poſſeſſion dudit droict de deport ſur ladite Cure de Bazoches, & ce faiſant luy adiuge les fruicts de ladite Cure de l'annee finiſſant le 29. Septembre 1584. &c.

Arreſt de la Cour du 2. Iuillet 1594. entre Iehan Miette Archidiacre de Sens, Valentin Glaz Abbé de S. Remy lez Sens, & Iehan Pelerin & conſors heritiers de feu Iehan Pelerin Archidiacre de Sens. Par lequel a eſté iugé que puiſque ledit feu Archidiacre auoit ia obtenu iugement contre ledit Abbé pour le payement du Marc d'or, il appartiendra à ſes heritiers, & non à I. Miette ſucceſſeur Archidiacre.

Par ſentence des Requeſtes du Palais à Paris iugé le 16. iour d'Auril 1597. pour Iehan Miette Archidiacre de l'Egliſe de Sens, que Michel de Chambellan Abbé de S. Remy lez Sens, qui depuis la mainleuee de l'interdit d'aller à Rome n'auoit obtenu prouiſion Apoſtolique de ſon Abbaye, laquelle il cõtinuoit d'exploicter par Oeconomes, il payeroit le Marc d'or audit Archidiacre pour ſon droict d'inſtallation, tout ainſi que s'il auoit eſté pourueu du S. Pere, & comme tel auoit eſté inſtallé en ſon Abbaye par ledit Archidiacre. D'autant que ledit Abbé auoit perceu les fruicts & reuenus de ladite Abbaye, & conferé les benefices d'icelle. Ce qu'il n'euſt peu faire, ne s'immiſcer au temporel ne ſpirituel de ladite Abbaye, s'il n'auoit eſté inſtallé par ledit grand Archidiacre, ſur peine d'intruſion. Iugé au rapport de monſieur Lolin en la 2. Chambre des Requeſtes du Palais en maintenue ſur complainte dudit Archidiacre pour ſondit droict.

Des Archidiacres du Mans & de leurs derniers arreſts touchant leurs deports, Vide Tit. 3. lib. 2. Monaſticon, art. 19. in fin. in margine.

Eius itàque decretum pro Archidiacono ſic habete. *Gregorius Epiſcopus, &c. Dilectis filiis S. Genoueſæ Pariſien. & S. Columbæ prope Senones monaſteriorum Abbatibus, ac Decano S. Agricoli Auenionen. &c. Sanè nuper pro parte dilecti filij M. Nicolai de Veris Archidiaconi Senonen. Capellani noſtri nobis expoſito, quòd dudum inter venerabilem fratrem noſtrũ Nicolaum Epiſcopum Antiſſiodoren. & dictum Archidiaconum, ſuper eo quod Archidiaconus aſſerebat, quòd ad eum ratione ſui Archidiaconatus Senonen. & ad Archidiaconum Senonenſem, qui eſt pro tempore, Archiepiſcopum Senonenſem, nec non prædictum, & alios Epiſcopos prouinciæ Senonen. nec non Abbates monaſteriorum in dicto Archidiaconatu conſiſtentium in primo aduentu eorum in ſuis Eccleſiis & Monaſteriis inſtallare, & in ſedibus ſuis ponere de antiqua & approbata & hactenus pacificè obſeruata conſuetudine pleno iure pertinet, & à quolibet ipſius Prouinciæ Epiſcopo ſic inſtallato ratione inſtallationis huiuſmodi vnam auri, & duo canonici Senonen. quos idem Archidiaconus capere debet, & qui cum eodem Archidiacono pro inſtallationibus huiuſmodi accedere habent, duas argenti marchas, vnà cum expenſis factis per eoſdem Archidiaconum & Canonicos in eundo & redeundo percipere debent: Præfactus verò Antiſſiodoren. Epiſcopus contrarium affirmabat, orta erat materia quæſtionis. Nos qui dum eramus in minoribus conſtituti, dictum Archidiaconatum per multos annos tenuimus, & de ipſius iuribus eramus plenariè informati, ad inſtantiam ipſius Archidiaconi dilecto filio noſtro Roberto baſilicæ. 12. Apoſtolorum presbitero Cardinali viuæ vocis oraculo commiſimus, vt contra quoſcunque Epiſcopos dictæ Prouinciæ, qui deinceps recuſarent ſe per dictum*

Pontificium Gregorij 11. Decretum ilthìc adſcripſimus ad literam, vt perſimilis cõtrouerſię antiquorum Hiſtorica ſeries tota lectori innoteſcat.

Gregorius 11. Papa, Senonenſis antea Eccleſiæ Archidiaconus.

Archidiaconum vel eius vicarium installari, summariè procederet. Qui quidem Cardinalis virtute cõmissionis prędictæ in negotio huiusmodi ad nonnullos actus dicitur processisse. Postmodum verò dilectus filius Iohannes Tit. SS. 4. Coronatorum presbyter Cardinalis volens partes prædictas ad concordiam amicabiliter reuocare, quasdam informationes de ipsius Archidiaconatus iuribus, & super præmissis aliis per fideles & fide dignas personas de partium consensu fieri fecit: Quas nobis nuper sigillatas transmisit, nosque illis receptis ipsas per eundem Robertum Cardinalem aperiri, inspici & examinari fecimus diligenter. Cùm autem idem Robertus Cardinalis nobis nuper fideliter retulerit, se informationem huiusmodi vidisse, & per eam reperisse, quòd nonnulli dictorum Episcoporum per aliquos Archidiaconos ipsius Ecclesiæ, qui fuerunt pro tempore, vel eorum vicarios in suis Ecclesiis installati, dictique Archidiaconi in pacifica possessione installandi Episcopos antedictos extiterint, & marchas huiusmodi Episcopi persoluerint. Nosque etiam toto tempore, quo dictum Archidiaconatum tenuimus, in pacifica possessione installationum & iurium huiusmodi fuerimus. Et propterea nolumus ipsum Archidiaconum super iuribus huiusmodi aliquatenùs molestari. Nos volentes eundem Nicolaum Archidiaconum, quem multis virtuosis meritis familiari experientia nouimus insigniri, paterna beneuolentia confoueri, auctoritate Apostolica per alias nostras Literas declarauimus, præfatum Nicolaum Archidiaconum & eius successores Archidiaconos Senonenses, vel eorum vicarios pacifica possessione Archiepiscopum ac Episcopos & Abbates prædictos cum receptione marcharum prædictarum & aliorum iurium quorumcũnque vti & gaudere debere, ac in ea ipsos manutenendos fore & manuteneri debere. Iure tamen proprietatis installationum & receptionis marcharum & iurium prædictorum duntaxat illi, vel illis ad quos pertinet, reseruato & omnibus semper saluo. Districtiùs inhibentes eisdem Archiepiscopo, Episcopis, & Abbatibus, ne in suas Ecclesias, & Monasteria, in nouo ipsorum aduentu absque installatione huiusmodi aliquatenus intrare, aut aliquid contra tenorem declarationis nostræ huiusmodi attentare præsumant, &c. Quo circa discretioni vestræ mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrum, &c. Datum Auenione. 8. Cal. Nouembres. Pontificatus Anno. 3.

Bulla Apostolica die. 25. Octob. Cui conforme Arestum Curię die. 19. Mart. An 1588. in. 4. Camera inquestarum Curiæ Parisié.

His consonat Patrum Parisien. insigne decretum. 14. Cal. Apriles An. 1588. in 4. Classe Curiæ Inquisitoria, Fouqueto Consiliario litem collegis suis enarrante. Eam quippe litem Senatus ita diremit, vt Valentinus Dulglassius Abba D. Rhemigij Senonen. damnatus sit auri selibram Archidiacono exoluere, quasi officiosa in Cœnobij possessionem missione perfuncto, quam ab eo accipere Abba recusarat. Eodem autem hic iudicio absolutus est petitione argentei muneris duobus Canonicis debiti, qui honoris ergô Archydiaconum comitantur eam prouinciam obeuntem. Quippe quùm vniuersitas ipsa Canonicorum, cuius intererat potissimùm ex prisco vsu, liti non intercessisset, nec de suo iure contestationem apud acta edidisset. Ad Archydiaconum verò ipsum pertinet haud dubiè Abbatum benedictio & Præfectarum muliebribus cœnobiis, Pontificia lege. Alia itidem Senonensis Archidiaconi honoraria iura recensuit

Le marc d'or à l'Archydiacre pour l'installation, & le marc d'argét aux Chanoines.

censuit

censuit Pontifex Honorius. 3. Cap. dilecto De offic. Archidiacon. eundem celebrarat Innocentius. 3. paulò antea Cap. Dilectus. 1. De Præbend. Hic quoque metropolitico Senonum collegio & Decano rescripsit Cap. 1. de postul. prælat.

17 PAROCHVS simulàtque possessionem adeptus est, debet ad presbyterij gradum districtè promoueri, quantùmuis antea sacris initiatus. Quid de fiduciario monastici Conuentus primate dicendum? Eumnè ad presbyterij ordinem prouehi Annali lege oportebit? Dubitationem mouet, quòd regulario Conuentus Magister habeat, curionis presbyteri instar, parœcorum curationem, ac gubernationem. Viennensi Concilio, cap. Ne in agro. §. cæterum De statu monachor. Enimuerò alia causa est præfecti monachi, & secularis. Cui ideo seculari monasticus Primatus solùm commendatur fiduciario iure. Viennensis enim Sanctio illa Synodica cœnobitis ius dicit *Prioratuum* magistris, non secularibus Clericis, quibus monasticæ huiusmodi Præfecturæ tantùm Pontificia quadam fiducia, seu commendatione, quam vocant. Vt patet ex suprascripto Titul. Clementini Decreti, De Statu monachor. Nam inter vtrumque Præfectorum genus interest plurimùm. Religioso enim viro non malè adsignes regularem parœciaci templi *Prioratum*, antequàm is vicesimum quintum ætatis annum impleuerit: Seculi clerico, non ita. Auctore Alexandro. 3. in Concil. Lateranen. Cap. Cum in cunctis De Elect. Rursus cœnobita longè ocyùs ordinatur presbyter, vt pote ab vnguiculis ministrare solitus in Domo DEI: Secularis clericus, non æquè. Vt Bonifacius. 8. P. M. adnotauit Cap. vlt. De tempor. ordinat. Lib. 6. Fiduciario insuper monastici Primatus possessori laxatus est in multis iuris rigor, quo cucullati sacerdotes tenentur. Idque facilè colligas ex Gregorij. 9. Rescripto, Dudum. 2. De Elect. in verb. cōmendatam, & Gregorij. 10. sententia in Concilio Lugdunensi. Cap. Nemo deinceps De Elect. In. 6.

Vtrum Prior conuentualis commendatarius præcisè adstringatur Annali ad sacros ordines promotione, quasi curatus intra annum ad presbyteratum promouendus.

Prioratus à seculari in commendam detentus, alio iure regitur, quam qui à regulari tenetur in titulum.

Clemens 5. P. P. in Concilio Viennensi.

Commendæ beneficiorum isto Iure Canonico erant tantùm semestres: Sed in Gallia sunt perpetuæ ad vitam.

Arrest de la Cour du 18. Feburier 1575. entre la saincte Chappelle du Palais, le Procureur general au Roy ioinct demandeurs en regale, & le Chapitre de Lizieux defendeur. Escorcheuel pour les demandeurs, que par l'ouuerture de regale de Lyzieux ils iouyront des fruicts & reuenus de l'Euesché, à sçauoir des dixmes, des droicts de deports, & de visitation, & tels que l'Euesque auoit accoustumé prendre. Dubile pour les defendeurs, qu'il n'empesche pour le regard des fruicts des benefices qui tombent en regale; mais des droicts de deport ès Cures, des visitations, ny des dixmes affectées aux prebendes des defendeurs, comme estans droicts spirituels, & n'appartenans lesdicts deports à l'Euesque, iure suo, ains à la charge de faire deseruir les Cures. Idem des droicts de visitations. Et quant aux dixmes, n'appartenoient à l'Euesque, ains aux Chanoines. Le Procureur general du Roy par de Thou dict que lesdits droicts appartiennent au Roy comme à l'Euesque, à la charge d'acquitter les mesmes charges que feroit l'Euesque. La Cour ordonne que les demandeurs iouyront des dixmes & droict de deport, en ce non compris les dixmes, sur lesquelles les prebendes sont assignees, sans que les demandeurs puissent prendre les droicts de visitation, & à la charge de faire deseruir par eux les Cures qui tomberont en deport, demeurant neantmoins à ceux qui deseruiront les oblations & autres droicts interieurs en l'Eglise.

Arrest du 25. Feburier 1558. par lequel maistre Germain Gothery Curé ou Vicaire perpetuel de S. Germain de Lauxerrois est declaré non recenable comme d'abbus d'vne commission à deseruir baillee par l'Archidiacre de Paris à Eustache du Bellay, au lieu duquel maistre Guillaume Ragnier grand Archidiacre de Paris auoit reprit le procés. Par ceste commission ladite Cure auoit esté mise en deport, & faisoit l'Archidiacre les fruicts siens d'icelle.

18 CVRIONIS certè negligentia in sacris ordinibus suscipiendis mulctatur curionatus priuatione. Quæro, licitenè etiam ob id exigantur iusta caducaria ab Archydiacono, vt hic nondùm promoto ad sacros ordines curione, suos faciat sacerdotij fructus? Quod ius caduci Forenses *Deportum* vocant. isti quidem fructuum præhēsioni obstare videtur *Annatarum* abrogatio Basiliensibus Placitis san-

Iusta caducaria, ius *Deportus* beneficiorū Ecclesiæ. De quo *Deportu*, & Annatis, Nos vberius infrà Lib. 3. Tit. 3. Art 4. 5. 6. 7.

Aresta Curiæ, contra ius *Deportus*, die 21. April. An. 1398. pro curato *de Lonjumeau*, Die 14. Februar. An. 1438. contra Iacobum de Castellario Episcopum Parisien. Tum die 29 Mart. An. 1510. pro Canonicis & Capitulo Ecclesiæ collegiatæ *de Rommorantin*, contra Archidiaconum *de Soulongne*, in Ecclesia Aurelianen. Item die 13. Iulij An. 1514 pro Iohan. *Duual, Curé de Gomests la ville, contre l'Archidiacre de Iozas, en l'Eglise de Paris*. Aresta die 5. & 13. Iulij An. 1553. *contre l'Archipreſtre de Tours*.

cita in Ecclesiasticos Præsules, qui caducarias huiusmodi sibi arrogabant sacrorum redituum perceptiones. Ad hunc modum Patres Parisien. improbarunt fructuarias, sacerdotio vacante, exactiones, quæ à superiori Ecclesiæ Præfecto captabantur, nullo vacationis eiusdem habito discrimine. Iudicatis 3. Idus Apriles An. 1398. pro N. Sarrepôtio curione Lonjumelli Parisiorum vici, aduersus Vvarnerum Guerondam Archydiaconum Ioziacensem, & Episcopum Parisiensem. Tum postridie Idus Februar. An. 1438. in Luteriana quoque Ecclesia. Item 4. Calend. Apriles, An. 1510. inter Karolum Robertetum Soloniæ Archydiaconum seu Sigaloniæ in Ecclesia Aurelianensi, & inferius Collegium canonicorum Romæ minoris, seu B. Mariæ in Rommorentino Blesensis agri oppidulo. Rursus 3. Idus Iulias An. 1514. secundùm Iohannem Vallem parrochum Gomesij pagi, qui à publica manus iniectione in fructus sacerdotii sui Curiam appellarat, contra Franciscum Poncherium, Ioziacensem Archydiaconum in Lutetiæ phano Episcopali. Speciatim verò *Deportuum* genus hoc displicuit Senatui, quod ex vacuis permutatione sacerdotiis exigeretur. Decreto. 3. Nonas &. 3. Idus Quintiles An. 1553 secundùm prouocantem à veluti abusu, pro quo Amelotus dicebat: Vergnæo, contra, Paragij Turonum archipresbyteri causidico. Nec absimili ratione infirmarunt Conscripti Patres acta omnia Pontificij fori Conomani de tali *Deportu*, cui Nicol. *Duchemin* inhiabat Archidiaconus Sabolienſis in Cenomana Æde maiori, aduersus clienten nostrum, patrui cessione beneficiarium. Hic enim tametsi Archidiacono pecuniæ summam pactus esset, *Deportus* titulo numerandam: conuentus tamen ex syngrapha coram Vicario Iuridico Cenomani Episcopi, ab eius actis omnibus prouocauit in Senatum, quasi perperam & abusiuè confectis. Atque ita placuit Senatorio Ordini, Pontificia huius litis acta omnia, vti abusiue inutilitérque exarata, rescindi. Me, appellantis: Malleto, Archidiaconi: Boucherato, Regis Reique Publicæ causam agentibus. Pomeridiana Curiæ sessione. 12. Calend. Maias. An 1563. Ex auctoritate Basiliensis Decreti De Annatis In vers. vel promissiones.

Vicarius Iuridicus. i. Officialis Episcopi. Iudicium Curiæ, *donné en plaidant aux apresdinees, pour vn nommé Corbin Curé, contre l'Archidiacre de Sablé en l'Eglise du Mans*, die 20. April. An. 1563.

Pro iure *deportus* ob litigium non affectatum super titulo beneficij, vel ob non promotionem ad sacros ordines, Aresta die 24. Augusti Ano. 1408. die 23. Maij. An 1469. die. 17. April. 1540. die 17. Ianuar. 1544 *touchant la Cure de Timernal, & autres, au diocese de Chartres*. Item die 23. Ianuar. An. 1516. *en l'Eglise d'Orleans*. Die 24. Mart. 1544. & 19. Maij 1581. *en l'Eglise du Mans*.

Arrest du 16. Mars 1591. entre François

VERVM hæc ita locum habent, si purè eiuratum sit, aut permu- 19
tatum Ecclesiæ beneficium, nec vlla de eo controuersia in foro instituta: Quo casu nouus beneficiarius vt liberè ministerium exequi potest suo impositum sacerdotio, sic tuendus est in possessione prophanorum Ecclesiæ prouentuum, nulla habita Vectigalis annui ratione, quod *Annatarum* verbo significatur. Econtrà autem, si beneficiarius turpi incurio ordinatus non fuerit presbyter, ideóque sacerdotali munere fungi nequeat, in causam caduci verè tum cessisse dicitur eius sacerdotium: Siue ob litigium seriò motum inter sacerdotii competitores destituta sit Pastore Ecclesia. Vtrouis enim casu Archidiaconi officio incumbit, Ecclesiam conductitiis presbyteris committere, vicariisque eorum operis in obeundo

do beneficiarii munere vti. Vnde æquum ſit, ab Archidiacono ſacerdotii reditus carpi, conuertíque in operariorum mercedem, qui parochi nomine in Dominica vinea grauiter elaborent.

Hubert Curé de Cleuire le Gandin, dioceſe du Mans, appellāt d'vn appointement d'informer donné aux R.queſtes du Palais le 20. Decemb. 1586. demandeur en requeſte d'euocation du principal le 11. Ianuier 1588. & Iehan le Muſnier Archidiacre de Sablé en l'Egliſe du Mans intimé defendeur, & tous les autres Archidiacres de l'Egliſe du Mans ioincts auec luy. Veu &c. l'appellation & ce dont eſt appellé au neant, le principal euocqué, ſur lequel eſt ordonné eſtre informé d'office ſur aucuns faicts reſultans, & qui ſeront extraicts du proces, pour ce faict &c. cependant par prouiſion ledit Hubert condāné bailler & liurer audit le Muſnier le tiers des fruicts de la premiere annee qu'il a iouy de ladite Cure de Cheuire, à la charge d'acquitter par ledit le Muſnier ſuiuant ſon offre la 3. partie des charges impoſees ſur ladite Cure ladite premiere annee.

Arreſt de la Cour du 25. Feburier en Careſme 1553. le Greſle pour de Fontaines, appellant comme d'abbus de l'octroy & execution de commiſſion decernee par Forget Archidiacre de Pinſerais en l'Egliſe de Chartres, en vertu de laquelle il auoit faict ſaiſir les fruicts d'vne Cure de ſon Archidiaconé, & y auoit commis vn vicaire pour deſeruir, comme eſtant tombee en deport, ob non promotionem ad ſacros ordines, *laquelle commiſſion auoit eſté decernee vn mois apres la collation de l'appellant* ſic in annum. *Et Mago pour ledit Archidiacre diſoit qu'il y auoit eu arreſt en cas pareil de commiſſaires obtenu* intra annum *des collations, Riant pour le Roy. La Cour dit qu'il a eſté abuſiuement decerné & executé, & condamné rendre les fruicts.*

Quemadmodum multiplici Curiæ iudicio deciſum eſt, poſtridie Idus Sextiles An. 1408. pro Bleſorum Archidiacono in Carnutenſi Eccleſia, qui Raymundus Molineus vocabatur, in Frat. Michaëlem Sabartum, templi curionem. Tom. 10. Calend. Iunias An. 1469. 15. Calend. Maias An. 1540. & 14. Cal. Februar. An. 1544. pro Carnutum Epiſcopo & Archydiaconis, in N. Cocherium, & wldequinum Thinetium, curialis phani ſacerdotes, qui viciſſim abuſus ergò Senatum appellarant. Rurſus. 4. Calend. Februar. An. 1516. pro Aureliorum pontifice, aduerſus Martinum *Dorueau.* Item pridie Idus Martias An. 1544. &. 14. Calend. Iunias. 1581. pro Cenomanorum Decano canonicorum, in. 40. parœciarum rectores, quos ille Cenomano Epiſcopo ferre nominaréque ſolet, inſtituendos eorum templorum ſacerdotes. Prius nempe decretum, inter Vilhelmum Launæum, paſtorem curialis Eccleſiæ *Doyſſeau,* & Fœlicē *de Brie* decanum Cenomani Collegij ſacratiſſ. Poſterius verò, ad prouocationē ex Cenomania interpoſitam à Fr. Carolo *de Bellee,* cui aduerſas partes fouebat Franciſcus *du Parc* decanus Eccleſiæ Ce-

Archidiac. *de Blois en l'Egliſe de Chartres.*

Decanus maioris Eccleſiæ Cenomanæ habet præſentationem & viſitationem 40. curatorum à ſuo Decanatu depēdentium.

Chartre de Mauritius Eueſque du Mans l'an 1231. le lendy d'apres la S. Remy, confirmee par Gofridus ſon ſucceſſeur, & par les delegués du Pape Gregoire qui inquiſitione facta confirmarunt, *en Nouembre 1232. ſuiuant la Bulle dudit Gregoire de delegation,* tertio Nonas Februar. An. 5. Pontificatus. *Et autre pareille Chartre dudit Gofridus touchant le droit des deports des Archidiacres du Mans, en Mars. 1258.*

Arreſt de la Cour du 21. Mars 1581. confirmatif d'vne Sentence de recreance du Seneſchal du Maine pour Iehan le Muſnier Archidiacre de Sablé en l'Egliſe du Mans contre Iehan Herreo nouueau Curé reſignataire de la cure de S. Germain de Noyen ſur Sarthe. où il a eſté iugé ſuiuant l'ancienne Chartre de Gauffredus Eueſque du Mans, que ledit Archidiacre aura ſon deport, qui eſt le tiers du reuenu de ladite cure reſignee, comme eſtant en cela toute la fondation & dont les Archidiacres de l'Egliſe du Mans, & au principal ſur les poſſeſſions de ce droit appointez à informer.

nomanenſ. His conſentanea eſt Ordinis Ampliſſ. Sententia 5. Cal. Februar. 1558. pro Euſtachio Bellayo Pariſien. Eccleſiæ Archidiacono, contra Geruaſium Cocherium rectorem parochialis fani Germani Altiſſiodor. in Vrbe, qui ex abuſu Senatum appellarat. Hócq; perpetuo tanquam S. Conſulto ſtatutum eſt ius *Deportus* alterutro caſu ſuprarelato: Quod S.C. ſolenmi ritu recitauit Thuanus Curiæ Præſes ſummus, circa Natalitias Chriſti ferias An. 1577. Nec aliter Prætoriani Conſiliarij iudicarunt 10. Calend. Mart. 1585. ſecundum N. Moulinetum, Sagienſem in Neuſtria Epiſcopum, contra Geruaſium Morinum, paſtorem Eccleſiæ cuiuſdam parœciacæ. Ac Idibus Nouemb. 1586. pro N. *de la Sauſſaye,* Cardinalis Borbonij vicario, Archiepiſcopi Rothomagen. Ne interim ſupprimatur vetuſtate commendabile decretum Curiæ, 5. Nonas Maias An. 1466. pro Archipreſbytero S. Mauræ in Turonenſi Eccleſia Rudolpho Sega-

Placitū Curiæ die 25. Februar. An. 1558.

Areſtum ſolemniter proununtiatum diebus profeſtis Natalis Dominici An. 1577. Decreta magni Conſilij regis die. 20. Februar. An. 1585. *pour l'Eueſque de Sees.* Et die. 13. Nouemb. An. 1586. pro Archiepiſcopo *de Roüen* Parlamentare decretum, die. 5. Maij. An 1466. *pour l'Archipreſtre de S. Maure en l'Egliſe de*

liero, in Frat. Nicolaum *Le blanc* parochum *d'Issure*, prouocantem à libellorum supplicum Iudicibus Curiæ Consiliariis.

Tours, contra curatũ d'Issure, appellantem a Consiliariis Requestarũ Palatii Parisien.

CAPVT ergo Politiæ Ecclesiasticæ non minimum est, prouidere, vt vel Curio sacris presbyterorum ordinibus maturè insigniatur, suis ministraturus sacramenta, vel vt sacerdotij prouentus ab Archydiacono percipiantur, eorum stipendia Clericorum, qui diuinæ rei officium isthîc pro tempore mercenariisque operis excolant diligẽter. Imò & à priscis Christiani nominis Patribus vix aut perraro indulgebatur, ne parœciaci templi sacerdos presbyterij gradum cogeretur obtinere. Vnus fortè Nicolaus omnium suffragiis acclamatus est pontifex, tametsi *läicus* etiamdum, i. popularis ac prophanus. Ambrosium itidem, qui in numero Christianæ militiæ nondum relatus erat, Archipræsulem designauit Clerus vnà cum Plebe. Apud Theodoritum, Ecclesiast. Histor. libr. 4. Cap. 6. Seuerum quoque populus ex lanificio vocauit ad Rauennatis Ecclesiæ pontificatum. Nectarius pariter ex prætore vrbano cathecumenus sacerdotium suscepit frequẽti sacrorum Præsulum Senatu, & Concilio Byzantij habito, cui ille idem præsedit. Quemadmodum sacræ Historiæ monumentis enarratur. Lib. 11. Cap. 21. Sicuti & de Germano Antissiodorensi Episcopo scriptum reliquit Fulbertus Carnutũ antistes, Epistol. Haud secus ac Tarasius ille, qui diuinitùs ex profanorum fæce Græcus Patriarcha est omnium assensu declaratus. At singulares hasce Præsulum cooptationes, eximiæ virorum pietati tribuere debemus, & Templi ministrorum illo seculo paucitati. Quùm alioquin vetet Paulus, neophytum Ecclesiæ gubernaculis admoueri, præponíque eum gregi Dominico, qui vixdùm sit in gregem Dominicum allectus. Vnde Nazianzenus literis prodidit, Athanasium & Basilium haud saltuatim, nec festinatò, sed per sacras vices, pérque omnem graduum seriem promotos fuisse ad Ecclesiasticam populi præfecturam. Diuus itidem Cyprianus ait Cornelium charissimum collegam suum Deo Christo, & Ecclesiæ, ac sacerdotibus ideo commendatum, quòd non subitò peruenerit ad Episcopatus apicem, sed per omnia Ecclesiastica officia subuectus eò fuerit, subliméque sacerdotij fastigium cunctis Religionis gradibus conscenderit. Lib. 4. Epistol. 2. ad Antonianum. Atque in vniuersum, B. Caius Roman. Episcopus constituit, scribente Damaso, gradatim ordinatímque ad sacerdotalem functionem adspirandum.

D. Nicolaus Myrẽsis Episcopus.

S. Ambrosius Mediolanensis Archiepisc.

Constantinopolitana Synodus. 2.

Patriarcha Constantinopolit.

In Libr. Decretalium Titulus est, De clerico per saltum promoto.

Innocentius 3. *escriuant* Archidiacono Noruicensi in Anglia, cum venissent. De institut. *rapporte que* Archidiaconus Richmũdiæ erat in libera possessione quod institutio personarũ & custodia ecclesiarũ vacantium in Eboracensi diœcesi ad eum spectabat. *Et sur leur proces pour raison de ce* interlocutus est Archidiaconum esse in plena sui Archidiaconatus possessione tuendum, donec de contrario probaretur.

Alexander in Consil. 142. Volum. 6. *dit que* Statuto Ecclesiæ Paduanæ de officio Archidiaconi & Archipresbyteri, *dit* quod ad mandatũ Episcopi Paduani Archidiaconus debeat examinare ordinãdos, visitare Ecclesias & monasteria tam extra quam intus ciuitatem, & installare institutos in beneficiis, & inducere eos in possessione beneficiorum absente Archypresbytero. In beneficiis verò spectantibus ad collationem Episcopi extra ciuitatem Paduanam, habeat Archidiaconus installare & in possessionem inducere, non obstante quod hæc potestas per Archidiaconos rurales fuerit vsurpata. Hinc patet Archipresbyterum habere primã dignitatem in Ecclesia Paduana post Episcopum licet de iure communi Archidiaconatus sit prima dignitas in Ecclesia post Episcopum. Cap. 1. De offic. Archipresb.

S. Ignatius in Epistola quadam *Parlant de S. Estienne premier martyr Diacre, descrit l'excellence des Diacres, comme participans de la dignité & functions Episcopale.*

INGENS haud dubiè est penes Archidiaconos sacrorum potestas, 21

ſtas, quos B. Clemens in Epiſtol. & Euariſtus vocarunt Oculos Epiſcoporum. Can. Diaconi. 93. Diſtinct. Eos Diaconos laudibus vehit D. Hieronymus, ad Ruſticum: Ex quo refulſiſſe ipſorum in Eccleſia munus haud obſcurè perſpicias. Carnutenſis præſertim Archidiaconus (de quo mox actum) ab Innocentio. 3. celebratur, vt pote ſacrorum procurator, velútque Eccleſiaſticæ cenſor diſciplinæ. A quo nimirum ſacerdotes Templis præponantur, intra ſui Archidiaconatus ſepta poſitis ac conſtitutis. Cap. cùm dilectus, De iure patron. Ita Mediomatricum Diaconus maior Epiſcopo offerre conſueuit Fani Trudonis ſacerdotem inſtituendum. Ex Innocentio. 3. Cap. Dilectus, De offic. Leg. Per hunc modum Ambianenſis res ſacras inuiſit ac procurat, quoſdam à ſacra cõmunione ſolet arcere, aliaque Eccleſiaſtici iuris munia exequi pro vetere Ambiani Cleri obſeruatione. Vt refert Gregorius. 9. in Cap. Dudum, De Elect. Quibus ſubiungi poſſit Morinorum protodiaconus, de quo Innocentius. 3. P.P. Cap. cum dilectus, De Elect. Pari de cauſa, Turonum Archydiacono Pontifex idem commiſit Eccleſiaſticæ litis cognitionem, tanquam ſacræ dignationis munere pręcellenti. Cap. Ex tenore De foro compet. Tum Grégorius. 9. Cap. expoſuit,

Meteoſis Archidiaconus, *de Metz*. Metenſiom autem Præſulum Hiſtoriam conſcripſit Paulus Diaconus.

Archidiacre d'Amiens

Archid. *de Torouenne*. Biturícenſi Archidiacono reſcribit Innocẽtius 3. Cap. Literas,

De præſumpt. Idem Archidiacono Mediolanenſi in Cap. vlt. De præſumpt. Idem Innocentius Biturícenſ. Archidiacono in Cap. Literas, De reſtit. ſpoliat. Innoc. 3 Archidiacono Magalonenſi, Cap. cum olim Magalonenſis Epiſcopus, De re iudic.

De dilat. Ita Turonenſi Tranſliger. Archidiacono mandatum fuit ſacrę controuerſię iudicium ab Honorio. 3. Cap. dilecti, De except. Nec minùs Pariſienſis Archidiaconus talium cauſarum eſt diſceptator iudéxque ab Innocentio. 3. delegatus. Cap. In noſtra De procurat. & Cap. poſt ceſſionem De probation. Ordinaria quoque præditum eſſe hunc Iuriſdictione cõfirmat ipſe Innocentius. Cap. cum ex iniuncto De noui oper. nunciat. Quod ciuiliter quidem accipi debet, ſalua fori præuentione occupationeque cauſarum penes Epiſcopum Pariſiorum, tanquam poteſtate ſuperiorem. Vt

Archid. *d'oultre Loire en l'Egliſe de Tours.*

Archidiaconi, de iure communi non habẽt iuriſdictionem, ſed tantum inquiſitionẽ, inſpectionem, admonitionem, vel relationem ad Epiſcopos, Cap. Archidiaconis, De offic. Archid. Can. viſis. 16. quæſt. 2. Can. nulles omnino. 14. quæſt. 7. Secus videtur per Can. perlectis. 25. diſtinct. Can. ſi in plebibus, 63. diſtinct. Cap. ad hæc, De offic. Archid. in ver. eius iuriſdictioni ſe nouerint ſubiacere, Cap. dudum, De elect. in verſ. Archidiaconus Ambianen. De conſuetudine ſuſpendit, excommunicat & abſoluit presbyteros, & Priores, & parochiales Eccleſias interdicit &c. Cap. ad hæc, De exceſſ. prælat.

Par Bulle de Clement 6. Kalend. Febr. An. 12. & 4. Idus Mar. An. 13. Pontific. *l'Archidiacre de Laon pretendant qu'il eſtoit* coëpiſco*pus auec l'Eueſque, & que par tiltres anciens luy & ſes predeceſſeurs auoient eu le tiers de tous les reuenus dudit Eueſché, il eſt accordé que pour & au lieu de ce le grand Archidiacre aura pour chacun an 400. liures pariſis. & l'Archidiacre de Theraſche aura 200. liures pariſis: Mais que le ſiege Epiſcopal vacant, ledit grand Archidiacre auroit toute la iuriſdiction Epiſcopale & profits d'ecelle, & pendant ce temps auſſi il n'auroit pas 400. liures pariſis de penſion annuelle ſur les reuenus dudit Eueſché.*

Archidiaconus contra ſubditos poteſt agere poſſeſſorio pro iure viſitandi ſine licentia Epiſcopi, noua Rotæ Deciſ. 1. ſub Rubric. De officio Archidiaconi. Ita iudicatum ibid.

Archidiaconus dicitur caput capituli Cap. dilecti, De maiorit. & obed. & Archidiaconus in omnibus Eccleſiis Italiæ habet ex antiqua conſuetudine primum locum in choro & primam vocem in capitulo, cum max. præeminentia præ cæteria in ipſa Eccleſia. Barbatias in Conſil. 5. & ex veteri omnium Eccleſiarum conſuetudine Archidiaconus debet de diſtributionibus pro duabus partibus participare. Neapolit. Deciſ. 590. Franciſci Viui Aorlani.

nobis dicentibus pro Petro Gondio, Pariſien. Antiſtite pronuntiatum eſt, contra Iohannem *de Breda*, Lutetianæ Eccleſiæ Diaconum maiorem, qui abuſus titulo Senatũ appellarat. Tametſi enim *P. Conſcripti* ad Archydiaconum reiecerint certæ notionem controuerſiæ, quam Epiſcopus ab Arcidiaconi foro in ſuum tranſtulerat: diſertè tamen ita adiecerunt, abſque præiudicio forenſis pręuentionis, quæ Epiſcopo competit in omnes Archidiaconi ſubdi-

Iudicium Curiæ, *donné en plaidant aux apres-dinees*, die 18. Aptil. Ano. 1578. ex appellatione ab Archidiacono Eccleſiæ Pariſien. interiecta, ceu ab abuſu, quòd Epiſcopus penes ſe retinuiſſet cauſam cuiuſdam *La faye*, canonici S. Germani *de Lauxerrois*, pendentẽ coram Archidiacono.

tos, vti Præfecto Ecclesiæ superiori. Aresto in pomeridiana fori cócertatione lato. 14. Calend. Maias. An. 1578. quùm Nos, Episcopi: Dogerius, Archidiaconi causam egissemus. Cæteroquin Archidiaconatum hunc tantæ olim extitisse præstantiæ, vel illud indicio est, quòd patrij domesticíque Annales tradunt, Petrum Ludouici Crassi regis filium hoc gessisse Protodiaconi munus. Vt Tullensem interim taceam Archidiaconum, cui Honorius 3. rescribit Cap. ex literis, De Iureiur. Et Laudunensem, cui Episcopalis iurisdictionis commoda omnia, vacuo sacro Solio, attribuuntur. Oldradi Con-

Toul. Qua de Tullensi Diœcesi loncc census 1. Cap. Iu nostra, De Procurat.

Laon.

En suitte de ce Concordat faict enuiron six ans apres ledit Conseil d'Oldrade, entre l'Archidiacre de Laon lors Cardinal, & Iean Euesque de Laon, sur les emolumens de la iurisdiction Ecclesiastique de Laon pretendus par ledit Archidiacre. Par lequel Concordat omologue par le Pape Clement 6 à Auignon, Pontific An. 12. Cal. Febr. *il est transigé que le siege Episcopal estant remply de la personne de l'Euesque, ledit Archidiacre aura pour le tiers des emolumens de ladite iustice spirituelle, vne somme annuelle, & rien plus, sauf & reserué que ledit siege Episcopal vacant, ledit Archidiacre prendra tous les emolumens de ladite iustice, comme de tous temps il auoit accoustumé. Et pour raison de ceste iustice, & le droict de presentation au Chapitre de Laon par ledit Archidiacre, pretendu des Official & Promoteur en icelle iustice,* sede vacante, *y a appel comme d'abbus par ledit Archidiacre de la conclusion Capitulaire de reception ou institution par luy faicte desdits Official & Promoteur sans la presentation dudit Archidiacre, qui se deuoit plaider au Roolle de Vermandois, en Decemb. an. 1598.*

sil. 194. Cathalaunensis verò Archidiaconi iura auctoritatémque iudicio seruarunt Patres Parisienses, aduersus Cathalaunensem Præsulem, qui cum illo contendebat, Decreto 3. Cal. April. An. 1495. Virdunensis porro iuridicam omnem potestatem exercet in sacro Vertoduni territorio: dempta superiori causarum cognitione: quæ ad Episcopi tribunal ex prouocatione deuoluitur. Sicuti honoraria quondam arbitrorũ Sententia decisum fuit secundùm Archidiaconos, in Rodulphum Episcopum, & pontificale Collegium, de sacro illo Imperio altercantes. Mense Iunio An. 1229. Id quod auctor est Vvasburgius, Belgic. Chronic. lib. 5. Ecquid de Eburonum archidiaconis? quorum vni Theobaldo collatus fuit Pontificatus Maximus de communi Senatus Romani Sententia. Huic Pontifici Gregorij 10. nomen est inditum. Nam vetustiores illos prætereo, Apionem Archidiaconum, quem prædicat Nicephorus, Ecclesiast. Histor. lib. 8. capit. 5. 7. & 15. aut Athanasium inter Diaconos primarium. Denique eos omnes magnæ iam tum auctoritatis fuisse hinc apparet, quòd Meletio Antiochiæ Episcopo in Ecclesia loquenti, Archidiaconus accurrens, caua manu iniecta, os obstruxerit. Teste Sozomeno, sacræ Histor. lib. 4. Cap. 28. & Nicephoro lib. 9. Cap. 48. Quapropter summus etiam Pōtifex Eugenius 2. decreuit (Can. 5. Rhemensis Concilij) Archidiaconum ordinari neminem, nisi antea diaconum vel presbyterum: ordinari contemnentem, honore suscepto priuari. In Byzantia verò Græcorum Ecclesia licet Archidiaconus desierit ab longa iam vetustate, præterquam in Clero Palatij: Secundarius certè Diaconus eum locum obtinuit in Ecclesiæ magnæ officiis. Hîc enim Sapientissimi Curopalatæ verbis dicitur, * Ὁ δευτερεύων τῶν διακόνων, πρῶτος τῶν κοινῶν διακόνων, καὶ εἰσοδεύων τοὺς διακόνους. In Græco Libello, * Περὶ τῶν ὀφφικιάλων τοῦ παλατίου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τῶν ὀφφικίων τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας.

Pro iuribus Archidiaconi, contra Episcopum *de Chaalōs*, Arestum Curiæ Die penult. Mart. An. 1495. *Verdun.*

Archidiac *de Liege*

Constantinopolitana Ecclesia.

Londunensi Angliæ Concilio sacro habito ab Othone Legato Pontificio, An. 1237 cautum est, inter alia de officio visitationis Archidiaconorum per Ecclesias, & de moderatis expensis seu salario, ab iis parcè modestèque exigendo pro tali visitationis munere. Vt scribit Mattheus Paris in Anglic. Histor.

* Secundarius Diaconorum, qui inter Vulgares Diaconos primus est, & Diaconos intromittit.

* De Officialibus Palatij Constantinopolitani, & officiis magnæ Ecclesiæ.

COMPER-

22 COMPERTUM eſt tamen, Archidiaconos nonnullos imperio abuſos ad quæſtum, & perluſorij ſpecie iudicij de ſacerdotio conteſtati præfeciſſe interim Eccleſiis mercenarios ſacrificos: vt diuini miniſterij obrẽtu, profanos ſacerdotij prouentus curioni eriperẽt. Cui malo, ne ſerperet latiùs, proſpectum fuit variis S. Conſultis. Quibus & abrogata Lex familiaris canonicorum Lexouienſium de fructibus litigioſi Præbẽdi in ærarium Ædituorum templi conferendis. Decreto Curiæ. 10. Kalend. Martias An. 1552. Alioquin ſpectabile imprimis eſſet Lexouienſis Eccleſiæ Collegium, docet Vrbanus. 3. directo ad Lexouiorum Decanum, Cantorem & Capitulum reſcripto, Significauit De donat. inter vit. & vxor. Prædictæ quidem Canonicorum Neuſtriæ conſtitutioni eò iuſtior prætenditur excuſatio, quò attentiores ad ſacratarum ædium fabricam videntur Normanici Antiſtites, veréque, quod dicitur, Hierophantæ. Vt Innocentius 3. notat de Archiepiſcopali Normaniæ delubro Cap. ex parte, De his quæ fiunt à maior. parte capit. Et Alexander 3. Pontif. de Lexouienſi baſilica ſacratum principe, quæ Normanicæ metropoli ſubiicitur in Eccleſiaſtica ditione. Cap. De his, De Eccleſ. ædifican. Pontificalem vtique hanc Lexouiorum Eccleſiam primi rexerunt Etherius, Freculphus, Rotgerius, Herbertus, Hugo, Giſlebertus, Fulcherius, Iohannes, & Arnulphus morum ſanctitate venerabiles, quos Erricus recitat, Archidiaconus quondam Hunrindunenſis. Freculphi illius cumprimis voluuntur Chronicõr Tomi 2. quibus ſeriatim pertexta eſt ab Orbe condito Hiſtoria Francorũ præſertim ac Longobardorum, & ad Phocæ Cæſaris ætatem perducta. Opus editum An. Chriſti 840. in Iudithæ Auguſtæ gratiam: Vti Auctor ipſe in calce Operis profitetur. Ne Arnulphum quoque omittamus, Lexouiorum Præſulem: cuius Epiſtolare volumen extat, Mathildi Heroïnæ dicatum, Andenſis Reguli coniugi, Annos ab hinc quingentos.

Deporius beneficiarij iuris non competere Archydiaconis in caſu litigij affectati, & luſoriè moti. De quo nos varia Curiæ decreta ſupra citauimus artic. 18.

Placitum Curiæ die 20 Februar. 1552. *contre vn Statut du Chapitre de Lizieux.*

Hierophantæ, propriè, ſacrorum cuſtodes.

Ad Rothomagenſem Archiepiſcopom, & eius ſoffiaganeos Innocentius 3. cap. ad repiimeodam, De offic. ordin.

Epiſcopi *de Liſieux.*

Iudith vxor Ludouici Pij Imperatoris.

23 TANDEM in acquirenda ſacerdotii poſſeſſione mutuamur plurimùm à Regia poteſtate ac Ciuili. Nam præterquàm quòd Gallica Principis lege dictata eſt formula adipiſcendæ poſſeſſionis ſacerdotiorum (Menſe Iunio 1550.) eiuſdem ſe vindices retinendæ præſtiterunt Regii Magiſtratus, poſſeſſoria ſibi ſumpta beneficiorum Eccleſiæ cognitione. Hinc efficitur, vt de plano re iudicata, decretóq; ſummatim poſſeſſore, ſerena pax coaleſcat maturiùs inter ſacrorum Miniſtros, & libero pacatóque Diuini miniſterii cultui ocyùs conſulatur. Quippe litigioſi etiam ciues Ethnica Cyrenenſium lege trahebantur ab Ephoris ad Tribunal, ex quo mulcta ipſis irrogabatur, aſperſa inſuper grauiſſima infamiæ nota. Vt eſt apud Heraclidem in Politiis. Sic Regia Manus dum profanę poſſeſſioni ſacerdotiorũ ius adminiſtrat per Ciuilem Magiſtratum, iuuat Sanctam Politiam magnoperè, excitátque promptiùs Hierarchicam rei Chriſtianæ curationem. Quod non niſi prudentiùs circumſpicienti probabile

Ordinatio Errici. 2. Galliæ regis de pontificia ſacerdotiorum collatione, ac de tota re beneficiaria propemodũ: Quæ ordinatio regia complectitur. 19. Capita ſumma: Et verificata eſt in Parlamento, die. 24. Iulij An. 1550.

De poſſeſſorio beneficiorum ſolus Franciæ regius Iudex cognoſcit.

forſan videretur, ex Græco Hiſtorici cuiuſdam elogio ſubſequenti. *Οὐ γὰρ θεωρία πνευματικὴ καὶ πράξεις πολιτικαὶ τὰ πολλὰ συνεῖναι πεφύκασιν. Εὔκτον δ' ἂν εἰ μὴ μαχόμενα τὸ πλέον πρὸς ἄλληλα φαίνοιτο, καθάπερ σῶμα, καὶ πνεῦμα, καὶ αὖ ὅσα τῶν αἰσθητῶν πρός γε τὰ ὑπὸ διάνοιαν. Ita nolim ego aſſentatum Principibus noſtris, quaſi Epiſcopi Epiſcoporum ſint. Quod ab hęreticis ſuſurronibus Conſtantio Cæſ. attributum exclamat Luciferus Calaritanus Sardiniæ antiſtes. In ſacris ſuis Opuſcul. Nec inficias eo, primarios Orbis Monarchas, ſummiſſis faſcibus, profeſſos fuiſſe apud Pontifices orthodoxam fidem, factáque coram iis Exomologeſi, auguſtam Sacerdotij maieſtatem ſanctiùs coluiſſe, tanquam ab Imperiali ſeiunctam Poteſtate ac ſeparatam. Idipſum planè arguunt Conſtantini & Iuſtiniani Cæſſ. exomologeſes, Codici inſertæ Epiſtolarum B. Clementis. At nemo quoque in dubium vocarit, Regiæ ſaltem procurationi Politicum deberi & externum rei Clericæ cultum: Quandoquidem, Leonis Mag. ad Theodoſium Cæſ. verbis, pro integritate fidei Catholicæ Chriſtianiſſimũ Principem conueniat eſſe ſollicitum. Nam vel à prima Regnorum inſtitutione, tribus his potiſſimùm innixus eſt Monarchiæ Status, miniſterio Diuûm, Sapientiæ ſcholaſticæ, ac Ciuili Regum poteſtati. Quæ D. Thomas ordine ſe perſequi dictitat. Lib. 2. de Regimine Princip. Cap. vlt. Eámque Religionis cum Imperio coniunctionẽ firmat hoc inter Cyrilli parænetica verè palmarium, eximiam in Deos immortales Pietatem, ſtabile eſſe Regiis honoribus fundamentum. Ac veluti impios *Ἀρχόντας, miſeros & malos malè perire: ſic Pietatis fautores vindicéſque fœliciter habenas Imperiorum pertractare. In Lib. De recta Fide.

* Nam diuinarum rerum contemplatio, & Reipub. adminiſtratio haud ferè coniungi ſolent atque ideò optandum eſt, ne magna inter eas pugna, vt inter carnẽ ac ſpiritum, & ſeorſom ac membrum appareat.

Exomologeſis, confeſſio ingenua.

Scripſit de Summo Pontif. ſacráque eius Poteſtate in principes Reginaldus Polus S. R. E. Cardinalis, Lib. ſingulari, Menſe Ianuar. An. 1550. quùm mortuo Paulo. 3. Romæ in conclaui ſederet, pontificem Maximum cum collegis electurus.

* Principes & Rectores prouinciarum.

Epilogus Lib. 1.

REGIA itaque Manus poſtquam tutata eſt hoc Libello, Eccle- 24
ſiaſticæ Politiæ partem illam, quæ vocatur ΜΟΝΑΣΙΚΗ id eſt, priuati cuiuſque Clerici, necdum ordinati Sacerdotis reſpiciens rationes: Mox ad ſecundam Politiæ partem, quæ publica ac POLITICA ſpecialiùs dicitur, gradatim aſcendamus. Vt ordinato iam, & euecto in Cathedram Sacerdote, qui è ſacro Solio ius dicere incipit, tueantur quoque Reges noſtri Eccleſiaſticũ Magiſtratum, ac Pontificium Tribunal, auxiliari velut Principalis Imperij auctoritate. Sic tamen, ne Præſulem ſinant tranſilire metas, ſeu aduerſus ſanctiora Chriſtianorum Patrum decreta quicquam ſtatuere, aut in profanæ diſpendium Iuriſdictionis. Quod Lib. proximo dilucidè exponemus.

ΠΟΛΙΤΙΚΗ.

EXPLICIT LIBER PRIMVS.

SACRÆ



SACRÆ POLITIÆ IVDICIARIÆ

LIBER SECVNDVS

ΠΟΛΙΤΙΚΟΣ.

SEV

DE CIVILI ECCLESIASTICÆ Præfecturæ Moderatione.

Titulus. I.

DE PONTIFICIA IVRISDICTIONE.

1. *Ecclesiasticum imperium à Regali adiuuari.*
2. *Prædiis manum iniicere, Regium ius, non Ecclesiasticum.*
3. *Idque Senatus Decretis iudicatum.*
4.5. *Quæ causarum genera, Pontificiæ cognitionis.*
Vetus S. C. de Decimis infeudatis.
6. Reales *actiones fori Ecclesiastici non esse.*
7. *De temporali iurisdictione* Prælatorum *Germaniæ.*
8. *Belgicæ item Galliæ.*
9. *Rhemensis Archiepiscopi temporale dominium.*
Arestum Curiæ de electione Scabinorum *vrbis Rhemensis.*
10 *De Tullensi Ecclesia.*
11. *Aliorum Galliæ Præsulum profanæ Ditiones.*
12. *Lugdunensis Archiepiscopi.*
13. *Aquitanorum Ecclesiæ Procerum.*
14. *Coram Officiali de petitorio decimarum agi non debere ante possessorij iudicij executionem.*
15.16. *Quatenus de connubiali pacto ius reddat Ecclesiasticus.*
De dote nec incidenter Episcopus cognoscit.
17. *An instrumēta Notarij Curiæ Ecclesiasticę fidem faciant in seculari.*
Talia instrumēta probāt, si postmodū agnita fuerint corā ciuili Iudice.
Quod variis Curiæ decretis confirmatum est.
18. *Clericus ratione profanæ administrationis & commercij coram läico conueniendus.*
19.20. *In Clericos secularium & aulicorum negotiortum sectatores.*
21. *E Repub. esse, Ecclesiasticos Publicæ administrationi ad tēpus vacare.*
22. *Cōmuni ope* Prælatorum *ac Principum Reipub. statū conseruari.*

Ciuilis externáque Ecclesiæ Politia penes publicum Magistratum, tanquã Ecclesiastici Status adiutrix protectrixque.



OLITICVS ECCLESIÆ Status propriè versatur in publico Sacri Imperii conseruando iure,& ad Canonicæ identidem disciplinæ normam reuocando. Quũm enim publicum Ius in Sacris, Sacerdotibus, ac Magistratib. consistat, parùm fuit, anteriore Libro priuati Clerici promotionem ad Præsulatum externo Magistratus præsidio cumulari, nisi & in sacram Sedem elato Sacerdote, ad iuridicá eius Præfecturam subsidio adiungeretur Regia Manus. Hæc quippe Sacerdotio cum Principatu intercedit affinitas, vt alterum alterius ope magnoperè indigeat. Quod non obscurè edocet Valentiniani Cæs. Oratio de Ambrosij allectione in Pontificatum. 1

Mediolanẽsis archiepiscopatus.

Nã simul atque Ambrosio Prætori delatus est Præsulatus Insubriç, communibus Christianarum tribuum suffragiis, Valentinianus dixit, gratias se DEO immortali agere, quòd animorum curationem ei viro tradidisset, cui ipse antea corpora commisetat. Vt est apud Theodoritum, Hist. Ecclesiast. lib. 4. Cap. 7. Quin & libera primùm Rom. Repub. populus, sacrorum, quæ à Rege solebant fieri, (Regibus exactis) Regem creauit: & ne ex Regio nomine regiam sibi auctoritatem arrogaret, Pontifici subiectum voluit. Ex Halycarnass. Nec dissimili Athenienses more postquam Regiæ tyrannidis iugum excusserunt, retinuêre sibi * ΒΑΣΙΛΕΑ, qui sacris præesset, Eleusinis præcipuè, Lenæis, & iis quæ ad lampada fiebant. Vti à Demosthene proditum est Κατὰ Νεαίρας Christiana autem Hierarchia seorsùm tributa est Sacerdotibus à DEO Opt. Max. cùm aliis grauissimis de causis, tum vt Augustæ huius Sacræque Ciuitatis, quam nos ECCLESIAM vocamus, vnitas tranquillitásque firmiùs seruaretur. Sed hoc ita, ne seculi Principes interim laborantis Ecclesiæ tutelam desertam esse patiãtur. Sicuti patrum memoria Leo. 10. P.P. Maximilianum hortatus est, Romanorum Imperat. designatum, vt piam matrem omnium DEVM amantium Ecclesiam, cuius protegendæ gratia post Christi Vicarios, maximum ipse in Terris Magistratum gereret, ab omnibus eius pacem concordiámque perturbantibus vindicaret atque defenderet. Lib. 3. Epistol. Petri Bembi, quæ Leonis Pontif. nomine scriptę euoluuntur.

De Ethnico sacrorum cultu apud Romanos, inter quos Rex Sacrificulus primus fuit Papirius

Athenienses Thesei virtute Regiæ dominationis onere soluti exemptíque.

* Regem.

Petr. Bembus Venetus, Leonis. 10. P. scriba, deinde à Paulo. 3. P. P. Cardinalis factus.

Somma Tractandorum hoc Libro. 2.

IMPRIMIS Ecclesiastica Præfectura, vel secularis est, vel monastica seu regularis. Illa in iure dicundo versatur, aut in lege Diœcesana. Iurisdictio rursus alia contentiosa est, alia voluntaria. Prior, aut ordinaria, aut mandata ab ordinario Iudice Ecclesiastico. De quibus suo ordine sigillatim differemus. Atq; vt Iudiciorũ telá ordiamur ab ipsis litium cunabulis, Rei in ius vocandi potestas Pontificio communis est cum Regio magistratu: Manus autem iniectio in Templorum possessiones, Regij iuris propria ac peculiaris. Edatur facti exemplum. Sagiensis episcopi Vicarius Iuridicus prehendi 2

Item Didacus Couarruuias, in Practic. quæst. Cap. 10. Quod judex Ecclesiasticus non potest capere nec in carcerare laicum, in quem habet iurisdictionem, & quod ita statutum fuit in publicis Hispaniarum Conciliis An. 1525. Oldrad in Consil. 86. Masuer in Tit. de judic. Num. 10. Quod Episcopus nec Iudex Ecclesiasticus potest procedere ad captionem vel arrestationem alicuius laici, qui est suæ jurisdictionis spiritualis tantum, sed procedat via excommunicationis, nec etiam illum qui est subditus ratione suæ jurisdictionis temporalis, nisi in casibus Priuilegiatis, vt hæresis, vsurarum &c. Cap. cùm Episcopus de offic. ordin. in 6. Cap. cum non ab homine, De judic.

hendi iussit profanos reditus Ædis Hilarij, in Vicaria sua Perticensis Moritaniæ præfectura. Huic prehensioni obtendebatur necessaria quædam sacrarum ædium refectio, ruinam minitantium, priuati Curionis desidia. Verùm à Pontificia ista manus iniectione prouocatus est Senatus, quasi abusiuè decreta in Turonense Collegium Archiepiscopale: cui scilicet parocho sacerdotium illud competebat. Ego in ea causa, pro Collegio appellante, Iudices pontificios vocationem habere, non etiam sacerdotalium bonorum præhensionem, qua Regij prætores soli vtebantur. Nec dispariter omninò distinctas fuisse Roman. magistratuum functiones: vt aliis daretur vocatio, aliis præhensio, aliis neutrum. Vocatio quidem, vt C O S S. & cæteris qui Imperio prædit erant: Præhensio, vt Tribunis plebis, & aliis qui viatorem habebant: Neque vocatio, neq; præhensio, vt Quæstoribus & reliquis nec lictorem habentibus nec viatorem. Quemadmodùm in Gellianis Noctibus relatum est ex Varrone Lib. 12. Similiter moribus receptum, fundos Galliæ vniuersos Regia tantùm Manu gubernari: Iuxta Pomponianam legem. 2. ff. De Orig. Iur. Ideóq; Ecclesiastico Iudici negatum fuisse ius in prædium inuehendæ manus, ipsiusvè sequestrandi potestatem. Quod Baldo etiam probatur in Cap. Significasti De Offic. deleg. quùm ait, Episcopo de dote restituenda pronuntiare licere, mittere verò in possessionem profanam non licere: nisi Antistes ipse à Præfecto Regio manum Viatoriam mutuaretur. Nam quibus nullum verè est Territorium, ij mittere in Territorium nequeunt. Vlpiani responso Lib. 1. ad Edictum in l. Iubere cauere ff. De Iurisdict. omn. Iudic. Becquetus, contrà, pro Pontificio Actore defendebat, fundi sequestrationem, à qua fuerat prouocatum, ab ipso quidem postulatam fuisse, ast pro munere publico duntaxat, & procuratorio Officij nomine, nō suo ac priuato. Quùm igitur Episcopus Sagiensis nondùm abnuisset postulationem illam publici Cognitoris in sua Iurisdictione pontificali, fuisse hunc præposterè in ius arcessitum, ob ídque prouocatoriæ litis euentum præstare non debere. Sicuti Faber scitè annotauit ex vsu Gallici fori, in l. Non est ignotum Cod. De administrat. tutor.

Officialis Episcopi *de Sees, en son Vicariat de Mortaigne, au Perche.* saisiuit temporalia Ecclesiæ curatæ S. Hilarij, quæ pertinet ad Capitulum Ecclesiæ Turonen. Auctoris Oratio in Senatu pro Capitulo Ecclesiæ Turonensis maioris. De tota Iudiciorum Ecclesiasticorum ferè, praxi, formuláque ordinandarum litium in foro Pontificio scripsit Iohan. *Blondel* Officialis, Cantor, & Canonicus Heduensis, in Lib. Statutorum Curiæ Sedis Episcopalis Heduens. Iacobo Huraldo eius tum Ciuitatis pontifice.

Imploratio manus Viatoris seu apparitoris secularis per ecclesiasticum Iudicem.

Pontificius hic Actor publicus, quem forēses vulgò Promotorem in curia Ecclesiastica appellant, *n'ayant peu estre prins à partie en son nom sur l'appel, sinon en cas qu'il fust desauoüe en ses requisitoires par l'Euesque.*

3 PROINDE aduersario, qui summæ controuersiæ diffidebat, flexu isto iudicium eludente, interfata est Curia, euocādum in causam pontificem, vt audito eo, cum fori sui publico Actore, lis dirimeretur vltima sententia. In pomeridiana forensium causarum disceptatione. 3. Kalend. Maias An. 1575. Quòd si rectà Præsul ipse descendisset in causam, aut libello citatus fuisset, ilicò pontificiam rerum soli pignerationem Senatus, ni fallor, infirmasset. Ex Præ-

Interlocutio Curiæ Parisiē. die. 29. April. An. 1575. *Aux plaidoyers des apresdinees.*

Decretum Senatus die. 26. Februar. Ann. 1553. contre l'Archi-diacre de Pinceraix en l'Eglise de Chartres, lequel auoit faict saisir le temporel d'une Cure pour son droict de Deport.

Placart du Roy d'Espagne, du premier Iuin sur l'execution des decrets de la Synode Prouinciale de Cambray, tenue en la ville de Mons en Octob. 1586. defendu à tous iuges seculiers d'entreprendre sur la iurisdiction Ecclesiastique, ny cognoistre des causes criminelles ou ciuiles, sur les gens d'Eglise, Chappitres, ou monasteres. Sauf en ce que de toute ancienneté lesdits seculiers ont accoustumé cognoistre, & en cas de plaincte de l'entreprise nouuelle faicte par les Archeuesques ou Euesques, ils se pourueront en nostre conseil priué. Item ordonné que tous iuges laiz donneront confort & ayde au bras seculier, s'ils en sont requis par les iuges d'Eglise, sans prendre cognoissance de cause, ny pouuoir demander à voir les informations. Ordonnons à tous nos iuges de mettre à execution les sentences des iuges Ecclesiastics, non suspendues par appel, quand ils en seront requis.

iudiciis Curiæ aduersus Senonum Antistitem. Kalend. Iuniis Ann. 1537. Rebuffo scriptore in Commentar. ad §. 1. De Regia ad Prælat. nominat. Verb. In manibus. Quò vergit & aliud *Parlamentaris* Curiæ decrerum conrra Archidiaconum Piciacensem in principe Carnutum templo, qui publicè possessum miserat Curionatus fundos iure Caduci seu *Deportus*, ob non prouectum ad sacros ordines curionem vendicati. Hac enim diligenter excussa lite, Senatus, abusiuè prehensos sacerdotij reditus pronuntiauit. Aresto. 4. Kalend. Martias An. 1553. Gresleo, Fontenei appellantis, & Mangotio Archidiaconi causidicis. Itaque tot rerum exemplis apparet, Pontificio Præfecto interdictum manus iniectione in sacras quamlibet Ecclesiæque facultates: Multò magis corporum nexus eidem prehensióque vetita, nisi flagitiosus clericus in Prætorio Episcopi comprehensus sit, aut implorato Magistratus auxilio vinciatur. S. Consulto. 10. Kal. Decembres An. 1530. Quod deprompum videtur abs Iustinianea Constitutione De sanctiss. Episcopis §. si quis contra clericum Collat. 9. Neque iis dissentanea sunt antiqua Patrum Parisiens. decreta Ann. 1386. &. 1387. Apud Iohann. Gallum Quæst. 103. 246. Nunc de litigatorum citatione in foro Pontificio dicendum est.

Ius saisiendi & sequestrandi etiam temporalia Ecclesiarum nõ compent Iudici Ecclesiastico.

Iudicium Curiæ. die. 22 Nouemb. Ano. 1530 quòd Officiales Prælatorum non possunt incarcerare etiam clericos, nisi in suo prætorio adprehensos, vel cum imploratione brachij secularis.

Ordinatio regis Galli publicata in Parlamento Parisien. die. 27. April. An 1512. quòd causa citandi laici coram Ecclesiastico iudice exprimi debet in libello citatorio.

EDIXERUNT Principes nostri, profanum quenquam in sacra 4
Tribunalia non vocari, ni citationis libello insereretur causæ argumentum, ex qua nominatim is appellaretur. Lege lara An. 1510. quæ monumentis Curiæ perscripta est. 5. Kalend. Maias An. 1512. Art. 45. Sed hæc quidem de in ius vocando: Sententiis autem Francicorum Magistratuum adscribi rationem iudicati non solere tradit Speculator in Tit. De requisitione consilij Vers. porrò auditis. Minimè verò otiosa est Regia illa Constitutio, ne profani ordinis viri promiscuè apud Pontificios Præfectos conueniantur, nevè hi indiscriminatim de omni causarum genere cognitionem interponant. Vtpote si muliercula plebeium stupri reum interpellet de dote & alendo partu coram Ecclesiæ Iuridico: Tunc, prouocatione ex abusu ad Senatum facta, rescinditur quod gestum sit in Pontificio tribunali, & summa lis apud profanos Iudices retractatur. Ita Aresto decretum fuit, celebri Hilariorum die An. 1560. Hamelio, Nobísque dicentibus. Quæ nostra omnium prima extitit Causarum Actio in luce publica Senatus Parisien. & in amplissimo illo Curiæ auditorio.

Auctoris prima in Senatu habita Oratio An. 1560.

Decimæ infeudatæ. Prisca forensis disciplina Gallica, de summatim probãda cliẽtelaris decimæ qualitate coram sacro Ma-

FUIT hæc Maiorum nostrorum Iurisprudentia, vt libello con- 5
uentus decimarum petitorio apud iudicem Ecclesiasticum, nó audiretur

diretur Regij fori præſcriptionem opponens, niſi ſummatim priùs fidem feciſſet Sacro Magiſtratui, decimas iſtas profanas eſſe, ac clientelari iure poſſideri. De quo factum antiquitùs Patrum Conſultum excerpſimus è Curiæ Regeſtis Ann. 1283. hoc ſermone. SI ALIQVA PERSONA ECCLESIASTICA PETAT AB ALIQVA PERSONA LAICALI IN FORO ECCLESIÆ ALIQVAM DECIMAM, ET ILLE A QVO PETITVR, ADVOET EAM SE TENERE IN FEODVM, DE PLANO IPSE FACIET FIDEM CORAM OFFICIALI: ET TVNC OFFICIALIS REDDET CVRIÆ ILLIVS, A QVO DICTA RES MOVEBITVR. ACTVM IN PARLAMENTO OMNIVM SANCTORVM. Die & Coss. ſuprà relatis. Aſt hodie alio iure vtimur, quùm nuda profanarum decimarum exceptione fori tranſlatiua reus ſit ad ſuos iudices reijciendus. Alioquin poſteriùs acta à ſacro Iuridico, Senatus irrita decerneret: cognito ſaltem * ἐν πλάτει in Curia, decumas, de quibus ageretur, in fide Regia, aut Regiorum poſitas eſſe, ac teneri beneficiaria lege. Idque ad prouocationes ex abuſu factitaſſe Curiam ſedulò obſeruauimus. Prudenter ſanè. Cuius enim præcipua ac præparata, eiuſdem eſt præparatoria cognitio. Dictante Baldo in l. Ordinarij Cod. De rei vindicat. Sin autem Pontificius in eo genere cognoſceret, ſua necne foret iuriſdictio, qualiumcumque notionem decimarum ſibi vſurparet hoc colore, quòd clientelares eas eſſe minùs probatum à reo prætexeret. Imò & noſtrate Fori diſciplina admittuntur prouocationes à trina conformi pótificum ſententia ad Regium Senatum, de iure decimæ, quam nunc primùm appellans *feudariam* eſſe intenderit. Abuſus quippe in publicas leges nullo priuatæ partis ſilentio confirmatur, nec inde appellantium querela depellitur taciti conſenſus præſcriptione, multarumuè Sententiarum conſimilium. Nam hæ ſi abuſiuè dictæ poſtmodum oſtendantur, nuſquam vim obtinuerint rei iudicatæ. Auctoribus Curiæ decretis innumeris, quibus ego poſt aduerſarias patronorum actiones latis interfui. Nec diuerſum antea P. C. pronuntiarant. Quarto Nonas Martias An. 1538. Riantio, & Thuano cauſidicis. Nobis verò in pari cauſæ argumento dicentibus pro Chanteclero ſenatore, Curia cenſuit partium tabulas penes ſe produci debere. Iunio Menſe An. 1570.

gilſtratu, antequàm reus profanæ iſtius decimæ nomine ad regium iudicem remittatur.

* ſummatim & de plano.

Sufficit hodie in foro Eccleſiæ allegare, decimas de quibus litigatur, eſſe infeudatas laicales & patrimoniales, non ſpirituales & eccleſiaſticas, ad effectum remittendæ cauſæ ad regium iudicem. Sed ſi eccleſiaſticus non remittat, tunc in Senatum ex abuſu appellatur, vbi ſummatim oſtenſis titulis verificari debet qualitas decimæ infeudatæ.

Decretum Senatus, Die. 4. Mart 1538. quòd liceт etiam poſt tres ſententias fori Eccleſiaſtici conformes appellare ab iis tanquam ab abuſu in Curiam Pariſien. in materia decimæ infeudatæ, tanquam purè laicalis, nec vllo modo ſpectantis ad Eccleſiaſticum iudicium.

Arreſt du 27. d'Auril 1535. l'appellation miſe au neant interiettee par vn Preſtre, de ce que meſſieurs des Requeſtes ont dit qu'il procederoit deuant eux, combien qu'il fuſt pourſuiuy en action perſonnelle, comme executeur d'vn teſtament, parce que Capel pour le Roy diſt que l'execution d'vn teſtament doit eſtre traictee deuant le iuge lay. Brodeau plaidant pour l'intimé, & du Monſoy pour l'appellant.

6 OMNIMODO conſtat, eos qui ſacræ Gallorum Iuriſdictioni præſunt, de petitionibus in rem conceptis minimè cognoſcere: cùm ſpiritale tantùm ipſorum ſit in perſonas iudicium, hominumque mores, non in res prædiarias, & iura patrimoniorum. Hæc enim vt profana ſunt, ita profani iudicis imperio obnoxia. Teſtimonio Fabri in §. Item Seruiana Inſtit. De Action. cuius hæc fermè ſententia eſt, Franciscos Pontifices, quibus actionum in rem notione eſt interdictum, de pigneratitia quoque ius dicere vetari,

Ioh. Fabri verbis, Prælati Regni Franciæ, quibus vetitum eſt ne cognoſcant de actione reali, non poſſunt etiam cognoſcere de hypothecaria.

Placitum Curiæ Parisien. die. 9. Septemb. 1385. contra Episcopum de Chaalon sur la Saone.

prohiberi. Eò spectant quæ Masuerius accuratè scripsit, Tit. De Iudicibus, & eorum Iurisdict. Confirmatur hæc regula S. Consulto Parisien. 5. Idus Septembr. An. 1385. aduersus Cabilonensem Antistitem. Quod Iohan. Gallus commemorat Quæst. 45. Arbrincensi necnon Episcopo diem ritè dictum ad Curiam Parisien. iudicatum

Episcop d'Auranches, to Normania.

est de vitiosarum Ædium refectione; quæ Episcopalis erant ditionis. An. 1391. & 1392. Vt Gallus idem enarrat, Regijtum iurispublicique Regius vindex ac patronus. Quæst. 225. 293. & 383. Arboricensem hunc Neustriæ præsulatum multis effulsisse nominibus declarat seriés Antistitum ipsorum, ab Archidiacono Huntingto-

Arrest du Parlement en Latin, sur la requeste & conclusions du Procureur general du Roy, du 8. Mars, l'an 1371. regnant Charles 5. par lequel sont specifiees les causes & matieres desquelles est defendu aux Iuges ecclesiastiques de cognoistre, specialement contre les Archeuesques de Sens, Euesques de Langres, d'Auxerre, Troyes, Austun, & Chaalons, & leurs officiaux, de actionibus realibus, videlicet de rei vindicatione, petitione, hæreditatis, interdictis possessoriis, causis Retractuum hæreditagiorum, de reditibus annualibus assidatis seu debitis & petitis super hæreditagiis, supposito quod partes hoc debere minimè confiteantur. Et præterea si virtute commissionum aliquorum iudicum vel commissariorum nostrorum, aut aliorum iudicum spiritualium manus nostra vel alicuius iudicis temporalis in aliquibus hæreditagiis quacumque de causa apponatur, & in signum huiusmodi panuncelli seu brandationes affigantur, Officiales præd. prælatorum, illis non cognoscat, quodcumque ius clerici in d. hæreditagiis habere se prætendant: Neque si merè laicus alium merè laicum conueniat coram iisdem, inter eos cognitionem sibi sumere præsumatur, neque capere faciant clericos coniugatos sine habitu & tonsura clericali existentes, nec de eorum bonis in facere, nec de actionibus quibusuis ciuilibus, nec contrarium, & obligationibus per eosdem clericos coniugatos factis, nec de excessibus vel delictis contra nos & d. dominos iudices temporales factis & commissis, nec de aliis casibus nostram ac vassallorum subditorumque nostrorum temporalium dominorum iurisdictionem temporalem spectantibus.

nensi graphicè expressa, Anglicar. & Norman. rerum scriptore luculento. In iis primarij feruntur D.D. Leontius, Paternus, Senator, Seuerus, Aubertus, Rahentrannus, Horgotus, Hugo, Iohannes, Mangisus, & alij plerique. Sed nè ab instituto digrediar, Curiæ itidem probata est Veromandui Prætoris cognitio inter Clericos de sumptuum æstimatione recens fulti ædificij, quod Laudunensi Ecclesiæ dominij iure competebat. Aresto An. 1390. quod recitat Gallus Quæst. 187. & 291. His applicantur insignes Karoli. 6. Regis Codicilli, *De immunitate & reparatione Ecclesiarum*. Pridie Nonas Octobr. Ann. 1385. Qui quidem ad verbum describuntur in Stylo *Parlamentari*. Idipsum quoque decreuit Germanici Imperij Senatus Prætorianus. Pridie Nonas Iunias An. 1550. Inter Priorem Con-

Baillíuus *de Vermandois cognoscens des reparations de maisons appartenans au Chapitre de l'Eglise de Laon.*

Literæ patentes regiæ, die 6. Octobr. An. 1385.

Arestum Consistorij Imperialis Cameræ Germaniæ, die. 4. Iunij An. 1550.

Iurisdictio secularis non prorogatur contra clericos, quamuis clerici consentiant, sed bene ecclesiastica contra laicos Cap. si diligenti, De for. compet. Dominicus in Cap. si omnium §. si vero, De iudic in 6. Sed iurisdictio Ecclesiastica per laicum facilius prorogatur, nam ad iurandum per laicum coram iudice Ecclesiastico non requiritur licentia sui superioris, Glos. in Cap. significasti, De for. compet. & in Can. molita tr. Quæst. 1.

Chartre du Roy Iehan, au recueil du President Barme, qui mourut 4. President, extraicte des Registres du Parlement, dattee du 1. Ianuier 1355. où il dit eum iam de iure quam de consuetudine notoriis in Regno nunc & omni tempore retroacto communiter obseruatur, cognitio testamentorum quorumcumque in regnum nostrum decedetur, quoties ad nos super hoc patrio habebitur recursus, ad nos solum & insolidum pertineat totalis cognitio: *il est mandé à la requeste de Pierre de Semonuille, President en Parlemét, executeur testamentaire d'un defunct, aux gens des Requestes du Palais, de cognoistre de tout ce qui concerne ladite execution, auec tous ceux que ledit executeur fera appeller pardeuant eux à ceste fin.*

uentúmque vallis D. Matthiæ, & Theodoricum *de Miledung* in Cæsareo Prætorio inuicem litigantes. Quin & Germanicum hoc Consilium sanctius latè produxit regulam superiorem, vt si Clericus venditor ad rem defendendam vocatus esset in forum Principale, eo casu laudatus auctor minimè ad Pontificium relegaretur. Sicuti à Germanicis Patribus iudicio decisum est, Nonis Iuniis An. 1537. Laurentio *Morings*, & Margareta *Statichen* litigatoribus. Ex Baldi opinione in l. 1. Cod. Vbi in rem actio. Et Panor. in Cap. vlt. De empt. & vendit. De quibus volue Obseruationes Iudicij Imperialis

Decretum Imperialis Cameræ, Die. 5. Iunij An. 1537.

perialis Cameræ apud Mynsingerum. Obseruat. 22. Centuria. 1. Ac nè his vulgò notis immoretur, extat binus ea de re Tractatus Bertrandi Heduorum Episcopi Cardinalis. Priore, digeruntur controuersa Pontificiæ Regiæque Iurisdictionis capita. 66. secundùm Ecclesiasticos Galliæ Magistratus, contra Petr. Cunerium Principis causidicum, diuersæque partis assertorem: Altero delibatur vtriusque Imperij origo, sacri seu Pontificij, tum Ciuilis ac profani. Siculis itidem certa causarum genera præscribuntur Lege Regni, in quibus Ciuilis Iudex clerici lites definiat, cum profano altercantis: Putà in interdicto Vndeui, vel Vtrobi. Quemadmodùm liquet ex. 3. Capitulis Regni Neapolitani, quæ etiamdum vsu recepta memorat Afflictus, Decis. Neapolit. 85. In summa, D. Ludouicus Franciæ Rex, quem Christiana pietas, vitæque sanctimonia in cœlestium concilio collocauit, professus est clara voce apud Gallicos sacrorum Præsides, nihilò se æquiùs passurum, Regiam ab iis iurisdictionem minui, quàm illi coram contestati fuerant de sua & Ecclesiastica à Regiis iudicibus non vsurpanda. Cap. 82. Historiæ Ludouici. 9. quam Ioh. Ioynuilla exarauit, eius Principis coæuus, sacrarúmque expeditionum comes.

Episcop. d'Authun. qui causam Templorum Iurisdictionemque tutatus est. Petrus de Cugnu, seu de Cuneriis fuit dominus Ditionis de Saint Aynes prope Crespiacum Valesij agri oppidum præcipuum: in qua is Castrum extruxit, inibi tumulatus. Eidem Rex Franciæ Phil. Valesius dedit perpetuum vsum in Nemore Bethisiaco seu Crespiaco. Literis quæ extant, in quibus Rex eum, Magnum suum Consiliarium vocat.

Neapolitana Lex Regia

Temporalis iurisdictio Prælatorum Ecclesiæ tam Alemanorum, quàm Francorum, & Belgarum.

7 LIMITA prædictam sententiam in profana Episcoporum ditione, cui Iurisdictio annexa est fundi, velut appendix. Hæc enim Iuridica potestas, licet pontificis nomine auctoritatéque exerceatur, profana tamen remanet, prædiaria, & in rem actionum dirimendarum capax. Nihil enim commune habet tale iuridici Imperij genus cum sacro ac spirituali, quod Hierarchæ officio coniunctú est. Quales in sacris Germaniæ Præfecturis audio Dynastias esse quàm plurimas. Illîc enim Proceres Magnatésque haud soli vocantur Archiepiscopi tres, quorum cum aliis Septemuirali suffragio deligitur Germanus Augustus, verùm & reliqui pene Germanici Præsules. Horum enim profana iisdem, quibus sacra Ditio, finibus continetur. Ac ne immorer Coloniæ in Vbiis Archiepiscopo, Westphaliæ & Angariæ Duci, qui Septemuiris Germaniæ accensetur: En tibi Vesontinus Archiepiscopus sacríque Princeps Imperij. Herbipolenses necnon Episcopi, Orientalis simul Franciæ Duces appellantur, ab egregio illo clarissimorum Heroum munere, Pipini & Caroli Mag. qui Ducatum Episcopatui connexum esse perpetuò voluerunt Apostolicis Zachariæ auspiciis. Qua de causa Antistes, dum sacra facit pontificali cultu, sumptísque infulis, nudum ensem habet ad Aram maximam positum, Iuris indicem Vitæ Necís-

Tres Ecclesiastici Principes Electores Imperatoris Germaniæ, Archiepiscopi scilicet Moguntinus, Coloniensis, & Treuirensis.

Archiepisc. de Bezanson.

Herbipolis, lingua patria VVirciburgum.

Franconia Orientalis, in Germania.

L'Euesque de Syon, en Sauoye, est Seigneur & Prince temporel & spirituel de tout le pais de Valois, par don de l'Empereur Charlemagne, faict à vn sainct homme Theodole, Euesque de Syon, & à ses successeurs Euesques, enuiron l'an 805. Lib. 1. Cap. 17. des Chroniques de Sauoye de Paradin.

Les Euesques de Geneue du temps de l'Empereur Frideric I. & par son Rescript se sont qualifiez Comtes & Seigneurs de Geneue, tenans ledit Comté seulement de Dieu & de l'Empire, afin de secouer le ioug de quelques particuliers Comtes de Geneue. Voyez au long ledit Paradin. Lib. 1. Cap. 26.

que penes huiusmodi Episcopos, ab Franciæ Ducatu Orientalis. Hinc tritus antiquorum Versiculus, quem & profano suo annulo

incisum gestat Herbipolensis pontifex.

Herbipolensis sola, ense iudicat stola.

De eo plura Bruschius in catalogo Germanic. Episcop. & Laurentius Frisæus in Herbipolensium Præsulum historia. Ad huius Episcopi Senatum seu Capitulum emisit Innocentius. 3. Epistolam Decretalem Illud De maiorit. & obed. Et Cap. Illud De cler. excommunic. minist. Sic Tridentinæ ciuitatis dominus est Episcopus, Germanicíque Princeps Imperij nuncupatur. In his S. Virgilius enituit, Tridentinus pontifex, Christi martyr. Circa annum Salutis. 383.

Episcopi *de Trente.*

In inferiore Germania Episcopus *de Cambray* Arluinus à Gregorio 5. P. P. cõsecratus, qui agebat in Aula Imperiali Ottonis. 3.

D. Gerardus Gisella, Episcopus Bononiensis, Principis titulum Bononiæ Italicæ accepit ab Henrico 5. Imperatore, An. 1191. Ex quo posteri Episcopi Principum Bononiens. nomine insigniti sunt. ex Caroli Sigonin Lib. 2. de Episcopis Bononiens.

L'Euesque d'Arras est Prince tãt temporel que spirituel, & faict les Magistrats, & Loix à son peuple de la Cité d'Arras, recognoissant neãtmoins le Comte d'Artois pour superieur. Comme escrit Loys Guichardin en sa description des pays bas, autrement dit la basse Allemagne, ou Germanie inferieure.

Les Comtes de Brionde en Auuergne, sont les Chanoines de l'Eglise collegiale de S. Iulien de Brionde.

Au diocese du Liege sont les Abbayes de S. Hubert & S. Martin du Liege, Rescripto Honorij 3. ad earum Abbates in Cap. olim, De exception.

BELGICVS item Samarobrinæ Præsul scribere solet, Dux Cameracensis, S. Imperij Princeps, Comes Cameracesij. Nam Cæsarea Ottonis. 3. liberalitate Arluinus Episcopus accepit totius Cameracesij dynastiam perpetuam, summotis eiusdem profanis Comitibus, qui sua potestate abutebantur. Vt Christianus Massæus in Historia tradit. Ac progressu ætatum, Maximilianus Imp. Ducali titulo insigniuit temporarium Præsulis Dominium Cameracense. Anno. 1511. Iacobo Croyo Duce. 1. instituto. Id quod pariter Massæus Lib. 20. attestatur. Eburonum rursus Antistes vulgò iactatur Germanici Princeps Imperij, Dux Bulionensis, Francimontis Marchio, Lootzensis & Halbaniæ Comes. Vt eleganter scriptum est à Guicciardino in Belgiographia, de Episcopo ac Principe Leodiensi. Huius Diœceseos Protopresbyter fertur à Iohan. Placentio Hubertus Bertrandi filius, Aquitaniæ Ducis. Annum circiter. 700. Cuius idem successores recitat Floribertum, Fulcarium, Agilfridum, Gerbaldum, Valcandum, Pirardum, Hircarium, Franconem, & alios permultos, ad sacram vsque Erardi Marckæ Præfecturam, qui à summo canonicorum Collegio fuit Eburonum pontifex designatus. Pridie Calend. Ianuar. Ann. 1506. In Catalogo Antistitum Tungrorum, Traiectensium, ac Leodiorum. Et hic quidem Eburonum Præsulatus in sacra iurisdictione subest Agrippinensi Vbiorum metropoli: Vt Innocentius. 3. admonet Rescripto ad Iemblacensem Abbam Cap. sicut De Symon. Tungrensis autem Ædis Præfectus Librum contexuit De canonum obseruatione, Clericis commodissimum: vt qui canonicam vitam professi sunt, in canonicis officiis canones seruent, Romanæquè præcepta Ecclesiæ, & Sanctorum Patrum manu tradita instituta. Hic Liber Rodulphi Riuei nomine Tungrensis Decani publicatur. 8

Episcopus *du Liege Duc de Bouillon, Marquis de Francimont, Comte de Lootz & de Hasbanie.*

Guicciardinus *en sa Description des Pays bas.*

Ioh. Placentius Trudonensis, Ordinis Prædicatorij cœnobita.

Erard de la Marck cardinalis, antea Episcopus *du Liege*, electus à Capitulo Ecclesiæ Leodiensis, Die vlt. Decemb. Ano. 1506.

Episc. *du Liege* suffraganeus Archiepiscopi Coloniæ.

Tongren. oppidulum, *à 3. lieuës du Liege*, olim fuit episcopalis ciuitas. Sed eius sedes postea Leodiensem in vrbem traducta est.

Rodulphus de Riuo, Decanus Tungrensis Ecclesiæ.

IN re proposita, Sarmatiam percurrenti se offerunt Cracouiæ Episcopi, quos Ducali iure in bonis suis esse iussit Boleslaus Poloniæ Prin- 9

In Polonis Episcopi.

niæ Princeps: Cuius & wladislaus. 11 decessor Cracouiensem Ecclesiam donarat Pabianicensi Comitatu. Vt Chromerus refert, Polonic. Annal. Lib. 5. & 9. Sed ne à patriis nostræ Galliæ focis arísque diuertam longiùs, in ea passim conspicias Ecclesiasticos Proceres, Ciuitatum vt Episcopos, ita Duces Comitesque: nec eorum Dicecesim à Dominatu ipso secerni ac separari. In iis primas tenent Sexuiri Franciæ Ecclesiastici, seu Gallicæ Curiæ Pares ac Patritij. Quorum cum Præsulatu priores tres Ducalem obtinent, Comitum titulum posteriores totidem. Speciatim Rhemorum Dux, simul vt Pontifex, dictus ab Regia Ludouici Transmarini beneficentia. Ex quo Decurionum vrbis Collegium Præsul instituit antiquitùs, saltem comprobauit, iuridicámque illorum potestatem. Pacto conuento An. 1182. Transactionis in speciem, nonnullis additis priuilegiis, veriùs Ducem prodentibus quàm Archiflaminem, quorum hæc ferme summa fuit. *Gulielmus Dei gratia Rhemorum Archiepiscopus*

Sex Pares Franciæ Ecclesiastici satis noti, quos nominatim recensuimus Lib. 3. nostri Oper. De Domanio Franciæ Tit. 7.

Creatio, saltem confirmatio, *du corps des Escheuins & Escheuinage de la ville de Rheims* facta ab Archiepiscopo loci.

D. Gerardus Gisella, Episcopus Bononiensis, Principis titulum Bononiæ Italicæ accepit ab Henrico 5. Imperatore, An. 1191.

Ex quo posteri Episcopi Principum Bononiens. nomine insigniti sunt Ex Caroli Signnij. Lib. 2. de Episcopis Bonnniens.

L'Euesque d'Arras est Prince, tant temporel que spirituel, & faict les Magistrats, & Loix à son peuple de la Cité d'Arras, recognoissant neantmoins le Comte d'Artois pour superieur. Comme escrit Loys Guicciardin en sa description des pays bas, autrement dict la basse Allemagne, ou Germanie inferieure.

Les Comtes de Brioude en Auuergne, sont les Chanoines de l'Eglise collegiale de S. Iulien de Brioude.

Au diocese du Liege sont les Abbayes de sainct Hubert & sainct Martin du Liege, Rescripto Honorij 3. ad earum Abbates in Cap. olim, De exceptino.

&c. Volumus igitur, quod Scabini Ciuitati restituantur, qui communi assensu omnium vestrum de bannalibus nostris. 12. electi nobis præsentabuntur, & singulis annis in capite Ieiunij renouabuntur, & iurabunt quòd vos iusto diiudicabunt iudicio. Et si quis fortè communiter electus Scabinus esse noluerit, nos illum faciemus stare Scabinatui, si tamen vires corporis sufficientes habuerit. Verumtamen si vos in eligendis Scabinis concordes non fueritis, nos, prout nobis expedire nouerimus, Scabinos instituemus. Si verò ijdem Scabini aliquod iudicium fecerint, quod non satis rationabile videatur, si errorem suum recognouerint, absque detrimento bonorum suorum illud nobis emendabunt. Si autem perstiterint, & aliquis eos de falso iudicio voluerit impetere, conuicti illud per iudicium Curiæ nostræ nobis emendabunt. Concedimus etiam, quòd si Burgensis in banno nostro constitutus in causam tractus fuerit, dum ordine iudiciario se tractare voluerit, neque ipse, neque res eius capiantur: Sed fidem dabit quod pro exequenda iustitia obsides imponet, si poßit: Et si obsides habere non poßit, fidem similiter dabit quòd iudicio Scabinorum stabit. Si verò nec domum, nec hæreditariam rem habuerit, obsides dabit: Et si obsides non habuerit, corpus eius detinebitur, quousque iustitiæ complementum prosequatur. Ad hæc, si quis bannalium nostrorum furtum, vel murtrum, vel proditionem commiserit, & forisfactum manifestum fuerit, ipse, & rès ipsius in voluntate nostra erunt &c. Quas Transactionis tabulas Philippus 2. rex confirmauit, vnà & Lucius. 2. Christianæ tum religionis Antistes Maximus. Iisdem verò tabulis Senatus nuper lucem interpretationemquè attulit. Decreto percelebri quùm Nos pro Rhemensibus Tribunisplebis, & Cauchonius pro Archiepiscopo, longa oratione dixissemus. Iudicatum est enim, vrbis Decuriones rectè prouocasse ab

Rhemensis vrbis Scabinorum iurisdictio approbata est Senatus Placitis. Die. 5. Decemb. An. 1541. Die 12. Mart. Ann. 1446. & Die. 19. Nouemb. An. 1549.

Rhemi iam tum Iulij Cæs. ætate suo iure, suisque Legibus vtebantur, communesq; cum Snessionibus magistratus habebant. Nam etsi in Gallia facilè principes censerentur Hedui, tamẽ Rhemi secundum locum dignitatis obtinebant. Lib. 2. & 6. De bello Gall.

Scabini vrbis Rhemensis.

Antiſtitis Iuridico: Ita quidem, vt quoties irrita & inualida pronuntiaretur Ædilium electio, haud propterea horum creandorum ius quaſi deſultorium ad Archipræſulem deuolueretur: Niſi iuſti ſuffragatores contrariis ſtudiis in nouorum delectu Ædilium ſcinderentur, quemadmodum prædicta Pactione comprehenſum erat. Areſto Curiæ, pridie Idus Decembres An. 1575. Cui ſacræ Pontificum Leges conueniunt, in Cap. quoniam De iure patron. Cap. bonæ Cap. cum Vintonienſis De Elect. Cap. gratum De poſtulat. prælat.

Iudicium Curiæ Pariſien. die. 12. Decemb An. 1575.

De Eccleſiaſticis Fräciæ Paribus ſex, ſ. Tit prox.

Comites & Canonici Eccleſiæ collegiatæ almi Martyris Iuliani Briuatæ, *de Brioude*, in Aruernia.

Epiſc *de Lizieux.*

Epiſcop. *de Grenoble.*

Epiſc. *de Langres, Côte de Montſaugeon.*

Eiuſdem Epiſc. ſeu datarius Comitatus *de Tonnerre.*

PRÆTER Gallici Patriciatus Eccleſias, ſunt aliæ quædam non minùs profano munitæ, quàm ſacro dominatu. Briuatenſis nempe Aruernorum, cuius Canonici Eccleſiæ, Comitum ſe titulis hactenus venditarunt. Sic Lexouiorum pontifex Coméſque ſimul appellatur, cum profana tota in vrbe iuris dicundi poteſtate. Vt Epiſcopus Princepſque Gratianopolitanus inſcribitur, cuius nutu & auctoritate profana Ciuitatis iuriſdictio excolitur dimidia parte anni cuiuſque. Tum Lingonum Antiſtes, Montis Saugeonij Comes ſolet nominari. Ab hoc Antiſtite pendet Tornadorenſis Comitatus lege clientelarum. Epiſcop. quondam & Dominus Teruanæ Morinorum, in Belgio. Epiſcopus, & Comes ex parte Cabilonenſis: quam quidem Comitatus partem mercatus eſt walterus Præſul ab Gottofredo Donziaco, Niuernienſium Regulorum ſtirpe. Sub Annum. 1188. Vt memoriæ prodidit Petrus SanIulianus, in Lib. Cabilonenſium Antiquitatum. Subdo his Mediomatricum pontificem vnà Comitemque: Tullenſem pariter Comitem ac Epiſcopum, cui tamen haud ita diu adiectus fuerit Comitatus. Viſitur enim Cæſareum Henrici. 6. diploma quæſtionis inter Tullenſe Collegium Epiſcopale, & Comitem ipſum iudicio definitæ. 3. Nonas Mart. An. 1188. hac verborum conceptione. *Henricus diuina fauente clementia Romanorum Rex & ſemper Auguſtus &c. Notum fieri volumus vniuerſis Imperij fidelibus præſentibus & futuris, quòd nos auditis hincinde allegationibus ſuper cauſa, quæ vertebatur inter Canonicos Tullenſis Eccleſiæ maioris ex vna parte, & Matthæum Comitem Tullenſem conſanguineum noſtrum ex alia parte, de hominibus de Aquoſa, Sapientum Curiæ noſtræ communicato conſilio, cognouimus, & per ſententiam Curiæ noſtræ Sapientum iudicatum eſt, præfatum Matthæum Comitem Tullenſem in iamdictis hominibus de Aquoſa nihil iuris habere vel habuiſſe, nec de eis aliquem hominem infeodare potuiſſe. Hac itaque in publico Curiæ noſtræ promulgata Sententia, prætaxatus Matthæus Comes Tullenſis ſuper dictos homines de Aquoſa cum omnibus appendiciis eorum, Canonicis Tullenſis Eccleſiæ maioris in noſtra & totius Curiæ noſtræ præſentia refutauit libere & abſolutè poſſidendos & habendos, & ſe ſuper ipſos homines de Aquoſa nihil iuris habuiſſe in publico Conſiſtorij noſtri confeſſus eſt. Noſcat etiam præſens ætas, & ſucceſſura poſteritas, quòd præmemorati Canonici Tullenſis Eccleſiæ maioris, ſuper querimonia. 19. librarum &. 12. ſolidorum Tullenſis monetæ,*

Epiſc. *de Terouenne.*

Epiſc. *de Chaalon ſur la Saone.*

Epiſc. *de Metz.*

Epiſc. *de Toul.*

Reſcriptum Errici. 6. Imperat. Die. 5. Mart. An. 1188.

Comitatus *de Toul*, in finibus Lotharingiæ.

monetæ, quam querimoniam de Comite Hugone de waſdemont apud nos depoſuerant, cum eo amicabiliter compoſuerunt. Itaque Comes Hugo de waſdemont iurauit ſuper ſanctas reliquias, quòd de cætero non offendet præfatos Canonicos, nec res eorum, nec ipſe nec homines ſui ſæpedictos Canonicos in aliquo moleſtarent. Huius rei teſtes ſunt Petrus Tullenſis Epiſcopus, Symo dux Lotharingiæ conſanguineus noſter, Albertus Comes de Aſpurck &c. Dictum & datum in Palatio Tullenſi &c.

Comitatus *de Vaudemont, en Lorraine.*

Les Eueſques de Maguelet eſtoyent anciennement Comtes & Seigneurs de Melgorie.

L'Eueſque du Puy en Auuergne, dictus Aniciensis Epiſcopus & Vellaniæ Comes, *Cõte de Velay.*

Caſtoous Turrianus, Mediolani Archiepiſcopus à Clemente 5. Pont. factus, Iuriſdictionem vrbis Mediolani Archiepiſcopali Sedi reſtituit, quam Othomsgous, Vicecomes, Mediolanenſ. Archiepiſcopus à iure poteſtateque Archiepiſcoporum in fratris filios tranſtulerat, vt eos Mediolani dominos faceret. Ex Catalogo Mediolanen. Archiepiſcoporum pridem edito, in opera Caroli Borromæi Cardinalis Archiepiſcopi Mediolanen.

L'Eueſque & ſeigneur temporel d'Alby, en Languedoc.

L'Eueſque & Prince de Grenoble, qui pretend contre l'Archeueſque d'Embrun, Preſident aux Eſtats generaux de Dauphiné.

L'Eueſque & Comte de Lyzieux en Normandie.

L'Eueſque Baron & Comte de Cahors en Quercy.

Epiſcopus & Comes Valentious, Dienſis.

Alteoſis Epiſcopus & Comes.

Foro Iulienſis in Phocenſi Prouincia, Epiſcopus profano dominij iure præeſt ciuitati ſuæ Pontificali: ex præclara Ildefonſi 2. Comitis donatione in Raymundum Epiſcopum & ſucceſſores, *de toute la iuſtice qu'il auoit en la ville, village, & territoire de Freius du 1. de Nouemb. l'an 1203. Le-al don confirmé par Raymond Beranger, fils dudit Ildefonſe, en Aouſt 1224 & par Charles 2. Roy de Sicile, Comte de Prouence l'an 1296. Ce qui a eſté iugé & confirmé par Arreſt du Parlement de Prouence du 14. Iuillet l'an 1511. Sauf les droits regaliers, qui contre luy ont eſté adiugez au Roy par Arreſt du grand Conſeil du 23. Ianu. l'an 1523. Depuis par Arreſt du grand Conſeil du 20. Mars 1586. ſans auoir eſgard à la requeſte ciuile du Procureur general du Roy, contre ledit Arreſt de Prouence de l'an 1511. ledit Arreſt eſt confirmé, & en ce faiſant l'Eueſque maintenu & gardé en la haute iuſtice, mere & mixte imperiere de la ville & territoire de Freius,* excepta truncatione capitis & mutilatione membrorum, *ſelon l'ancienne exemption portée par le don des Comtes. Mais quant à ladite iuſtice, & autres droicts ſuzerains, au terroir de Puget, il eſt ordonné que les parties produiront plus amplement, demeurant neantmoins la iouyſſance prouiſionale deſdits droicts, pardeuers l'Eueſque, ſuiuant l'Arreſt prouiſional dudit grand Conſeil de l'an 1517. & 1523.*

Epiſcopus *de Freius, en Prouence, eſt ſeigneur temporel de Freius, Fayence, S. Raphael, Fauas, Montauroux, Puget, Bargnelz, Probriſſon, Bauaye &c.*

Le marquiſat de Nomeny, en l'Eueſché de Metz, qui appartenoit à l'Eueſque, fut par le Cardinal de Lorraine Eueſque ſuſdit, demembré de l'Eueſché; & donné au Comte de Vaudemont, de ſa maiſon de Lorraine, par permiſſion ou omologation du Pape, enuiron l'an 1565.

11 NEC aliter Claromontanus Aruerniæ præſul Comitem ſe eouſque iactauit, quoad veteris Fiduciæ lege ab eo condixit Comitatum Aruerni quondam Reguli hæres. Quadruplex enim omninò habetur in Aruernis Principatus. Ducalis videlicet Aruerniæ dignitas, qua tota primùm Regio decorata eſt à Iano. 2. Francorum rege, in Iohannis filij gratiam Biturigum Ducis. Ann. 1360. Tũ Claromontis Comitatus, quo Vrbs ipſa duntaxat olim cum vrbano populo continebatur. Vt antiquo Inſtrumento patet Fiduciæ illius temporariæ in Robertum Vidi Comitis fratrem, Antiſtitem Claromontanum. Alius rurſum exiſtit Aruerniæ Comitatus, ſeptem oppidulis conſtans in Claromontano territorio: Cui Fiduciaria illa lege, addita eſt poſtliminio Ciuitas Claromontana. Decreto ſecundum Katharinam Galliarum reginam, quæ Vidi Comitis hæredem gerebat, aduerſus Claromontis Epiſcopũ. De hoc Aruernorũ Comitatu, vtpote gentili Turrianorum prædio, diſceptatũ eſt à Montpenſerio Duce, cum illa Gallorum Auguſta in Senatu Pariſien. Vt obiter diximus Lib. 3. noſtri Tractatus de Priuilegiis Ruſticorũ, cũ noſtris in eundẽ Annotation. Numeratur poſtremò Aruernus Delphinatus, auitum Monpẽſerij Dynaſtæ patrimoniũ. In ſumma, alieni non ſunt ab Epiſcopali munere Principatuum tituli, vel repetita quidem priſcæ Eccleſiæ inſtitutorum memoria. Nam à Theodorito Iacobus quidã perhibetur, eiuſdem Ciuitatis & Princeps & Præſul. Hanc Niſibin ſeu Antiochiam Mygdoniæ vocant. Eccleſiaſt. Hiſt.

Clermont en Auuergne. Cuius vrbis & Comitatus depoſitum fiduciarium, cum Senatus Arreſto prouiſionali decolato, excuſſimus fuſiùs Lib. 1. De Domanio Franciæ Tit. 3.

Katharina Medicea Henrici 3. Regis mater.

Inclyta Familia *de la Tour d'Auuergne.*

Princeps Delphinatus Aruerniæ.

lib. 2. Cap. 30. Postea autem constitutum est ab Vrbano, summo Orbis Pontifice, vt Ecclesia fundos à Christianis oblatos reciperet, partiretúrque prouentus Clericis omnibus viritim, nihílque cuiuspiam priuatum foret, sed communem in vsum omnia impenderentur: Quod hodie obsoleuit. Auctore Platina in Vrbano. 1. Memorare possem Viennæ Allobrogum Archipræsules simul & Comites. In quibus Alcimus Auitus recensetur, Poëmatum scriptor Libris 5. Eiusdem voluitur Opusculum de consolatoria castitatis laude ad Fuscinam sororem, & de festo Rogationum Die instituto, Homilia ad populum Viennensem. Huic meritò Claudianum Mamertum adiicias, Viennensem Delphinatium Archipræsulem, cuius triplex de Statu animæ Volumen circumfertur. Iulianum sileo itidem Archiepiscopum, qui Aurelianen. 2. Concilio interfuit. An. 20. Childeberti Galliæ regis. Ebredunenses porro Archiepisc. Principésq; vnà salutantur. Inter quos, Gallicanus præsto fuit Aurelianæ Synodo. 4. Emericus, Matisconensi. 2. Etherius Cabilonensi. Ad Gulielmum deinde Ebreduni Archiepiscopum scripsit Petrus Cluniacensis Abba, in Petrobrusianos hæreticos. Nec ita multò pòst, ad eius successorem Honorins. 3. Cap. Præsentata De Testibus. Transeo ad Vertoduni Episcopos simul & Comites, ab præclara illa Comitatus donatione, quam Fridericus Comes in Haymonem contulit, Virdunensem Antistitem. An. 997. Eam Otho Cæs. subinde comprobauit, tum Erricus. 3. Imp. ac Balduinus demùm Gottofredi Bulionensis frater: cuius maiores armis hunc eripuerant Ecclesiæ dominatũ. Hæc omnia latiùs explicante Wasburgio Archydiacono Virdunensi, in Belgica, præsertímque Virdunensium Historia, Lib. 5. Ab eodem Vertoduni Præsules citantur vetustissimi, Sanctinus, Maurus, Saluinus, Arator, Pulchronus, Possessor, Firminus, Desideratus, Agericus, & alij innumeri adusq; Nicolaum Psalmum, qui suffragantis Cleri consensu adeptus est Episcopatum Virdunensem An. 1548. In hac Præsulum serie floruit, Bernardi seculo, Henricus Vertoduni pontifex, ad quem Bernardus ipse conscripsit Epistolam, numero. 62. suarum Epistol. Sed Agericum illum laudibus extulerat antea Fortunatus Rauennas, hoc Tetrasticho.

In Templis habitando piis sic purus haberis,
Vt tua corda, pater, sint pia templa Dei.
Eligit in tali Christus se vase recondi,
Quam sibi purgauit, possidet ipse domum.

NIL igitur vetat, Baldi opinione, quo minùs Ecclesiastici optimates ex insigni feudo Regi deuinciantur sacramento clientelare. 12
In Cap. Nimis De Iureiur. E diuersò quoque, Otho Mag. Cæsar tres subiecit Insubrũ Archiepiscopo ditiones in agro Mediolanensi quæ co-

Archiepiscopi *de Viēne*, in Delphinatu Allobrogum. Quorum primum Crescentium fuisse narrat Addo Viennensis in Historia Sextæ Ætat.

Messire Charles de Marillac, Archeuesque & Comte de Vienne, au procez verbal de la coustume de Melun, l'an 1560.

Archiepisc. *d'Embrun*, in Delphinatu.

Extat tamen Imperiale Friderici 2. Rescriptum concessionis factę domino Guigoni Delphino Viennę Comiti, & alteri eius consanguineo fideli, vbi confirmauit Comitatum Vapincentij (*lequel s'attribuë l'Euesque de Gap*) & Ebredunense, *à la reserue de la souueraineté pardeuers l'Empire*, mense Iunio An. 1247. Vt scripsit Franciscus Marcus, decis. 455. Part. 1.

Concilia *d'Orleans, Mascon, & Chaalon.*

Verdun.

Gaufredus *de Boüillon.*

Virdunenses Episc.

S. Bernardus.

Archiepisc. *de Milan:*

quæ eouſque Regibus fuerant ſubditæ, Comitatum Parabiagi, Seprij, & Bazariæ, Ducatum Burgariæ, Marchiamque Marthefij. An. 962. Vt nouiſſimè omnium retulit Sigonius, de Regno Italiæ lib. 6. Quinimò Mediolanenſes produnt Annales, Inſubriæ Archipręſulem eo iure à Gregorio Pontif. decoratum, vt vacante Italiæ Regno, ipſe poſt. 14. dies Prouinciæ ſuæ Pontificum aduocaret concilium, atque ex eorum ſententia Regem conſtitueret: quem & ferrea Corona, ex Theodelindæ præſcripto, Modoetiæ redimeret. Ac generatim ſanè profanos illos Antiſtitum dominatus confirmant, quæ de Epiſcopis temporale dominium habentibus notat Thomas Campegius, in Tract. De poteſtate Rom. Pontif. Sed ne Francogalliæ finibus abſcedamus, nemo ambigit, quo Dynaſtiæ titulo ornata ſit Lugdunenſis Hierarchia, Collegiumque Lugduni Archiepiſcopale: Cuius vel ſinguli Canonici dicuntur Comites illuſtri quodam honore profanæ dignitatis. Idipſum Regiis codicillis Philipp. 4. exploratum eſt, in hæc verba. *Philippus D. G. Francorum Rex &c. Ad venerabilem igitur Lugdunenſem Eccleſiam Regni noſtri primam Sedem inter cæteras Galliarum Eccleſias obtinentem, noſtræ mentis oculos conuertentes, libenter deſcendimus ad ea concedenda, per quæ diuinum obſequium in ea proficiat, & honores & commoda ipſius Lugdunenſis Eccleſiæ fæcundiùs futuris temporibus inualeſcant &c. Conſiderantes inſuper Comitatum Lugdunenſem priſcis temporibus ad Comitem Lugdunenſem, foreſiique ſpectantem, ac poſtmodum ex permutatione facta cum dicto Comite qui tunc erat, ad ipſam Eccleſiam Lugdunenſem, auctoritate tamen & conſenſu expreſſis noſtrorum progenitorum Francorum Regum præhabitis, & ex eorum ſubſecuta confirmatione deueniſſe. Nos volentes ipſam Lugdunenſem Eccleſiam nedum frui prædicti Comitatus honore, ſed honorem dignitatis huiuſmodi latioribus terminis ampliari, dilectis & fidelibus noſtris Ludouico Archiepiſcopo, Capitulo, & ipſi Eccleſiæ Lugdunenſi concedimus gratioſe, quòd præfata Lugdunenſis Eccleſia nedum à Comite prædicto quæcumque quæſita Lugduni vel extra, ſed & ipſam Ciuitatem Lugdunenſem, necnon Caſtra, villas, feoda, retrofeoda, terras, poſſeſſiones, & iura quæcumque ſub Eccleſiæ ipſius iuriſdictione, ſeu Baronia quomodolibet exiſtentia: Omnemque temporalitatem ſuam ipſa Lugdunenſis Eccleſia perpetuò in Comitatum habeat Lugdunenſem, & ſub titulo dignitatis & prærogatiuæ ſpecialis Comitatus, & Baroniæ tota temporalitas ipſius Eccleſiæ Comitatus Lugdunenſis ſit exnunc noſtra Regia auctoritate firmatus: Sicque eam volumus Comitatum Lugdunenſem perpetuò in poſterum appellari:. Deincepſque ſub priuilegiis & honoribus Comitatus & Baroniæ perpetuò futuris temporibus cenſeatur, & iure Regio in omnibus perfruatur.* Menſe Septembri Ann. 1307. Longè vero antea Erricus. 3. Roman. Cæſar. in Lugdunenſem Eccleſiam ſibi Politicum

Lugduni Antiſtitum Catalogus, ex Symphoriano Campegio. S. Photinus. S. Ireneus, Zacharias, Helius, Fauſtinus, Verus, Iulius Thomeus, Vocius, Maximus, Tetradius, Veriſſimus, S. Iuſtus, S. Alpinus, S. Martinus, S. Antherius, S. Elpidus confeſſor, S. Antiochus, S. Senator, S. Sicarius, S. Eucherius, Salonius, S. Deſiderius, Sacerdos, S. Nicetius, S. Anemundus martyr &c. Hugo primus diæceſis Epiſcopus, S. Lambertus, tempore cuius S. Apoſtolorum Baſilica, prima Francorum ſedes initium ſumpſit, quæ impenſis S. Eucherij conſtructa fuerat ſub Annum 440. S. Lupicinus, S. Arigius, S. Lupus confeſſor.

Theodelinda Longobardorum regina oppidum Mogunt acum deinde Modoetiam appellatum, quod 12. millibus paſſuum abeſt à Mediolano, nobilitauit, Regia ibi, & Baſilica D. Iohanni Bapt. conſecrata. Ibidem exhinc corona ferrea cuſtodiri, atque ea ibi coronari Italiæ Reges ſunt cœpti.

Reſcriptum Philipp. Pulchri regis, de Lugdunenſi Comitatu ad Eccleſiam Lugdunenſem pertinente. Primatum Galliæ Eccleſiæ tenet Lugdunenſis, ſeu Primatialem Sedem: Eóque iure vtitur. Etiam dudum à Senonen. Archiepiſcopo prouocatur ad primatem Galliæ Lugdunenſem. Cui tamen Rothomagen. & Rhemenſis Archiepiſcopi minimè de facto obediunt. Qua de re Nos Lib. ſuperiore Tit. vlt. art. 16. & Lib. 3. De Domanio Franciæ Tit. 8. art. vlt.

Lugdunenſis Hiſtoriæ Lib. 2. Cap. 37 & 38 deſcribuntur ad literam Conuentionum Tabulæ, quibus Guyſchardus Lugduni Archiepiſcopus acquiſiuit multa ſuperioris dominatus iura in Vrbe & territorio Lugdunenſi quæ habebat antea Guygo Foreſtenſis Comes. Permutatione ſcilicet cum eo inita Anno. 1173.

arrogarat imperium, supremamque Ciuilis in eum Clerum Politiæ auctoritatem. Oborto enim iis temporibus de sacra Lugdunensi Sede dissidio, interuenit Germanorum Augustus, Cæsareaque potestate vsus est ad ciuilem Ecclesiæ discordiam componendam. Vt tradit Glaber Rodulphus monachus Cluniacensis, qui ad cœnobij huius Odilonem antistitem scripsit sparsim De rebus à Rudolpho, Lothario, & Roberto Franciæ regibus gestis. Horum quippe ætati suppar inclaruit Glaber, paulo post Annum 1040. Vt patet ex Lib. 5. eiusdem Historiæ, nondùm typis commendato.

Episcopi & Comites *de Cahors*. Quorum Boetius Concilio Aurelianensi. 1. subscripsit, Sustratius Aurelianensi. 2. & 3. Maximus Aurelianensi. 5. Ex Tomo. 2 Conciliorum.

BELGICIS, Celtarúmque Ecclesiis subdamus Aquitanas, profanam obtinentes ditionem, intra suarum Diœcesum pomœria. 13
Admonent nos Itali ipsi, Albiam Cadurcorum ciuili Præsulis dominatu teneri. Hic certè dimidiam olim Ciuitatem permutatione transcripserat Franco Regi: sed cum hoc pacto, vt semel alienante Principe, res ad Ecclesiam rediret solido iure. Etsi igitur Princeps necessariis dehinc publici fœderis rationibus adactus manciparit Anglo hosti ius suum in Cadurcensem vrbem. Ex cautione tamen permutationi dicta, responderunt I. COSS. redhibitoriæ legi locum factum videri. Vnde & Episcoporum deinceps in Ciuitatem redintegratum est imperium. Rotæ sententia Decisionéque. 849. De Pactis, In Antiq. Ac propterea Episcopus Comésque Cadurcensis vulgò inscribitur. Ad Florentinum vtique Cadurcorum antistitem misit Epistolam Paulinus Nolanus pontifex, vt pro eo DEVM obsecraret. Venio ad Episcopum & Baronem Lucionensem, apud Pictonas: Cui additur Episcopus Comésque Mimatensis & Gabalitanorum: Episcopus Monpessulanus, Comes *de Meingueil*, pridem etiam Baro *de Sauue*, donec regiis Galliæ Edictis nostrorum temporum distractus sit Baronatus Septemb. Mense An. 1563. Rursus Appamearum pontifex idem & Dominus ex parte, appellatur. Gallicæ necnon Prouinciæ Massiliensi affinis Comitatus Venaycinus, est cum Auenionensi vrbe in patrimonio Celsissimæ Sedis. Porrò Bigerronum Comes se iam olim clientem agnouit Aniciensis Ecclesiæ beneficiarium. Sicuti de eo pluribus agit Panormit. Responso. 3. Volum. 2. At perbellè derisus fuit à Richardo Britannorum rege Episcopus Dunelmensis, à quo ingens ille auri pondus corraserat, vt Præsulem eundem regionis Comitem crearet, adunato in posterum Episcopatui Comitatu. Ex quo ita Princeps iocabatur: E VETVSTO EPISCOPO, NOVITIVM COMITEM MIRVS EGO ARTIFEX FECI. Vt narrat Guilielmus Neubrigensis, Rerum Anglic. lib. 4. Cap. 5. Quoniam autem hoc Opere mihi statutum non est, profanam Antistitum Ditionem Iurisque dictionem planiùs excutere, cœptum iam Ecclesiasticæ Iurisdictionis cursum persequamur. Tantùm isthîc notasse sufficiat, Gallos pontifices in summis Regum nostrorum Tribunalibus sessionis ius habere, simul & dicendæ sententiæ in publica causarum diceptatione

Episc. *de Luçon*.
Episc. *de Mande, Comte de Geuaudan*
Episc. *de Monpeslier*.
Baronia *de Sauue*, in Nemausensi Diœcesi, *de Nismes*.
Episc *de Pasmiere*.
Comte de Venice, pres Auignon.
Bigerronum seu *Bigorra* Comes, apud Aquitanos, olim feudatarius Episcopi Aniciensis, seu *de Podio*.
Vvilelmi Neubrigensis Historia perducitur ad annum vsque. 1200. Cui inserta quoque est Transactio Richardi Angliæ regis Ducisque Normaniei, cum Archiepisc. Rothomagensi de rebus Ecclesiæ Rothomagen. inter eos controuersis

diceptatione. Sicuti enim antiquitùs Francici Præsules solebāt maioribus Galliæ comitiis interesse: quùm Ludouicus Pius rerum potiretur. Ita iis postea in Senatu sedendi honos delatus est, Parisiensi quidem Episcopo, & Dionysianæ Ædis antistiti, in quolibet Curię secretario, citra exceptionem: Reliquis autē Franciæ Præsulibus, in primario solùm Curiæ auditorio, publicis tùm causarum actionibus occupatæ. Quemadmodùm à *patribus Parisien.* constitutum est. 3. Cal. Maias An. 1402. &. 4. Calend. Maias An. 1463. Idem in suprema Curia apud Aquas Sextias custodiendum edixit Ludouicus. 12. rex. Lege Lūgduni edita Mense Quintili An. 1501. Artic. 8. Qua nimirum Lege, Phocensis Prouinciæ Senatum Rex instituebat.

Antiquis Parlamentis Franciæ aderant & sedebant Prælati & Episcopi.

Abbas S. Dionysij in Francia, vulgò dictus.

Senatusconsulta Parisien die 29 April. An. 1402. & die 28. April. Ao. 1463.

Regium Aquēse Parlamentum Comitatus Prouinciæ Gallicæ *à Aix en Provence.*

14 PRÆFECTVS sacræ Iurisdictioni non ritè cognoscit de prædiariis iuribus ac prophanis, sed in rem actionum, quæ sacras decimas respiciunt, iustus iudex est legitimúsque disceptator. Ecquid verò de petitione decimarum in foro Ecclesiastico, ante persoluta possessoriæ de iisdem litis impendia? Propone enim Lucium interdicto Vti possidetis victum fuisse (iudicio Curiæ,) ac litis sumptibus, eóque quod aduersarij intererat, omninò mulctatum. Victori deinde, restituta possessione, dependitur nummaria eius æstimatio, quanti sua interfuit. Sumptuariis tamen litis rationibus nōdùm initis, condemnatus mouet illi petitoriam decimarum quæstionem apud Vicarium Episcopi Iuridicum, qui *Officialis* nominatur. Huic reus opponit moratoriam iudicij translatiuamque exceptionem: fretus Gallica Constitutione regia, ne cui ad Episcopum appellare liceat quempiam petitorio iudicio, nisi lata de Interdicto Sententia prius mandetur executioni, haud nuda quidē in possessioné missione, sed represētato etiam eius pretio quod Victoris intersit. Edicto An. 1539. Artic. 49. Ad ea petitor, Legis prohibitoriæ verbis non contineri litis sumptus. Diuersam esse talium impendiorum naturam ac conditionem à possessione, & eo quod interest, antea reo ipsi adiudicatis: De quibus tantùm cauit nominatim Francica Constitutio supradicta. Ea propter reus dilatoria iudicij præscriptione summotus est à Pontificio magistratu. Sed abusiuè summotum pronuntiauit Senatus, ad quem ex prouocatione abusus ergo deuolutum fuerat negotium. Aresto. 10. Cal. Decemb. An. 1543. Aduersum quæ scio à nonnullis sic obiectum iri, nihil cōmune esse ei quod interest cum litis sumptibus, nec damni nomine vllo modo in litem expensa significari. Vt sensit Bald. in l. 1. Cod. Vnde vi Ex Cap. in nostra De iniur. & Argum. sententiæ Iaboleni in l. Quibus diebus §. 1. ff. De condit. & demonstrat. Vnde conse-

Possessoriæ instantiæ expensis non solutis, cōdemnatus non potest agere petitorio in Curia Ecclesiastica.

Bulle de Iean 22. au Roy de France & de Navarre, contra clericos negotia publicè exercentes, 5. Nonas Iulij an. 6. Auenione, *que le Roy en ensuiuant la Bulle de Gregoire* to à talibus iustitias debitas, velut ab aliis vxoratis exigat & seruitia cōsueta.

Pareille Bulle de Nicolas 5. contra clericos negotiatores 12. Calend. Octob. an. 1.

In Concilio prouinciali apud Pōtem Andomari ann. 1567. *au recueil du President Barme*, fuit statutum quatenus in singulis parochiis & locis publicis subditis moneatis diebus festiuis clericos non vxoratos, & etiam vxoratos, vt à negotiationibus secularibus exercendis abstineant, & maximè inhonestis, quodque tonsuram deferant & habitum clerico congruentem. Quod si a vobis moniti ab huiusmodi non resipuerint, clericos non coniugatos non defendet Ecclesia, quo minus de suis facultatibus, statutis & consuetudinibus Patriæ subiaceant. Circa coniugatos etiam tolerabit, quod domini seculares ab iis iustitias debitas, velut ab aliis exigant & seruitia consueta, &c.

Par arrest de Tholose en Mars 1582. recité par Maynart lib. 8. quæst. cap. 41. *dit mal & abusiuement iugé par l'Official de Cahors ayant absous le Prestre accusé & condamné le delateur lay aux dommages & interests liquidez à trente escus. & par corps, dont appel comme d'abus, lequel appel iugeant la Cour renuoya les parties deuant le iuge criminel de Cahors sur lesdits dommages & interests.*

Des Officiaux, vide Tit. 3. lib. 1. Monasticon, art. 27.

Rursus Edicto Præsidalium Iudicum discrimen interponitur inter litis expensas, & id quod interest, quoad rei æstimationem & quātitatem, de qua supremo iure Præsidales Magistratus cognoscunt. An. 1551.

Iudicium Curiæ, die 23. Nouemb. An. 1543.

Appellatione expensarum rei pretium nō continetur. L. Quibus. §. quidam ita legauerat ff. De condit. & demonstrat.

quens videatur, Principis legem vno casu conceptam, ad alios minimè produci lubrica ancipitíque interpretatione oportere. Verùm eadem vtrobique Regij. Edicti versatur ratio, cùm patrimonij diminutio quæuis damnum censeatur. Responso Iulij Pauli in l. 3. De damn. infect. Gloz. in Cap. 2. In ver. damnis & iniuriis De offic. ordin. In. 6. Impensis autem minui admodùm patrimonia testatur Vlpianus in l. Ius alimentorum D. Vbi pupil. educ. Itaque nihil nouum, possessoriæ litis sumptus, etsi verba deficiant, legislatoris mente comprehendi. Quibus proximè accedit arguta Boerij disputatio de litis impendiis, & eo quòd interest. In Decis. Burdegalensi. 52.

Nec incidenter quidem de dote ecclesiasticus iudex, decisa interim matrimonij quæstione, cognoscit in Gallia.

V s v receptum nó est in Gallicis Tribunalibus rescriptum Cle- 15
mentis. 3. De prudentia. Tit. De donat. inter vir. & vxor. Pontificiæ notionis esse iura dotium, perinde ac nuptialis sponsionis, iudicioqúe terminata matrimonij controuersia, dotis cognitionem in Prætorio Episcopi superfore. Ast Motibus nostris, vinculo tenus connubiali Præsulum est profanis ius reddere, tanquam de Ecclesiastico sacramento. Eo autem functis officio nullum superest de dote iudicium, nec de nuptialis quidem muneris restitutione, tametsi coniugalium pactionum arrhabonis & appendicis cuiusdã, ex Leonina Constitut. vlt Cod. De sponsal. & Arris sponsalitiis. Decreto Ordinis Ampliss. 3. Nonas Decembr. An. 1571. Danesio, & Ramato causæ patronis. Iuxta Molinei Annotationem ad §. 73. legis Boiorũ Prouincialis. Planè integra lite, necdũ Episcopali iudicio dirépta, multùm referre arbitror, an quis libello præcipuè citatus sit ex nuptiali fœdere ac pollicitatione. Tunc enim licet rei citationi vulgaris addatur clausula, *In causa matrimoniali, dotis & alimentorum.*

Lex Leonis & Anthemij Impp. de Arris sponsalitiis.

Arestum Curiæ, die 3 Decemb. 1571.

Bulle du Pape Gregoire 10. apud Vrbem veterem 2. Cal. April. Pontificatus an 2. Quod Rex Francorũ possit punire clericos, qui relicta tonsura vxores ducunt & rursus ea resumpta se volunt eximere à cognitione laicali.

Autres de Nicolas 3 au Roy Philippes. 13. Calend. Octob. an. 1. *pour la simple capture des Clercs*, nec ob eam capturam regij Officiarij possunt excommunicari.

Pareilles Bulles de Nicolas 4. 8. Cal. Octob an. 1.

Pareille de Leon 10. Vid. Tit. 2. Lib. 1. art. 7.

Placitum Curiæ, die 14. Febr. an. 153[illegible]

Decretum Parlamenti *de Grenoble*.

Tamen abusiuè citatum non esse reum P.C. censuerunt. Aresto postridie Idus Februar. An. 1533. quùm Capellus prouocantis causam orasset. In hunc sensum Gratianopolitana Curia iudicauit ex Decij opinione, libellum Antistiti porrectum valere, dotis restitutorium vnà cum thalami coniugalis ob adulterium mariti solutione. Id quod Decius ipse scriptis mandauit de eo Delphinatium Senatu, in Consil. 212. Quùm verò profanus aliquis purè in ius vocatus esset ad Pontificios Præfectos dotis nominè & alimentorum, nec vlla sponsaliorum conuentiq; matrimonij facta fuisset commemoratio, hunc abusiuè vocatum *Patres* pronuntiarunt. Lutetiæ. 3. Nonas Februar. An. 1549. Nec enim ambigitur, profanas esse dotes, seu dotium causa institutas actiones. Nam Ethnica quoque Gallorum vetustate, pacta dotalia celebrabantur identidem: quibus deficientibus, succedebat patrius Galliæ mos, vt viri quantas pecunias ab vxoribus in dotem accepissent, tantas ex suis bonis æstimatione facta

Decretum Senatus Parisien die 5. Febr. an. 1549.

Arrest à l'audience du 10. Mars 1533. Vne citation de S. Geneuiefue declaree abusiue, combien qu'elle ne contienne que ces mots, Citetis &c. super decimis &

cta cum dotibus communicarent: huiúſque omnis pecuniæ coniunctim ratio habebatur, fructuſque ſeruabantur. Vt et eorum vita ſuperaſſet, ad eum pars vtriuſque, cum fructibus ſuperiorum temporum perueniebat. Vt eſt apud C. Cæſarem, Belli Gallici Lib. 6.

actionibus perſonalibus. *Et fut ordonné que d'oreſnauant on mettroit es Citations les cauſes plus particulierement, à ſauoir*, ſuper actione perſonali ex mutuo depoſito, &c. *Car autrement il y a des actions perſonnelles, dont l'Egliſe n'eſt pas iuge*, putà actio perſonalis dependens ex realitate vel ex delicto. *Morlon pour l'appellant, Aubry pour l'intimé, & Montelon pour le Roy. Et de faict le Lundy 15. dudit mois de Mars 1533. fut donné ſemblable arreſt à l'Audience, que les Citations generales* ſuper actione perſonali *furent declarees abuſiues, & ordonné qu'il ſeroit ſpecifié* ſuper qua actione vel mutui depoſiti, *ou autre*, vt diſtinguantur perſonales actiones quarum cognitio ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum.

16 Econtrariò, ſciendum de profano Magiſtratu, obiter matrimonij ſtatum diſcutiente, nunquid valeat quod ab eo geſtum fuerit? Sic habeto: Aut in petitionem hæreditatis incidit mera facti quæſtio, contractum ſit necne coniugium: eo caſu legitima eſt Regij prætoris cognitio. Opinione Bartoli in l. omni innouatione Cod. De ſacroſan. Eccleſ. Sin autē de iure connubiorum quæratur, putà de præcedenti nuptialium ſacrorum impedimento, vel ſi qua alia canonica ratione conuellatur ius ſtatúſque matrimonij, de eo ſacrum eſt iudicij Tribunal adeundum, non Ciuilis magiſtratus, ſiue inciderit, ſeu principaliter mota ſit connubialis controuerſia: Bart. & Bald. in cit. l. omni innouatione. Tum in l. quoties Cod. De iudic. Idque à Neapolitano Senatu diſceptatum refert conſultiſſimus eiuſdem ſenator Ordinis Matthæus, Deciſ. Neapolit. 219. Similiter bonorum quæſtio ſtatui matrimonij incidens minimè iuris eſt foríque Pontificij, nec ab Epiſcopi Vicario Iuridico definiēda. Quemadmodum Honorij. 3. Epiſtola ſubmonitus eſt Ludouicus 8. Francorum Rex, Cap. Tuam De ordin. cognit. Nihilo ſeciùs Galliarum Epiſcopi dudum ſibi ſumpſerunt ciuilium promiſcuè litium cognitionē, ſiue inter profanos homines, ſeu ſacris addictos. Cuiuſmodi morem Iuriſdictionis pontificalis recenſet Faber in §.1. Inſtitut. De Attiliano tutore. At Franciſcus. 1. Gallorum rex Epiſcopis talem vſum ademit iuris dicundi de profanis negotiis inter profani ordinis viros. Edicto, An. 1539. Hæc de latina Eccleſia. Grecæ verò Byzantiorum Hierarchiæ varios inter Officiales, emicuit Cartophilax ſeu Præfectus chartis, qui Patriarchæ nomine ſacras tātùm ac nuptiales cauſas olim diiudicabat: In reliquis tametſi Clericorum ſe patronum defenſorémque exhiberet. Vt refert Curopalates Lib. Græco * Περὶ τῶν Ὀφφικίαλων τοῦ παλλατίου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τῶν Ὀφφικίων τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. Huius quippe Auctoris ſententia talis eſt. * Ὁ χαρτοφύλαξ, κρατῶν τὰ ἐκκλησιαστικὰ χαρτῷα δικαιώματα, κριτὴς τῶν ὅλων ὑποθέσεων τῶν ἐκκλησιαστικῶν, ἔχων τὰς γαμικὰς ὑποθέσεις. ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς τῶν κληρικῶν ὑποθέσεσιν ἔκδικος, ὡς δεξιὰ τοῦ ἀρχιερέως χείρ.

Nihilo amplius Eccleſiaſtico iudici ius eſt cognoſcere de damnis & intereſſe petitis in quæſtione matrimonialis fœderis quam de dote, vel aliis rebus pecuniariis, quæ totæ ſunt profanæ.

Aliquin Pontificio Iuridico, de eo quod intereſt ob matrimonium non impletum pronunciaute, neceſſe eſt prouocationi ad Senatum regium abuſus cauſa. Vt pluribus Areſtis eſt iudicatum. Matth. Afflictus.

Nota interim ex hoc Cap. Tuam, De ord. cognit. Matrimonij ſtatū, mortuis etiam coniugibus, agitari poſſe ad bonorum quæſtionem decidendam. Quod & Senatus probauit Areſto Menſe Febr. an 1571. Magiſtro & Hamelio dicentibus.

Iohan. Fabri verba, Quid dices de Epiſcopis, qui de conſuetudine cognoſcunt inter laicos indiſtinctè de cauſis ciuilibus? Vt voluit Engoliſmen. Epiſcopus, &c.

* De Officialibus Palatij Conſtantinopolitani, & Officiis magnæ Eccleſiæ.

* Chartophylax, vel Præfectus chartis qui tabulas habet chartaceas ad iura Eccleſiæ pertinentes, iudex Eccleſiaſticarum eſt cauſarum omnium, cognoſcens de cauſis nuptialibus: atque adeo defenſor in cæteris clericorum cauſis, velut manus ſummi Sacerdotis dextera.

Stil & reiglement ſur le faict de la iuſtice dreſſé par le Senat de Sauoye à Chambery, confirmé par Edict du Duc du 3. d'Auril 1560. verifié audit Senat le 27. d'Auril audit an, Au chap. des Notaires, art. 11. il eſt dict que tous contracts & actes faicts entre gens laiz pour choſe non ſpirituelle concernant heritages, rentes, ou realitez, qui ſeront receus par Notaires de Cour d'Egliſe, ſeront declarez nuls en ce qui concerne choſes non ſpirituelles, heritages &c. ſinon en cas d'extreme neceſſité pour raiſon des teſtamens ſeulement.

17 Roget hîc aliquis, nûm conuentio ſaltem de re patrimoniali,

Prisci Galli regiæ se iurisdictioni vltrò subiiciebant, ne ad Ecclesiasticam traherentur.

quæ à Pontificio notario perscripta sit, fidem faciat in Regio foro. Non videbatur: quùm Pontificis scribis haud aliud mandatum sit scribendi argumentú, notisvè excipiendorum contractuum, quàm de re Ecclesiastica ac sacerdotali, & inter viros quidem diuino ministerio sacratos. More hoc à veteribus Francis recepto, qui in Regiam se iurisdictionem præfractè asserebant. Vt Faber enarrat in l. secundùm Diui Cod. De donat. Cuiusmodi vsus Lege Regia fulcitur, lata à Philippo. 4. An. 1312. §. 20. Idémque summis nititur æquitatis rationibus, quas velut in aceruum congessit Lucas Pennatus in l. prædia Cod. De locat. prædior. Ciuil. Lib. xi. Cod. col. 28. Ex hinc Curiæ decreta citantur pleráque de Pactorum tabulis, quæ pontificia auctoritate conscripta sint signatorioqúe Præsulis annulo consignata, non admittendis in foro prophano ac ciuili. Aresto. 5. Nonas Quintiles An. 1392. Quod Ioh. Gallus publicæ memoriæ commendauit, Quæst. 259. Item Molineus in §. 72. Consuet. Monfortensis, & §. 70. Stampensis. Mea auté fert opinio, ex talibus Instrumétis, quibus signo suo paciscentes subscripserint, quævè interrogati agnouerint in publico foro, haud dubiam induci debiti probationem. Hoc ampliùs iudicauit Senatus, eum qui creditori cauisset obsignatis literis à pontificio pactorum perscriptore, iustè compelli æs alienum dependere accepto repromissore. Decreto. 7. Calend. Septemb. An. 1527. quum Tyrandus, appellantis: & Ayraldus, Disquei creditoris, qui senator erat, causam peregissent. Alio item S. C. persimili. 10. Calend. Apriles An. 1552. Vilcorio, Gottofredi Cenami, & Marilliaco, Ioh. Hangesti Nouiomensis Episcopi aduocatis. Sed huiusmodi Patrum Sententiis causam dedit tabularum debiti agnitio apud Prætorem regium, vel Principale diploma exequendi illius instrumenti, quod pontificio anulo notatum erat. Alioquin ex Pontificiis pactorum literis, vtì purè ac simpliciter cófectæ sunt, lege agere creditor nequit, aut pignerari: Quod forensi vocabulo dicimus, *exequi & garnire manum*: Nisi aperta rei debitæ probatio religionem cognoscétis instruxerit. Iudicio Curiæ. 5. Cal. Septemb. An. 1527. Reliqua in hâc rem disce ex Felyno in Cap. Cùm dilectus De fide instrumen. Francica certè noua Lege Blesensi sancitum est vt quisquis vel chirographariam quidem pecuniam soluere dánatus sit fiduciario Ecclesiæ iudicio, ei parere cogatur ilicò pignoribus captis à Pontificio apparitore, nec prouocationis obducto velo suspendatur executio talis sententiæ, quæ summam. 25. libellarum æris non excedat. Artic. 62. Blesensis Constitut. An. 1579. Nostrorum item Principum Edictis statutus est Apostolicis notariis modus, regulæqúe præscriptæ, quas prætergressis nulla omnino fides habeatur, tanquam merè priuatis. Septemb. Mense & Octob. An. 1547. ac Iunio Mése An. 1550. Hi proinde nil penitùs agant, nisi Regiæ Sanctionis verbis primùm probati sint, sacramentóque auctorati à Præsule ipso: deinde in numeros relati à Pontificio, Regióque

Placitum Curiæ Parisien. die 5. Iulij ann. 1392. in contractus factos & sigillatos sub sigillo Episcopi. Iudicia Curiæ prouisionalia die 26. Augusti an. 1527. & die 23. Martij an. 1552. pro literis obligatoriis à Notario Ecclesiastico scriptis.

De Hangest Euesque de Noyon.

Aurelioru lege Municipali, pacta scriptis redacta à notario Ecclesiastico nullum pariunt ius hypothecæ. Art. 431. Consuet. Aurelianæ.

Arestum Senatus die 28. August. an. 1527.

In Aragonia, instrumentum alibi confectum non habet paratam executionem, sed ante executionem probari debet quod in loco vbi confectú fuit, similis lex executionem concedens (qualis in regno in quo petitur executio) viget. Martini Mouler à Coria I. C. in Decis. 9. causarum alumni regiæ regni Aragonum audientię.

Edicto *de Blois* Scotédiæ prouisionales curiæ Ecclesiasticæ super contractu publico vel nuda syngrapha partium, mádantur executioni, non obstáte appellatione.

gióque

gióque prouinciæ Actuario, ne vltra præfinitum numerum ad eam vlli functionem aſſumantur. Sin minus, quæ illi cumque ſcripſerint publici muneris ſpecie, nullius ſunt momenti. Vt luculenter tractat Decius Reſponſo. 169. col. 1.

18 VICE verſa crebrò accidit, ſacerdotes creditori ſeſe obſtringere publica regij Tabellionis auctoritate, vel profanæ ſemet ſubiicere iuriſdictioni. Quia ipſi forſan cum profanis verſentur in communi quondam plebeióque commercio, aut Regio munere profanovè alio defungātur: Eoſnè credas ritè obligatos, iuſte vè ad Regia euocatos ſubſellia? Quidni? Nihil enim rei Clericæ profeſſioni tam contrarium, quàm βίυ πραγματίαι, i. vitæ negotiationes, occupationes, profanæque curæ ad parandum victum pertinentes: Quæ tantùm dedecent Leuiticum ordinem, quantùm aſſiduus eum decet cœleſtis Numinis cultus, cui deditus ipſe eſt deuotúſque, velut caſtrenſi cuidam ſacræ Militiæ ſtationi. Scitum eſt enim Cypriani illud, qui militiam ſectatur, poſt quam eius ſacramento ſemel addictus eſt, eum res non curare domeſticas, de victu quæſtores proſpicere, ſolū hunc militaris diſciplinæ curam gerere, adeóque præter Ducis ſui militiam nihil aggredi, vt ſit boni militis diffinitio. Epiſtol. lib. 9. De exhortatione martyrij Cap. 8 ad Quirinum Lib. 3. Cap. 11. Eapropter Senatus Clericum, à quo ſuſcepta profana functio aduerſabatur Eccleſiaſtico muneri, ſummouit fori exceptione pontificii nec eum ad ſuos Iudices cenſuit relegandum. An. 1388. Vt eſt apud Ioh. Gallum Quæſt. 235. Rurſus ſacerdos, penes quem res depoſita ſit, ad eius reſtitutionem vrgeri poteſt à ciuili publicóque Magiſtratu, cuius idcirco imploratum fuerit officium. Bald. in l. Acceptam, Cod. de Vſur. Aufrerius in Deciſ. Capel. Tholoſ. 168.

Imperiales autē Tholoſæ Notarios eſſe refert Benedictus, qui a Capitulariis, ſeu Vrbis Decurionibus creati, vbique terrarum poſſint inſtrumenta conficere, quaſi ex Imperiali auctoritate, & antiquiſſimo Senatus Romani priuilegio. Io Repet Cap. Raynutius Verb. & vxorem. Deciſ. 5. De Teſtam.

Areſtum Parlamenti, Quod officialis non poteſt interdicere clerico bonorum ſuorū adminiſtratione An. 1 . 1 . .

Sacerdotes rerū prophanarum negotiatores non iuuari priuilegiis Eccleſiaſtici fori.

De eo vide Tiraquellū in Tract. De retractu conuentionali §. 4. Gloſ. 7. ver. *en main de court* Num. 9. An pecuniæ ſequeſter clericus cogi poſſit a iudice ſeculari, vt reſtituat.

19 DEFLENDA inſtìc obiter infœlicis huius ſeculi conditio, quo templorum ſacerdotes impotentiùs captant aulica negotia, ciuica, militaria, & id genus publica ac profana, quantò pluribus vt ſacerdotiis ditati ſunt, ita Eccleſiis debuerāt attentius miniſtrare. Sicuti & Tridentino Conſilio ipſi monentur. Seſſione. 6. celebrata Idibus Ianuar. An. 1547. Decreti de reformatione Cap. 1. Aſt non minùs inuiti quondam ad Aulas, relictis ſuis veluti caulis, quàm ad Caſtra pii trahebantur Epiſcopi. Quin & Sardicenſis Synodus intonat aduerſus degeneres & ambitioſos Præſules, qui ſacri immemores officiū, deſertóque gregis ſibi commiſſi præſidio, curſitabant in Regiam, præcipítque, vt Antiſtites alii quempiam ſui ordinis conſpicati excurrentem illuc, grauiter interrogent, ecquò, & cur proficiſcatur. Ac ſi vltrò ſuſceptam profectionem intelligant, cum ſuo piorúmque conſortio eiiciant, tanquam Eccleſiæ hoſtem, vel deſertorem. Donatiſtæ inſuper cùm noſtris inuidioſè obiicerent, *Quid Chriſtianis cum Regibus? Quid Epiſcopis cum Palatio?* Id Optatus Afer refutat hoc nomine, quòd Donatiſtæ ipſi palatinā Aulicámq; vitam ducerent: Quam ideo Africanis Chriſtianis minimè omniū aulicis

In Clericos, qui humanis rebus ſeſe ambitioſiùs, quàm ſacratos viros deceat, immiſceor.

Seſſio Cōcilij *de Tréto* peracta. die. 13. Ianuar. An. 1547.

non poterant exprobare. Eamqúe propemodum in sententiá scripsit D. Augustinus contra Petilianum in Christianos debacchantem, *Quid nobis cum Regibus seculi, quos nunquam Christianitas nisi inuidos sensit?* Lib. 2. Cap. 92. Sanè turpissimum fuit illis seculis, sponsæ alligatum Ecclesiæ soluendi vinculi artes excogitare ceu diuortium, & è stataria ad motoriam, turbulentámque Regij comitatus scænam se trāsferre. Erant sacri homines, Christi vineæ coloni, eiúsque Legati, ac mysteriorum œconomi, non Regum asseclæ, comites, & ministri: Euangelistæ erant non Satrapæ: Nomophylaces, non Nomothetę: Ecclesiæ gubernatores, non Reipub. Pastores, non prædones. Sequentis autem corruptela seculi causam præbuit Legi Francicæ Karoli Mag. Cap. 179. Lib. 5. Capitul. Qua PLACVIT, VT MONACHI ET PRESBYTERI, NECNON ET CLERICI QVI POSTPOSITA CANONICA AVCTORITATE, PASSIM PALATIVM ADEVNT, ET NOSTRIS SACRIS AVRIBVS IMPORTVNISSIMAM MOLESTIAM INFERVNT, VT NON HOC FACERE PRÆSVMANT. QVONIAM IN HVIVSMODI FACTO ET VIGOR ECCLESIASTICVS CONTEMNITVR, ET RELIGIO SACERDOTALIS, ET PROFESSIO MONASTICA VILIOR EFFICITVR. Quæso autem, vnde tot hodie fluctus, attrocesque procellæ, quibus Sacra Cymba agitatur? Multi videlicet transfugæ, sanctæqúe Stationis, transuersi rapiuntur cæca Aulici fastus fumorúmque ambitione. Complures adeò Christianum agrum, cui studiosè colendo præpositi sunt, incultum relinquunt,

Nauis Petri.

Desúntque manus poscentibus aruis.

Hic Gregorius natione Gallus, patria Lemouix, antea dictus Petrus *de Beaufort.*

Id sensisse etiam videtur Gregorius. 11. Pontif. summus Auenione sedens, qui cùm Italia bellis aliis super alia renascētibus arderet, nec modus vllus finisvè inueniretur, aut remedium sanandorum leuandorúmque malorum, consilium cœpit suæ vrbi Romæ Sedis reddendæ: Impulsus, ad hæc, libero cuiusdam Episcopi responso, qui percontanti, eccur tandem sacros lares suos non inuiseret? Abs te (inquit) omnes pendemus, te sibi quisque proponit imitandum: Exemplo, non oratione tua Orbi terrarum opus est. Si genus humanum te roget, cur vrbem tuam Romam perdiu iam à suis desertam Pontificibus tandem ipse non adeas? multò minùs habeas quod respondeas, quàm ego, qui haud tam excelso loco sedeo, vt in me vnum omnium oculi conuertantur. Hæc intrepida vox, velut Numine, non humanitùs missa, eos stimulos in animum Pontificis demisit, vt scelus nefarium existimaret eo se crimine non liberare, quod in alio damnasset. In Italiam cum bona parte purpuratæ cohortis, reliqua Auenioni manente, transiit, tanta gratulatione, vt nullus illuxisse lætior dies videretur, reliquúmque Pontificatum Romæ egit. Annum circiter 1375. Perstringuntur etiam à Reginaldo Polo sacrorum Antistites, qui se Regibus indies submittant, tempúsque in secularibus conterant negotiis. Cap. 42. Dialogi insignis.

Pontificatus summus 70. annos in Gallia mansit.

Reginald. Polus Anglus R.E. Cardinalis.

signis de Pontif. maximo, eiúsque officio ac potestate. Tridentini demùm Concilij Sessione 23. (quæ sub Pio 4. Pontif. peracta est Idibus Quintilib. An. 1563.) sancitũ est, omnes Patriarchali, Primatiali, Metropoliticæ, ac Cathedrali Ecclesiæ cuilibet Præfectos, etsi S. R. E. Cardinales sint, obligari assiduò personalíque eiusdem ministerio Ecclesiæ adimplendo. Die 15. Iulij An. 1563.

20 Si quos tamen Episcopos è sacra prouincia euocarit in Regiam vel necessitas Ecclesiæ, vel publica Regni vtilitas, iis pro tempore liceat in Aulico contubernio versari: à quibus diuinam præsertim legem capiat Princeps, exscribat, ediscat: Quos & fidos Consiliarios nec Politiæ tantùm gnaros experiatur, sed vitæ bene agendæ magistros, rectæque conscientiæ formatores. Ita mirè in Aula effloruit Ioiada Pontifex, Ioan. Hebræum regem optimis imbuens moribus ac institutis: Tales fuisse prædicantur Elias, Elisæus Regum inunctor ac cõsecrator, Daniel cum collegis, aulici quidam Philosophi, qui à Principis latere non discedebant. Sic Esdræ vicissim ac Nehemiæ sanctioribus consiliis adiuti sunt prisci Hebræorum, Babylonis, & Persidis Reges, domesticis vitæ suæ rationibus commonefacti, nil certiùs prouerbiali hoc schemate.

* Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσία.

*Sapientes Reges, sapientum conuersatione.

Vetustis necnon Galliæ Regibus adfuêre identidem Ecclesiastici Nestores in familiari comitatu: Quorum crebra mentio apud Gregor. Turonensem, Aimoynum, Adonem Viennensem, ac cæteros antiquitatis scriptores. Narrat Flodoardus, Ludouicũ Pium Gundebaldi monachi ductu solertiáque, non modò è vinculis in libertatem, sed è priuato quoque habitu fuisse in pristinam Romani Imperij dignitatem restitutum. In Francica Historia recens typis commissa. Hispani pariter Reges Antistitum opera vsi sunt multoties, grauissimáque in exteras prouincias Legatione. Vt de Zamorensi Ibericę oræ Episcopo refert Alexander 3. P. P. Cap. cum parati, De appellat. Testis est insuper Euodius, Victorem Augustæ Taurinorum Episcopum, sub Zenone Legationem gessisse cum Epiphanio Ticinensi Pontifice, rogatu Theodorici, ad Gundobaudum Galliæ Regem, pro Liguribus captiuis redimendis. Huc quoque pertinet exhortatoria Innocentij 3. Epistola ad Strigoniensem Archiepiscopum, ne Pannoniæ Regem suum desertum inconsultúmque pateretur, sed ei vt semper præstò esset auxilio consilióque in votiua Syriaca expeditione. Cap. Non est, De voto.

Prælati Ecclesiæ, Regum Consiliarij.

Episcnpi iure muocrèque legationis functi, amplissima Regũ in eos collata potestate.

Episcop. *de Zamora* in Hispania.

Victor Episcop. *de Thurin*, Legatus Zenonis Imp. cum Episcopo Papiensi pro Ge.,uensium quorũdam redemptione. Apud Euodium, in vita Epiphanij.

Hungaria.

21 Qvinimo Reipub. clauum sacrati Proceres haud pauci tenuêre. Otho Mediolani Antistes diu multúmque Insubrum rexit Principatum, in suámque Vicecomitum familiam, iactis nobilissimi

Barnabas Christi Domini Discipulus, Mediolanen. Ecclesię institutor.

Tabula Archiepiscnporum S. Ecclesiæ Mediolanen. Ex decreto Concilij prouincialis 4. edita Pręside io 6. Conciliis prouincial. Mediolan. Carolo Borromæo, Tit. S. Praxedis Cardinali & Archiepiscopo Mediolao. S. Barnabas Apostolus, Cyprius, S. Anatolius, Græcus, B. Barnabæ discipulus, S. Caius Sergius, Romanus, B. Barnabæ discipulus; S. Castricianus, S. Calimerius. S. Monas, S. Mirocles, S. Protasius, S. Martinus, Orosius, S. Eustorgius, S. Dionysius, Marianus, Iulius, S. Ambrosius, Romanus, Ecclesiæ dator, S. Simplicianus, S. Venerius, S. Marolus, S. Martinianus, S. Glycerius. S. Lazarus, S. Eusebius, S. Geruntius, S. Benignus, S. Senator, &c. vsq; ad 124. Archiepiscopum, Carolum 2. Comitis Giberti & Marguaritæ, Pij 4 Pont. sororis filium Borromæum, ab eodẽ Diaconum Cardinalem S. Martini in Montibus, deinde presbyterum Card. tit. S. Praxedis, & Archiepisc. 6. Idus Febr. an. 1560. creatum.

dominatus fundamentis, possidendum transmisit. Anno qui fuit Deiparæ Virginis nonagesimus quintus supra mille & ducentos. Cui alterum facilè subiicias, Iohannem Insubriæ Archipræsulem, qui Luchino fratre Principe mortuo, Sacri simul profaníque iuris potestatem complexus est in Gallia illa Transalpina. Auctore Donato Bossio, in Mediolanens. Annal. Ac longo post tempore, Gnesnensem Archiepiscopum Cracouiæ cum imperio reliquit Vuladislaus Sarmatiæ rex, bello in Prutenos accinctus. Circa annum 1415. Vt est apud Chromerum, rerum Poloni. Lib. 16. Quin & Bisetislaus 15. annis Pragẽsem sunul pontificatum tenuit cum Bohemiæ Principatu. Apud Pium 2. Bohemicæ Hist. Cap. 35. Citare possem Georgium Montis Oliueti monachum Cardinalem, cui à Daciæ Vayuoda, quæ hodie Transsyluania dicitur, decreta est filij tutela, rerúmq; procuratio, vnà cum matre. Episcopus item Vesprimiensis à Leone 10. P.P. summis effertur laudibus, quòd Præfectus Croaciæ, Hunnorúmq; Prorex multos pro Repub. labores pertulisset. An. 1516. Lib. 10. Epistol. 23. & 24. quas Petr. Bembus Pontificalium Leonis Epistolarum magister Libris 16. concinnauit. Ea fermè tempestate Cardinalis Traiectensis Hispaniarum Prætor emicuit, tantísque regiminis fasces scitè & expeditè est moderatus. Ita vt exacto iudicio Principis simul atque Pastoris officia impleret. Nec profana isthæc rerum administratio fuit impedimento, quo minùs idem Romæ Pontificium apicem consequeretur. An. 1522. His facilè adiungatur Mantuanus purpuratus, Mantuani simul & Reguli tutor & imperij gubernator. Quibus ætate maior Cardinalis Barroducanus Ambarro populo iura dedit annis cõplusculis tutorio Errici Ducis munere ac functione. Sed mehercle Antistites malim (quùm in Aula morari aliquãdo necesse habuerint) sacrorum quàm sceptrorum rectores, Præsules, quàm Præsultores: Regum laterones, quàm latrones, seu prouinciæ Præsides. Renouata nimirũ veteri Ægyptiorum Regum disciplina, quibus manè surgentibus, Sacerdos, ductis ad Aram hostiis, more precabatur bona omnia, & pro concione laudatos ad piã gratámque diis Superis vitam cohortabatur, malos item ipsorum ministros criminari solebat. Expleto necnon sacrificio, illustrium Heroum consilia actáque proferebat, quorum lectione exemplóque stimulatus Princeps, Imperio iustè, ac religiosè & auspicatò vteretur. Haud absimilem nostris Regibus nauasse operam se profitetur Lupus Ferrariensis, siue Bethleemitanus Terræ Galliæ Abba. In Epistolari Codice ab eo manuscripto. Sed ea quidem adhibita Aulici incolatus moderatione valde Politica, vt Lupo ipsi vicissim, aliísque sacrorum Præfectis liceret Regio permissu remigrare in Ecclesiasticas suas Diœceses ac præfecturas. Sicuti idem de se affirmat Lupus in Epistola ad Guenilonem Senonum Archiepiscopum, cuius verba ex chirographo exemplari sic habent. *Cùm ad Regem proficiscerer, & præmisissem sciscitatum, quid me facere velles, & ipse verò*

Donatus Bossius, Causidicus & ciuis Mediolanen. scripsit An. 1492. ad Iohannem Galeacium Mediolanens. Ducem 6. De rebus præsertim in Insubria gestis.

Nicolaus Curouius is fuit Gnesnensis Archiepiscopus, Poloniæ Gubernator, armato in Prussiam eunte Rege.

Hic Cardinalis genere Belga, patria Traiectensis, dictus est Adrianus 6. quùm Romanus Pontifex crearetur An. 1522.

Cardinalis *de Mantoue.*

Ludouicus Cardinalis *de Bar*, Episcopus *de Chaalons*, filius Ducis *de Bar*. Ao. 1418.

Lupus hic vixit sub Carolo Caluo Imper.

verò præcepiſſet, vt in feſtiuitate B. Martini ad Monaſterium eiuſdem præclari Confeſſoris ei occurrerem, cum verò vtilitas publica aliò traxiſſet, miſſis iterum nunciis per amicos obtinui cum gratia licentiam reuertendi. Cur autem, vt conſtituerat, Dominus noſter Rex ad S. Martinum non acceſſerit, hęc, vt nuncij noſtri retulêre, cauſa fuit, quòd Britones ſibi præter ſolitum diffidentes, Regem noſtrum in Britanniam verſus euocauêre vt pars quę contra Nomenoium Priorem gentis Britonicę ſentiebat, ad eum tutò deficeret. Hæc Carolo Caluo Occidentis partibus Imperante. Idem de minoribus Clericis Mileuitanæ Synodo placuit Can. 20. vt poſtquam ij abſentiæ neceſſitatem apud Epiſcopum loci allegaſſent, Formatam ab eo acciperent, delatáque ad comitatum Epiſtola pergerent: ſine qua pergentes à ſocietate fidelium amouebantur. Ac Epiſtolium quidem ſub probatione dari pauperibus debebat, Eccleſiæque auxilio egentibus cùm viæ ſe dederent: Honeſtioribus autem Formata, ſeu commendatitiæ Epiſtolæ. Vt liquet ex Chalcedonen. Concilij Actione 15. Cap. XI.

Mileuitana Synodus ſub Innocentio 1. P.P.

Differentia inter Formatam, & Epiſtolam.

22 CHRISTIANIS ergò Paſtoribus haud vſquequaque nefas ſit, à ſacra abeſſe Diœceſi. Ambroſius enim Inſubriæ Antiſtes legationem in Anglia geſſit, pacis inter Maximum pſeudocæſarem, & Valentinianum Imp. conciliandæ cauſa. Vt idem in Epiſt. 27. ad Valentinianum atteſtatur. Huic tempore æqualis ſanctitatéque D. Martinus, qui aſſiduè verſabatur in Epiſcopali munere, eiuſdem Tyranni Maximi comitatum ſubiit neceſſariò, Turonibúſque Treuirorum Auguſtam eſt profectùs, cùm ob alia, tum pro Narſete Comite, & Leucadio Præſide, Gratiani partium pertinaciùs ſtudioſis. Præcipua autem illum cura piáque tenebat ſollicitudo, ne Tribuni cum gladiorum iure ad Hiſpanias mitterentur in Eccleſiarum excidium, ſed miſſi vt patrios in penates reuocarentur. Talium exemplo ſtudióque, nil vetat, quò minùs Epiſcopi non aulas modò, ſed caſtra etiam ſequantur aliquandiu. His enim Sardicenſem Canonem Gratianus accommodat 23. Quæſt. 8. §. reprehenduntur. & ſeq. Can. ſi vobis. Non vt armis quidem illi ſuppetias Principi ferant, ſed eum cum exercitu, obſecrationibus habitis, concilient Numini, & ſacris conſiliis iuuent. Sic B. Bernardus ad Senonum Archiepiſcopum ſcripſit, vt Principibus Epiſcopi ſedulò adſint in eorum curiis, negotiis, ac exercitibus etiam ipſis. Epiſt. 42. Sanctorum namque Patrum contubernio tegitur admodùm Regalis publicúſque regnorum Status, vt non minùs orantium Chriſti, quàm pugnátium Regis militum præſidio hoſtes à patriis finibus arceantur. Quod animo meditans Maſcelzer Gildonis Africæ Comitis germanus, haud aliud ſibi popoſcit præſentius remedium vlciſcẽdæ fratris perfidiæ in Theodoſij Cæſ. liberos, quam ſi Clericorũ ſatellitio ſtipatus, qui Chriſtianis armis .i. piis precibus accincti in iiſdẽ ſecum agerent caſtris, cũ hoſte dimicaret. Itaq; inſomni nocte orationibus hymníſq; tranſacta, Maſcelzer victoriam reportauit incruen-

D. Ambroſius Archiepiſcop. Mediolanẽſis.

Treuer in Germania.

ram, octogenis armatorum millibus à quinque millium exercitu in dedirionem redactis. Quemadmodum refert Diaconus in Arcadio & Honorio. Eam autem victor implorandam Sacerdotum opem didicerat à Theodosio illo Principe, qui non tam suis auspiciis, profanáque bellatorum, quàm elata Christianorum ad Superos manu hostiles copias profligarat, oborto sæuientium nimborum imperu consternatas, retróque collabentes. Id quod meo iudicio ad amussim depinxit Claudianus hoc poëmate.

Te propter gelidis Aquilo de monte procellis
Obruit aduersas acies, reuolutáque tela
Vertit in auctores, & turbine repulit hastas, &c.

Titulus. II.

DE VARIIS ET EXTRAORDINARIIS PONTIFICVM COGNITIONIBVS.

1. 2. *De sacerdotis salario quatenus contra laïcum cognoscat Episcopus.*
3. *Statutum Delphinatus De foro Ecclesiastico.*
4. *Gallicar. Ecclesiarum coloni an vtantur priuilegio fori Ecclesiastici.*
5. *De Capitulis Ecclesiarum, quæ* temporales *suas causas Iudicibus regiis maioribus commissas habent.*
6. *Quòd in Polonia Clerici soluti sint Iurisdictione seculari.*
7. 8. Matricularios *Ecclesiæ laïcos de rationibus Fabricæ administratæ coram Episcopo non esse conueniendos.*
9. *De visitatione Diœcesis per Episcopum, & Archidiaconum.*
10. *An Clericus, nondùm subdiaconus, habeat priuilegium fori Ecclesiastici in causa criminali.*
11. 12. *Quænam crimina sint Pontificiæ purè coërctionis.*
13. *Externam tantùm Ecclesiæ Politiam publico Magistratui competere.*
14. 15. De remporali *iurisdictione* Capituli *S. Benedicti Parisien.*
16. 17. *Vsurarum crimen Regiæ necne sit cognitionis, an mixti fori.*
18. *Quarumdam Ecclesiarum priuilegium in Regij iuris criminibus diiudicandis.*
19. *In mores seculi Digressiuncula.*
20. Laïcali *Iurisdictioni Prælatorum soli* laïci *præficiendi.*

IVRIDICA

1 IVRIDICA EPISCOPI Potestas non solúm ordinarias amplectitur cognitiones, de quibus carptim suprà, sed extra ordinem quoque cognoscentes tuetur: modò ne in alienas irruant profanasque Iurisdictionis possessiones. Nam & Præses prouinciæ de mercedibus ius dicere solebat extra ordinem, ac publica iudicia eodem modo exercere. Vt ait Vlpianus Lib. 8. De omnibus tribunalibus in l. 1. ff. De extraord. cognit. Paulus Libro singulari De publicis iudiciis In l. Ordo. ff. Eod. Tit.

Varia multipléxque Pontificiorum iudicum cognitio ac Iurisdictio.

2 Vt ergo simile causarum genus, quæ in Pontificio Prætorio forsan occurrent, paucis explicemus, Sacerdos Antistitem pro tribunali interpellauit cótra profanum aliquem de Honorario, quod ob solemnes in ferias funeri factás addici sibi intendebat oportere. Quæsitum est, nûm hęc pontificij iuris foret cognitio. A parte actoris vrgebant nonnulla, vbi pietatis causa versetur, Episcopum *laicis* ius dicere posse, quos Larini populares interpretantur. L. 1. & ibi Bald. Cod. de Episcop. audien. Cap. 1. de empt. & vendit. Ibidémque Hostiens. ex l. Nulli l. si quis ad declinandam Cod. de Episc. & cleric. Panot. in Cap. cum sit generale De foro compet. Quo argumento censuit Pontificiæ legis Scoliastes, in legatis piis Ecclesiasticum iudicem aduersus quoscunque adeundum, vel quidem profani ordinis viros. Glos. in Cap. Relatum. & in Cap. Si hæredes De Testam. vbi Hostiens. Andr. & Panormit. Hocque sensu accipienda Iustiniani Nouella in §. Si quis autem ædificationem De Ecclesiast. titul. Innocent. & Andræas in Cap. Significantibus De offic. deleg. Pro reo, in contrarium, suggeri poterat, Episcopum nulla iuris dicundi auctoritate, nisi in suos, esse subnixum, non in profanos, regiósque è medio vulgi municipes. Ad hæc, mercedum notionem, de quibus certabatur, merè profanam existere, nô sacram, nec sacræ veluti piæque causæ arbitram ac disceptatricem: Quúm alio iure metiamur quodámodò pia ipsa legata, & honorariũ sacrificuli stipendium: licet ei nunquam à viris probis denegandum. Hanc denique in sententiam procliuior fuit Senatus, decreuítque pontificiam nullam esse de salario ob diuinum cultum notionem in profanos quosuis. Excepto, si adderet pôtificius Iuridicus, litem se iudicio dirimere ex vsu institutóque maiorum, & vt eorumdem phrasi vtar, *Secundum laudabilem consuetudinem*. Aresto Parisien. 3. Cal. Maias An. 1532. At septennio pòst, Regia constitutione obrogatum est indiscriminatim Ecclesiasticæ in profanos Iurisdictioni, non tantùm de actionibus in rem, sed in personam quoque concepris. Edicto An. 1539. Quod & Biarnensium Moribus antea vsitatum probauit Erricus Alebretus Cantabriæ rex. 4. Calend. Nouemb. An. 1552. Ex Codice Biarnens. Legum municipalium In Rubr. De Iudicius Artic 23. &. 24.

De sacerdotis salario ex funerarij sacrificij opera, agitando apud secularem iudicem contra laicos, non apud Ecclesiasticum.

Quid de laicis Pontificio carceri præpositis, quorum culpa sacerdos criminis reus euaserit? An tales Præpositi, Pontificio foro respondeát, de exibendo sistédoque reo, qui elapsus sit? ad Episcopum quidem pertinet delictorum erratorúmue cognitio commentariensis sui, si clericus sit. At de pure laico, Senatoria Parisiorum decuria, quæ Iuridicis Pictonum sessionibus præsidebat, Episcopũ abúsiue cognouisse, iudicauit. Aresto die. 18. Septemb. Ann. 1531. quùm pro Symone Massy appellãte Courtinus, & Betuyerius, contra, pro occisi vidua, publicè dixissent: Poyeto Aduocato fisci ita concludente.

Indicium Curiæ Parisien. die 29. April. An. 1512.

Consuetudo *du pays de Bearn*, scriptis redacta auctore & auspice Henrico Alebretensi Nauarrorum Rege, die 29. Octob. An. 1552.

Statuti Delphinensis verba, renouati scilicet ac confirmati à Iohanne Comite *de Comminge* Mareschalo Franciæ seu militari Tribuno, & Delphinatus Viennensis gubernatore, Die 12. Iulij An. 1464.

Hungariæ Consuetudo scripta de Ecclesiasticis causis, forique Pontificij,

IDEM iuris Delphinatibus præscriptum erat olim, pontificium Iudicem minimè agnoscentibus in profana quauis ciuilíque controuersia: dempto Clericorum Ordine inter ipsos. Nam priscos Delphinatium ritus innouans Ianus Conuenarum Regulus, Delphinatiúmque Prætor statuit, inter cætera: *Ne quis, cuiusuis gradus aut conditionis existat, alterum Delphinalem subditum pro casibus aut causis purè laïcalibus ad cognitionem & Iurisdictionem Ecclesiasticam trahere alibi, quàm coram iudicibus Delph inal. ad hoc stabilitis audeat vel præsumat.* 4. Idus Quintiles An. 1464. Vti ex Delphinal. Statut. libro constat. Planè Hunnorum patriis Legibus, CAVSÆ ECCLESIASTICÆ SVNT ISTÆ; MATRIMONII, TESTAMENTORVM, DOTIVM, RERVM PARAFERNALIVM, IVRIVM QVARTALITIORVM, PERIVRII, VERBERATIONIS, ET SPOLIATIONIS CLERICORVM, ET MVLIERVM, ET ALIÆ QVÆ PROFANÆ NON SVNT. Id quod è *Iure Consuetudinario Regni Vngariæ* decerpsimus, cuius sedulò colligendi Latinéque vertendi auctores fuêre Stephanus Werbewczius Iudicis Curiæ regiæ prothonotarius, & Hieronymus Baldus Præpositus, nutu mandatóque Vladislai Pannoniæ regis. An. 1490. Quid verò, si prophanus iurisiurandi nexu se obligarit in pacto ineundo, proptereáne trahetur ad pontificia subsellia? Trahendum fortè responderis, ex Bonifacij. 8. sanctione vlt. De foro compet. Qua fidei disceptatio iurísque iurandi ad cognitionem pertinet sacrosanctæ Potestatis. Confine his est, quod Gregorius Scotorum rex constituit, vt sacri Antistites violatæ fidei cognitionem suam promiscuè accommodarent. Boëthio auctore,

Le Ieudy 4. d'Auril 1585. plaidant Deschamps pour l'appellãt des Presidiaux d'Orillac, Chauuelin pour l'inthimé, & Faye pour le Roy, a esté dict par Arrest qu'il auoit esté mal iugé par lesdicts Presidiaux, & en emendant &c. qu'il auoit esté bien iugé par le Bailly des Montagnes au siege de S. Flour, qui auoit ordonné que nonobstant la Coustume d'Orillac de faire iurer les parties litigantes, concepta formula (*Iur le* Te igitur clementissime pater, *le Prestre tenant le Liure dans l'Eglise*) *que ladite partie interpellee de faire le serment, iureroit* tactis sacrosanctis Euangeliis, *en la forme commune. Plutarque* in Dione, Sophocles in Antigone, quibus locis præscripta est formula iurisiurandi inter Ethnicos, *laquelle nous Chrestiens ne deuons pas suiure.*
Ratione iuramenti contractibus appositi inter laicos fundata erat olim iurisdictio Prælatorum Franciæ in laicos etiam indistinctè.

Hæres laicus non potest conueniri coram Pontificio iudice super obseruatione iuramenti præstiti à laico eius antecessore. nisi implorato eius officio, vt compellatur hæres satisfacere, ad exonerationem animæ defuncti.

* per excellentiam.

Ludouicus *de Luxembourg* Connestabilis Franciæ.

Ecclesia collegiata *de S. Lau*, in suburbiis Andegauæ Ciuitatis.

Philippus de Commines idem scribit.

Scotic. Annal. Lib. 10. Intantùm, vt profani deierantis profanus etiam hæres vrgeri possit ab Ecclesiastico magistratu, cuius officium inuocatum sit, ad eorum obseruationem, quibus ille se iuratus deuinxerit: Nempe vt defuncti manes expientur. Cap. A nobis, In fi. De senten. excommunic. Atque ita Aufrerius suo tempore custoditum ait in Archiepiscopali foro Tholosano. Decis. Capel. Tholos. 415. Sanctissimum quippe est fidei iuratæ vinculum, quod inde sacramentum * κατ᾽ ἐξοχὴν appellatur. Eóque non Plebeij solùm cum Sacerdotibus, at Nobilitas etiam religiosè tenetur. Id non dubia quoque auorum memoria probatum est, quùm instanti Ludouico 11. regi, vt in colloquium descenderet Lucemburgius Equitum Magister, hic rescripserit venturum se, si in Laudi Æde tacta cruce, iureiurando fidem daret, fraudem, vímque abfuturam. Ea Crux in Andibus (Patriæ meæ metropoli) summa habetur religione. Peruetus enim stat opinio, qui ad eam Crucem conceptis verbis peierarit, pessimo eum letho intra annum occumbere. Id se facturum

vlli mortalium negauit Rex. Sicuti ab Æmylio refertur in Ludouico. II. Proinde à maioribus accepimus, ciuiles controuersias penè omnes idcirco agitari illo seculo apud sacros magistratus consuêsse, quòd sacramenti religione populus se mutuò in negotiis contrahendis obstringeret, fidéque iureiurando oppignerata. Ad nos hæc tenuis famæ perlabitur aura. Vtcumque sit, Gallicus ille forensis disciplinæ vsus iampridem explosus est Politicisque Regum Edictis antiquatus. Tantum æui longinqua valet mutare vetustas.

4 ENIMVERÒ nostra etiamdùm tempestate recipitur prisca Regij fori immunitas, quibusdam olim Ecclesiis irrogata à Principe, ne earum subditi colonivè publico Regis Magistratui subijcerentur. Siue quòd Regia Priuilegij istius diplomata, adprobante S. Consulto, in vim Edicti perpetui dicantur transiisse: Seu potiùs quòd tales subditi libertíque Ecclesiæ iura pétant à profana sacrorum Procerum Iurisdictione, Regia prima soluti ac immunes. Huiusmodi exemptionū, quæ sparsim lectitantur, vnam hanc recitandam duxi, à Ludouico Pio Cæs. indultā sacro Andium Collegio summo, cautione infrà scripta. OB AMOREM DEI ET REVERENTIAM B. MAVRITII MARTYRIS, CVIUS NOMINE ET HONORE IPSA DICATA EST ECCLESIA &c. IVBEMVS, VT NVLLVS IVDEX PVBLICVS, VEL QVILIBET EX IVDICIARIA POTESTATE, IN ECCLESIAS, AGROS, NAVES, VEL RELIQVAS POSSESSIONES, QVAS MODERNO TEMPORE IN QVIBVSLIBET MEMORATA TENET ECCLESIA, VEL EA QVÆ DEINCEPS IN IVRA IPSIVS ECCLESIÆ VOLVERIT DIVINA PIETAS AVGERI, AD CAVSAS AVDIENDAS, VEL FREDA EXIGENDA, AVT MANSIONES VEL PARATAS FACIENDAS, AVT FIDEIVSSORES TOLLENDOS, AVT HOMINES IPSIVS ECCLESIÆ DISTRINGENDOS, NEC VLLAS REDIBVTIONES, AVT ILLICITAS OCCASIONES REQVIRENDAS, NOSTRIS NEC FVTVRIS TEMPORIBVS INGREDI AVDEAT, NEC EA EXIGERE VALEAT, &c. ET QVICQVID DE PRÆFATÆ REBVS ECCLESIÆ IVSTITIA EXIGERE POTERAT, IN INTEGRVM EIDEM CONCESSIMVS ECCLESIÆ: SCILICET VT PERPETVO TEMPORE AD PERAGENDVM DEI SERVITIVM, AVGMENTVM, ET SVPPLEMENTVM FIAT &c. Ac istud quidem Priuilegium Karolus Caluus Andegauensi Templo Max. reseruauit. 16. Kalend. Maias An. 872. Dein Carolus Sapiens tale Francorum Principum munus benigna interpretatione adiuuit plurimùm: Ne Cathedralis huiusce Ædis symmistæ, néve eorum subditi, coloni, & adscriptitij in ius adducerentur ad publicum Iudicem quàmlibet profana de re, sed ad profanos Ecclesiæ, quos ei licuit habere, magistratus. Saluo eo, vt prouocationes à sententiis interpositæ deuoluerentur ad Regium Andium proprætorem. 3. Nonas Septembr. An. 1372. Posteri itidem Reges ea Andegaui Cleri priuilegia confirmarunt. Heroicis Rescriptis. 14. Kalend. Nouembr. Ann. 1424. Mense Octobr. 1461.

Ecclesiarū exēptio à Regia Iurisdictione porrigitur ad colonos subditósque Ecclesiæ. Et hi litigare tenentur apud secularem Ecclesiæ Iustitiarium, non Regium, in prima instantia: Dempto iure ressortus in Regio foro superiore, in casu appellationum.

Rescriptum Exemptionis Mauritianæ Andium Ecclesiæ maioris à laicorum iurisdictione.

Die 16. April. Ann. 872.

Caroli. 5. Galliæ regis Literæ priuilegia Ecclesiastica confirmantes, Die 3. Septemb. An. 1372. Vt homines & subditi Ecclesiasticorum Dominorum litigare nō teneantur in prima instantia, nisi coram iudicibus laicis ipsorum Dominorum. Saluo ressortu & ad regium Andegauiæ Seneschalum appellatione.

Literæ confirmationis Karoli.7 regis, Die.19.Octob. An. 1424.

Mense Quintili. 1488. paríque Mense Ann. 1498. Perspectos demùm tot regiorum Priuilegiorum codicillos Senatus comprobauit. Pridie Nonas Sextiles Ann. 1498. Nec aliter expedit forensia Cenomanæ Ecclesiæ priuilegia interpretari, quorum istud, Karolo Mag. auctore, memoratu dignius. *Karolus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum, ac patritius Romanorum &c. Notum esse volumus, quia vir venerabilis Franco Cenomanicæ Vrbis Episcopus adiens serenitatem nostram suppliciter deprecatus est, vt ei praeceptum de omnibus rebus Ecclesiæ sibi commissæ facere praecepissemus, & nominatim cellulas seu vicos & villas, quas sub sua, siue Canonicorum vel vassallorum suorum ac aliorum sibi vel Ecclesiæ suæ deuotè famulantium tam liberorum quàm seruorum potestate vel dominatione præsenti tempore habere noscitur, vt futuris temporibus ipse & eius successores sub iure & dominatione prædictæ Cenomanicæ Ecclesiæ firmiùs nostra fulti auctoritate habere mererentur &c. Praecipientes ergo iubemus, vt nullus Iudex publicus, neque quilibet ex iudiciaria potestate, nec aliquis ex fidelibus nostris in Ecclesias aut loca vel agros memoratæ Ecclesiæ quos habet vel habere poterit, neque ad causas audiendas, vel infrendas requirendas, aut tributa vel freda exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, aut teloneum exigendum, nec fideiussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiæ tam ingenuos quàm seruos, qui super terram eiusdem residere videntur, iniustè distringendos, nec vllas redibitiones, aut illicitas occasiones requirendas vllo vnquam tempore in-*

Eorum Priuilegiorum Verificatio facta in Parlamento Parisieo. Die.4.Augusti Ann. 1498.

Caroli Mag. Charta priuilegiaria io Cenomanam Ecclesiam.

Arrest de la Cour en la grand Chambre, du 3. Decemb. 1602. entre maistre Iehan Vigore, Doyen & Chanoine de l'Eglise Cathedrale de Senlis, appellant comme d'abus d'une ordonnance Capitulaire, donnee par maistre Iehan Philippes Loysel, Archidiacre de ladite Eglise, le 27. Auril 1601. procedures sur ce faictes, election & nommation de confesseurs faicte le iour du Vendredy Sainct audit an, & demandeur en complaincte pour la possession des droicts & qualitez dependans de son Doyenné, & maistre Iaques Muldrac sous-chantre & chanoine, & autres particuliers Chanoines intimez & defendeurs. Apres les offres desdits intimez acceptees par l'appellant, appointé est qu'il a esté nullement & abusiuement ordonné par ledit Loysel, au Chappitre de ladite Eglise, nullemét & abusiuemét procedé à l'election & nomination desdits confesseurs. Et faisant droict sur ladite instance possessoire, euoquee en ladite Cour, est l'appellant maintenu & gardé en possession de se dire, nõmer, & qualifier Curé desdits Chanoines prebendez, semiprebendez, Chappelains des obits Vicaires & habituez en ladite Eglise Cathedrale de Senlis, comme estant la cure de leurs ames annexee audit doyenné, en possession de leur administrer ou faire administrer les Sacremens, recevoir leurs testaments, & de faire tous autres actes de Curez, d'auoir les clefs des huits & coffres du Chappitre de ladite Eglise &c. Mais le corps dudit Chappitre empescha l'effect dudit arrest voluntaire. & les conclusions dudit Doyen. Et est son appoincté au conseil prest à iuger à la my-aoust, l'an 1605. au rapport de monsieur le Voix en la grand Chãbre.

gredi audeat, vel exactare prædicta ex ipsis rebus quodam in loco præsumat. Et quicquid ex rel us iamdictæ Ecclesiæ Fiscus super eo poterat, totum nos memoratæ Ecclesiæ concedimus. Insuper & illud in hoc praecepto inserere iussimus, vt nullus Iudex aut Comes aut aliquis liber homo aut quælibet persona, prædictæ Ecclesiæ ministros vel aduocatos in Mallo publico accusare præsumat. Sed priùs conueniat ministros rerum & iudices villarum atque hominum, à quibus læsus est, vt ab eis familiarem & iustam accipiat iustitiam. Et si à prædictis ministris suam iustitiam accipere non valuerit, tunc conueniat Episcopum iamdictæ Ecclesiæ, vt ab ipso suam iustitiam familiarem bonam & iustam accipiat. Et si ab ipso Episcopo neque à suis ministris suam iustitiam accipere nequiuerit, postmodum licentiam habeat, vt in Mallo publico suas querelas iustè & legaliter quærat. Sed si antequam prædicta fecerit, iamdictæ Sedis Ecclesiæ Episcopum & suos aduocatos vel ministros accusare aut pulsare præsumpserit, quia iussionem nostram contempsit, siue prauaricauit, bannum nostrum ex hoc nobis componat, & prædictæ Ecclesiæ Episcopo, vel suis ministris centum solidos argenti componat, & suam Iustitiam postmodùm absque lege aut aliqua compositione recipiat.

Mallus i. maius placitum siue iudicium, vbi quem præscotem adesse oportuit. Vt est in Lib.3 Cap. 32. 38. & 45. Capitularii & Caroli Magni Ludouic. Pij. Tum io Lib. 4. Cap.23. & 29. dict. Capit. Caroli: Io ver. *aduocati eorum in Mallo publico ad præsentiã comitis veniant &c.* Item in Admonit. Caroli apud Pistas ita legitur, *Vt conlimitanei & vicini Comites in vna die Mallum non teneant, maxime propter Francos homines & aduocatos, qui ad vtrumque Mallum non possunt occurrere.*

recipiat. Prædictas enim cauſas memoratę Eccleſię Pontificibúſque atque Dei ſeruis inibi Domino famulantibus pro Dei amore & reuerentia Sanctorum cõceſsimus, conceſſúmque futuris temporibus eſſe volumus: ſicut & à noſtris anteceſſoribus, Regibus videlicet Francorum, ſuis prędeceſſoribus factum eſſe ſcrutando cognouimus: Quatenus ſupramemorato Pontifice ſuíſque ſucceſſoribus, vnà cum ſeruis Dei inibi Deo famulantibus, pro nobis atque pro ſtabilitate totius Regni à Domino nobis conceſsi atque conſeruandi cum Clero, Pop. q; ſibi ſubiecto Domini miſericordiam exorari delectetur &c. 16. Kalend. Ianuar. Anno Regni noſtri 29. Actum Graniaquis Palatio noſtro, &c. Hoc Magni diploma ſanxit Ludouicus filius Imperator, *Pictauis in Ciuitate publica. 10. Kalend. Mart. Anno, Chriſto propitio, 23. Imperij noſtri.*

Die. 17. Decẽb. apud Aquiſgraoum.

Die. 20. Februar. An. Salutis. 837.

5 Isthæc de ſeruorum Eccleſiæ controuerſiis ciuilibus, quæ imis irrepunt ſubſelliis. Quid de Sacerdotum ipſorum profanis litibus ac prædiariis? Hæ Regio beneficio maiores ſortiuntur Iudices, quæcumque ad ſacra Collegia pertinent Andium, Cenomanorum, Pictonum, Syluanectenſium, & alia id genus, quæ longo ordine percenſuimus lib. 2. Domanij Gallici Tit. 8. Exempli vice ſit, priuilegiarium Diploma Cathedrali Pictonum Templo conceſſum à Principe Karolo. 7. Menſe Iunio Ann. 1440. in hanc phraſim. VT CANONICI IPSIVS ECCLESIÆ TAM CONIVNCTIM QVAM DIVISIM, NVLLATENVS TENEANTVR LITIGARE CORAM ALIQVO IVDICE SECVLARI REGNI NOSTRI, PRÆTERQVAM IN CVRIA PARLAMENTI, NISI EIS PLACVERIT, RESPECTV OMNIVM CAVSARVM SVARVM TAM AGENDO QVAM DEFENDENDO, TANGENDO CORPVS ET FVNDATIONEM DICTÆ ECCLESIÆ, ET VBI DICTI DE CAPITVLO ERVNT PARS. NOSTRA TAMEN EST INTENTIO, QVOD EORVM HOMINES AC SVBDITI, ET ALIA MEMBRA IN HOC QVOD ALIQVALITER NON TANGET IVRA SEV FVNDATIONEM IPSIVS ECCLESIÆ, RESPONDERE TENEBVNTVR IN CASV RESSORTI CORAM ILLO BAILLIVORVM AVT SENESCHALORVM NOSTRORVM, IN CVIVS BAILLIVIA SEV SENESCHALIA COMMORABVNTVR &c. Cuiuſmodi regiæ Indulgentiæ tabulas Ludouicus. XI. repetiit: Inſigni Reſcripto, Pictauis edito Menſe Februar. Ann. 1464. cui Senatus Pariſien. ita ſubſcripſit, *Pro huiuſmodi Literis per dictos Decanum & Capitulum vtendo, quatenus ritè & iuſtè vſi ſunt.* 4. Cal. Februar. An. 1469. Iuxta hæc, Carolus. 8. Codicillos dictauit Menſe Aprili. 1484. quos P. C. promulgarunt. 19. Calend. Septemb. Eod. Anno. Conſimili forenſium Diplomatum munere donata eſt Cenomana matrix Eccleſia, ab Carolo. 5. Rege. 3. Nonas Septemb. An. 1372. Ludouico. XI. Menſe Septembri. 1482. Carolo. 8. Menſe Mart. Ann. 1483. A Ludouico. 12. 8. Calend. Mart. Ann. 1498. A Franciſco. I. Menſe Iunio An. 1515. Et hæc Principum noſtrorum in Eccleſiam beneficia fori probauit Senatus Kalend. Iuniis An. 1484. & 4. Nonas Mart. An. 1458. in hunc modum, *Lecta, publicata & Regiſtrata, pro per impetrantes in albo nominatos Priuilegiis ibidem contentis gaudendo,*

Capitula Eccleſiarum Cathedraliom *d'Angiers, du Mans, Poictiers, Senlis, &c.*

Regium fori priuilegium pro maiori Eccleſia Pictauenſis vrbis.

Literæ pateotes in Parlamento publicatæ & modifficatæ oie 29. Ianuar. An. 1469. Et die 14. Auguſti An. 1484.

Regiæ literæ Caroli 5 die 3. Septemb An. 1372. pro Epiſcopali Cenomanorum Eccleſia, in qua ſe ipſe ibidem dixit Canonicum præbendatum, in eáque patrem ſuum ſacro baptiſmate tinctum fuiſſe.

Ludouici. 12. literæ, die 22. Febr An. 1498.

Verifficatio Regiarũ literarum in Parlamento. Die 1. Iunij. An. 1484. & die 4. Mart. 1498.

quatenus illis hactenus iustè & ritè vsi sunt &c. Syluanectensi tamen Ecclesiæ, seruis, & adscriptitiis eiusdem promiscuè datum est fori priuilegium, & regius iudex Prætor Syluanectensis, aut Præfectus Vrbi Parisien. Regio tutelari diplomate Mens. Ianuar. Ann. 1559. quod in Commentaria Curiæ regestum fuit, sub Francisco. 2. rege. Fol. 231. vers.

Lettres de garde gardienne, pro capitulo Ecclesiæ Senlucensis apud Baillivum Senlucensem, vel Præpositum Vrbi Parisien.

TAMETSI igitur profanorum aut negotiorum aut hominum 6
controuersiæ non sint Ecclesiastici fori, in iis tamen forensi Regum Priuilegio non caruerunt Sacerdotes. In Polonia vtique, totus Clericorum cœtus hoc iam olim assecutus est, habitis Pop. comitiis déque communi Sarmatæ gentis sententia, vt sacratus Ordo cum subditis suis & administris generatim profanorum Iudicum, Principísque adeò iurisdictione solutus permaneret: Ita, vt ne per exceptionem quidem vllam aut reciprocá petitionem liceret Clericos ad ciuilem appellare Magistratum. Quam vniuersi Conuentus Constitutionem Romanus Pontifex confirmauit. Authenticis tabulis sub annum. 1200. quo Lescus Albus Sarmaticis rebus moderabatur. Vt est apud Chromerum in Polonic. Annal. Pari modo Scotorum rex Hungus edixit, ne sacris addicti profanum vocarentur in iudicium, nevè pro flagitio vllo capite plectерétur. Hæc quidem Carolo Mag. Francici imperij fastigium obtinente. Verùm id priuilegij Leuitico ordini negauit Ferdethus quartus ab Hungo Pictorum rex, statuítque vt Regios Præfectos adirent Sacerdotes, iísque pro tribunali sedentibus parerent. Teste Boëthio, Scoticæ Hist. lib. 10. Orientali autem Clero lege tributum est ab Heraclio, & Alexio Comneno Græcorum Augustis, ne in eum quisquam iudicio experiretur apud publicum Magistratum, siue in ciuili negotio, siue in criminoso: Sed Patriarchas solùm is agnosceret Iudices, aut Episcopos, aut Metropolitas. Cuiusmodi Orientis leges ordine digessit Theodorus Balsamon, cum Aurea Bulla Alexij Comneni Imp. Mense Quintili Indictione. 4. Ab Orbe condito. 6589. Ne huc adducantur Romanorum Cæss. de Ecclesiastica Iurisdictione vetustiores sanctiones, quibus & Clericos illi exemerint iuridica suorum omnium potestate. §. si verò Vt Clerici apud proprios Episcopos Collat. 6. Et §. si quis In authent. De sanctiss. Episcop. Eòdem accedit Britannica Lex Eduardi. 1. in Londinésibus Regni comitiis lata, Sacerdotem furti criminísque compertum repetenti Episcopo esse tradendum: Ita tamen, vt eum non priùs missum faceret, quàm ritè se purgauisset. Annum circiter. 1280. Vt inquit Polydorus, Anglic. Annal. lib. 17. Atque inde Episcopis custodiendi damnatos Clericos ea est imposita seruitus, quam Polydorus describit

Statuta in generali Parlamento Poloniæ, pro Ecclesiastica iurisdictione.

Reciproca petitio seu reconuentio, in qua Clericus non cogitur defendere coram iudice seculari. Decis. Capel Tholos. 95. Vbi clericus coram laico iudice ne quidem potest reconueniri.

Placart du Roy d'Espagne pour le pays bas, du 1. Iuin 1587. sur l'execution des decrets de la Synode prouinciale de Cambray, tenue en la ville de Mons, en Octob. 1586. en l'Art. 13. & 14. dudit placart, que à l'audition des comptes du bien des fabriques des Eglises, soit present & appellé le Curé du lieu, ou que l'Euesque y enuoye quelque autre sien deputé, moyennant que ce soit sans fraiz de ladite Fabrique, & sans preiudice de nos droicts & auctoritez, ou des seigneurs particuliers des lieux, comme aussi le Curé pourra de la part de l'Euesque estre present à l'audition des comptes des hospitaux, maladeries, maisons d'Orphelins, escoles, & autres lieux pieux des vilages, pourueu que ce soit sans fraiz & charge desdites maisons, & sans preiudice comme dessus.

Leges Constantinopolitanæ.

Anglica Lex in Parlamentis Regni condita, pro Iurisdictione Clericorum.

ſcribit in Errico. 7. Britanniæ Inſulæ rege.

7 QVEMADMODVM autem Sacerdotum Ordini tot Edictis ſancita eſt profanæ Iuriſdictionis vacatio atque immunitas: ſic in profanos quoquè Epiſcopi Iuridico vti imperio à Regibus prohibentur. Agedum, quid de Præſule luſtrante diœceſim, obitérque ab Æditius parœciarum aduerſarios rationum codices edi iubente? Primo intuitu dixeris, non malè petitas ab illo, dum ſacra obequitans ſic procurat, Fabricæ adminiſtratæ rationes. Nam & ab ipſa Chriſtianæ Reipub. inſtitutione, præfuerunt Antiſtites ſacrarum eiuſmodi opum curationi. Vt narrat Socrates, Eccleſ. Hiſt. lib. 7. Cap.25. Quorum bonorum diſpenſatio miniſteriúmque ſolis preſbyteris committebatur. Auctore Sozomeno, Cap.12. Lib.8. Ita certè, vt Eccleſiaſticarum rerum Oeconomi conſtituerentur ſolemnibus Cleri ſuffragiis. Idque ex Politico Antiochenæ Eccleſiæ vſu ſeruaturum ſe recepit Ibas in Concilio Chalcedonenſi. Gelaſius deinde pontifex, miſſa ad Siculos Epiſtola, declarat ſacrorum cenſuum procurationem ſummam haud alij rectè deferri, quàm Præſuli diœceſano, vt tales reditus ab eo inopibus diſtribuantur, captiuis, hoſpitibus, Eccleſiæquè adminiſtris. Naſcente etiamdùm Eccleſia, quæ nullis tùm ditata erat patrimoniis, Chriſtiani nummos viritim in pias conferebant erogationes. Inde commune Ærarium Præfecto fratrum ſeu Epiſcopo commendabatur: ex quo pupillis ſubueniret, viduis, peregrinis, aut morbo ad egeſtatem redactis. Sicuti in literas retulit Iuſtinus, Apologia. 2. His conſequens apparet ſpecie ipſa prima, ſacrorum pontifices iuſtè exigere profanas etiam Fabricæ Eccleſiaſticæ rationes.

Vtrum Epiſcopus viſitans ſuam diœceſim poſſit exigere compota bonorum Fabricæ parochiarum à Matricularíis ipſarũ.

Epiſcopos ſioe Diſpenſatore & Oeconomo rem Eccleſiæ non adminiſtret, neque is laicus ſit, ſed ex proprio Clero conſtituatur.

Ex Eccleſiæ bonis initio alimenta [illegible]ſcopis ſuggerebantur & aliis miniſtris.

Sic refert Socrates, Chryſanthum duos panes ſingulis diebus Dominicis ex collectis accepiſſe. Lib.7. Cap.12.

Gregorij Magni Lib.7. Regeſti, Epi.66. ad Epiſc. Caralitanum. Iodicatum nobis eſt, quòd laicis quibuſdã curas veſtri patrimonij committentes, poſt modum in ruſticorum veſtrorum deprecatione & fatigationibus deprehenſi reddere res, veſtræ non ſuppoſiti curationi, poſtponatur, vobiſque deſpiciatur actuum ſuorum reddere commune. De cætero canendum à fraternitate veſtra, ne ſecularibus viris res Eccleſiaſticæ committantur. Sed clericis, in quibus ſi quid inuentum fuerit prauitatis, vt in ſubditos emendare quod licitum eſt, valeatis.

8 PER contrarium diſſeretur, merè plebeïam eſſe profanámque horum prouentuum curationem. A laïcis item, plebeiiſque tractari annuos Fabricæ reditus, quaſi profanos & populares, non ab Eccleſiaſticis miniſtris. Concedamus enim, Diaconos quondam ſacræ gazæ præſides extitiſſe ac diſpenſatores. Ex Origenis Tractatu in Matthæum. 16. Demus itidem, ſucceſſu temporum non iam * διάκονας qui menſis præpoſiti fuerant, ſed Epiſcopos, auctis Eccleſiæ facultatibus, ſumpſiſſe bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtrationem. Poſterior certè hic ritus cenſoriè notatus eſt à Chryſoſtomo (Homilia. 86. in Matthæum) grauiter conquerente, Hierarchas eo modo in diſpenſatorum ordinem, cauponum, procuratorum, publicanorum, quæſtorúmque coactos videri. Senſim lege vetitum à ſacroſancto Conuentu Chalcedonenſi, ne Præfecti ſacrorum Eccleſiaſticas poſſeſſiones tractent, ſed hoc miniſterij ad Oeconomos transferant infimíque ordinis ſacerdotes. Con-

* Diacres.

Concilium Chalcedonenſe.

Ecclesiæ regiæ fundationis, quæ habent *Literas gardiæ gardiatoriæ*, seu speciales Iudices suorum iuriũ, rerumque Ecclesiæ gardiatores & protectores.

cilij Actione. 15. vnde haustus Canon Quoniam in quibusdam Distinct. 89. Et Can. Quoniam. 16. Quæst. 7. Huiusmodi Oeconomos Ecclesiæ memorat Theodoritus Lib. 1. Quanto minùs Episcopo licita sit rationum exactio à Fabricæ templi curatoribus, qui & profani sunt ipsi, & profana ab iis suscepta bonorum distributio. Itaque à Ciuili duntaxat magistratu dispungendæ sunt huius piæ Tutelæ rationes & excutiendæ. Francicis enim Edictis Præsides prouinciæ iudicio decidunt profanas omnes Templorum controuersias, quæ à Regibus condita, mandatæ iurisdictionis Diplomate muniuntur peculiari. Reliquarum verò sacrarum ædium litibus iudex datur Regius minor Iuridicus, quem vulgò *Præpositum* nuncupamus. Artic. 9. Cremoliensis regiæ Constitut. An. 1536. quæ in Acta Curiæ regesta est. 16. Kalend. Maias An. 1537. Posteriori item Regum Sanctione cautum fuit, minorem Prouinciæ Iuridicum de ratiociniis sacræ Fabricæ, & aliorum Templorum litibus cogniturum: Demptis iis, quæ vel à Regibus extructa sint templa, vel tutelari ipsorum fulta diplomate. Quorum controuersiæ disceptandæ tribuuntur maiori cuiusque Præfecto Municipij, quem nostrates *Seneschallum* appellant. Edicto Mense Iunio An. 1559. Itaque si eiusmodi de rebus Ecclesiastici iudices decernant quidpiam, iudicéntque de talibus non sui fori negotiis, irrita hæc omnia, infecta, vitiosa moribus esse censentur: etiamsi ad trinam gradatim sententiam eorum cognitio peruenerit. Quocirca Senatus districtè pronuntiauit, Episcopum abusiuè profanarum Fabricæ rationum notionem sibi sumpsisse. Iudicio. 9. Kalend. Maias An. 1550. Seguerio, & Riantio causæ patronis.

Edictum *de Cremieu, du reglement d'entre les Baillifs & Seneschaux, Preuosts & Chastelains*, Verificatum in Parlamento, Die. 16. Aprilis Ano. 1537.

Altera Ordinatio regia An. 1559. in Senatu promulgata die. 30. Iulij. eod. An Qua capita alia controuersię iurisdictionis inter Regios illos iudices dirimuntur. Cui conforme est aliud Edictum die. 17 Iunij. 1554. perscriptum in Actis Curiæ Parisien. Die. 15. Nouemb. Eod. Anno. Arestum Curiæ, die. 23 April. An. 1550.

Qvod eò mirabilius fortè existimes, quia Præsuli mediam lustranti diœcesim multa permittantur, summatim diiudicanda: Ea 9
præsertim quæ familiares & œconomicas Ecclesiæ rationes spectét veriùs, quàm publicæ exercitiũ iurisdictionis & contentiosæ. Non modò enim inspectionem obseruationémque habent Episcopi, sacram prouinciam circumeuntes, sed coërcitionem etiam: honoriamque iuris dicundi potestatem. Qua & Archydiaconi præditi sunt, suum pagatim visentes Territorium sacrum, non quasi nudi perperam admissorum exploratores, sed iuridici quoque delictorum vindices, quadam velut Magistratus functione. Ob id Fortunatus Meldensem Archydiaconum sacrati muneris elogio ornauit, Disticho sequenti.

Clericus falsum corã Iudice seculari committens, non potest per eum puniri, sed ad Ecclesiasticum remittendus. Bart. In l. Diuus ff. ad l. Cornel. de fal. Bald. in C, a. De confess. Hostiens. & Imol. in Cap. verum De for. compet. Et sic *a esse tenus* in noua decis. 5. Neapolit. Antonij Capycij.

Visitatio Archidiaconi in parochiis & intra limites sui Archidiaconatus. De ipsius autem Iurisdictione, ex antiqua possessione, pacto, vel priuilegio, vide supra Lib. 1. Tit. 8.

Det tibi larga Deus, qui curam mente fideli:
De grege Pontificis, magne minister habes.

Quinetiam aliquot post mortuum Fortunatum seculis, quùm Normanica acie premeretur vniuersa Res Francica, ex corrupto præsertim Sacerdotij statu, delecta est in primis Meldorum Ecclesia Ciuitásque,

Meldense Concilium (*de Meaux*) quo tempore Normani, Danici Oceani accolæ, piraticam faciebant, Gallicásque oras euastabant.

uitásque, in quam Hierarchicus ordo conflueret, ad Cleri mores vnà reformandos, & Ecclesiasticas controuersias decidendas. An. 845. Huic Franciçę Synodo interfuêre Wenilo Senonum, Hincmarus Rhemorum Archiepiscopi, cum suffragantibus vtrique Episcopis. Rodulphus Biturigum & Gunboldus Rothomagensium Antistites cum coëpiscopis suis. A quibus censoriæ leges conditæ sunt ad castigandam sacerdotum luxuriam, religiosèque obseruari iussæ. Vt habetur Conciliorum Tomo. 3. & Can. Si quis de ordine. Caus. 7. Quæst. 1.

PECVNIARIAS sequuntur Criminum causæ, sacri Iuridici sententiis dirimendæ inter sacerdotes. Sed instituta accusatione apud Regium Quæstionum iudicem, valde hæsitatum est, an minorum infularum Clericus priuilegio frueretur Ecclesiastici fori. Dubitationem augebat, quòd Gallica Lege Clericis ademptus sit remissionis ad Tribunal pontificium vsus, ni maiorum infularum ius obtinerent. Quibus idcirco satis non est, primæ se tonsuræ initiatos ostentare, & clericali charactere insignitos. Adeo quidem, vt nisi criminis rei Ypodiacones saltem extiterint, remissionem petentes non inuenirent beneficio sacræ tonsuræ, nec eius obtentu audiantur. Artic. 21. Edicti Ruscinonensis, Mense Ianuar. Ann. 1563. Quinimo prima Christianorum ætate, non numerabatur in sacris ordinibus Ypodiaconatus: vtpote qui in mutuis solùm versaretur Episcoporum literis perferendis. Vt ait. D. Cyprianus, Lib. 2. Epist. 10. Lib. 3. Epist. 5. 7. 21. &. 22. Ex quorum vltimo patet, Episcopis Clericos fuisse ab Epistolis scribendis, ac proinde * ὑποδιακόνους, eorum tabellarios nunciósque cum examine constitutos, an congruerent illis omnia, quæ in iis esse deberent qui ad Clerum parabantur. Ita Subdiaconos Agathensis Synodus insacratos ministros appellat, Diaconici ingrediendi ius habentes, non Dominica vasa contingendi, non orario vtendi, non pacis dandæ, aut calicis consecrandi. Cap. 66. & Can. Ministrum. 23. ac. 93. Distinct. Nec enim subdiacono, cùm ordinaretur, manus imponebantur: Patenam tantùm de manu Episcopi, calicemque accipiebat: de Archidiaconi manu vrceolum, aquamanile, manutergium. Ex Concil. Carthagin. 4. Cap. 5. Quemadmodum ergo Nathinæi apud Hebræos sacras oblationes à populo suscipiebant in Templis, sanctęque Aræ superponendas Leuitis deferebant: Sic Ypodiacones Diaconorum officiis subiacent & obsequuntur, patenam eis sacramque pateram ministrantes ad mensam Christi: Pallas item, corporalia, & substratoria abstergentes: à quibus & libaminum quantùm populo satis sit, ad Diuûm altaria collocatur. Deinceps autem à Gregorio. 1. Pont. adscriptum est sacrorum ordinum albo Ypodiaconi munus. Epist. 42. Lib. 1. Can. Nullú. 28. Distinct. Et ad Petrum subdiaconum Siciliæ, in Can. ante triennium Distinct. 31. Quod & Innocentius. 3. perhibet in Cap. Miramur De seruis non ordin. Gre-

Verum Clerici in minoribus ordinibus cõstituti vtantur priuilegio Ecclesiastici fori.

Edictum de Rossillon.

An Subdiaconatus, & à quo tempore in sacris Ordinibus competetur.

* subdiaconos.

Quod Diaconicum Græci, nos Sacrarium seu secretarium nuncupamus.

Voluitur etiamdum D. Philothei Synaitæ Liber De ordine instituendi Diaconum.

gorio necnon illo antiquior Fabianus Pontif. Subdiaconorum meminir in diuino & solenni cultu. Atque adeo Rhemensis Concilij Cap. 4. cunctis præsentibus lectæ sunt Pauli Epistolæ: ac præscriptum, qualiter Subdiaconi ministerio incumbat eundem Apostolum legere, vt officium sibi commissum rectiùs implere possit. Nec inter Ecclesiæ ministros Syluester P.P. omisit Ypodiacones, sed Romanæ Synodi Can. 7. coëpiscopis dixit, vt à Subdiacono ad Lectorem vsque omnes Cardinali Diacono subditi essent. Pontifici verò presbyter, Presbytero Diaconus, Diacono Subdiaconus, subdiacono acolythus, acolyto exorcista, exorcistæ lector, lectori ostiarius in omni loco publico, seu Ecclesiæ gremio honorem & obsequium repræsentent. Can. A Subdiacono Distinct. 93. Subdiacono demùm (qui minister vocatur) sui in Ecclesia officij partes præfiniuit Laodicense Concilium Phrygię Pacarianæ. Ex his igitur omnibus probabile erat, criminis postulatum haud ideo ad Ecclesiasticos iudices relegandum, quòd clericalem tesseram gestaret, nisi Ypodiaconi salrem gradu insignibúsque esset ornatus. Francica Constitut. supra citata. Nihilo seciùs Conscriptis Curiæ placuit rem ad plenius deliberandi consilium reuocari. In Auditorio Quæstionum, Postridie Nonas Octobr. An. 1568. Dubrelio, ac Brissone dicentibus. Patres scilicet Parisienses in Edicto illo promulgando, tantisper eiusdem sustinuerant comprobationem in Cap. 21. (de clericis nondùm ad sacra prouectis) donec ad Principem ipsi retulissent. 14. Kalend. Ianu. An. 1564. Ac deinceps Regia Lege sancitum fuit, clericos omnes, qui Ecclesiastico ministerio vacant, sacræ tonsuræ priuilegio vti debere. 16. Kalend. Maias An. 1571. Quam Senatus Legem probauit, iussitque monumentis Curiæ consignari. 7. Idus Septemb. Eod. Anno.

Appoincté au conseil en plaidant à la Tournelle, du Parlement. Die. 8. Octob. An. 1568. Die 19. Decemb. An. 1564. Edictum *sur les doleãces du Clergé de France*, die. 16. April. 1571. Verificatum in Parlamento Parisien. die. 7. Septemb. Eod. An. Edictum regium die. 20. Octob. An. 1549. promulgatum in Curia Parisien. die. 30. Decemb. sequent. Excipiuntur tamen Edicto ea quæ ad scandalum publicum, seditiones popularésque motus pertinent eo genere Tunc enim Regio & Pontificio iudici coniunctim cognitio delata est. Blasphemia quidem sapit hæresim Can. mouet te § sed quæritur 22. quæst. 1. Boërius in decis. 301. Et

PROPHANIS etiam interdum ius redditur à sacrorum Præfecto in Ecclesiasticis criminibus, i. Ecclesiastico iudicio primitùs attributis. Cuiusmodi eorum impietas, qui falsis dogmatibus scindunt ac labefactant Ecclesiam Christi. Bonifacij. 8. rescripto Vt inquisitionis §. prohibemus De Hæret. & Gallica Errici. 2. Constitutione. 13. Kalend. Nouembr. Ann. 1549. De Magicis autem sortibus ambiguum ius est, licet hæreseos speciem præ se ferentibus. Senatorio quidem decreto veteri obtinuit Syluanectensis Præsulis 11

cognitio

corporali pœna punitur, Regiis Francorum Edictis & aliis citatis à Boërio, in decis. 301 tamen eius cognitio & punitio ad secularem Iudicem, & non Ecclesiasticum spectat 4. omnibus autem, Antheo. De Episcop. & cleric. Cap à nonnullis, de Iudicus & ibi Ananias Idem in Cap. statuimus, De maled Felin in Cap. postulasti, De iudic. Petr. de Belluga in Specul. Princip. Tit. De præposit. graua. §. visio, *& signanter parlant*, de Iudæo & Sarraceno, qui crucem conspuerunt & pedibus conculcarunt, quod punitio talis delicti spectat ad Iudicem secularem. *Et ainsi par plusieurs Arrests de Bordeaux du* 20. *Iuin* 1530. *&* 21. *Ianu.* 1534. *tels blasphemateurs ont esté condamnez en grosses peines corporelles.* Boërij decis. 301.

De tel blasphéme contre Dieu & les Saincts, y a eu Arrest de mort donné à la Tournelle de Paris le 23. *Iuillet* 1604. *contre vn appellant de la Sentence du Bailly du Prieuré de S. Lazare lez Paris, portant condamnation d'amende honorable à nud deuant l'Eglise parochiale des fauxbourgs dudit S. Lazare, la corde au col, auec bannissement du terroir S. Lazare, & en emendant le desengement sur l'appel à minima, du procureur general du Roy sur ce mandé à la Chambre, ledit accusé a esté condamné à estre pendu & estranglé.*

Item il y a pareil Arrest de mort donné audit Parlement de Paris, le 27. *de Septembre* 1604. *confirmatif de la sentence du Bailly de saincte Geneuiefue du mont, donnée contre Nicolas Marion, pour execrables blasphémes contre l'honneur de Dieu, & de la vierge Marie: Luy condamné à faire amende honorable, comme l'autre, deuant l'Eglise saincte Geneuiefue, & apres pendu, & son corps & procez criminel bruslé, ce qui a esté executé le* 30. *dudit mois de Septemb. audit an.*

cognitio in ſagas & faſcinatrices mulieres, quæ antea huius ſortilegij nomine relatæ fuerant in numerum reorum coram Syluanectẽſi regio Proprætore. Ann. 1282. Ex parte. 7. Areſtorum Parlamen. Pariſien. Quò alludit Gregorij. 1. Epiſtola ad Ianuarium Epiſcopum de talibus præſtigiis ſeueriſſimè caſtigandis. Lib. 7. Regeſti Epiſtol. 66. At poſteriore ſeculo P. C. in diuerſam iêre ſententiam, ne veneficæ huiuſmodi, & incantatrices mulierculæ ad ſacros magiſtratus reiicerentur. Decreto An. 1387. cuius fidem facit Gallus Quæſt. 241. His adſtipulatur Panormit. in Cap. Cùm ſit generale De foro compet. Argument. l. 3. C. de malefic. Et Can. Rex debet. 24. Quæſt. 5. Nec enim vnum eſt magicarum ſuperſtitionum genus, nec vſquequaque ſortilegi blaſpheme doctrinæ ſectatores habentur. Vt tradit angelicus Doctor Aquinas. 2. 2. Diſtinct. 42. In Tit. De ſuperſtit. Obſeruant. Quæſt. 2. Nuper ſanè patrios Andium lares reuiſenti mihi narratum eſt, nouos coniuges inibi haud paucos arceri à concubitu, eiuſmodi ſortium technis. Quales Ludouicus Sfortia, per ſagas vſurpaſſe creditur in Ianum Galeacium fratris filium, & Yſabellam Aragoniam ipſo nuptiarum die. Vt eſt apud Paul. Iouium. Non aliter ac Memphyticum regem Amaſim produnt, magicis carminibus prohibitum rem habere cum Ladice vxore nequiuiſſe: donec votis ab ea ſolennibus factis, ille ſolutus eſt nodus. Vt inquit Herodotus Lib. 2. Verùm inter Chriſtianos, talibus veneficiis & cantaminibus impedita coniugum fœcunditate, ſuaſit Hincmarus Rhemenſis Archipræſul, ſacra illorum confeſſione peccata expiari, tum vt Eccleſiæ miniſtri Deo duce, qui Abimelechum orationibus Abrahæ ſanauit, ſanare illos procurent. Id quod de Hincmaro refert Yuo Carnoten. Lib. 6. De impotentia. Ex magicis porrò impoſtoribus, quicumque Genios lucifugos venerantur, ſiue his funeſto litent ſacrificio, vota nuncupent, aut ab iiſdem reſponſa petant, ſacroſanctæ religionis hoſtes ſunt impiíque iudicandi. Et iſti quidem pontificiæ animaduerſioni ſubmittuntur. Scriptore D. Auguſtino Lib. 10. & 18. Cap. 8. De ciuitate Dei. Can. Igitur genus diuinationis. 26. Quæſt. 4. Quem Gratianus ſacrum canonem ab eodem mutuatus eſt Auguſtino, Lib. De natura Dæmonum. In hanc quæſtionem Oldradus cumulatè, Reſponſo. 210. & Geminianus Reſponſo. 54.

Baillius Senlitenſis iudex ſortilegarum, Areſto Curiæ approbatus.

Sortes innodatæ ligulæ.

Ægyptius rex Amaſis.

Arreſt de la Cour de Parlement à la Tournelle, du 1. Decembre. 1601. ſur vn Apel des Officiers de la terre & Chaſtellenie d'Inteuille en Champagne, qui auoient condamné & executé à mort vne pretenduë ſorciere ſur vne torture, gehenne, ou eſpreuue faicte en l'eaue froide ou riuiere, où elle auroit eſté plongee, pour tirer quelque argument dudit crime de ſortilege. Par lequel Arreſt en caſſant ceſte procedure, & en conſequence, ledit iugement de mort donné ex tali purgatione aquæ frigidæ, *a condamné leſdits Iuges & Officiers aux dommages & intereſts des heritiers de ladite defuncte. Et encores que les anciens Gaulois eſprouuaſſent l'eſtat legitime ou illegitime des enfans au plongement d'iceux nouuellement nez, au fleuue du Rhin, toutesfois le Concile de Latran de l'an 1215. a reprouué* huiuſmodi purgationem aquæ feruentis vel frigidæ, ſeu ferri candentis, Cap. ſententiam, ne cler. vel monachi. Cuiuſmodi purgationis aquæ feruentis vel frigidæ mentio fit in Can. conſuluit 2. quæſt. 4. Eiuſque Reſcripti fragmentum citat Yuo Carnuten. in Epiſt. 91. & 254. Item aquæ feruentis examen fuit in Legib. VViſigothorum, Lib. 6. Friſionum Tit. 3. & 14. Tũ in Francicis Legib. Lib. 4. Tit. de hon. Eccleſ. & Lib. 5. Tit de venefic. At de ferri candentis examinatione, qua rei ſuam probabãt innocentiam, agit Yuo, Epiſt. 74. 251. & 254. Cap. vlt. De purgat. vulg. in Lege Salica, Tit. de antruſione. Ferri calidi iudicium dicitur ab Aimoino monacho Lib. 5. Cap. 34. Et candentis ferri expurgatio, in Concilio Tributicenſi, cap. 22. Hildebertus Cenoman. Epiſcopus, Epiſt. 17. Huius quoque moris varia exempla habentur apud Petr. Venerabilem Lib. 6. Epiſtolarum, Epiſt. 29. Nicephorum, Lib. 15. Sigebertum in Chronico, vbi loquitur de Popone clerico.

Ob Prælatorum tamen in puniendis hæreticis negligentiam, Franciscus. 1. Galliæ rex sanxit Edicto, suos iudices de hæresis crimine cognituros, in Clericos etiam nondum sacris in ordinibus constitutos. Die. 1. Iunij An. 1540. Comprobante Curia Parisien. Die. 12. Iunij Eod. an.

ATQVE vniuersim vbi de Religione ipsa agitur, profanam Potestatem Ecclesiastica minorem esse edocemur, vel ethnico quidem Octauij Imp. exemplo, qui non Cæsareis, sed Pontificatus Maximi auspiciis, quem paulò ante fuerat adeptus, fatidicos libros combussit vagæ damnatæque superstitionis: solos retinuit Sibyllinos, nec tamen absque delectu, & ne ab aliis quàm à Quindecimviris inspicerentur, eos libros condidit forulis duobus auratis sub basi Apollinis Palatini. Si Tranquillo credimus in Augusto Principe, Cap. 31. Antea quoque Metellus Pontifex Max. Posthumium Consulem, quòd Africani belli expeditionem adornaret, Vrbis egressu prohibuit, mulcta indicta, summúmque in Ciuitate Imperium Religioni cessit. Quemadmodum Valerius prodit. Lib. 1. Cap. 1. Sed vt missa faciamus Ethnicorum exempla, Christianæ pietatis disciplina non alios habet assertores disceptatorésque quàm Ecclesiasticos Magistratus, in eos qui nouas sacrorum opiniones induxerint, accusatore præsertim sacerdote. Id quod grauiter præfractéque intendit B. Martinus Turonum pontifex coram Maximo Imper. aduersus Priscillianum & Helpedium profani ordinis viros, quos ea perfidiæ pollutos labe hæresique Gnosticorum, Synodus damnarat, apud Cæsaream Augustam coacta & celebrata. Vti à Sulpitio Seuero perscriptum est, Lib. 2. Ecclesiast. Hist. Proinde nec pati voluit D. Ambrosius, Christi causam agitari in Aula Valentiniani Cæs. qui se tamen Christianum profitebatur. In Epistol. 32. ad Valentinianum. Nec dubitauit Magnus Athanasius Constantium Cæs. Antichristum appellare, quòd sacerdotum Concilio præsidere ausus esset. In Epistol. Ad solitariam vitam agentes. Nam & si diuinarum seriem literarum, aut vetera tempora retractemus, quis abnuat in quæstione fidei Episcopos solere de Imperatoribus Christianis, non Imperatores de Episcopis iudicare? Argumento est Leo Cæs. hæreticus, iconoclasta, quem Gregorius. 2. P. P. nó modò communione piorum, sed Imperij etiam parte mulctauit, quæ in Italia erat. Vetuit enim Italis, ne eum pro Imperatore agnoscerent, nevè ei deinceps vectigalia vlla pensitarent. Vt Zonaras in vita Leonis Isauri, & Cedrenus ferunt. Ob Eutychianam quoque hæresim, ab Ecclesiæ gremio depulsi sunt Zeno & Anastasius Orbis Monarchæ potentissimi. His accedunt decreta Gregor. 7. & Vrbani. 2. quæ habentur apud Gratianum. Can. Nos sanctorum, & Can. vlt. Causa. 15. Quæst. 6. Vbi religione soluuntur iuratæ fidelitatis, qui Principi ab Ecclesia abdicato tenebantur obstricti. Cap. absolutos. Et Cap. Excommunicamus §. moneantur De Hæretic. Sic Andronicum Palæologum Græciæ Cæsarem obnunciat Clemens. 5. P. P. fidelium consortio remotum, táquam hæresis eorum fautorem, qui schismatici Romanæ Ecclesiæ maiestatem non obseruabant. In Extrauagan. Ad certitudinem præsentiũ De senten. excommunic. Fuerat autem is Clemens antea Burdegalensis 12

Posthumius Consul flamenque Martialis.

Arrios cum Alexandro de fide quondam litigabat. Et tamen in Concilio sedit iudex cum cæteris coëpiscopis suis Alexander. Et in Synodo prima Ephesina Cyrillus Alexandrinus præsedit, vt Cælestinus Rom. Pont. iusserat, qui tamen altera pars litigantium à Nestorianis dicebatur.

In Græcos Romanam Ecclesiam non agnoscentes superiorem.

galensis Archiepiscopus. Vt ipsemet denarrat in Extrauag. Etsi in temporalium dispositione bonorum De præbend. Neque verò isthîc operæpretium est, alios Terrarum Principes recensere, quodvis ob crimen (extra hæresim) Regio è Solio deiectos à summis Ecclesiæ Catholicæ Pastoribus. Cuiusmodi Henricus Britanniæ, Sueuo Daniæ, & Boleslaus Sarmariæ reges. Sed & hos longo interuallo anteiit Athalia Iudæorum regina, quam Ioiada pontifex Regio summouit imperio, quia Tyrannidem in populum exerceret, Ioámque regem constituit. Lib. 4. Regum Cap. 11. & Lib. 2. Paralippomen. Cap. 23. Versa vice, Leo. 3. P. P. regem Nordamhumbrorum in Regiam dignitatem restituit, qua iniquè pulsus ille, ad Pontificem veluti Christianorum caput præsidémque confugerat. Vt Aimoynus tradit Lib. 4. De rebus gest. Francorum. Capit. 96. Et Rhegino Prumiæ Abba, lib. 2. Chronici Anno. 808.

Reges Angliæ, de Dannemarck, & Poloniæ.

13 NON me fugit vtique, de orthodoxa fide semel altercantibus iudicem datum ab Honorio Imp. Marcellinum tribunum ac notarium, præfuisse Catholicorum collationi apud Carthaginem, cum Donatistis. Tribunus pariter ac notarius extitisse fertur Dulcitius ille, cui demandatam in Africa Legum curam ac iussionum Imperialium contra Donatistas ait Augustinus. Huius nempè consilio miserant Catholici Afri legatos in Italiam ad Honorium, qui Cæsaream opem Ciuilísque interuentum Magistratus implorarent. Videbar enim, sine Principis auspiciis ac præsidio neque Ecclesiasticum talem Conuentum indici, neque aduersarios ad eum cogi, neque vt disputationem minimè eliderent, contineri posse. Licet enim sacer hic doctor Apostolicis armis tot victoriarum trophæa, tot triumphos parasset Ecclesiæ Christi: Tamen aduersus Donatistas & Circumcelliones, qui ferro rem gerebant, adhibita est subsidio Cæsaris auctoritas. Idipsum ab Augustino demonstratur, Tractatu. 11. Ad Cap. 3. Iohann. blasphemias, hæreses, externámque omnem impietatem puniri à Principe & vindicari oportere. Can. quando 23. Quæst. 4. & Can. quali. 23. Quæst. 5. Qua itidem ratione testatur Ambrosius, emissum ad se à Valentiniano Augusto Dalmatium Tribunum & notarium, qui in Sacra Causa Ambrosium ad Cæsaris Prætorium euocaret. Neque ideò Religionis censura arbitriúmque Augustis delatum est, sed externa solùm & ciuilis ipsius tutela ac defensio, quæ maximè Cæsarem decet magnanimósque Orbis Heroas, aduersus Ecclesiomastiges ac Christi perduelles: Qui quùm orthodoxiæ speciem præ se ferant, non tam catholici, quàm * χαχολίοι sunt vocandi. His ita fœdè scatet Europa, vt quæ sacris monumentis, tot seculorum consensu, tot sanctorum animorum elogiis contestata sunt, vix tertius quisque istorum non argumenta tantùm theatrica esse opinetur. Vnde exardescentibus paulatim contentionum studiis, in Tragica

Donatus Carthaginensis, Antistes Donatistarum hæreticorum.

Ethnici etiam Principes non putabant à sua potestate alienam Religionis curam Socrates enim non alia causa, quam religionis damnatus est à profano magistratu, quasi noua Numina doceret, & iuuentutem à vero ac recepto Deorum cultu abduceret.

Exteros Ecclesiæ Politia publica Magistratui competit, vt eos puniat, quos pellit Ecclesia.

* mali lapl.
Non est cuiusuis, de re sacrosancta vel pronuntiare vel scribere: Nec fas est ad Philosophiam & humanas quæstiunculas reuocare quod Deus arcanissimum esse iussit.

Iudicium Curiæ Parisien. die 29. April. An. 1512.

Consuetudo *du pays de Bearn*, scriptis redacta auctore & auspice Henrico Albretensi Nauarrorum Rege, die 29. Octob. An. 1552.

Statuti Delphinensis verba, renouati scilicet ac confirmati à Iohanne Comite *de Comminge* Mareschalo Franciæ seu militari Tribuno, & Delphinatus Viennensis gubernatore, Die 12. Iulij An. 1464.

Hungariæ Consuetudo scripta de Ecclesiasticis causis, foríque Pontificij.

IDEM iuris Delphinatibus præscriptum erat olim, pontificium Iudicem minimè agnoscentibus in profana quauis ciuilíque controuersia: dempto Clericorum Ordine inter ipsos. Nam priscos Delphinatium ritus innouans Ianus Conuenarum Regulus, Delphinatiúmque Prætor statuit, inter cætera: *Ne quis, cuiusuis gradus aut conditionis existat, alterum Delphinalem subditum pro casibus aut causis purè läicalibus ad cognitionem & Iurisdictionem Ecclesiasticam trahere alibi, quàm coram iudicibus Delphinal. ad hoc stabilitis audeat vel præsumat.* 4. Idus Quintiles An. 1464. Vti ex Delphinal. Statut. libro constat. Planè Hunnorum patriis Legibus, CAVSÆ ECCLESIASTICÆ SVNT ISTÆ; MATRIMONII, TESTAMENTORVM, DOTIVM, RERVM PARAFERNALIVM, IVRIVM QVARTALITIORVM, PERIVRII, VERBERATIONIS, ET SPOLIATIONIS CLERICORVM, ET MVLIERVM, ET ALIÆ QVÆ PROFANÆ NON SVNT. Id quod è *Iure Consuetudinario Regni Vngariæ* decerpsimus, cuius sedulò colligendi Latinéque vertendi auctores fuêre Stephanus Werbewczius Iudicis Curiæ regiæ prothonotarius, & Hieronymus Baldus Præpositus, nutu mandatóque Vladislai Pannoniæ regis. An. 1490. Quid verò, si prophanus iurisiurandi nexu se obligarit in pacto ineundo, propterreáne trahetur ad pontificia subsellia? Trahendum fortè responderis, ex Bonifacij. 8. sanctione vlt. De foro compet. Qua fidei disceptatio iurísque iurandi ad cognitionem pertinet sacrosanctæ Potestatis. Confine his est, quod Gregorius Scotorum rex constituit, vt sacri Antistites violatæ fidei cognitionem suam promiscuè accommodarent. Boëthio auctore,

Le lundy 4. d'Auril 1581 plaidant Deschamps pour l'appellant des Presidiaux d'Orillac, Chauuelin pour l'intimé, & Faye pour le Roy, a esté dict par Arrest qu'il auoit esté mal iugé par lesdits Presidiaux, & en emendant &c. qu'il auoit esté bien iugé par le Bailly des Montagnes au siege de S. Flour, qui auoit ordonné que nonobstant la Coustume d'Orillac de faire iurer les parties litigantes, concepta formula (*sur le Te igitur clementissime pater, le Prestre tenant le Liure dans l'Eglise*) *que ladite partie interpellee de faire le serment*, iureroit tactis sacrosanctis Euangelis, *en la forme commune.* *Plutarque in* Dione, Sophocles in Antigone, quibus locis præscripta est formula iurisiurandi inter Ethnicos, *laquelle nous Chrestiens ne deuons pas suiure.*

Ratione iuramenti contractibus appositi inter laicos fundata erat olim iurisdictio Prælatorum Franciæ in laicos etiam indistinctè.

Hæres laicus non potest conueniri coram Pontificio iudice super obseruatione iuramenti præstiti a laico eius antecessore, nisi implorato eius officio, vt compellatur hæres satisfacere, ad exonerationem animæ defuncti.

* per excellentiam.

Ludouicus *de Luxembourg* Connestabilis Franciæ.

Ecclesia collegiata *de S. Lau*, in suburbiis Andegauæ Ciuitatis.

Philippus de Commines idem scribit.

Scotic. Annal. Lib. 10. Intantùm, vt profani deierantis profanus etiam hæres vrgeri possit ab Ecclesiastico magistratu, cuius officium inuocatum sit, ad eorum obseruationem, quibus ille se iuratus devinxerit: Nempe vt defuncti manes expientur. Cap. A nobis, In fi. De senten. excommunic. Atque ita Aufrerius suo tempore custoditum ait in Archiepiscopali foro Tholosano. Decis. Capel. Tholos. 415. Sanctissimum quippe est fidei iuratæ vinculum, quod inde sacramentum * κατ' ἐξοχὴν appellatur. Eóque non Plebeij solùm cum Sacerdotibus, at Nobilitas etiam religiosè tenetur. Id non dubia quoque auorum memoria probatum est, quùm instanti Ludouico 11. regi, vt in colloquium descenderet Lucemburgius Equitum Magister, hic rescripserit venturum se, si in Laudi Æde tacta cruce, iureiurando fidem daret, fraudem, vímque abfuturam. Ea Crux in Andibus (Patriæ meæ metropoli) summa habetur religione. Peruetus enim stat opinio, qui ad eam Crucem conceptis verbis peierarit, pessimo eum letho intra annum occumbere. Id se facturum

vlli

vlli mortalium negauit Rex. Sicuti ab Æmylio refertur in Ludouico. 11. Proinde à maioribus accepimus, ciuiles controuersias penè omnes idcirco agitari illo seculo apud sacros magistratus consuesse, quòd sacramenti religione populus se mutuò in negotiis contrahendis obstringeret, fidéque iureiurando oppignerata. Ad nos hæc tenuis famæ perlabitur aura. Vtcumque sit, Gallicus ille forensis disciplinæ vsus iampridem explosus est Politicisque Regum Edictis antiquatus. Tantum æui longinqua valet mutare vetustas.

4 ENIMVERÒ nostra etiamdùm tempestate recipitur prisca Regij fori immunitas, quibusdam olim Ecclesiis irrogata à Principe, ne earum subditi colonivè publicò Regis Magistratui subijcerentur. Siue quòd Regia Priuilegij istius diplomata, adprobante S. Consulto, in vim Edicti perpetui dicantur transisse: Seu potiùs quòd tales subditi libertísque Ecclesiæ iura pétant à profana sacrorum Procerum Iurisdictione, Regia prima soluti ac immunes. Huiusmodi exemptionũ, quæ sparsim lectitantur, vnam hanc recitandam duxi, à Ludouico Pio Cæs. indultã sacro Andium Collegio summo, cautione infrà scripta. OB AMOREM DEI ET REVERENTIAM B. MAVRITII MARTYRIS, CVIUS NOMINE ET HONORE IPSA DICATA EST ECCLESIA &c. IVBEMVS, VT NVLLVS IVDEX PVBLICVS, VEL QVILIBET EX IVDICIARIA POTESTATE, IN ECCLESIAS, AGROS, NAVES, VEL RELIQVAS POSSESSIONES, QVAS MODERNO TEMPORE IN QVIBVSLIBET MEMORATA TENET ECCLESIA, VEL EA QVÆ DEINCEPS IN IVRA IPSIVS ECCLESIÆ VOLVERIT DIVINA PIETAS AVGERI, AD CAVSAS AVDIENDAS, VEL FREDA EXIGENDA, AVT MANSIONES VEL PARATAS FACIENDAS, AVT FIDEIVSSORES TOLLENDOS, AVT HOMINES IPSIVS ECCLESIÆ DISTRINGENDOS, NEC VLLAS REDIBVTIONES, AVT ILLICITAS OCCASIONES REQVIRENDAS, NOSTRIS NEC FVTVRIS TEMPORIBVS INGREDI AVDEAT, NEC EA EXIGERE VALEAT, &c. ET QVICQVID DE PRÆFATÆ REBVS ECCLESIÆ IVSTITIA EXIGERE POTERAT, IN INTEGRVM EIDEM CONCESSIMVS ECCLESIÆ: SCILICET VT PERPETVO TEMPORE AD PERAGENDVM DEI SERVITIVM, AVGMENTVM, ET SVPPLEMENTVM FIAT &c. Ac istud quidem Priuilegium Karolus Caluus Andegauensi Templo Max. reseruauit. 16. Kalend. Maias An. 872. Dein Carolus Sapiens tale Francorum Principum munus benigna interpretatione adiuuit plurimùm: Ne Cathedralis huiusce Ædis symmistæ, néve eorum subditi, coloni, & adscriptitij in ius adducerentur ad publicum Iudicem quàmlibet profana de re, sed ad profanos Ecclesiæ, quos ei licuit habere, magistratus. Saluo eo, vt prouocationes à sententiis interpositæ deuoluerentur ad Regium Andium proprætorem. 3. Nonas Septembr. An. 1372. Posteri itidem Reges ea Andegaui Cleri priuilegia confirmarunt. Heroïcis Rescriptis. 14. Kalend. Nouembr. Ann. 1424. Mense Octobr. 1461.

Ecclesiarũ exẽptio à Regia Iurisdictione porrigitur ad colonos subditósque Ecclesiæ. Et hi litigare tenentur apud secularem Ecclesiæ Iustitiarium, non Regium, in prima instantia: Dempto iure ressortus in Regio foro superiore, in casu appellationum.

Rescriptum Exemptionis Mauritianæ Andium Ecclesiæ maioris à laicorum iurisdictione

Die 16. April. Ann. 872.

Caroli. 5. Galliæ regis Literæ priuilegia Ecclesiastica confirmantes, Die 3. Septemb. An. 1372. Vt homines & subditi Ecclesiasticorum Dominorum litigare nõ teneantur in prima instantia, nisi coram iudicibus laicis ipsorum Dominorum. Saluo ressortu & ad regium Andegauiæ Seneschalum appellatione.

Literæ confirmationis Karoli. 7 regis, Die. 19. Octob. An. 1424.

Eorum Priuilegiorum Verificatio facta in Parlamento Parisien. Die. 4. Augusti Ann. 1498.

Caroli Mag. Charta priuilegiaria in Cenomanam Ecclesiam.

Mense Quintili. 1488. paríque Mense Ann. 1498. Perspectos demùm tot regiorum Priuilegiorum codicillos Senatus comprobauit. Pridie Nonas Sextiles Ann. 1498. Nec aliter expedit forensia Cenomanæ Ecclesiæ priuilegia interpretari, quorum istud, Karolo Mag. auctore, memoratu dignius. *Karolus gratia Dei Rex Francorum & Longobardorum, ac patritius Romanorum &c. Notum esse volumus, quia vir venerabilis Franco Cenomanicæ Vrbis Episcopus adiens serenitatem nostram suppliciter deprecatus est, vt ei præceptum de omnibus rebus Ecclesiæ sibi commissæ facere præcepissemus, & nominatim cellulas seu vicos & villas, quas sub sua, siue Canonicorum vel vassallorum suorum ac aliorum sibi vel Ecclesiæ suæ deuotè famulantium tam liberorum quàm seruorum potestate vel dominatione præsenti tempore habere noscitur, vt futuris temporibus ipse & eius successores sub iure & dominatione prædictæ Cenomanicæ Ecclesiæ firmiùs nostra fulti auctoritate habere mererentur &c. Præcipientes ergo iubemus, vt nullus Iudex publicus, neque quilibet ex iudiciaria potestate, nec aliquis ex fidelibus nostris in Ecclesias aut loca vel agros memoratæ Ecclesiæ quos habet vel habere poterit, neque ad causas audiendas, vel infrendas requirendas, aut tributa vel freda exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, aut teloneum exigendum, nec fideiussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiæ tam ingenuos quàm seruos, qui super terram eiusdem residere videntur, iniustè distringendos, nec vllas redibitiones, aut illicitas occasiones requirendas vllo vnquam tempore in-*

Arrest de la Cour en la grand Chambre, du 3. Decemb. 1602. entre maistre Iehan Vigoer, Deyen & Chanoine de l'Eglise Cathedrale de Senlis, appellant comme d'abus d'une ordonnance Capitulaire, donnee par maistre Iehan Philippes Loysel, Archidiacre de ladite Eglise, le 27. Auril 1601. procedures sur ce faictes, election & nomination de confesseurs faicte le iour du Vendredy Sainct audit an, & demandeur en complainte pour la possession des droicts & qualitez dependans de son Deyenné, & maistre Iaques Muldrac sous-chantre & chanoine, & autres particuliers Chanoines intimez & defendeurs. Apres les offres desdits intimez acceptees par l'appellant, appointé est qu'il a esté nullement & abusiuement ordonné par ledit Loysel, au Chappitre de ladite Eglise, nullemēt & abusiuemēt procedé à l'election & nomination desdits confesseurs. Et faisant droict sur ladite instance possessoire, euoquee en ladite Cour, est l'appellant maintenu & gardé en possession de se dire, nōmer, & qualifier Curé desdits Chanoines prebendez, semiprebendez, Chappelains des obits, Vicaires & habituez en ladite Eglise Cathedrale de Senlis, comme estant la cure de leurs ames annexee audit deyenné, en possession de leur administrer ou faire administrer les Sacremens, receuoir leurs testaments, & de faire tous autres actes de Curez, d'auoir les clefs des huits & coffres du Chappitre de ladite Eglise &c. Mais le corps dudit Chappitre empesche l'effect dudit arrest voluntaire, & les conclusions dudit Deyen. Et est son appoincté au conseil prest à iuger à la my-aoust, l'an 1605. au rapport de monsieur le Voux en la grand Chābre.

gredi audeat, vel exactare prædicta ex ipsis rebus quodam in loco præsumat. Et quicquid ex rebus iamdictæ Ecclesiæ Fiscus super eo poterat, totum nos memoratæ Ecclesiæ concedimus. Insuper & illud in hoc præcepto inserere iussimus, vt nullus Iudex aut Comes aut aliquis liber homo aut qualibet persona, prædictæ Ecclesiæ ministros vel aduocatos in Mallo publico accusare præsumat. Sed priùs conueniat ministros rerum & iudices villarum atque hominum, à quibus læsus est, vt ab eis familiarem & iustam accipiat iustitiam. Et si à prædictis ministris suam iustitiam accipere non valuerit, tunc conueniat Episcopum iamdictæ Ecclesiæ, vt ab ipso suam iustitiam familiarem bonam & iustam accipiat. Et si ab ipso Episcopo neque à suis ministris suam iustitiam accipere nequiuerit, postmodum licentiam habeat, vt in Mallo publico suas querelas iustè & legaliter quærat. Sed si antequam prædicta fecerit, iamdictæ Sedis Ecclesiæ Episcopum & suos aduocatos vel ministros accusare aut pulsare præsumpserit, quia iussionem nostram contempsit, siue præuaricauit, bannum nostrum ex hoc nobis componat, & prædictæ Ecclesiæ Episcopo, vel suis ministris centum solidos argenti componat, & suam Iustitiam postmodùm absque lege aut aliqua compositione recipiat.

Mallus i. maius placitum siue iudicium, vbi quem præsentem adesse oportuit: Vt est in Lib. 3 Cap. 31. 38. & 45. Capitularium & Caroli Magni Ludouic. Pij. Tum in Lib. 4. Cap. 23. & 29. dict. Capit. Caroli 10 ver. *aduocati eorum in Mallo publico ad præsentiā comitis veniant &c.* Item in Admonit. Caroli apud Pistas ita legitur, *Vt conlimitanei & vicini Comites in vna die Mallum non teneant, maxime propter Francos homines & aduocatos, qui ad vtrumque Mallum non possunt occurrere.*

recipiat. Prædictas enim cauſas memoratę Eccleſię Pontificibúſque atque Dei ſeruis inibi Domino famulantibus pro Dei amore & reuerentia Sanctorum cōceßimus, conceſſúmque futuris temporibus eſſe volumus: ſicut & à noſtris anteceſſoribus, Regibus videlicet Francorum, ſuis prędeceſſoribus factum eſſe ſcrutando cognouimus: Quatenus ſupramemorato Pontifice ſuiſque ſucceſſoribus, vnà cum ſeruis Dei inibi Deo famulantibus, pro nobis atque pro ſtabilitate totius Regni à Domino nobis conceßi atque conſeruandi cum Clero, Pop. q; ſibi ſubiecto Domini miſericordiam exorari delectetur &c. 16. Kalend. Ianuar. Anno Regni noſtri 29. Actum Graniaquis Palatio noſtro, &c. Hoc Magni diploma ſanxit Ludouicus filius Imperator, *Pictauis in Ciuitate publica. 10. Kalend. Mart. Anno, Christo propitio, 23. Imperij noſtri.*

Die. 17. Decēb. apud Aquiſgranum.

Die. 20. Februar. An. Salutis. 837.

5 ISTHÆC de ſeruorum Eccleſiæ controuerſiis ciuilibus, quæ imis irrepunt ſubſelliis. Quid de Sacerdotum ipſorum profanis litibus ac prædiariis? Hæ Regio beneficio maiores ſortiuntur Iudices, quæcumque ad ſacra Collegia pertinent Andium, Cenomanorum, Pictonum, Syluanectenſium, & alia id genus, quæ longo ordine percenſuimus lib. 2. Domanij Gallici Tit. 8. Exempli vice ſit, priuilegiarium Diploma Cathedrali Pictonum Templo conceſſum à Principe Karolo. 7. Menſe Iunio Ann. 1440. in hanc phraſim. VT CANONICI IPSIVS ECCLESIÆ TAM CONIVNCTIM QVAM DIVISIM, NVLLATENVS TENEANTVR LITIGARE CORAM ALIQVO IVDICE SECVLARI REGNI NOSTRI, PRÆTERQVAM IN CVRIA PARLAMENTI, NISI EIS PLACVERIT, RESPECTV OMNIVM CAVSARVM SVARVM TAM AGENDO QVAM DEFENDENDO, TANGENDO CORPVS ET FVNDATIONEM DICTÆ ECCLESIÆ, ET VBI DICTI DE CAPITVLO ERVNT PARS. NOSTRA TAMEN EST INTENTIO, QVOD EORVM HOMINES AC SVBDITI, ET ALIA MEMBRA IN HOC QVOD ALIQVALITER NON TANGET IVRA SEV FVNDATIONEM IPSIVS ECCLESIÆ, RESPONDERE TENEBVNTVR IN CASV RESSORTI CORAM ILLO BAILLIVORVM AVT SENESCHALORVM NOSTRORVM, IN CVIVS BAILLIVIA SEV SENESCHALIA COMMORABVNTVR &c. Cuiuſmodi regiæ Indulgentiæ tabulas Ludouicus. XI. repetiit: Inſigni Reſcripto, Pictauis edito Menſe Februar. Ann. 1464. cui Senatus Pariſien. ita ſubſcripſit, *Pro huiuſmodi Literis per dictos Decanum & Capitulum vtendo, quatenus ritè & iuſtè vſi ſunt.* 4. Cal. Februar. An. 1469. Iuxta hæc, Carolus. 8. Codicillos dictauit Menſe Aprili. 1484. quos P.C. promulgarunt. 19. Calend. Septemb. Eod. Anno. Conſimili forenſium Diplomatum munere donata eſt Cenomana matrix Eccleſia, ab Carolo. 5. Rege. 3. Nonas Septemb. An. 1372. Ludouico. XI. Menſe Septembri. 1482. Carolo. 8. Menſe Mart. Ann. 1483. A Ludouico. 12. 8. Calend. Mart. Ann. 1498. A Franciſco. I. Menſe Iunio An. 1515. Et hæc Principum noſtrorum in Eccleſiam beneficia fori probauit Senatus Kalend. Iuniis An. 1484. & 4. Nonas Mart. An. 1458. in hunc modum, *Lecta, publicata & Regiſtrata, pro per impetrantes in albo nominatos Priuilegiis ibidem contentis gaudendo,*

Capitula Eccleſiarum Cathedralium *d'Angiers, du Mans, Poictiers, Senlis, &c.*

Regium fori priuilegium pro maior Eccleſia Pictauenſis vrbs.

Literæ patentes in Parlamento publicatæ & modificatæ die 29. Ianuar. An. 1469. Et die 14. Auguſti An. 1484.

Regiæ literæ Caroli 5 die 3 Septemb An. 1372. pro Epiſcopali Cenomanorum Eccleſia, in qua ſe ipſe ibidem dixit Canonicum præbendatum, in eáque patrem ſuum ſacro baptiſmate tinctum fuiſſe.

Ludouici. 12. literæ, die 22. Febr An. 1498.

Verificatio Regiarū literarum in Parlamento. Die. 1. Iunij. An. 1484. & die 4. Mart. 1498.

quatenus illis hactenus iustè & ritè vsi sunt &c. Syluanectensi tamen Ecclesiæ, seruis, & adscriptitiis eiusdem promiscuè datum est fori priuilegium, & regius iudex Prætor Syluanectensis, aut Præfectus Vrbi Parisien. Regio tutelari diplomate Mens. Ianuar. Ann. 1559. quod in Commentaria Curiæ regestum fuit, sub Francisco. 2. rege. Fol. 231. vers.

Lettres de garde gardienne, pro capitulo Ecclesiæ Senlitensis apud Bailliuum Senlitensem, vel Præpositum Vrbi Parisico.

6 TAMETSI igitur profanorum aut negotiorum aut hominum controuersiæ non sint Ecclesiastici fori, in iis tamen forensi Regum Priuilegio non caruerunt Sacerdotes. In Polonia vtique, totus Clericorum cœtus hoc iam olim assecutus est, habitis Pop. comitiis déque communi Sarmatæ gentis sententia, vt sacratus Ordo cum subditis suis & administris generatim profanorum Iudicum, Principísque adeò iurisdictione solutus permaneret: Ita, vt ne per exceptionem quidem vllam aut reciprocã petitionem liceret Clericos ad ciuilem appellare Magistratum. Quam vniuersi Conuentus Constitutionem Romanus Pontifex confirmauit. Authenticis tabulis sub annum. 1200. quo Lescus Albus Sarmaticis rebus moderabatur. Vt est apud Chromerum in Polonic. Annal. Pari modo Scotorum rex Hungus edixit, ne sacris addicti profanum vocarentur in iudicium, nevè pro flagitio vllo capite plectetétur. Hæc quidem Carolo Mag. Francici imperij fastigium obtinente. Verùm id priuilegij Leuitico ordini negauit Ferdethus quartus ab Hungo

Statuta in generali Parlamento Poloniæ, pro Ecclesiastica iurisdictione.

Reciproca petitio seu reconuentio, in qua Clericus non cogitur defendere coram iudice seculari. Decis. Capel Tholos. 95. Vbi clericus coram laico iudice ne quidem potest reconueniri.

Placart du Roy d'Espagne pour le pays bas, du 1. Iuin 1587 sur l'execution des decrets de la Synode prouinciale de Cambray, tenué en la ville de Mons, en Octob. 1586. en l'Art. 13. & 14. dudit placart, que à l'audition des comptes du bien des fabriques des Eglises. soit present & appellé le Curé du lieu, ou que l'Euesque y enuoye quelque autre sien deputé, moyennant que ce soit sans fraix de ladite Fabrique, & sans preiudice de nos droicts & auctoritez, ou des seigneurs particuliers des lieux, comme aussi le Curé pourra de la part de l'Euesque estre present à l'audition des comptes des hospitaux, maladeries, maisons d'Orphelins, escoles, & autres lieux pieux des vilages, pourueu que ce soit sans fraix & charge desdites maisons, & sans preiudice comme dessus.

Pictorum rex, statuítque vt Regios Præfectos adirent Sacerdotes, iisque pro tribunali sedentibus parerent. Teste Boëthio, Scoticæ Hist. lib. 10. Orientali autem Clero lege tributum est ab Heraclio, & Alexio Comneno Græcorum Augustis, ne in eum quisquam iudicio experiretur apud publicum Magistratum, siue in ciuili negotio, siue in criminoso: Sed Patriarchas solùm is agnosceret Iudices, aut Episcopos, aut Metropolitas. Cuiusmodi Orientis leges ordine digessit Theodorus Balsamon, cum Aurea Bulla Alexij Comneni Imp. Mense Quintili Indictione. 4. Ab Orbe condito. 6589. Ne huc adducantur Romanorum Cæss. de Ecclesiastica Iurisdictione vetustiores sanctiones, quibus & Clericos illi exemerint iuridica suorum omnium potestate. §. si verò Vt Clerici apud proprios Episcopos Collat. 6. Et §. si quis In authent. De sanctiss. Episcop. Eòdem accedit Britannica Lex Eduardi. 1. in Londinésibus Regni comitiis lata, Sacerdotem furti criminísque compertum repetenti Episcopo esse tradendum: Ita tamen, vt eum non priùs missum faceret, quàm ritè se purgauisset. Annum circiter. 1280. Vt inquit Polydorus, Anglic. Annal. lib. 17. Atque inde Episcopis custodiendi damnatos Clericos ea est imposita seruitus, quam Polydorus describit

Leges Constantinopolitanæ.

Anglica Lex in Parlamentis Regni condita, pro Iurisdictione Clericorum.

ſcribit in Errico. 7. Britanniæ Inſulæ rege.

7 QVEMADMODVM autem Sacerdotum Ordini tot Edictis ſancita eſt profanæ Iuriſdictionis vacatio atque immunitas: ſic in profanos quoquè Epiſcopi Iuridico vti imperio à Regibus prohibentur. Agedum, quid de Præſule luſtrante diœceſim, obitérque ab Æditiuis parœciarum aduerſarios rationum codices edi iubente? Primo intuitu dixeris, non malè petitas ab illo, dum ſacra obequitans ſic procurat, Fabricæ adminiſtratæ rationes. Nam & ab ipſa Chriſtianæ Reipub. inſtitutione, præfuerunt Antiſtites ſacrarum eiuſmodi opum curationi. Vt narrat Socrates, Eccleſ. Hiſt. lib. 7. Cap. 25. Quorum bonorum diſpenſatio miniſteriúmque ſolis preſbyteris committebatur. Auctore Sozomeno, Cap. 12. Lib. 8. Ita certè, vt Eccleſiaſticarum rerum Oeconomi conſtituerentur ſolemnibus Cleri ſuffragiis. Idque ex Politico Antiochenæ Eccleſiæ vſu ſeruaturum ſe recepit Ibas in Concilio Chalcedonenſi. Gelaſius deinde pontifex, miſſa ad Siculos Epiſtola, declarat ſacrorum cenſuum procurationem ſummam haud alij rectè deferri, quàm Præſuli diœceſano, vt tales reditus ab eo inopibus diſtribuantur, captiuis, hoſpitibus, Eccleſiæquè adminiſtris. Naſcente etiamdùm Eccleſia, quæ nullis tùm ditata erat patrimoniis, Chriſtiani nummos viritim in pias conferebant erogationes. Inde commune Ærarium Præfecto fratrum ſeu Epiſcopo commendabatur: ex quo pupillis ſubueniret, viduis, peregrinis, aut morbo ad egeſtatem redactis. Sicuti in literas retulit Iuſtinus, Apologia. 2. His conſequens apparet ſpecie ipſa prima, ſacrorum pontifices iuſtè exigere profanas etiam Fabricæ Eccleſiaſticæ rationes.

Vtrum Epiſcopus viſitans ſuam diœceſim poſſit exigere computa bonorum Fabricæ parochiarum à Matriculariis ipſarũ.

Epiſcopus ſine Diſpenſatore & Oeconomo rem Eccleſiæ non adminiſtret, neque is laicus ſit, ſed ex proprio Clero conſtituatur.

Ex Eccleſiæ bonis initio alimenta Epiſcopis ſuggerebantur & aliis miniſtris. Sic refert Socrates, Chryſanthum duos panes ſingulis diebus Dominicis ex collectis accepiſſe. Lib. 7. Cap. 12.

Gregorij Magni Lib. 7. Regeſti, Epi. 66. ad Epiſc. Caralitanum. Iudicatum nobis eſt, quòd laicis quibuſdã curas veſtri patrimonij committentes, poſt modum in ruſticorum veſtrorum depretatione & fatigationibus deprehenſi reddere res, veſtræ non ſuppoſiti curationi, poſtponatur, vobíſque deſpiciatur actuum ſuorum reddere commune. De cætero cauendum à fraternitate veſtra, nè ſecularibus viris res Eccleſiaſticæ committantur. Sed clericis, in quibus ſi quid inuentum fuerit prauitatis, vt in ſubditos emendare quod licitum eſt, valeatis.

8 PER contrarium diſſeretur, merè plebeïam eſſe profanámque horum prouentuum curationem. A laïcis item, plebeiíſque tractari annuos Fabricæ reditus, quaſi profanos & populares, non ab Eccleſiaſticis miniſtris. Concedamus enim, Diaconos quondam ſacræ gazæ præſides extitiſſe ac diſpenſatores. Ex Origenis Tractatu in Matthæum. 16. Demus itidem, ſucceſſu temporum non iam * διακόνους qui menſis præpoſiti fuerant, ſed Epiſcopos, auctis Eccleſiæ facultatibus, ſumpſiſſe bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtrationem. Poſterior certè hic ritus cenſoriè notatus eſt à Chryſoſtomo (Homilia. 86. in Matthæum) grauiter conquerente, Hierarchas eo modo in diſpenſatorum ordinem, cauponum, procuratorum, publicanorum, quæſtorúmque coactos videri. Senſim lege vetitum à ſacroſancto Conuentu Chalcedonenſi, ne Præfecti ſacrorum Eccleſiaſticas poſſeſſiones tractent, ſed hoc miniſterij ad Oeconomos transferant infimíque ordinis ſacerdotes. Con-

* Diacones.

Concilium Chalcedonenſe.

Ecclesiæ regiæ fundationis, quæ habent *Literas gardiæ gardiatoriæ*, seu speciales Iudices suorum iuriũ, rerumque Ecclesiæ gardiatores & protectores.

cilij Actione. 15. vnde haustus Canon Quoniam in quibusdam Distinct. 89. Et Can. Quoniam. 16. Quæst. 7. Huiusmodi Oeconomos Ecclesiæ memorat Theodoritus Lib. 1. Quanto minùs Episcopo licita sit rationum exactio à Fabricæ templi curatoribus, qui & profani sunt ipsi, & profana ab iis suscepta bonorum distributio. Itaque à Ciuili duntaxat magistratu dispungendæ sunt huius piæ Tutelæ rationes & excutiendæ. Francicis enim Edictis Præsides prouinciæ iudicio decidunt profanas omnes Templorum controuersias, quæ à Regibus condita, mandatæ iurisdictionis Diplomate muniuntur peculiari. Reliquarum verò sacrarum ædium litibus iudex datur Regius minor Iuridicus, quem vulgò *Præpositum* nuncupamus. Artic. 9. Cremoliensis regiæ Constitut. An. 1536. quæ in Acta Curiæ regesta est. 16. Kalend. Maias An. 1537. Posteriori item Regum Sanctione cautum fuit, minorem Prouinciæ Iuridicum de ratiociniis sacræ Fabricæ, & aliorum Templorum litibus cogniturum: Demptis iis, quæ vel à Regibus extructa sint templa, vel tutelari ipsorum fulta diplomate. Quorum controuersiæ disceptandæ tribuuntur maiori cuiusque Præfecto Municipij, quem nostrates *Seneschallum* appellant. Edicto Mense Iunio An. 1559. Itaque si eiusmodi de rebus Ecclesiastici iudices decernant quidpiam, iudicéntque de talibus non sui fori negotiis, irrita hæc omnia, infecta, vitiosa moribus esse censentur: etiamsi ad trinam gradatim sententiam eorum cognitio peruenerit. Quocirca Senatus districtè pronuntiauit, Episcopum abusiuè profanarum Fabricæ rationum notionem sibi sumpsisse. Iudicio. 9. Kalend. Maias An. 1550. Seguerio, & Riantio causæ patronis.

Edictum *de Cremieu, du reiglement d'entre les Baillifs & Seneschaux, Preuosts & Chastelains*. Verificatum in Parlamento, Die. 16. Aprilis Ann. 1537.

Altera Ordinatio regia An. 1559. in Senatu promulgata die. 30. Iulij. eod. An. Qua capita alia controuersię iurisdictionis inter Regios illos iudices dirimuntur. Cui conforme est aliud Edictum die. 17. Iunij. 1554. perscriptum in Actis Curiæ Parisien. Die. 15. Nouemb. Eod. Anno. Arestum Curiæ, die. 23. April. An. 1550.

QVOD eò mirabilius fortè existimes, quia Præsuli mediam lu-
stranti diœcesim multa permittantur, summatim diiudicanda: Ea 9
præsertim quæ familiares & œconomicas Ecclesiæ rationes spectet veriùs, quàm publicæ exercitiũ iurisdictionis & contentiosæ. Non modò enim inspectionem obseruationémque habent Episcopi, sacram prouinciam circumeuntes, sed coërcitionem etiam: honorariamque iuris dicundi potestatem. Qua & Archydiaconi præditi sunt, suum pagatim visentes Territorium sacrum, non quasi nudi perperam admissorum exploratores, sed iuridici quoque delictorum vindices, quadam velut Magistratus functione. Ob id Fortunatus Meldensem Archydiaconum sacrati muneris elogio ornauit, Disticho sequenti.

Clericus falsum corã Iudice seculari committens, non potest per eum puniri, sed ad Ecclesiasticum remittendus. Bart. In l. Diuus ff. ad l. Cornel. de fal. Bald. in C. 2. De confess. Hostiens. & Imol. in Cap. verum De for. compet. Et sic *a esse tenu* in noua decis. 5. Neapolit. Antonij Capycij.

Visitatio Archidiaconi in parochiis & intra limites sui Archidiaconatus. De ipsius autem Iurisdictione, ex antiqua possessione, pacto, vel priuilegio, vide supra Lib. 1. Tit. 8.

Det tibi larga Deus, qui curam mente fideli
De grege Pontificis, magne minister habes.

Quinetiam aliquot post mortuum Fortunatum seculis, quùm NORmanica acie premeretur vniuersa Res Francica, ex corrupto præsertim Sacerdotij statu, delecta est in primis Meldorum Ecclesia Ciuitásque,

Meldense Concilium (*de Meaux*) quo tempore Normani, Danici Oceani accolæ, piraticam faciebant, Gallicásque oras euastabant.

uitásque, in quam Hierarchicus ordo conflueret, ad Cleri mores vnà reformandos, & Ecclesiasticas controuersias decidendas. An. 845. Huic Franciçę Synodo interfuêre Wenilo Senonum, Hincmarus Rhemorum Archiepiscopi, cum suffragantibus vtrique Episcopis. Rodulphus Biturigum & Gunboldus Rothomagensium Antistites cum coëpiscopis suis. A quibus censoriæ leges conditæ sunt ad castigandam sacerdotum luxuriam, religioseque obseruari iussæ. Vt habetur Conciliorum Tomo. 3. & Can. Si quis de ordine. Caus. 7. Quæst. 1.

Vtrum Clerici in minoribus ordinibus cōstituti vtantur priuilegio Ecclesiastici fori.

PECVNIARIAS sequuntur Criminum causæ, sacri Iuridici sententiis dirimendæ inter sacerdotes. Sed instituta accusatione apud Regium Quæstionum iudicem, valde hæsitatum est, an minorum infularum Clericus priuilegio frueretur Ecclesiastici fori. Dubitationem augebat, quòd Gallica Lege Clericis ademptus sit remissionis ad Tribunal pontificium vsus, ni maiorum infularum ius obtinerent. Quibus idcirco satis non est, primæ se tonsuræ initiatos ostentare, & clericali charactere insignitos. Adeo quidem, vt nisi criminis rei Ypodiacones saltem extiterint, remissionem petentes non iuuentur beneficio sacræ tonsuræ, nec eius obtentu audiantur. Artic. 21. Edicti Ruscinonensis, Mense Ianuar. Ann. 1563.

Edictum de Rossillon.

An Subdiaconatus, & à quo tempore in sacris Ordinibus computetur.

Quinimo prima Christianorum ætate, non numerabatur in sacris ordinibus Ypodiaconatus: vtpote qui in mutuis solùm versaretur Episcoporum literis perferendis. Vt ait. D. Cyprianus, Lib. 2. Epist. 10. Lib. 3. Epist. 5. 7. 21. & 22. Ex quorum vltimo patet, Episcopis Clericos fuisse ab Epistolis scribendis, ac proinde * ὑποδιακόνους, eorum tabellarios nunciósque cum examine constitutos, an congruerent illis omnia, quæ in iis esse deberent qui ad Clerum parabantur.

* subdiaconos.

Quod Diaconicum Græci, nos Sacrarium seu secretarium nuncupamus.

Ita Subdiaconos Agathensis Synodus insacratos ministros appellat, Diaconici ingrediendi ius habentes, non Dominica vasa contingendi, non orario vtendi, non pacis dandæ, aut calicis consecrandi. Cap. 66. & Can. Ministrum. 23. ac. 93. Distinct. Nec enim subdiacono, cùm ordinaretur, manus imponebantur: Patenam tantùm de manu Episcopi, calicemque accipiebat: de Archidiaconi manu vrceolum, aquamanile, manutergium. Ex Concil. Carthagin. 4. Cap. 5. Quemadmodum ergo Nathinæi apud Hebræos sacras oblationes à populo suscipiebant in Templis, sanctęque Aræ superponendas Leuitis deferebant: Sic Ypodiacones Diaconorum officiis subiacent & obsequuntur, patenam eis sacramque pateram ministrantes ad mensam Christi: Pallas item, corporalia, & substratoria abstergentes: à quibus & libaminum quantùm populo satis sit, ad Diuûm altaria collocatur. Deinceps autem à Gregorio. 1. Pont. adscriptum est sacrorum ordinum albo Ypodiaconi munus. Epist. 42. Lib. 1. Can. Nullú. 28. Distinct. Et ad Petrum subdiaconum Siciliæ, in Can. ante triennium Distinct. 31. Quod & Innocentius. 3. perhibet in Cap. Miramur De seruis non ordin. Gre-

Voluitur etiamdum D. Philothei Synaitæ Liber De ordine instituendi Diaconum.

gorio necnon illo antiquior Fabianus Pontif. Subdiaconorum meminit in diuino & solenni cultu. Atque adeo Rhemensis Concilij Cap. 4. cunctis præsentibus lectæ sunt Pauli Epistolæ: ac præscriptum, qualiter Subdiaconi ministerio incumbat eundem Apostolum legere, vt officium sibi commissum rectiùs implere possit. Nec inter Ecclesiæ ministros Syluester P. P. omisit Ypodiacones, sed Romanæ Synodi Can. 7. coëpiscopis dixit, vt à Subdiacono ad Lectorem vsque omnes Cardinali Diacono subditi essent. Pontifici verò presbyter, Presbytero Diaconus, Diacono Subdiaconus, subdiacono acolythus, acolyto exorcista, exorcistæ lector, lectori ostiarius in omni loco publico, seu Ecclesiæ gremio honorem & obsequium repræsentent. Can. A Subdiacono Distinct. 93. Subdiacono demùm (qui minister vocatur) sui in Ecclesia officij partes præfiniuit Laodicense Concilium Phrygię Pacatianæ. Ex his igitur omnibus probabile erat, criminis postulatum haud ideo ad Ecclesiasticos iudices relegandum, quòd clericalem tesseram gestaret, nisi Ypodiaconi saltem gradu insignibúsque esset ornatus. Francica Constitut. supra citata. Nihilo seciùs Conscriptis Curiæ placuit rem ad pleniùs deliberandi consilium reuocari. In Auditorio Quæstionum, Postridie Nonas Octobr. An. 1568. Dubrelio, ac Brissone dicentibus. Patres scilicet Parisienses in Edicto illo promulgando, tantisper eiusdem sustinuerant comprobationem in Cap. 21. (de clericis nondùm ad sacra prouectis) donec ad Principem ipsi retulissent. 14. Kalend. Ianu. An. 1564. Ac deinceps Regia Lege sancitum fuit, clericos omnes, qui Ecclesiastico ministerio vacant, sacræ tonsuræ priuilegio vti debere. 16. Kalend. Maias An. 1571. Quam Senatus Legem probauit, iussitque monumentis Curiæ consignari. 7. Idus Septemb. Eod. Anno.

Appoincté au conseil en plaidant à la Tournelle, du Parlement. Die. 8. Octob. An. 1568. Die 19. Decemb. An. 1564. Edictum *sur les doleances du Clergé de France*, die. 16. April. 1572. Verificatum in Parlamento Parisien. die. 7. Septemb. Eod. An. Editum regium die. 20. Octob. An. 1549. promulgatum in Curia Parisien. die. 30. Decemb. sequent. Excipiuntur tamen Edicto ea quæ ad feodalum publicum, seditiones popularésque motus pertinent in eo genere. Tunc enim Regio & Pontificio iudici coniunctim cognitio delata est. Blasphemia quidem sapit hæresim Can. mouet te §. sed quæritur 22. quæst. 2. Boërius in decis. 110. Et corporali pœna punitur, Regiis Francorum Edictis & aliis citatis à Boërio, in decis. 301 tamen eius cognitio & punitio ad secularem Iudicem, & non Ecclesiasticum spectat §. omnibus autem, Authen. De Episcop. & cleric. Cap. à nonnullis, de Iudicijs & ibi Anantas Idem in Cap. statuimus, De maled. Felin. in Cap. postulasti, De iudic. Petr. de Belluga in Specul. Princip. Tit. De præposit. graua. §. visio, *& signamment parlant*, de Iudæo & Sarraceno, qui crucem conspuerunt & pedibus conculcarunt, quod punitio talis delicti spectat ad Iudicem secularem. *Et ainsi par plusieurs Arrests de Bordeaux du 20. Iuin 1530. & 21. Ianu. 1534. tels blasphemateurs ont esté condamnez en grosses peines corporelles.* Boërij decis. 301.

PROPHANIS etiam interdum ius redditur à sacrorum Præfecto in Ecclesiasticis criminibus, i. Ecclesiastico iudicio primitùs attributis. Cuiusmodi eorum impietas, qui falsis dogmatibus scindunt ac labefactant Ecclesiam Christi. Bonifacij. 8. rescripto Vt inquisitionis §. prohibemus De Hæret. & Gallica Errici. 2. Constitutione. 13. Kalend. Nouembr. Ann. 1549. De Magicis autem sortibus ambiguum ius est, licet hæreseos speciem præ se ferentibus. Senatorio quidem decreto veteri obtinuit Syluanectensis Præsulis cognitio 11

De tel blaspheme contre Dieu & les Saincts, y a eu Arrest de mort donné à la Tournelle de Paris le 23. Iuillet 1604. contre vn appellant de la Sentence du Bailly du Prioré de S. Lazare lez Paris, portant condamnation d'amende honorable à nud deuant l'Eglise parochiale des fauxbourgs dudit S. Lazare, la corde au col, auec bannissement du terroir S. Lazare, & en emendant ledit iugement sur l'appel à minima, du procureur general du Roy sur ce mandé à la Chambre, ledit accusé a esté condamné à estre pendu & estranglé.

Item il y a pareil Arrest de mort donné audit Parlement de Paris, le 27. de Septembre 1604. confirmatif de la sentence du Bailly de saincte Geneuiefue du mont, donnée contre Nicolai Marion, pour execrables blasphemes contre l'honneur de Dieu, & de la vierge Marie: Luy condamné à faire amende honorable, comme l'autre, deuant l'Eglise saincte Geneuiefue, & apres pendu, & son corps & procez criminel bruslé, ce qui a esté executé le 30. dudit mois de Septemb. audit an.

cognitio in sagas & fascinatrices mulieres, quæ antea huius sortilegij nomine relatæ fuerant in numerum reorum coram Syluanectēsi regio Proprætore. Ann. 1282. Ex parte. 7. Arestorum Parlamen. Parisien. Quò alludit Gregorij. 1. Epistola ad Ianuarium Episcopum de talibus præstigiis seuerissimè castigandis. Lib. 7. Regesti Epistol. 66. At posteriore seculo P. C. in diuersam iêre sententiam, ne veneficæ huiusmodi, & incantatrices mulierculæ ad sacros magistratus reiicerentur. Decreto An. 1387. cuius fidem facit Gallus Quæst. 241. His adstipulatur Panormit. in Cap. Cùm sit generale De foro compet. Argument. l. 3. C. de malefic. Et Can. Rex debet. 24. Quæst. 5. Nec enim vnum est magicarum superstitionum genus, nec vsquequaque sortilegi blasphemę doctrinæ sectatores habentur. Vt tradit angelicus Doctor Aquinas. 2. 2. Distinct. 42. In Tit. De superstit. Obseruant. Quæst. 2. Nuper sanè patrios Andium lares reuisenti mihi narratum est, nouos coniuges inibi haud paucos arceri à concubitu, eiusmodi sortium technis. Quales Ludouicus Sfortia, per sagas vsurpasse creditur in Ianum Galeacium fratris filium, & Ysabellam Aragoniam ipso nuptiarum die. Vt est apud Paul. Iouium. Non aliter ac Memphyticum regem Amasim produnt, magicis carminibus prohibitum rem habere cum Ladice vxore nequiuisse: donec votis ab ea solennibus factis, ille solutus est nodus. Vt inquit Herodotus Lib. 2. Verùm inter Christia-

Baillivus Seulitensis iudex sortilegarum, Aresto Curiæ approbatus.

Sortes inundatæ illegolæ.

Ægyptius rex Amasis.

Arrest de la Cour de Parlement à la Tournelle, du 1. Decembre 1601. sur vn Appel des Officiers de la terre & Chastellenie d'Iuttuille en Champagne, qui auoient condamné & executé à mort vne pretenduë sorciere sur vne torture, gehenne, ou espreuue faicte en l'eaue froide ou riuiere, où elle auroit esté plongee, pour tirer quelque argument dudit crime de sortilege. Par lequel Arrest en cassant ceste procedure, & en consequence, ledit iugement de mort donné ex tali purgatione aquæ frigidæ, *a condamné lesdits Iuges & Officiers aux dommages & interests des heritiers de ladite defuncte. Et encores que les anciens Gaulois esprouuassent l'estat legitime ou illegitime des enfans au plongement d'iceux nouuellement nez, au fleuue du Rhin, toutesfois le Concile de Latran de l'an 1215. a reprouué* huiusmodi purgationem aquæ feruentis vel frigidæ, seu ferri candentis, Cap. sententiam, ne cler. vel monachi. Cuiusmodi purgationis aquæ feruentis vel frigidæ mentio fit in Can. consuluit 2. quæst. 4. Eiusque Rescripti fragmentum citat Yuo Carnuten. in Epist. 91. & 254. Item aquæ feruentis examen fuit in Legib. VVisigothorum, Lib. 6. Frisionum Tit. 3. & 14. Tū in Francicis Legib. Lib. 4. Tit. de hon. Eccles. & Lib. 3. Tit. de venefic. At de ferri candentis examinatione, qua rei suam probabāt innocentiam, agit Yuo, Epist. 74. 251. & 254. Cap. vlt. De purgat. vulg. in Lege Salica, Tit. de aotrusione. Ferri calidi iudicium dicitur ab Aimoino monacho Lib. 5. Cap. 34. Et candentis ferri expurgatio, in Concilio Triburiensi, cap. 22. Hildebertus Cenoman. Episcopus, Epist. 17. Huius quoque moris varia exempla habentur apud Pet. Venerabilem Lib. 6. Epistolarum, Epist. 29. Nicephorum, Lib. 15. Sigebertum in Chronico, vbi loquitur de Popnoe clerico.

nos, talibus veneficiis & cantaminibus impedita coniugum fœcunditate, suasit Hincmarus Rhemensis Archipræsul, sacra illorum confessione peccata expiari, tum vt Ecclesiæ ministri Deo duce, qui Abimelechum orationibus Abrahæ sanauit, sanare illos procurent. Id quod de Hincmaro refert Yuo Carnoten. Lib. 6. De impotentia. Ex magicis porrò impostoribus, quicumque Genios lucifugos venerantur, siue his funesto litent sacrificio, vota nuncupent, aut ab iisdem responsa petant, sacrosanctæ religionis hostes sunt impiíque iudicandi. Et isti quidem pontificiæ animaduersioni submittuntur. Scriptore D. Augustino Lib. 10. & 18. Cap. 8. De ciuitate Dei. Can. Igitur genus diuinationis. 26. Quæst. 4. Quem Gratianus sacrum canonem ab eodem mutuatus est Augustino, Lib. De natura Dæmonum. In hanc quæstionem Oldradus cumulatè, Responso. 210. & Geminianus Responso. 54.

galensis Archiepiscopus. Vt ipsemet denarrat in Extrauag. Etsi in temporalium dispositione bonorum De præbend. Neque verò isthîc operæpretium est, alios Terrarum Principes recensere, quod- uis ob crimen (extra hæresim) Regio è Solio deiectos à summis Ecclesiæ Catholicæ Pastoribus. Cuiusmodi Henricus Britanniæ, Sueuo Daniæ, & Boleslaus Sarmatiæ reges. Sed & hos longo interuallo anteiit Athalia Iudæorum regina, quam Ioiada pontifex Regio summouit imperio, quia Tyrannidem in populum exerceret, Ioámque regem constituit. Lib. 4. Regum Cap. 11. & Lib. 2. Paralippomen. Cap. 23. Versa vice, Leo. 3. P. P. regem Nordamhumbrorum in Regiam dignitatem restituit, qua iniquè pulsus ille, ad Pontificem veluti Christianorum caput præsidémque confugerat. Vt Aimoynus tradit Lib. 4. De rebus gest. Francorum. Capit. 96. Et Rhegino Prumiæ Abba, lib. 2. Chronici Anno. 808.

Reges Angliæ, *de Dannemarck*, & Poloniæ.

13 NON me fugit vtique, de orthodoxa fide semel altercantibus iudicem datum ab Honorio Imp. Marcellinum tribunum ac notarium, præfuisse Catholicorum collationi apud Carthaginem, cum Donatistis. Tribunus pariter ac notarius extitisse fertur Dulcitius ille, cui demandatam in Africa Legum curam ac iussionum Imperialium contra Donatistas ait Augustinus. Huius nempè consilio miserant Catholici Afri legatos in Italiam ad Honorium, qui Cæsaream opem Ciuilísque interuentum Magistratus implorarent. Videbat enim, sine Principis auspiciis ac præsidio neque Ecclesiasticum talem Conuentum indici, neque aduersarios ad eum cogi, neque vt disputationem minimè eliderent, contineri posse. Licet enim sacer hic doctor Apostolicis armis tot victoriarum trophæa, tot triumphos parasset Ecclesiæ Christi: Tamen aduersus Donatistas & Circumcelliones, qui ferro rem gerebant, adhibita est subsidio Cæsaris auctoritas. Idipsum ab Augustino demonstratur, Tractatu. 11. Ad Cap. 3. Iohann. blasphemias, hæreses, externámque omnem impietatem puniri à Principe & vindicari oportere. Can. quando 23. Quæst. 4. & Can. quali. 23. Quæst. 5. Qua itidem ratione testatur Ambrosius, emissum ad se à Valentiniano Augusto Dalmatium Tribunum & notarium, qui in Sacra Causa Ambrosium ad Cæsaris Prætorium euocaret. Neque ideò Religionis censura arbitriúmque Augustis delatum est, sed externa solùm & ciuilis ipsius tutela ac defensio, quæ maximè Cæsarem decet magnanimósque Orbis Heroas, aduersus Ecclesiomastiges ac Christi perduelles: Qui quùm orthodoxiæ speciem præ se ferant, non tam catholici, quàm * κακολύκοι sunt vocandi. His ita fœdè scatet Europa, vt quæ sacris monumentis, tot seculorum consensu, tot sanctorum animorum elogiis contestata sunt, vix tertius quisque istorum non argumenta tantùm theatrica esse opinetur. Vnde exardescentibus paulatim contentionum studiis, in Tragica

Donatus Carthaginensis, Antistes Donatistarum hæretico-rum.

Ethnici etiam Principes non putabant à sua potestate alienam Religionis curam Socrates enim non alia causa, quam religionis damnatus est à profano magistratu, quasi noua Numina doceret, & iuuentutem à vero ac recepto Deorum cultu abduceret.

Externa Ecclesiæ Politia publico Magistratui competit, vt eos puniat, quos pellit Ecclesia.

* mali lupi.

Non est cuiusuis, de re sacrosancta vel pronuntiare vel scribere: Nec fas est ad Philosophiam & humanas quæstiunculas reuocare quod Deus arcanissimum esse iussit.

tempora incidimus sparsim, motúsque periculosos. Quibus nisi Princeps Deus placidam * Catastrophen dederit, repressérítque * τὴν Ἄτην vbique ferè accendentem discordias, Res Christiana iamiam in grauissimum discrimen adducetur. Quisquis ergo mirabitur, Ecclesiasticam causam in Donatistas fuisse ad Cæsares relatam olim, & ab iis cognitionem eius causæ Magistratui delegatam, meminerit extraordinarium quoddam & singulare exemplum fuisse, ob necessariam Regiæ Manus opem inductum. Sicuti ab Augustino traditum est, Lib. 3. contra Petilianum. Quin & Pelagiani, habitis prouincialibus Antistitum comitiis, non desierunt ad nescio quam Oecumenicam synodum prouocare, impetrato ad id Cæsaris diplomate ac suffragio. Notum est certè, Constantis Augusti missu Macarium ipsius Præfectum petiisse Africam, seueréq; animaduertisse in Donatistas. Etsi talis animaduersio non potuerit insaniam tollere, quæ in animos cõplurium irrepserat. Quàm multæ verò Theodosianæ extant Leges in Pseudochristianos? Hæc imprimis, vt qui Ecclesiæ Catholicæ non communicarent, nihil possiderent Ecclesiæ nomine, sed Vnitati potiùs id restituerent. Apud Augustinum Tract. 6. in Iohannem, & Lib. 2. contra Petilianum. Aliæ Diui Theodosij Constitutiones sacræ: Prior lata, Titiano & Symmacho COSS. perscribitur in Iustinianeo Codice, lib. 3. De Apostat. Altera vertente anno condita, Arcadio & Ruffino Coss. intexitur Codici Theodosiano. Flagrantissimum quoque pietatis studium Pulcheriæ Augustæ tribuunt vestigia Ecclesiasticę antiquitatis. Huic enim Leo. 1. P.M. gratias egit immortales, quòd Nestorianam ac Eutychianam hæresin succenturiata veluti manu auxilióque profligasset. In Epist. & Decret. Leonis P. P. Qua de principe fœmina ne longiùs peregrina exquirantur Italorum testimonia, Prosper Aquitanus gratulatur Ecclesiæ, quòd vti Aurelius Pœnorum Antistes delubrum illius Idoli occuparat, sic deinde Placidiæ iussu Idolomaniæ reliquiæ omnes deletæ fuerint, ac subuersæ. In Lib. De Promiss. Nec multò post Prosperi tempora, coactus est à Francis publicus Ecclesiæ Senatus, adiutore ipso & hortatore Pipino Galliarum Rege: vt Religionis dissidia quædam de Sancta Triade, Diuúmque imaginibus componerentur. An. 767. Vti ab Æginarto scriptum est, alumno Karoli Mag. In Annalibus Rerum à Pipino gestarum. Ita maturè isthîc obuiam itum prauæ de Diis persuasioni, qua minimè inquinatam fuisse priscam Galliam testis est Arnulphus Lexouiorum pontifex, Epistola ad Archiepiscopos & Episcopos Angliæ. In Lib. Epist. Anglis verò ipsis structa fuit quondam LOLLARS TOVR, Regia communis hæreticorum custodia, ex qua ad supplicium ipsi ducerentur. Quibus exemplis monemur obiter, Rempub. Ecclesiæ coniunctissimam esse, factámque huius in flagitiosos auctoritatem subsidiaria illius Potestate tegendam ac muniendam.

* extremum actum, seu exitum rei.

* deam turbatum excitatricem.

Pulcheria soror Theodosij iunioris.

Prosper Aquitanicus Episcopus Regiensis.

Hæc Synodus in Gẽtiliaco pago peracta est. Aliud Concilium in Palatio Vernis antea coactum fuerat An. 755. (sub eodem Pipino Francorum Rege) De quo in. 3. Tomo. Concil.

Arnulphi huius verba, *Sola Gallia monstra non habuit, sed synceritate fidei, doctrinaque veritate, & plurima operum exhibitione praefulsit.*

Politico Ciuilique imperio Ecclesiasticã auctoritatem defendi ac iuuari.

14 Illvstriori adhuc piæ benignitatis præconio ornandi sunt Franci Reges, quòd non eam modo, quæ propria erat Ecclesiæ, Iurisdictionem tutati sint Heroïca virtute atque potentia, sed profanam etiam, Regioque tantùm permissu transitoriam ad Clericos, passi sint honorifico ab iis titulo Insignibúsque possideri. Ita Carolus. 5. Gallorum Rex liberaliter sanxit probauitque iura Gladij seu profanos meri imperij fasces, quos habere se suis in fundis proposuerat Benedictina Canonicorum Societas Parisiensis. Pio diplomate, cuius scriptura est huiusmodi. *Karolus, &c. Cùm pro parte Capituli Ecclesiæ collegiatæ S. Benedicti Parisien. nobis extiterit supplicatum, vt attentis damnis & deperditis, quæ ob factum guerrarum habuerunt sustinere ad parcendum laboribus & expensis, quæ de bonis ipsius Ecclesiæ haberent fieri & supportari, si in quolibet loco, in quo Iurisdictionem habent altam, mediam & bassam, videlicet in certis locis villæ Parisiensis apud S. Marcellum iuxta Parisius, apud S. Audoënum iuxta S. Dionysium, apud Clechiacum, & apud Limolium haberent sustinere furcas patibulares, piloria, & alia ad executiones faciendas corporum seu membrorum, quæ pro factis criminalibus fieri contingunt: Eisdem concedere dignaremur, vt executiones corporum, seu membrorũ, in vno prædictorum locorum fieri valeant. Nos eis concedimus, vt de cætero executiones corporum seu membrorum, quæ causa alterius Iurisdictionum prædictarum, & pro factis quæ in ipsis Iurisdictionibus seu earum altera obuenient, in loco & Iurisdictione ipsius Capituli apud Limolium valeant exerceri. &c.* Mense Iunio An. 1364.

Litteræ patentes, altã Iurisdictionem Capituli Ecclesiæ collegiatæ S. Benedicti Parisien. confirmantes.

Arrest du Parlement de Paris die 19. Febr. 1395. inter Capitulũ, collegium, & canonicos seu communitatẽ Ecclesiæ sancti Benedicti Beneuersi Parisius actores, & Capitulum & canonicos maioris Ecclesiæ Parisien. reos. Visis omnibus prædictis & diligenter examinatis, per iudicium Curiæ nostræ dictum fuit, dictos de S. Benedicto bene & sufficienter fundatos esse, & conquerẽtes ipsi manutenebuntur & cõseruabuntur in suis possessionibus, quæ sunt, quod corpus, collegium & Capitulum habuerant & habebant, sigillúmq; & arcam communem haberent, Capitulum tenens, Procuratores syndicos, aut œconomos, sub eorum communi aut alio quocunque autentico sigillo curiæ Ecclesiasticæ seu secularis sine licentia Decani & Capituli, & erant in possessione habendi omnem Iurisdictionem altam & mediam, merum & mixtum imperium in terra Ecclesiæ S. Benedicti, & in duabus domibus in vico S. Iacobi, carceres & compedes in dicto claustro S. Benedicti, Maiorem & Bailliuum, & à dicto Bailliuo ad Præpositum nostrum Parisien. immediatè, & deinde ad Curiam Parlamenti appellatue absque eo quod Decanus & Capitulum aliquam iurisdictionem altam, mediam & bassam, haberent superioritatem vel ressortum, seu etiam visitationem super Cordubenarios seu certis Operariis in dicta terra S. Benedicti.

Chartre de Philippes Roy de France & de Nauarre, en Auril 1319. Notum facimus, &c quod exposito nobis ex parte Capituli Ecclesiæ S. Benedicti Paris. & habitatorum claustri ipsius Ecclesiæ, quod in ipso claustro sunt portæ ab antiquo claudi consuetæ, sed propter dicti Capituli & habitatorum impotentiam seu negligentiam dictæ portæ per ointum deterioratæ vetustate claudi per aliqua tempora desierunt &c. Præfatis Capitulo & habitatoribus dicti claustri concedimus, vt portas ipsius claustri sui claudere & claudi facere nocte qualibet horis debitis valeant, prout in locis aliis ciuitatis Paris. similem portarum clausionem habentibus fieri consueuit.

Rursus 18 die April an. 1384. receptus fuit à Regiis magistratibus cathalogus rerum feudalium Benedictini canonicorum collegij. Quo nominatim alta, media, & infima eorum Iurisdictio, tanquam Regij immediatè feudi, continetur. Eo autem cathalogo seu dinumeramento, quod ex Archiuis cameræ Ratiociniorum extractum legimus, circumscribuntur illius Iurisdictionis fines parte quadam Iacobæi vici, D. Hilarij in Clausu Brunello, viæ Citharæ, vico Petri Sarraceni, S. Cosmæ, & aliis locis.

Arrest de la Cour du 27. Octob. 1586. sur les productions des parties entre les Curez de S. Benoist, S. Hypolite, & S. Medard, aux faulxbourgs S. Iacques & S. Marceau, demandeurs: & les habitans des faulxbourgs S. Iacques defendeurs, auec leur Chappelain ou Vicaire. Ordonné que suiuant l'erection faicte par l'Euesque de Paris d'vne Chappelle ou Eglise succursale aux faulxbourgs S. Iacques l'an 1566. sur lesdites trois parroisses, Que lesdits habitans des faulxbourgs S. Iacques viendront à leursdites Eglises matrices respectiuement aux festes de Pasques, Pentecoste, la Trinité, la Feste-Dieu, les Octaues, l'Assumption, la Toussaincts, Noel, & aux festes du Patron, & Dedicace desdites Eglises, & assisteront à toutes processions generales desdites parroisses. Auec defenses à eux & à leur Chappelain de faire processions particulieres, à peine de quatre escus d'amende sur chacun des contreuenans.

Autre arrest semblable pour M. Germain Benois Curé de S. Benoist, du 29. Iuillet 1595. & les Marguilliers de S. Benoist demandeurs, contre lesdits habitans des faulxbourgs S. Iacques, sur les productions des parties, qu'ils seront tenus obseruer ledit Arrest de l'an 1586.

Par autre arrest de l'an 1575. le 19. Nouembre, & autre arrest du 9. d'Auril, en l'execution desquels arrests a esté donné celuy du 15. Mars 1584. qui est cy apres, Tit. 3. Lib. 3. art. 29. fut declaree abusiue vne prouision Apostolique de la Chappelle desdits faulxbourgs S. Iacques, comme n'estant qu'vn Vicariat temporel des Curez de S. Benoist, estably à ladite Chappelle reuocable. Vide infra Tit. 3. Lib. 3 art. 29.

Sentence du Preuost de Paris de l'an 1292 en Mars, pour les Chanoines de S. Benoist, ayans obtenu contre le Procureur du Roy la cognoissance & iugement des gages de bataille entre deux particuliers, nonobstant que le Procureur du Roy dist que c'estoit vne espece de iurisdiction priuilegiee.

Arrest du 29. Nouemb. l'an 1415. confirmatif d'vne sentence du Preuost de Paris, du droict d'vn estail à Boucher en la terre des Chanoines & Chappitre de S. Benoist en complaincte, contre les maistres & iurez de la grand' Boucherie de Paris.

15 De qua tamen Benedictini Collegij iurisdictione habita est à nobis in Senatu oratio aduersus Procuratorem fisci. Nuper enim

Auctoris Actio forensis in Curia Parisien. de alta Iustitia

canonicorum Ædis Benedicti, apud Lutetiam, in vico D. Iacobi.

patrata in vico Iacobæo cęde pro foribus Benedictini phani, cœpta fuerat in reum inquisitio à profano Canonicorum Iudice. Mox autem Præfectus Vrbi hoc colore sibi adsciuit parricidij cognitionem, quòd in via publica admissum id probaretur. Ab eo igitur Canonicis Senatum appellantibus quùm adessem patronus, dicebam, publicas quidem vias ab Vlpiano βασιλικὰς appellari, i. Regias, Prętorias, Consulares. Sed hoc ita accipiendum, nisi intra septa, & in atrio Templi, quod tricenorum passuum ambitu cóstans Ecclesiastici iuris censetur esse, flagitium commissum ostenderetur. Ex sanctione Nicolaï P.P. & Concilio Triburiensi in Can. Sicut atiquitùs Et Can. Si quis in atrio Ecclesiæ pugnam committit, aut homicidium fecerit 17. Quæst. 4. Vetustis necnon Curiæ Decretis instabam, Benedictinæ huic Canonicorum Familiæ addictum olim Ius summæ, mediæ, ac infimæ coërcitionis non modô intra cancellos Ecclesiastici claustri, sed in aliquot viæ Iacobeæ finibus ac ædificiis. Carolo 6. Rege. Proferebam, ad hæc, res iudicatas à Lutetiano ipso Proprætore, in pari sublimis Iurisdictionis controuersia secundùm hosce Benedictinos Sodales, aduersus publicum Actorem regiæ Parisien. Præfecturæ, 10. Calend. Quintiles An. 1443. & Nonis Decembr. An. 1477. Brissone, contrà, Regio causidico, tabulas quibus nitebamur, oppugnante, Patres rem consilij esse pronuntiarunt. Idibus Martiis An. 1575. In catalogo causarum Præfecturæ Parisien. Vt autem posteris omnibus testata maneat Benedictini huiusce canonicorum cœtus Iurisdictio patrimonialis, antiquum de ea S. C. huc transtuli ad litteram: eò lubentiùs quidem ac propensiùs, quòd ab huius curione Templi fuerim ego solemni nuptiarum fœdere auctoratus ex ritu Christiano, 7. Idus Iunias An. 1563. eiúsque iam inde Benedictini delubri parœcus sacris vtar. Vbi & decem mihi liberi baptismatis vnda conspersi sunt. Senatorij igitur Decreti verba sic referuntur. PHILIPPVS DEI GRATIA FRANCORVM REX, &c. CVM CANONICI ET COMMVNITAS ECCLESIÆ S. BENEDICTI PARISIEN. A QVADAM SENTENTIA LATA PER PRÆPOSITVM NOSTRVM PARISIEN. CONTRA IPSOS PRO PROCVRATORE NOSTRO, PER QVAM SENTENTIAM PRÆPOSITVS DICTOS CANONICOS ET COMMVNITATEM, PRO EO QVÒD EREXERAT QVASDAM FVRCAS PROPE S. MARCELLVM IN TERRITORIO S. MARCELLI, NOBIS AD EMENDANDVM FOREFACTVM, SEV ERECTIONEM DICTARVM FVRCARVM CONDEMNARIT, AD NOSTRAM CVRIAM APPELLASSENT: AVDITIS PROCVRATORE NOSTRO, ET CANONICIS PRÆDICTIS IN CVRIA NOSTRA, PROCESSVQVE AD IVDICANDVM ADMISSO, IPSO VISO, AC DILIGENTER EXAMINATO, PER IVDICIVM CVRIÆ NOSTRÆ DICTVM FVIT, PRÆPOSITVM NOSTRNM MALE IVDICASSE, ET DICTOS CANONICOS, ET COMMVNITATEM BENE APPELLASSE. 10. Calend. Decembr. An. 1343. Benedictini huius Sodalitij meminit Guimerius Pragmaticæ Sanct. interpres, Tit. De his qui tempore diuini

Aresta Curiæ de temporali iustitia alta canonicorum S. Benedicti Parisien. in suo territorio.

Sententiæ locum tenentis Præpositi Parisien. die 22. Iunij An. 1443. & die 5. Decéb. An. 1477.

Appoincté au Conseil in Parlamento die 15. Marr. Ann. 1575. *en plaidant du Roolle de Paris*, de laicali iurisdictione canonicorũ S. Benedicti Die 7. Iunij An. 1563.

Ex huius S. Consulti verbis spectanda obiter veterum Arestorũ formula die 22. Nouemb An. 1343.
Existunt quoq; transactionis Tabulæ collegij Benedictini Parisien. cum Ioh. de Arcyaco eiusdem Ecclesiæ canonico, adprobatæ Decreto Curiæ, & in eius Actis perscriptæ. Qua quidem pactione feudi iura, annuíque census passim collegio debiti in compluribus Vrbis vicis designantur, die 2. Iunij An. 1360. Huius pacti Decretique exemplum habemus, descriptum iam olim desumptúmque ex Curiæ commentariis die 28. Ianuarij An. 1436.

diuini officij vagant. per Ecclеſ. In verb. beneficiatus. Vbi ait, Benedictinos Sodales nihilò firmiùs dici beneficiarios in maiori Pariſienſium phano, quàm Ædis Stephani *de Greßibus*, Mederici, ac Sepulchri Canonicos: Quorum tamen omnium delubra pendent à matrice illa Baſilica Pariſien. Ne huius interim Cathedralis Eccleſiæ profanum ſileam imperium Iuridicum: De quo nominatim conſtitutum eſt à Principe Carolo 6. vt à ciuilibus Ditionum eiuſdem Iudicibus ſoli appellentur Conſcripti Curiæ Lutetianæ, & ad eos pariter, aut Senatoriam decuriam quæ libellis ſupplicibus in Palatio præfecta eſt, ſpectent priuatæ eius Templi controuerſiæ de ſacris vectigalibus, aliiſque ipſius priuatim iuribus ac fundis diiudicandæ. Reſcripto Menſ. Iunio An. 1390. quod viſitur in Chartophylacio Eccleſiæ Pariſien.

Eccleſiæ collegiatæ *de S. Eſtienne des grez, S. Merry, & du Sepulchre.*

Sentence d'erection de l'Egliſe ſuccurſale des faulxbourgs S. Iacques donnee par l'Eueſque de Paris le 21. Feburier 1566 confirmee à Sens le 1. de Feb. 1569. & à Lyon le 12. d'Auril 1578.

Arreſt de la Cour du 29. Iuillet 1595. entre les Chanoines & Chapitre de l'Egliſe Collegiale de S Benoiſt curez primitif de ladite Egliſe, & M Germain Binois Vicaire perpetuel d'icelle, demandeurs en execution d'arreſt du 27. d'Octobre 1586 & Zacharie pourhon, Thomas Honaut, Pierre Moriſſet, Thomas Duual, & Iehan Iacques deffendeurs. Veu les productions des parties ſur la demande deſdits demandeurs, à ce que la peine de quatre eſcus commince par ledit arreſt contre chacun des habitans du faulxbourg S. Iacques fuſt adiugee & declarer executoire pour la contrauention par eux faicte audit arreſt &c. La Cour a condamné les defendeurs garder le reglement porté par ledit arreſt d'Octobre 1586. & au ſurplus a mis les parties hors de cour & de proces.

Autre arreſt de la Cour du 13. Decembre l'an 1597. entre les Chanoines & Chappitre de S. Benoiſt, & Nicol. Roquenant Vicaire perpetuel, demandeurs en reſciſion d'vne tranſaction & contract de bail à ferme faict le 7. Nouemb. 1592. Veu &c. La Cour ayant eſgard auſdites lettres de reſciſion, a mis les parties en l'eſtat comme parauant ladite tranſaction, & ordonné que les arreſts cy deuant donnez pour le reglement de ladite Chappelle ſuccurſale S. Iacques ſerõt entretenus & executez: & quant à la prouiſion de ladite Vicairie faicte à frere Iehan Balin religieux de S. Magloire, Chappelain de ladite Chappelle defendeur en ceſte inſtance, ladite prouiſion faicte par monſieur l'Eueſque de Paris, ordonne la Cour que les parties ſeront plus amplement oyes, & ſera l'Eueſque appellé pour y interuenir ſi bon luy ſemble. Et quant à l'interuention des Chanoines de la S. Chappelle du Palais, ordonne qu'ils communiqueront leurs tiltres auſdits de S. Benoiſt, comme ils ſont curez primitifs en aucune partie deſdits faulxbourgs, pour iceux veus dire ce qu'il appartiendra par raiſon.

Charta ſolemnis priuilegiaria, de laicali vel rerum laicalium ſeculariũmque iuriſdictione Capituli Eccleſiæ Pariſien. Eiuſdem verò Capituli priuatæ lites Parlamento attribuuntur, vel Conſiliariis Requeſtarum Palatij Pariſien.

16 Ecclesiasticam Iuriſdictionem repetenti occurrit improbi fœnoris quæſtio, Regiæ necne tota ſit animaduerſionis, an & pontificiæ. Viſum eſt nonnullis, hoc flagitij ab Eccleſiaſtico tantùm iudice coërceri. Ex Clementina ſanctione, Diſpendioſam De Iudic. Lapus Allegat. 57. &. 75. Quò pertinet Clementis. 5 conſtitutio. 1. De vſur. §. cæterum. Nec leuia in hanc ſententiam argumenta citantur confertim à Panor. in Cap. Cum ſit generale Num. 17. &. 18. De foro compet. Arbitrantur alij, fœneratitium crimen Regiæ prorſus eſſe caſtigationis, quòd vſurario commercio Ciuilis Regnorum Politia corrumpatur, omniſque Reipub. diſciplina. Hinc fœnebres profectæ Romanorum Leges, Genutia, Gabinia, & aliæ compluſculæ, apud Liuium. Quibus niſi fuiſſet occurſum fœnebri malo, ſeditiones inteſtiniique motus dubio procul Rem Romanam labefactaſſent. Vt Cornelius itidem admonuit Romanor. Annal. auctor. Lib. 5. Ideòque non abs re decreta eſt in Hæbræos fœneratores Politica Principis cẽſura, profanúſque omnino cauſarum diſceptator. Pontificio etiam Innocentij. 3. teſtimonio ad Narbonenſem Archiepiſcopum, In Cap. poſt miſerabilem De Vſur. Neque id ſingulari in Hebræos iure ſancitum putemus in Gallia, quaſi iſtorum lites ſpeciatim addictæ ſint Regiæ Magiſtratus cognitioni. Similiter enim Anglica Odoardi Probi conſtitutione, Ivdæi, et omnia sva in tvtela et defensione ligia regis svnt, neqve possvnt se svbdere al-

Ad hanc quæſtionem non parum cõferunt dictata à Petro Ancharano, Conſil. 117. & 235. Ab Alexandro Conſil. 9. Volum. 4. & à Calderino Conſil. 3.

Alexander Seuerus & M. Antonins Pius Romæ fœnus trientarium cõſtituerunt, cùm multos fœnoris cauſa agro paterno auitóque exutos comperiſſent, ſemiſſem verò abrogaſsẽt. Auctore Lampridio & Capitol.

Anglica Ordinatio Eduardi cognomento Boni Regis.

Lambardi scriptoris Archayonomia, seu vetus Legislatio Angliæ.

Regia Britannorum Constitutio.

TERI DOMINO. Vt Archayonomia Anglica proditum est. At nihilò secius in ea Britannia Insula, plectebatur fœneratitius cuiuslibet quæstus, nedum Iudæorum, Principali censura maioréque imperio. Vti ex sequentis Edicti verbis facilè elicias. VSVRARIOS DEFENDIT REX EDVVARDVS, NE REMANERET ALIQVIS IN TOTO REGNO SVO: ET SI QVIS INDE CONVICTVS ESSET, QVOD FOENVS EXIGERET, OMNI SVBSTANTIA PROPRIA CARERET IN COMMODVM REGIS, ET POSTEA PRO EXLEGE HABERETVR. HOC ENIM ASSEREBAT IPSE REX SE AVDISSE IN CVRIA REGIS FRANCORVM, DVM IBIDEM MORARETVR, QVOD VSVRA RADIX OMNIVM VITIORVM ESSET. Ex Achayonomia supradicta.

Lusitania lege Regia. Si laicus citatus in foro seculari, post citationem se fecerit clericum, nihilominus definienda causa est in foro seculari aduersus eum, si causa ciuilis est, non alias, vt refert Aluarus Valascus in Lusitanica Consultatione 48. Si vero post condemnationem in foro seculari, suscepit ordinem clericalem, vel adeptus est beneficium, respondit Valascus eum remittendum esse ad Tribunal Ecclesiæ.

Licet exceptio rei iudicatæ per iudicem Ecclesiasticum, admitti debeat in foro seculari, & è conuerso, sententia lata coram seculari, admitti debeat in foro Ecclesiastico, Cap. fin. De except. in 6. Decius in Cap. at si clerici, De iudic. illud tamen procedit solum in causis ciuilibus, non autem in criminalibus, secundum Ananiam, Cap. qualiter, 2. §. ad corrigendos, De accusat. Felin. in Cap. at si clerici, De iudic. dicens quod in criminalibus, secularis non tenetur stare sententiæ Iudicis Ecclesiastici, & è contra. Ita Valascus in Lusitanica Consultatione 48.

Attica Lege cautum fuit, ne ob fœnus corpora adiudicari vel addici possent, neque super corporibus fœnerari fas foret, nec citra debitoris facultates sæuire. Hæc Lex Sisachthia dicta apud Plutar. in Solone.

Quod igitur de vsurariis Hebræorum sordibus propositum est, vt earum nomine puniantur à Regio magistratu, minimè adscribendum Iudaïcæ delinquentium conditioni: Quibus nimirum eximiæ Iurisdictionis speciem vllam suffragari non debere indicat magnifica Lex Manuelis Comneni Byzantiorum Augusti. Quùm enim antea Hebræi coram vno Steni Præfecto litigarent, statuit Comnenus Græcus Cæsar, vt forenses denuò ipsorum cõtentiones in quouis Tribunali disceptarentur. Sicuti Theodorus Balsamon retulit in Codice Legum Orientalium. Hæc vtique in Constantini Vrbe, seu noua Roma. Veteris autem Romæ Principes edixerunt vicissim Paulus 3. & Iulius 3. P. M. QVÒD NVLLVS ALIVS IVDEX, PRÆTER VICARIVM VRBIS, POSSIT COGNOSCERE DE CAVSIS CIVILIBVS, AVT CRIMINALIBVS CONCERNENTIBVS PERSONAS HEBRÆORVM VRBIS. Bullatis eorum Pontificum Tabulis, quæ in Bullario Romano descriptæ competiuntur.

Constantinopol. Imp. Edictum.

Ex Lib. Collectionis Bullarum Rom. Pontif. a Gregorio 7 vsque ad Gregorium 13.

* & indifferens.

FOENERATITIVM certè crimen reor mixtum esse, * ἢ ἀδιάφορον, 17
i. Ecclesiasticum seu pontificij fori, si in sacerdotem: profanum verò, si in laïcum fuerit accusatio instituta. Quod Panormit. argutè probat in Cap. cùm sit generale, De foro compet. Doctor. in Cap. Post miserabilem, De Vsur. Iuuatur hæc opinio Gallica foresi Obseruatione: quùm Nobis dicentibus, Curia Pontificio vsurarij criminis in Clericum notionem adiudicarit. Pommereo aduersæ partis causidico. Circiter Idus Maïas An. 1575. inter Matthæum Massonum, & Claud. Cuculum litigatores. Hoc porrò ita temperandum, ne Ecclesiæ Iuridico liceat, sacerdotes reos, qui cum exceptione selecti criminis in suum forum relecti sint, ex vinculis dimittere, nisi adhibito ac præsente Regio cognitore. Nam Rei ita auctorati præiudicio Regij magistratus, in reatu semper esse censentur ab regio

Placitum Curiæ sub diem 15. Maij an. 1575.

Reos criminis, qui ad Ecclesiasticum iudicem suum remittuntur cum onere casus regij & priuilegiarij, vt aiunt, non licet è carceribus educere quouis modo, nisi vocato Regis in Curia Ecclesiastica procuratore.

gio crimine ac priuilegiario, cuius cum onere hos ille ad Ecclesiasticum tribunal remiserit, quoad eo nomine in ipsos vindicatum sit. Proinde quoties ad pontificem translata quæstione, reus ab eo impetrauit temporariam missionem, regio Actore inscio, toties Senatus abusiuè ampliatum reum pronuntiauit. Decreto. 12. Calend. Nouemb. An. 1536. quùm Chomedeus, prouocantis ex abusu, & Faber aduersarij causam perorassent. Quemadmodùm enim Officia pontificia & Iudices canonici manus iniectionem non habent in quempiam extra suos cācellos, nisi Ciuilium magistratuum manus rogarint: Sic æquum non est, inconsulto Regij fisci procuratore, reos è custodiarum numero eximi à sacro Magistratu, qui Regia primùm manu comprehensi fuerant, & in vincula coniecti. Agè, quid si reus sua, aut sponsorum fide dimissus sit à Prætore Regio, qui eundem tamen priùs adnotarat in Pontificium tribunal relegandum? Iudicio decretum est, reum iustè vadimonio obstrictum, è carceréque eductum à profano Iudice illo, qui ad Ecclesiasticum paulò antea causæ cognitionem transcripserat. An. 1384. Vtì à Ioh. Gallo perhibetur Quæst. 34. Ast huius S.C. perpetua non est auctoritas, nec trahenda in exemplum: siue quod in facti specie à Gallo relata, ad pontificias tantùm custodias reiectus sit Reus, nulla pontifici notione, sceleríque coërctione atrributa: Seu quòd ibidem reus liberum commeatum adeptus fuisset ex AMPLISS. ORDINIS

Arestum Parisien. die 21. Octob. 1536.

Ecclesiasticæ Iurisdictionis Officiarij.

An iudici laico ius sit, Clericum criminis reum, quem remisit ad Ecclesiasticum iudicem, satisdatò ampliare.

Pour l'Eglise & Abbaye de S. Denys en Frãce, Patente de Loys le Gros l'an 1111. an. verò consecrationis nostræ 4. *touchant les mortemains & formaages sur les serfs & seruantes de S. Denys, où il fait mention d'autres dons & priuileges donnez à la dite Eglise par Charles le Chauue, & le Roy Robert entre autres, apres la fondation du Roy Dagobert.*

Toutesfois il y a vn arrest au Recueil du President Barme le 21. Iuillet l'an 1416. sur vn appel en Parlement du Bailly des Religieux de S. Denys, interiecté par Iehan Malingre prisonnier, remissionnaire pour auoir tué sa femme, de laquelle remission ledit Bailly auoit voulu cognoistre par voye d'execution, fut dict par arrest, Defenses à tous Iusticiers de ce Royaume de cognoistre aucunement des remissions, ne de l'enterinement d'icelles.

sententia. Planè Francico Edicto cautum est Melodunensi, in reum clericum instruendam delicti vulgaris, eximiíque regij accusationem coniunctim ab Ecclesiastico Principísque Magistratu. Quo casu hunc illius Sedem iuridicalem adire oportet. Artic. 22. Edicti Principalis, quod Galliæ Clero postulante latum est Mense Februar. palámque in Senatu promulgatum, nobis Cleri Oratoribus postridie Nonas Martias An. 1580. Cæteroquin controuersa Regiæ profanæque Iurisdictionis capita præciduntur Philippina constitutione An. 1274. quæ inseritur Regiarum Ordinat. Tomo. 4. De rebus Ecclesiast. Denique obseruandum est, eius noxæ reos clericos, quæ nullam regij iuris cognitionem habeat admixtam, non egere venialibus Principis codicillis, sed Pontificio tantùm Rescripto, in integrum, pristinumque ordinem restitutorio. Vt enim damnandi, ita soluendi noxa rei potestate præditus est Ecclesiæ Magistratus. Si tamen ad Pontificium forum relegata sit criminis quæstio, Regia mixtim notione suis Iudicibus reseruata, tunc huius inruitu rei cōfessi necesse habent Principalem veniam indulgentiámque postulare. Sicuti explanauimus Lib. 2. FRANCICI DOMANII, Tit. 7. art. XI.

Edictum, *sur les doleances du Clergé assemblé à Melun*, Verificatum in Parlamento die 8. Mar. An. 1580.

Ordinario Philippi 3. filij S. Ludouici Franciæ regis.

Rescriptum rehabilitationis Clerico homicidæ vel alias criminoso à Papa impetrandum.

Si clericus ad suum iudicem remissus sit super delicto communi, & sub onere casus regalis ac priuilegiati, tunc si fateatur crimen, non potest venia donari ab alio (respectu eiusce casus regij) quàm à Rege, & Regiis literis remissionis.

Chartre du Roy Dagobert de fundation de l'Abbaye S. Denys, aussi transcripte par Belleforest en sa Cosmographie. Deo & glorioso protectori nostro & patrono S. Dionysio, ex consultu Archiepiscoporum, quorum nomina subtersignamus, placuit serenitati nostræ ab

hodie & deinceps remittere, vt solemnem curiam neque nos neque successores nostri in ipso castello vlterius vllo modo præsumamus celebrare: sed sicut dominus Constantinus B. Petro arcem Romani Imperij cum omni integritate, in priuilegio suo quod fecit S. Syluestro dicitur contulisse, ita & nos Regali magnificentia, hoc Ecclesiæ S. Dionysij concedimus, decreto firmamus anathematis gladio per Archiepiscopos & Episcopos qui affuerunt, eos qui infringere tentauerint, perpetualiter ferimus.

18 P R I N C I P A L I sane priuilegio nituntur Antistites quidam, vt de Regiis etiam criminibus iudicium interponant. Sed hoc ad prophanam istorum iurisdictionem pertinet, non Ecclesiasticam. Putà, Ludouicus 6. Rex iuridicam Potestatem irrogauit Dionysiano Abbæ in perduelles singularem, hac periodo. *Contra Regiam etiam Maiestatem nostram si quis iniustè aliquid commiserit, clamorem de illo ad Abbatem faciemus, & iustitiam nobis fieri non exigemus, nisi tantùm in Curia S. Dionysij: & si causa venerit ad iudicium, suscipiemus à qualibet persona, non calumniantes personam iudicantis &c.* Huic subnectam & alterum Roberti regis diploma in eosdem Cœnobitas effuse munificum: Cuius Regalis simul & antiqua phrasis, nulla mutata dictiuncula, maiorem quandam complectitur grauitatem. *Robertus Rex Francorum semper Augustus &c. Damus Deo, & S. Dionysio quasdam res iuris nostri cum coniuge ac filiis, hoc est, Bannum hominis vulnerati, vel interfecti, & infracturam intra vel extra castellum ipsius cœnobij, & legem duelli, quod vulgo dicitur Campus, ac totam prosuictam intra vel extra, sicut antiqui Reges ei dederunt, & nos hactenus tenuimus.* 6. Calend. Iunias. Nam à prima annalium memoria, Reges nostri, cùm quid grauius molirentur, cœlestium fidem opemque Dionysij implorabant reuerentissimè: vt is Martyr Franciæ tutelam votis sibi obsecrationéque Francorum creditam gereret. Quo instinctu ac Genio, *Consueuêre* (inquit Rigordus) *Reges Francorum, quòd quicunque contra hostes arma mouebant, Vexillum desuper altare B. Dionysij pro custodia secum portabant, & in prima acie pugnatorum secum ponebant. Quod videntes aduersarij & cognoscentes, territi multoties terga dederunt.* Ex Rigordi scriptoris idiographo exemplari. Eiusdem phani Dionysij cucullatos sacerdotes memorat Lupus Ferrariensis cœnobiarcha, in Epist. 98. & Innocétius 3. Rom. Ponr. in Cap. Significarunt, De testibus. Hic Prioris quoque Argentolij, qui à Dionysiano monasterio pendet, mentionem iniecit. Cap. ad petitionem, De accusat. Sacram verò illam Flámulam, quæ in Æde Dionysij adseruabatur quondam grauioribus præliis, descripsimus Lib. 2. *Gallici Domanij*, Tit. penult.

Regiæ patentes Literæ, de cognitione criminis læsæ Maiestatis, seu perduellionis, data Abbati & Conuentui S. Dionysij in agro Parisien.

Rigordus narrat in Historia Philip. Augusti, Syluanectésem, & Meldorum Episcopos ex antiqua consuetudine benedicere solitos Abbati sancti Dionysij, in Francia. Die 27. Maij.

L'Auriflamme banniere Royale, in Abbatia S. Dionysij.

Prior d'Argentueil lez Paris.

Denique B. ipsius Dionysij Areopagitæ Encomium scripsit Michael Syngelus, Hierusolymorum Patriarcha.

19 P R O H Superi immortales, quantùm à priscis illis distant huius seculi prolapsi mores! Nunquam fere maiores nostri confligebant cum hoste, nisi ductu auspicióque cœlestium, nec minùs animos religioso Dei cultu, quàm dextras ferro armabant: memores in protegenda piorum causa, paucitatis virtutem, diuiníque fiduciam auxilij, de numero Barbarorum fidem excedente tulisse victoriam. Vt mirum non sit, tam sanctis armis Numen affuisse. Ast infœlici hoc æuo antiquata Patrum religione, digladiamur misere inuicem, tandiúque iam inflammatis Ciuilium Bellorum facibus, inauspicatò dimicamus, propria victrici côuersi in viscera dextra. Quasi funesto

in Patriam

in Patriam bello triumphalis laureæ decus promereri ſtudeamus. Nec noſtrorum modò obruimur telis interim, ſed externorum quoque militum, qui à noſtris idenridem acciti ex intima Germania, Gallicos populantur agros. Vnde tot villarum incendia, ſtupra, cædes, rapinæ, municipiorum vaſtitates. De quibus longam Iliada ſcribere facillimum ſit. Harum modò auctores admonitos velim eius orationis, qua Roman. Legionum ductor Treuiros ac Lingonas ad concionem vocatos alloquitur apud Tacitum (ne cum Caſſandræ vaticinio peiùs augurer nunc de noſtra Repub.) Terram Galliam ingreſſos fuiſſe imperatores Romanos nulla cupidine, ſed Gallis inuocantibus, quos diſcordiæ vſque ad exitium fatigabant, & adſcitos auxilio Germanos ſociis pariter atque hoſtibus ſeruitutem impoſuiſſe. Eandem ſemper cauſam Germanis tranſcendendi in Gallias libidinem atque auaritiam, & mutandæ ſedis amorem: vt relictis paludibus & ſolitudinibus ſuis fœcundiſſimum hoc ſolum Gallóſque ipſos poſſiderent. Cæterùm libertatem, & ſpecioſa nomina prætexi ſolita, neque quenquam alienum ſeruitium & dominationem ſibi concupiuiſſe, vt non eadem illa vocabula vſurparet. Annal. lib. 20. Romani itidem, apud Saluſtium, Rempub. ſuam agitauêre coniurati honeſtis nominibus, alij ſicuti iura populi defenderent, pars quò Senatus auctoritas maxima foret, bonū publicum ſimulantes, pro ſua quiſque potentia decerrabant. Ita ſubuerſionis Hieroſolymitanæ vrbis cauſa fuêre Hyrcanus & Ariſtobulus, mutuò diſſidentes. Nam tùm primùm libertatem amiſerunt Solymorum ciues ſubiecti Romano imperio, & de Syris bello captam Regionem ipſis reddere coacti ſunt. Cuius rei Ioſephum ciemus ſcriptorem, Iudaïcar. Antiquit. lib. 14. cap. 8. Idem refert longè funeſtius aliud Hieroſolymitanum excidium, ab inſana trium imprimis ciuium, Iohannis, Symonis, ac Eleazari diſſenſione. Lib. 6. & 7. de Bello Iudaico. Sic longa poſt temporum intercapedine, Hieroſolymitani Sceptri contẽtio præſtruxit aditum Saladino Ægyptiorum principi (vt ſanctæ Ciuitatis poſſeſſionem inuaderet) quem Raymundus Tripolitanus Comes Regni æmulus ſubſidiò euocarat in Balduinum Sybillę filium, ſororis vltimi Regis. Nonne verò Sequanorum cum Heduis diſſidium viam ſtrauit auxiliariis Germaniæ militibus ad pellendos natiuo ſolo indigenas, Galliæque dominatum ſibi arripiendum? Nemini pariter dubium eſt, Iohannem Cantacuzenum ab inteſtini belli materia cum Iohanne Paleologo de Auguſtali Thraciæ diademate, iter aperuiſſe Othomanico regi ad Byzantium Imperium ambiendum, ex quo vſus eſt ille mercenario Turcæ Orcanis exercitu. Huc quoque Longobardos adducerem, Roman. Principum ſtipendiis in Inſubres accerſitos, vt Gotthicā inde gentem exturbarent: quam tamen ipſi Inſubriam vi armíſque

Ita loquitur C. Cæſar pleroſque Belgas eſſe ortos à Germanis, Rhenumque antiquitùs tranſductos, propter loci fertilitatem ibi conſediſſe Gallóſque qui ea loca incolerent expuliſſe, ſolóſque eſſe Rhemos, qui omni Gallia vexata Teutones Cymbróſque intra fines ſuos ingredi prohibuiſſent.

Arreſt du 8. Iuillet 1416. Veu le proces d'entre l'Abbé & Conuent de S. Denys en France d'une part, & le Procureur du Roy d'autre, touchant la cognoiſſance des lettres de remiſſion priſes par Iean Malingre priſonnier pour la mort de feu Roger le Sueur. Dict a eſté que le proces faict par le Bailly de S. Denys depuis la preſentation deſdictes lettres de remiſſiō à luy faictes, eſt nul, & renuoyé le priſonnier & cognoiſſance deſdites lettres deuant le Bailly de Giſors, & releeue à leur Bailly & officiers, la Cour defend qu'ils ne cognoiſſent directement ou indirectement des enterinemens & execution des lettres de remiſſion du Roy addreſſantes à ſes Iuges Royaux, inſques d'iceux ait eſté cogneu & determiné par les Iuges Royaux, auſquels la cognoiſſance en appartient ſeuls & pour le tout, ſur peine d'amēde arbitraire applicable au Roy. Extraict du liure & recueil du Preſident Barme des anciens arreſts. Voyez cy deſſus le meſme arreſt art. 18. de ce Tiltre, au commencement.

Hi tres inteſtinæ ſeditionis in vrbe principes cauſati ſunt vrbis ruinam, & per Romanos eam obſidentes ipſius expugnationē & euerſionem.

Saladin Sultan d'Ægypte, Comte de Tripoli, de Syrie, Hieroſolymitani regni competitor.

Burgundicæ inuicem in Gallia factiones.

De Conſtantinopolitano Imperio à Turcis inuaſo, tandémque occupato An. 1453.

Lombardi in Italiam à Narſete Iuſtiniani Imp. Duce acciti, ad Gotthos profligandos & expellendos, permanſerunt in Italiæ parte Inſubria, quæ ab iis Lombardia dicta eſt.

V

penes se retinuerint. Sed ecce tibi domesticum Gallicæ calamitatis exemplum ab aduersis Burgundorum & Aureliorum factionibus: quũs effectum est, vt Angli cóductitia horum in illos militia abusi, communem amborum patriam imperiosè diu occuparint. Temporibus Caroli 6. Franciæ regis.

De laicali Iustitia Prælatorum, tanquam secularium Dominorum.

Francica vetus Ordinatio, seu Arestum in arcano consilio Regis Philippi Pulchri, ne alij quam laici præponantur seculari, & patrimoniali Prælatorũ Iurisdictioni exercendæ

Meminerimus porro, veteres Franciæ Reges certis legibus 20
constrinxisse patrimonialem iuris dicundi potestatem, quam in sacros Proceres pia largitione contulerant. Nempe vt profani solùm ordinis viros præficerent Iuridicæ huic functioni, non Sacerdotes: Quò faciliùs, si in ea erratum sit, litémq; suam fecerint iudices, causam dicere possint, & à Regio magistratu distringi. Nam à Philippo 4. ita sancitum fuit de communi aulicorum Optimatum sententia, *Quod Duces, Comites, Barones, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Capitula, Collegia, Milites, & generaliter omnes in regno Franciæ temporalem iurisdictionem habentes, ad eam exercendam Bailliuos, Præpositos, & seruientes laïcos, nullatenus Clericos constituant: Vt sicubi deliquerint, superiores sui possint animaduertere in eosdem. Item quod omnes causam habentes & habituri post præsens Parlamentum in Curia Regis coram Iudicibus secularibus Regni Franciæ, constituant laïcos Procuratores de suis Canonicis, & similiter Abbates & Conuentus de suis Monachis.* An. 1287. Ex Regestis Curiæ, & Arest. Parlam. Omn. Sanctor. Cui Regio decreto affinia promuntur S.C.

Aresta Curiæ Parisien. die 14 Nouemb. Ann. 1518. Die 19. April. An. 1524. & die 5. Iulij An 1538. Primum contra abbatem S. Luciani *de Beauuois*. Secundum, inter Episcopum & Canonicos *de l'Eglise de Langres*. Tertium contra Abbatem *de Cluny*.

Innoc. 3 in Cap. clerici officia vel commercia secularia nõ exerceant, De vit. & honest. cleric.

Prælatus habens iurisdictionem temporalem, illam committere debet seculari Præposito, Cap. clericis, Ne cler. vel monachi &c. Quia alioqui efficeretur irregularis & deponeretur, Cap ex literis, De excess. prælat

Guido Papę in Decis. Delphinali. 563.

posteriora 18. Calend. Decemb. An. 1518. Inter Vastierum quẽdam, & Cœnobij Magistrum D. Luciani Bellouacorum. Vt est in Parte 7. Arestor. Parlamenti Parisien. Tum 13. Calend. Maias Ann. 1524. Poyeto, Lingonensis Episcopi: & Charmoluo, sacri Lingonum Collegij patronis. Vltimum 3. Nonas Quintiles Ann. 1538. aduersus Cardinalem Lotharingum, Monasterij Præfectum Cluniacensis. Argum. Pontificiæ sanctionis ab Innocentio 3. conditæ in Synodo Lateranen. Cap. Sententiam, Ne clerici vel monachi secular. se negot. immisc. Iuxta Chalcedonensis Concilij præscriptum, Cap. 4. In Can. qui verè, Causa 16. Quæst. 1. Ioh. Andr. in Clement. 2. De Rescript. Gloza in Can. De præsentium, 15. Quæst. 1. & Decisione Gratianopolit. 563. Huc vergunt etiam Gallicæ de eo leges peculiares, tum Ecclesiasticæ, tum profanæ. Rhemensi quippe Synodo habita An. 813. cautum est, VT MONACHI AD PLACITA SECVLARIA NVLLATENVS VADANT. Cap. 29. Rursus Francica lege Caroli Mag. sub idem tempus statutum fuit, VT PRESBYTERI CVRAS SECVLARES NVLLATENVS EXERCEANT, ID EST, VT NEQVE IVDICES, NEQVE MAIORES FIANT. Lib. 5. Capitulor. & Legum Caroli Mag. quæ ab Ansegiso Abba collectæ sunt, Cap. 107.

Titulus

Titulus. III.

DE RE IVDICATA, ET INTERLOCVTIONIBVS PONTIFICIIS.

1. *Contumacem debitorem anathemate ſolui, quo implicitus ſit, manum creditori muniendo.*
2. *Metuendæ Pontificum excommunicationes.*
3. *Iudicati non ſoluti nomine à cenſuris Eccleſiaſticis non inchoandum.*
4. *Incidentes Eccleſiaſticæ Monitioni controuerſiæ inter laïcos, à laïco diiudicandæ.*

5.6. *Ciſtercienſium monachorum exemptio ab Epiſcopali poteſtate.*
7. *Præmonſtratenſium.*
8. *Cluniacenſium.*
9.10. *Nummariam mulctam ab Eccleſiaſtico iudice reis purè ſimplicitérque infligi non poſſe.*
11. *Pontificio Iudici criminum reos torquere ius eſſe.*
12. *Quo pœnarum genere reorum corpora plectantur in Curia Eccleſiaſt.*
13. *Nil à ſacris Iudicibus contra Regiorum iura tentandum.*
14.15. *Politiæ Eccleſiaſt. procuratio penes Reges ac Principes.*
16.17. *De Sacerdotum* degradatione.
18. *Detruſionis in monaſterium pœna.*
19.20.21.22. *Monaſticæ vitæ profeßio per varios terrarum Principes.*



1 EGE IVDICIORVM priùs quærendum fuit de litigatorum genere, & quibus de rebus ad Pontificium Iudicem eatur: antequàm ſacer Iuridicus poſtremum impleret forenſis ſcęnæ actũ, priuatorúmque controuerſias ſententia definiret. Nunc pro tribunali cognoſcenti Eccleſiaſtico licitum eſt canonicis Legibus, reum contumacia lapſum Diris Pontificiis configere: Nulla ſpe ſoluendi cenſorio hoc vinculo contumacis, quoad expenſa in litem is refundat, & iudicatum ſe facturum ſatiſdatò polliceatur. Auctore Innocentio 3. in Cap. cùm olim, Et Cap. Ex parte, De verb. ſignific. A quo non abludit poſterius Innocentij 4. reſcriptum in Concilio Lugdunenſi. Cap. Venerabilibus. §. ſecus, De ſentent. excommunic. Lib. 6. Decretal. Epiſtol. Nec longè aliter Tribirienſi Concilio ſancitum eſt, piorum cœtu moueri contumacem, qui ad Synodum canonicè vocatus venire contempſerit, aut ante excuſſam cauſam inde diſceſſerit. De quo, Yuo Carnutenſis, Decreti parte 14. De excommunicatione. Iſthæc ædepol ſeueriùs, quàm priſci Romani factitarint, contumaciam non niſi litis damno coërcentes. Quod Euſtathius Grecè dicebat ἐρήμῃ καταδικάζειν, ſeu indicta cauſa damnare.

De Sententia in contumacem reum dicenda, Iuxta Cap. 1. De Iudic.

Excommunicatio contumacium in foro Eccleſiaſtico.

ne præclarum, principem Chriſtianiſſimum, præcellentium meritorum; athletam Chriſti ſtrenuum, & ſollicitum fidei Chriſtianæ defenſorem appellauit. Quæ omnia honoris ac dignitatis pleniſſima nomina, & eum, quem tot iam ſeculis obtinuerunt inter omnes Reges primarium locum, Reges noſtri non ambitione ſua, alienáve aſſentatione conſecuti ſunt, ſed ipſi ſuo ſibi ſudore, ac inſignibus erga illam Orbis terrarum principem Eccleſiam promeritis compararunt. Sicuti & pontifex Innocentius 3. affirmat Decretali Epiſtola ad Gallicos ſacrorum Præſules. In Antiquis Decretalium Collectionibus, nuperrime in lucem emiſſis. Cap. Nouit, De Iudic. In Verſic. CHARISSIMVM IN CHRISTO FILIVM PHILIPPVM REGEM FRANCORVM ILLVSTREM DE CORDE PVRO ET CONSCIENTIA BONA ET FIDE NON FICTA DILIGIMVS, ET AD HONOREM ET PERFECTVM INCREMENTVM IPSIVS EFFICACITER ASPIRAMVS, EXALTATIONEM REGNI FRANCORVM SVBLIMATIONEM APOSTOLICÆ SEDIS REPVTANTES: CVM HOC REGNVM BENEDICTVM A DEO, SEMPER IN IPSIVS DEVOTIONE PERMANSERIT, ET AB EIVS DEVOTIONE NVLLO VNQVAM, SICVT CREDIMVS, SIT TEMPORE DISCESSVRVM, &c. Neque his aduerſatur Froſſartis Belgæ Hiſtorici dictum, (Volum. 2. Cap. 35.) *Ce que le Roy de France creut en Clement, coulloura grandement ſon faict; Car le Royaume de France eſt la fontaine de creance & d'excellence par les nobles Egliſes qui y ſont, & les hautes Prelations.* Fuit quoque, patrum memoria, Britannus rex fidei Defenſoris titulo honeſtatus à Leone 10. P.P. 5. Idus Octob. Ann. 1521. Ex Codice Bullarum Pontificiarum à Gregorio 7. vſque ad Gregorium 13. quæ nuper Romano prælo excuſæ ſunt. Verùm idem poſtea Rex, mutatis cum ætate Pietatis ſtudiis, graſſari cœpit in phana Diuûm, gemmea ſacrorum inſtrumenta, vaſaque olim ſanctis dicata Aris ſuſtulit & conflauit: Cœnobia euertit, ſanctiſſimorúmque Martyrum oſſa & cineres, ſepulchris eruta, in Thameſim amnem proiecit in Oceanum deuehenda. Impotenter, ad hæc, Sacrorum effectus Princeps, ſacerdotiorum cenſus & latifundia redegit in fiſcum, legeſque promulgauit, quibus cuncta vel diuini vel profani iuris ad arbitrium reuocaret. Heluetios porro Iulius 2. P. P. Romanæ Reipub. Defenſores in Cardinalium Collegio appellauit: quòd pro ipſo, Pontificiiſque auſpiciis fœliciter in Italia dimicaſſent. Ann. 1512. Ac tum etiam decreuit Iulius cum Purpurato cœtu, vti honorifico illo nomine Heluetij omnibus ab hominibus vocarentur. Id quod Bembus ſcriptú reliquit, Venetæ Hiſt. Lib. 12. Vnde Heluetius ſpecioſo decoróq; titulo Defenſor eſt Pótificiæ libertatis nuncupatus. Sicuti autem pij Sacerdotiorum propugnatores viui mortuiq; gloria, imperio, prolis fœcunditate, diuturnitatéq; domeſtici imperij fructum perceperunt: ita qui de Sacerdotio quaſi victoriæ

Clemens 7. Antipapa.

Bullatæ literæ Leonis P.P. die 11. Octob. An. 1521. pro Henrico 8. Angliæ rege: Quia is errores Martini Lutheri ſcriptis confutauerat, ac eos ſequi præſumentes perſequebatur.

palmam petierunt, misero exitu pœnas Superis dedêre.

PVBLICÆ tamen qui saluti præsunt Magistratus, haud vsque- 3
quaque ferunt pro suo iure ac Politico, Antistitem graui eos insectantem anathemate, qui ipsorum decreto protinus non stetissent. Nam æs alienum dissoluere iussus haud continuò phanis arceri debet, sacrísque abdicari, quòd iudicatum non fecerit: Sed pignoribus captis, aut rerum soli pigneratione vrgendus est ad solutioné, priusquam Ecclesiastico ritu piorum communicatione moueatur. Quare facta prouocatione abusus ergô à debitore Clerico, qui subinde, quasi soluendo non esset, pontificia imprecatione deuotus fuerat, Senatus abusiue actum gestúmque ab Episcopo pronuntiauit. Decreto Mense Ianuar. An. 1569. Anselino dicente. In Volumine causarum Ambianarum. Cui non absimile reperias in calce Styli Parlamentaris, 7. Idus Maias An. 1518. Itaque in pecuniariis litibus dicta sententia, non licet extemplò anathematis spiculum in condemnatos distringere, tanquam extremum subsidiarium exequendi iudicati remedium. Plane apud Augustinum, leuiter delinquentium pœna erat admonitio, grauius peccantium, obiurgatio: desperatorum ac insanabilium veluti capitale supplicium erat, sacra noxij capitis detestatio, éque contubernio piorum eiectio. Ex vita D. Augustini apud Posidonium Episcopum Calamensem. Prisci item Galliæ Præsules omnia prius experti sunt in Nomenoium Armoricarum Principem Christiana exhortatione, quàm dira sacrorum interdictione. Tradit enim Lupus Abba Ferrariensis, habitum fuisse Conuentum Ecclesiasticum à Landrano Turonensi Archiepiscopo, & qui à suffragiis ipsi erant, Episcopis, aduersus Celticæ Britanniæ Regulum Neomenium, templorum hostem multis nominibus declaratum. Ex quo sacri Consessus verbis ita commonefactus est Neomenius. *Dominus quidem Deus occulto, iusto tamen iudicio permisit esse te Rectorem Gentis tuæ: in quo tamen regimine qualem te exhibeas, testis est conscientia tua, & amaræ querimoniæ diuersarum Ecclesiarum, &c. Cupiditate tua vastata est terra Christianorum, templa Dei partim destructa, partim incensa cum Sanctorum ossibus cæterísque reliquiis: possessiones Ecclesiarum, quę fuerunt vota fidelium, redemptio animarum, patrimonia pauperum, illicitè in tuos vsus redacta, &c. Episcopi legitimi sedibus propriis expulsi, & vt mitiùs loquamur (quia nolumus dicere fures & latrones) mercenarij introducti. Patroni nostri B. Martini quondam Diœcesis (ex qua vos esse negare non potestis) violata. Satis hęc ad tuam perditionem sufficiebant, sed omnem læsisti Christianitatem, dum Vicarium B. Petri Leonem Apostolicum (cui dedit Deus Primatum in omni Orbe terrarum) spreuisti. Cum enim eum postulasses, vt in libro suo te scriberet, & pro te Dei clementiam exoraret, & ille directis literis se id facturum promisisset, si se monentem obedienter audires, non solùm nihil eorum, quę mandauerat, fecisti, sed ne literas quidem ipsas recepisti &c. Nec ignoras, quòd certi fines ab exordio dominationis Francorum fuerunt, quos ipsi vendicauerunt sibi, & certi quos petentibus concessêre Britannis. Quomodò igitur despicas*

Iudicium Curiæ Parisien. die 9. Maij an. 1518. de discutiendis bonis debitoris condemnati, antequam is excommunicetur ob iudicatum non solutum.

Minoris Britanniæ princeps Nomenoius.

Hæc in Gallica prouinciali Synodo, vbi de Neomenij rebellione in sacros Antistites, & in Carolum Caluum Franciæ Regem præsertim est actum.

Hinc expende obiter Armoricam Britanniam a summa iam vetustate sacra iura petisse a Turonensi tanquam Metropolitica Sede.

Sigebertus in Chronico An. 860. de hoc Numeneo rege Britonũ ita scribit, quòm Numeneus instaret regnum Francorum depopulari, visum esse ei, assistere sibi sanctum Maurilium Andegauensis vrbis olim Episcopum, à quo in capite percussus baculo, iram Dei morte persensit.

cas legem Dei? quæ præcepit, ne tranſgrediaris terminos, quos poſuêre Patres tui, & terram Francorum iniuſtè tibi defendere conaris, &c. Monemus te, obteſtamur ſalutis tuę cupidi, pone finem malis tuis, conuertere ad Dominum, cuius nemo noſtrûm poteſt effugere iudicium. Fac fructus dignos pœnitentię. Id quoque tibi pollicemur, quia ſi te Domino reſtitueris, apud eum interceſſores pro peccatis tuis eſſe cupimus, & apud pium Regem noſtrum, vt tibi, tuęquè poſte-

Par arreſt de la Cour donné à l'audience du roolle de Chartres, plaidans du Chesne, pour l'excommunié, appellãt comme d'abus de l'Official de Neuers, & Dagues pour l'intimé, il a eſté iugé le Mardy 24. Iuillet 1601. que les cenſures Eccleſiaſtiques de re leui ſont abuſiues, enſemble les agraues reaggraues que prononcent les curez ou vicaires executeurs deſdites monitions.

ritati benignè conſulat, conabimur obtinere, &c. Huic monitorio libello ad Gallicæ Britanniæ regulum ſubſcripſêre Landranus Turonum Hierarcha, Dodo Andium, Aldricus Cenomanorum, Guenilo Senonum, Antiſſiodorenſium Heriboldus: Tricaſſium itidem Prudentius: Angius, Aureliorum Præſules: Pariſiorum, Ercanradus: Hubertus, Meldorum: Helias, Carnutum: Niuernenſium, Herimannus: Hincmarus, Rhemorum: Inimo, Nouiomagi: Lauduni, Pardulus: Rhotadus, Sueſſionum: Hilmeradus, Ambianorum: Erpainus, Syluanecti: Bellouacorum, Ermenfridus: Paulus, Rothomagi: Saxbodus, Sagienſium: Lexouiorum Freculphus, & Gottofredus Bellocaſſiorum antiſtites. Quo tempore Caluus Imp. Romanis rebus præſidebat. Ex Lib. Epiſtol. Lupi Ferrarienſis nondùm edito. Vnde nec obſcurè elicitur, profanam, & ſacram poteſtatem, mutuis nixas præſidiis ſe inuicem extimulare ad officium ſuum è re dignitatéque publica gerendum. Sicuti enim Pannonum Rex Quinqueccleſienſem pontificem ſæpiùs monitum de inceſtus crimine detulit Innocentio. 3. P.P. Cap. cùm in iuuentute De Præſumpt. Ita Conſtantinus Pontif. Max. Philippum Conſtantinopol. Principem, qui de Catholica fide prauè ſentiebat, diu multúmque cohortatus eſt, haud reſipiſcentem demùm ſeuerè vltus. Illi quippe & dignitatem ademit Imperij, & ne inter reliquos Imperatores nomen eius referretur, edixit. Vt Græcorum Cæſſ. Annales produnt.

Archiepiſcopus *de Tours*, cum Epiſcopis *d'Angiers, du Mans*, ſuffraganeis. Archiepiſcopus *de Sens*, cum Epiſcopis *d'Auxerre, de Troyes, Orleans, Paris, Meaux, Chartres, & Neuers*, ſuffraganeis Archiepiſc. *de Rheims*, cum Epiſcop. *de Noyon, Laon, Soiſſons, Amiens, Senlis, & Beauuon.* Archiepiſc. *de Rouen*, cum ſuffraganeis Epiſcop. *de Sees, Liſieux, & Bayeux.*

Carolus Caluus Cæſar & Franciæ Rex.

Hungariæ rex

Ne pourront les Eccleſiaſtiques eſtre excommuniez pour argent par eux deu, ſauf à leurs creanciers, à faire proceder contre eux, par execution de leurs meubles, & ſaiſie d'immeubles. Par Edict d'Auril 1571. Art. 18.

4 EDICTO Aurelianenſi vetitum eſt, ne Pontificia ſparſim obnunciatio cenſuráque promulgetur, præterquam in maioribus negotiis, publicæquè notæ crimen ſpectantibus. An. 1560. Art. 18. Nec pariter Legum probanda ſunt tam Manliana imperia, vt ſicubi in leuiſſimis parùm obtemperetur, ilicò ſtringant gladium: Neque tam Stoïca ſcita, vt æquo iure ac pondere delicta omnia metiantur. Proinde Aruernenſi etiam Synodo interdictum, ne exiguis leuibúſque de cauſis quiſquam ſacra priuetur communione. Can. Nullus. 11. Quæſt. 3. Nec ita diu Bullatis tabulis Pauli. 3. ſtatutum fuit, NE GRAVISSIMÆ EXCOMMVNICATIONES S. ELEVTHERII EXPEDIANTVR, QVALES CONCEDENDI IVS HABVERAT PRÆPOSITVS ECCLESIÆ APRVTINÆ, ET PRÆPOSITVS S. ELEVTHERII. Vt

Officialibus Epiſcoporum monitiones cenſuráſque Eccleſiaſticas decernere prohibitum, niſi in cauſa criminis & ſcandali publici.

est in Lib. collectaneo diuersarum Constitutionum & Literarum Roman. Ponrif. à Gregorio. 7. vsque ad Gregorium. 13. Ibidem comperias Apostolicum Clementis. 7. diploma. 9. Kalend. Iunias An. 1530. QVOD NVLLA CIVITAS, CASTRVM, VILLA, LOCVS, TERRITORIVM, VEL DISTRICTVS PRO DEBITO PECVNIARIO, ECCLESIASTICO INTERDICTO SVPPONI POSSIT. Vti sanxerat quondam Innocentius. 4. Cap. Romana §. vlt. De senten. Excommun. In. 6. In Gallia tamen, Aurelianen. Edicti caput illud, quod Pontificiæ censuræ vsum restrinxit, abrogarunt postea Reges nostri, sacrarum animaduersionum pristino more reuocato. quatenus nempe priscis canonibus, sanctissimísque decretis licuit olim Pontificium in aliquos fulmen contorquere. Constitutione regia: 16. Kalend. Maias An. 1571. Artic. 18. Hunc porrò Articulum ita moderatus est Senatus, in promulganda lege Regia, vt æris alieni nomine excommunicari statim oporteat neminem, salua creditori in prædia manuum iniectione. Aresto. 16. Kalend. Septemb. An. quo suprà. Atque adeo quibus ex noxis sit Christiana communione mulctandus quispiam, notat Meldense Concilium, de quo Yuo Carnutum pontifex, Decreti Parte. 14. De excommunicatione. Et Gratianus in Can. Nemo Episcoporum, Causa. 11. Quæst. 3. Ex facto autem proponitur, plebeium quendam iudicio conuentum in foro Canonico, hac libelli formula, vt anathematis vinculo obstrictus diceretur, quòd in euulganda Pontificis graui denunciatione, is de re ipsa quicquid senriret, bona fide non exprompsisset. Reus verò ab hac vocatione in ius ceu ab abusu Senatum appellauit. Concedebat iste quidem, pontificij iuris esse non modo Ecclesiasticas claues, sed earum quoque iudicio declarandarum auctoritatem. Verùm hoc in Francica consuetudine positum asserebat, vt incidentes Pontificiis censuris liticulæ inter profanos, à regio solùm Prætore disceptarentur. Eapropter Supr. Curiæ placuit, profanum hominem de eo abusiuè vocatum ad sacros magistratus. Decreto. 7. Idus Ianuar. An. 1556. Vitello, appellantis: Mesminio, aduersæ partis: & Burdino fisci aduocatis. De sacrarum Clauium potestate innumera isthîc facilè protulerim testimonia, tum ex vtriusque Instrumenti Codice, tum ex veteribus Christianę Academiæ scriptorum monumentis. Sed neque centones ex alienis scriptis duxi consuendos, & vulgò nota parúmque hoc loco necessaria percensere, vt superuacaneum fuerit, ita ineptè ambitiosum. Vnam obiter præterire nequeo Romanorum Pontif. Sanctionem, eximia aliquot numerantem maleficia, Romanæ reseruata gratiæ ac veniæ: quibus scilicet expiari & absolui nemo possit nisi à Romano Antistite, vel eius peculiari permissu. Eam Paulus. 2. Venetus constitutionem

Apostolica Bulla Clementis. 7. Die. 24. Maij An. 1530.

Bulle d'Alexandre 3. du 7. d'Auril 1179. pour l'Abbesse, Religieuses, & conuent de S. Remy Deslandes, ordre de S. Benoist, confirme leurs possessions, tant presentes que futures qu'il specifie, & donne exemption de payer disme de leurs terres & donations. Qu'elles ont droict de sepulture de ceux qui ordinairement sont enterrez audit monastere. Et en cas de decez de ladite Abbesse, sera procedé à l'election de nouuelle Abesse. Item que les Religieuses sont interdictes de sortir du cloistre apres leur profession, sinon pour entrer en quelque plus estroicte regle. Il y a le prioré de S. Euroul, membre dependant de ladite Abbaye, diocese de Chartres.

Edictum *sur les doleances du Clergé de France,* Die. 16. April. 1571. Modificatum io Curia Parisien. die 17. Augusti Eod anno.

Concilium Gallicæ Ecclesiæ habitum à *Meaux.* An 845.

Contra laicos non reuelantes rei veritatem in publicatione monitionum Ecclesiasticarum, lis incompetenter mota coram Officiali Episcopi.

Arestum die. 7. Ianu An. 1556. quòd super executione vel oppositione in censuras Ecclesiasticas laicus non potest trahi ad Ecclesiasticum forū.

Bulla Apostolica, die. 3. Mart An. 1468. quæ consueuit in die Cœnæ Domini per prædecessores Rom. Pontifices publicari: Qua Romæ quotannis feria quinta in Cœna Domini publico iudicio varij malefici ab Ecclesia Catholica excommunicantur.

constitutionem edidit. Quinto Nonas Martias An. 1468. In Extrauag. Etsi Dominici gregis De Pœniten. & remission. Vbi etiam memorantur Bullatæ literæ à præcessoribus Romanis Episcopis solitæ promulgari Die Cœnæ Dominicæ festo.

5 ORDINARIIS porrò adempta est sacræ Censuræ potestas in Monasticos Ordines quosdam singularibus Pontificiæ Sedis Codicillis. Nam Cistercienses Diœcesani imperio coërctionéque solutos esse iussit Alexander. 3. summus Christianorum Antistes, sequēti Diplomate: quo Cisterciensium Familiæ adscripti, coloni, administríque id genus nominatim continentur. *Dilectis filiis Abbati Cistercij, eiusdem Conuentibus vniuersis Cisterciensis ordinis, &c. Ex parte vestra fuit propositum coram nobis, quòd nonnulli Ecclesiarum Prælati vestris libertatibus inuidentes, cùm eis non liceat ex Apostolicæ Sedis indulto in vos excommunicationis, vel interdicti Sententias promulgare, in tenentes seu firmarios ad annuum reditum terrarum vestrarum extraneos, & eas proprio nomine excolentes, vel aliàs vobis communicantes, Sententias proferunt memoratas. Nos verò supplicationibus vestris inclinati, ne quis Prælatorum huiusmodi sententias in fraudem Priuilegiorum Apostolicæ Sedis de cætero promulgare præsumat, auctoritate præsentium decernimus eas non tenere. Insuper vobis, & Ordini vestro concedimus, quòd firmarij, tenentes, seu seruientes vestri in terris vestris situati, à Iurisdictione cuiuscumque Iudicis ordinarij Ecclesiastici sint quieti: Et liceat vobis de cætero in Capitulo vestro de adulteriis, & aliis fornicationibus coram vobis, seu aliis commissariis vestris eos corrigere, ac etiam diuina audire in Capellis vestris, & Ecclesiastica sacramenta recipere, ac eisdem firmariis, tenentibus, seu seruientibus in Capellis vestris sacramenta ministrare, tam intra, quàm extra Monasteriorum vestrorum situationem &c. Sanè si quis Archiepiscopus, Episcopus, archydiaconus, decanus, aut aliquis eorumdem officiariorum propter hoc in vos, vel in Monasteria, Ecclesias, seu Capellas vestras, tenentes, firmarios, aut seruientes vestros in terris vestris situatos, vel in sacerdotes vestros nomine vestro in Ecclesiis vestris seu Capellis ministrantes, aut Ecclesiarum ministros aliquos aliquam Sententiam protulerit, illam omninò non valere censemus, &c.* Idib. Nouemb. Pontificatus Ann. 3.

Ardingus Anglus Cisterciensis ordinis auctor à Vincentio perhibetur. An. 1098. Ille enim monachus in cœnobio Molismensi, Lingonensis agri, cùm animaduerteret in eo minimè maiorũ instituta seruari, Robertum Abbam impulit, vt Cistercium, locum in Burgundia desertum, Cabilonen. diœcesis commigraret. Odone Burgundiæ duce, & Hugone Præsule Lugdunensi legato fauentibus: Vbi vetere Ordinis disciplina reformata, persancte vixerunt. De quibus Vincent. in Specul. Histor.

Die. 13. Nouemb.

6 ALEXANDRI huius P. P. duæ extant epistolæ Decretales ad Cisterciensis societatis monachos. In Cap. Recolētes De Stat. monach. Et Cap. Statuimus De Suppl. neglig. Prælat. Priore quidem illa, grauiter eos cohortatur, monasticam vt regulam accuratè seruent, in auspicatu sacri eius Ordinis piè institutam. Secundùm huius principem familiæ, Quatuor primi habentur Cisterciensis ordinis Patres, Clarouallensis, Pontigniacus, Morismundi, & Firmitatis cœnobiorum Præfecti. Ad Arnoldum, Morismundi, & Hugonem Pontiniacensem antistites scripsit Bernardus Claræuallis Abba. Epist. 4. 5. & 33. Idem ad cœnobiarchas Cistertij congregatos, Epist. 145. De Morismundi pariter Firmitatísque Præsulibus monasticis legitur Gregorij. 9. Rescriptum Cum in veteri De Elect.

Religiosi, Ordinis de Cisteaux.

Les 4. principales Abbayes, ou fillettes de l'ordre de Cisteaux, Assauoir Clerueaux, Pontigny, Morismond, & la Ferté.

Eugenius. 3. P. P. vetat exigi à Claræuallis Abbate & Conuentu iuramentum calũniæ. Cap. Imperatorum. Deiuram. calum.

De hoc Caroliloci monasterio Nos Lib. 9. Monasticon Tit. 2. Art. 3.

Sicuti & Caroliloci Æteriarcham Cisterciensem memorat Alexander. 3. Cap. Cum dilecti De Empt. & vendit. Tum Innocentius. 3. Alexandri successor Cap. Ex parte De tempor. Ordinat. Et Gregorius. 9. Abbæ Caroliloci rescripsit Cap. Ex parte De rescrip. Eiusdem quoque magistrum Cœnobij Guidonem valde commendat D. Bernardus apud Innocentium 2. Pont. in Epist. 198. Pontificia necnon huius Ordinis Priuilegia subijcit Oldradus I.C. in Consil. 300. Ex eadem Cisterciensium familia prodière Celsissimæ Sedis Pontifices duo, Benedictus. 12. & Eugenius. 3. cuius sanctissimo nomini dicati sunt à D. Bernardo De Consideratione Libri. 5. Quanquam alij etiam cœnobitarum Ordines nobis suggesserunt Christianæ Ecclesiæ Pastores maximos. B. Gregorium scilicet, antea monachum & leuitam: Hildebrandum Soanensem ex Hetruria cœnobitam, qui postea Barionæ in Solio, Gregorius. 7. est appellatus. Subde Alexandrum. 5. Nicolaum. 4. & Xystum. 4. votiua Ordinis professione Franciscanos, Innocentium. 5. Dominicanum: Eugenium. 4. Cœlestinum: Gelasium. 2. Benedictinum, è Mandra Cassini montis: Clementem. 6. cucullatum sacerdotem: Vrbanum. 2. Cluniacensis alumnum monasterij: Victorem. 3. ac Stephanum. 9. Cassinates cœnobiarchas. Cuius de Cassinatis cœ-

Abbas *de Challu*, Cisterciens. ordinis, *au bailliage de Senlis*.

De Cisterciensium priuilegiis Vid. Tit. 1. Lib. 2. Monasticωn. art. 7.

Abbatia Montis Cassini, in Italia, caput ordinis S. Benedicti.

Bulles d'exemption pour l'ordre de la saincte Trinité, de la redemption &c. Vide Tit. 1. Lib. 2. Monasticωn art. 18.

Exemptio Apostolica *de l'Abbaye de Bourg Deols en Berry*, Vide Tit. 2. Lib. 2. Monasticωn art. 17. in fin. & Tit. 1. Lib. 2. Monasticωn art. 40. & 41.

Priuileges & exemptions des Chartreux Vide Tit. 1. Lib. 2. art. 42.

De Præmonstratensibus Vide Tit. 1. Lib. 2. Monasticωn art. 22. 23.

De l'exemption de l'Abbaye nostre Dame de Xainctes, Vid. Tit. 2. Lib. 1. art. 29.

nobij Abba, Innocentius. 3. in Cap. licet De offic. legati. Porrò Celestinus. 5. Pontif. religioni impensè deditus, Pontificatu se abdicauit, priuatæ (vt aiebat) tanquam sanctioris vitæ desiderio: postquam tanti principatus ferendo oneri se imparem fateretur, & resumpta cuculla in syluas & specus Gargani montis, ad contemplationem diuinorum operum contenderet. Vnde admirantibus cunctis pij animi decretum, quòd è tanto fastigio religionis amore se demisisset in Eremum, tantam conceptæ diuinitatis opinionem est consecutus, vt à vicinis primò, & à remotioribus demùm populis inuiseretur: ac pleríque ab eo, vel occursum & colloquia vitante, delictorum expiationes deposcerent rerúmque futurarum oracula, & iam pro sancto, gliscente diuinitatis fama, colеretur. Hoc Petro Murrone Ordinis auctore Cœlestinorum, excitata sunt ilicò varia huius Sectæ cœnobia, Lutetiæ, Rothomagi, Auenione, Suessionibus, Ambianis, Gentiliaci, Columbariis, Hamberti in sylua Aureliorum, Esclimonte Carnutum, Meduntæ, Vichei Boiorum, Ternis in Marchia Lemouicum, Marcoussei in agro Parisiensi, S. Crucis infra Offemontem, Louanij, cum pauculis aliis. Totius Ordinis Magister in Italia degit, prouinciæ autem Præ-

Petr. de Murrone, Cœlestinus dictus, & conditor monastici Ordinis Cœlestinorum.

In Cœlestinorum Æde Aueniοnensium funeratus est An. 1387. sanctus Petrus Cardinalis à Luxemburgo frater VValerani Lucemburgij Comitis S. Pauli. Cuius sancti Cardinalis corpus postea translatum ad Cælestinos Lucemburgiæ vrbis.

De eo sanctissimo adolescente mortuo, eiusque miraculis Frossartes Hist. lib. 3. Cap. 100. Et Nic. Ægid. in Franc. Annal.

fectus

fectus in Gallia ſublimem diuinámque in ſuos poteſtatem exercet. Nunc ad rem.

Petrus Caſtellanus quoodam Prouio.ia-lis Ordinis Celeſtinorum doctiſſima edidit Commentaria io conſtitutionem eius Ordiois.

Creſpetius etiam ouper Celeſtinus ſcripſit ſummam Eccleſiaſticæ diſciplinæ, *où ils tiennent* ex dicti Ordinis Cooſtitutiooibus, trimeſtre iure præfixum ad eligendum nouum prælat.io Cathedralibus & regularibus.

7 PRÆMONSTRATENSES itidem Epiſcopali iuriſdictioni eximuntur, Pontificia Alexandri. 5. immunitate ita ſcripta. *Prædictos Abbates, Præpoſitos, Priores, decanos, canonicos, conuerſos, donatos, Abbatiſſas, Prioriſſas, moniales, & perſonas Præmonſtratenſis Ordinis cum omnibus membris, curtibus, grangiis, domibus, bonis mobilibus & immobilibus, & aliis rebus quas poßident, & in futurum poterunt legitimè adipiſci, necnon Eccleſias, & alia loca ab eiſdem Monaſteriis dependentia, ab omni ſuperioritate, dominio, iuriſdictione, necnon viſitatione quorumcumque Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorum Iudicum ordinariorum, & Officialium Eccleſiaſticorum plenariè eximimus, & totaliter liberamus, illáque ad ius & proprietatem B. Petri Apoſt. & Sedis Apoſtolicæ, ac ſub eorum ſpeciali protectione ſuſcipientes, ea omnia decernimus præſatæ Sedi ſoli, & immediatè ſubiacere, &c.* Pridie Cal. Sextiles, Pontificatus An. 1. Confine eſt ſingulari huic Diplomati Priuilegium ab Innocentio P. P. conceſſum. 17. Kalend. Apriles, Pontificatus Ann. 11. Tum à Clemente Pontif. (qui Auenione ſacrũ Solium obtinebat.) 17. Calend. Ianuar. Pontificatus An. 1. Ad Abbatem de Præmonſtrato miſit D. Bernardus Epiſtolam numero. 252. Ac longo poſt interuallo, reſcripſit Innocentius. 3. Romanus Præſul ad cœnobiarcham & conuentum Præmonſtratenſem. Cap. Edoceri De reſcript. Et Cap. Cauſam quæ inter Præmonſtraten. & Pramon. Eccleſias Eod. Tit. Ne iſthîc quicquam eorum interſeram, quæ à Vincentio, & Volaterrano copioſè dicta ſunt de Præmonſtratenſi, ac reliquis monaſticarum Familiarum ordinibus. In Speculo Hiſtor. & Anthropologiæ Lib. 21.

Phil. Pulcher Francorum rex primus dedit oouo hu.c Cæleſtinorum Ordini priuilegia, qui Ordo in Francia cœpit *au lieu de Hambert en la foreſt d'Orleans.* Generalis Ordinis eſt io Italia, ſed Prouincialis, in Francia.

Premonſtrateoſis Ordinis Priuilegia Pontificia.

Regularis huius ſacerdotum familiæ, Ordiniſque auctor Norbertus genere Lotharingus, qui arctiſſimum illud vitæ genus ex Auguſtini ordine quæritaus à Calixto. 2. impetraoit. Ao. ſalutis. 1120.

Die vlt. Iulij.

Die. 16. Martij.

Die. 16. Decemb.

8 EANDEM in claſſem referri poſſent Cluniacenſis ordinis monachi, peræquè Epiſcopali immunes, exemptíque iuridica poteſtate. Vt liquidò conſtat Pontificiis tabulis Clementis. 4. P. P. Quatto Nonas Nouembres, Pontificatus An. 1. Sed de iis aliàs pleniùs, modò ne Petrũ Cluniacenſem interim ſilentio præteruehar, Theologicæ ſcholæ lumen clariſſimum. Quippe qui Anno. 1140. quùm verſaretur in rebus humanis, varia ingenij monumenta publicarit: quæ etſi in paucorum hodie, vti reor, noſtras certè in manus aliquando peruenêre. Ab eo namque exaratus eſt De conuerſatione Eremitica non vulgaris Codex, Reuelationes multorum, Binæ Epiſtolæ de Petrobruſianis hæreticis, Ad Patres magiſtros Eccleſiæ Dei, Arelatenſem & Ebredunenſem archipræſules, Dienſem & Wapicenſem epiſcopos. Præterea de Baptiſmo paruulorum, De veneratione S. Crucis contra Hæreticos, De Baſilicis, templis, & altaribus in hæreticos, De ſacrificio Miſſæ, & veritate Tranſſubſtantiationis, De ſuffragiis pro defunctis, De laude DEI in canti-

Cluniacenſium Priuilegia.

Die. 2. Nouemb.

Vnde Cluniacẽſi monaſterio oomen ſit inditum, eooetooè docet Glaber Rodulphus eiuſdẽ cœnobita Monaſterij, nimirum à declino & humili colle, vel aptiùs (inquit) à eluendo dictum, quùm eluere, ereicere dicamus inſigne eoim incrementum diuerſorum dooorum à ſui initio iodies locus idẽ obtinuit. Hæc Rodulphus. Hiſt. Franc. Lib. 2. in Tit. De monaſteriis ædificatis, &c.

cis & musicis instrumentis: Cathalogus Diuorum nostratium, qui media in Gallia sacrorum Aras delubráque condidêre. Petrum húc Cluniacensem effusè laudat Bernardus eius æqualis, Epist. 147. 227. 265. 267. 309. Celebratur & Cluniacensis monasterij cœnobita Glabet Rodulphus, Roberti & Hentici. 1. regum penè coæuus, rerúmque ab iis gestarum scriptor. Libro quem euoluimus, nondùm formis impressum. Cluniacensis verò familiæ Priuilegia generatim tractantur Oldradi Responso. 204. vbi Nicolai P.P. in eam rem diploma ad verbum exscribirur. De toto hoc Ordine edita est ab Honotio. 3. Decretalis Epistola, Quanto De Priuil. Secundum quem, Gregorius. 9. sanctè exhortatus est Cluniacensem cœnobiarcham Cap. 51. De Elect.

D. Petro Cluniacensi Abbate, & eius scriptis.

Les Offi iaux des Euesques & Archeuesques doiuent estre graduez & constituez en l'ordre de Prestrise, & ne peuuent tenir de l'Euesque le seau à ferme, ne autre chose. Par l'art. 45. de l'Edict de Blois Can. omnis oppressus 2. quæst. 6. *parlant de* clericorum causis sacerdotali tantum iudicio disceptand. *Et ainsi a esté iugé par arrest de la Cour, contre l'Aduocat, Official d'Angers, & luy suspendu de l'exercice de son estat, iusques à ce qu'il se soit faict prestre. Par Arrest de la Cour de l'an 1603. ou 1604 Cet Arrest est du lundy 9. de Ianuier 1603. sur vn appel comme d'abus de l'Official d'Angers, qui auoit voulu incidemment en vne cause de mariage cognoistre de l'enterinement d'vnes lettres Royaux. Michel plaidant pour l'appellant, & fut dict mal & abusiuement, Ragueneau pour l'intimé, & ordonné que ledit Official se feroit prestre dans trois mois, & en certifieroit la Cour, & iusques à ce, interdit de l'exercice de son estat. Ledit Arrest est entre vn nommé Moulinier, appellant comme d'abus, & Nicole Bazin intimee.*

IN exemptos Episcopi foro digressi paululùm, nunc iudiciaria 9
eiusdem decreta persequamur. Laudunensis sacer Iutidicus ambos coniuges sexcentis H S mulctauit, quòd se inuicem connubio iunxissent, spreta Ecclesiastica prohibitione. In adstantes quoque clãdestinis nuptiis mulctæ dictione animaduertit. Damnatis Senatum appellantibus, cognitio vertebatur, nûm Episcopo liceret nummarias pœnas suis loculis, quasi fiscis addicere, quùm fiscum non habeat, aut purè saltem simpliciterque reis mulctas irrogate. Nam & hoc casu sibi ipse pontifex adscribere mulctatitiam pecuniam, & adiudicare videbatur. Senatus ptouocantes abusiuè mulctatos pronuntiauit. Addito eo, vt Pontificij Præfecti canonicis pœnis, & S. C. indictis liberè plectetent connubialium legum contemptotes. Aresto Curiæ. 8. Kalend. Decembres. Ann. 1551. quùm Mesnilius, appellantium, Seguierus principis Fisci causam perorassent. Ægid. Magistto summæ tum Curiæ Præside. Nec iniuria profectò. Vt enim demus, iudici cuilibet mulctæ dicendæ ius esse, cui publicum iudicium sit: Hoc ita intelligi debet, si Ecclesiasticus mulctam in pium quendam vsum iudicans destinarit. Qua formula ac cautione sacer magistratus licitè mulctam incidit litigatori pto arbittatu. Decreto Senatus. 3. Kal. Decemb. Ann. 1530. quod in publica fori disputatione latum est. Motlone, prouocantis: & Bariotio, aduersarij causidicis. Ex Concilio Triburiensi. Cap. presbyteri De pœnis.

Officialis Episcopi *de Laon.*
600. Sestertij, quorum quilibet decem denariolis turonicis & semisse valet.
Si Episcopus aut eius Officialis mulctet reũ pecunia simpliciter, nullo adiecto vsu vel causa pia, in quam talis pecunia insumatur, tunc eam ipse sibi cõfiscare præsumitur, quod multoties iudiciis est reprobatum.

Decretum Senatus Die. 24. Nouemb. 1551

Iudicium Curiæ Parisien. die. 29. Nouemb. 1530.
Ecclesia non habet fiscum Cap. licet, De pœnis. Glos. in verb. sed quare à laicis Can. cognouimus Can. de lapsis Can. Episcopus. 16. quæst. 6. Cap. irrefragabili §. tali, De offic. ordin. Cap. postulasti, De indic. Cap. cum secundum, De hæret. in 6. & ita *ne peut condamner en amende.*

Verùm purè damnato & mulctato litigatore, censetur Episcopus teorum damnationes transferre in rem suam priuatúmque vsum iniquo exemplo voluisse. Quod profanæ Potestatis esse, non Ecclesiasticæ, sanxit Gregorius. 9. Cap. Statuimus De Maledic. Et

Panor,

Panor. inibi, Archydiac. exactè in Cap. Venerabilibus, De sentent. excommunic. In 6. Hostiens. in summa, De offic. Ordin. §. quod pertinet. His concinit Laconica I. Fabri sententia, *Episcopos non debere imbursare emendas pecuniarias.* in l. Si clericus, Cod. De Episc. audien. & in l. Eos, Cod. De modo mulct. Iuxta quæ, *Ordo Ampliss.* perpenso ritè negotio iudicauit. Aresto postridie Cal. Decemb. An. 1533. Nec diuersum antea à Patribus decisum accepimus, secúdùm Rhemensis vrbis decuriones contra Archiepiscopum, Tametsi ibidem de contumelia ageretur, huius Vicario Iuridico illata, quem *Officialem* vocant. Decreto 18. Cal. Ianuar. An. 1527.

Regulare est, iudicem Ecclesiasticum pecuniariter non mulctare, vt aiunt, etiam pro crimine. Cap Licet. De Pœn. Nec pro cōtumacia Cap. 1. De dolo & contumac. Haud vsquequaque tamen hoc illi interdictum est: Sed non debet exigere, nisi partis interfit, d. Cap. 1. & ibi Innocentius. Cap. In Archiepiscopatu. De raptoribus. Iudicium Curiæ Die. 2. Decembr. An. 1533.

10 QVOD in clericis etiam potiùs, quàm profanis condemnatis opinor sequendum, pari suadente, vel maiori æquitatis ratione. Cui adhæret eximia P. C. Sententia, aduersus Maleacensem in Pictonibus Episcopum. Huius quippe Vicario à iudice damnatus fuerat sacerdos, mulctæ nomine vicenas Francicas libellas pensitare. Purè istud quidem, nec adiecto, quam in causam mulctatitium æs insumeretur. Vnde non obscuro turpis quæstus auaritiæque probro aspergebatur pontificius Iuridicus, quàmlibet officij specie tecto & inumbrato. Senatui, re cognita, placuit iustè ab Ecclesiastica condemnatione abusus ergô prouocatum. 6. Idus Maias An. 1531. Curia item Parisien. iudicio censuit, Ioh. Morellum abusiuè damnatum à Vicario Turonum ab Archiepiscopali Iuridico, nummariam mulctam dependere, *Domini eleemosynæ vel Cameræ ad plicandam*: quùm ex suo pauperibus largiri debeat pontifex, nō ex alieno. Vt Senatus in causis agendis pronuntiauit. 17. Kalend. Quintiles An. 1539. aduersus canonicorum Collegium Ædis Iusti, in Castrogonterio Andium oppido. Hinc quoque Prouinciali Burdegalæ Synodo prohibitum est omnibus Ordinariis An. 1583. ne ex mulctis pœnisque pecuniariis aliquid in suum vertant compendium: Sed eas pio alicui loco vel operi adsignandas curent, parte tamen aliqua pro eorū arbitrio, accusatoribus & delatoribus relicta. Burdegalens. Concilij Tit. De Pœnis. In profanos verò nummariæ pœnæ comminatoriam sententiam dicere nequit Episcopus, ne sensim pœnæ nomine illorum fundi prehendantur pontificali auctoritate. Cap. 2. §. per temporalem. De maladic. Doctor. in Cap. Licet De foro compet. Idem de carcerum comminatione in plebeium hominem, Episcopo negata: quùm hic territorio careat, iuréque vinciendorum hominum extra claustra Prætorij sui. Ex dictatis in Cap. Cum episcopus De offic. ordinar. Lib. 6. Atque ita in Iuridicis Turonum conuentibus definitum est à Senatoria Classe. 5. Kalend. Octobr. An. 1547. ad prouocationem ceu ex abusu factam, quam Boindreus, priuati, & Magister fisci patroni tuebantur: Quadrigario aduersarij causam orante. Porrò si Ecclesiastici Proceres sibi mulctarum afferant emolumenta peculiari quodam

Arestum Parlamenti Parisien. Die. 23. Decemb. An. 1527. pro Maiori & Scabinis vrbis Rhemensis.

Episcop. de Maillezais, en Poictou.

Decretū Curiæ Die. 10. Maij An. 1531.

Arestum Curiæ Die. 15. Iunij An. 1536. pro Iohanne *Moreau* contra Capitulū Ecclesiæ collegiatæ *de S. Iust. de Chasteau Gontier en Anjou & Iohan Landry intimez sur l'appel comme d'abus de l'Official de l'Archeuesque de Tours.*

Concilium Prouinciale nouissimum, *à Bordeaux.*

Decretum Senatorū tenentium Magnos Dies Turonenses, quos vocant Die. 27. Septemb. an. 1547.

Dominij iure, non publica iudicandi Potestate, eas rectè ab illis
vendicari innuit Honorius. 3. pro cœnobij Antistite Rothoma-
gensis, cui mulctatitiæ pecuniæ triens iam olim competebat in pa-
rœcos Ecclesiarum quinque parochialium. Cap. Dilectus filius Ab-
bas monasterij Rothomagen. De offic. ordin.

EXIGIT interdum admissi sceleris ratio non tantùm mulctæ
dictionem, sed & capitale supplicium, aliamvè extraordinariam 11
coërcitionē. Quo in genere tractatum est istud, an de Clerico quæ-
stionem habere ius sit Ecclesiastico Præfecto, ad excutiendam tan-
ti flagitij veritatem. Ambigendi causa est, quòd libera corpora vin-
cire, torquere, aut iudicium sanguinis vllo modo ferre, id prorsus
reclamet Ecclesiastico vitæ instituto. At contrariæ opinioni subscri-
bunt Pontificiæ legis Consultissimi. Ex auctoritate Alexandri. 3.
Cap. Grauis De depos. In vers. Nam & iudicibus dedimus in man-
datis, vt vllum iniquum sub quæstionibus ad rationem ponant,
etiam si oportuerit, vinculis alligatum, &c. Quamuis enim Dio-
cletianus & Maximian. Cæss. statuerint, ne crimina tormentis quæ-
rerentur in Decuriones, vel milites: quibus Clerici sacrámque pro-
fessi militam solent exæquari. l. Milites l. Diuo Marco De Quæstiō.
Id tamen ad sacerdotes non produci vult Faber in cir. l. Milites. Et
in Repetit. Tract. Quæstionum seu Tortur. Neque ei refragatur
Paridis Puteani sententia. In Lib. De Syndico vers. Tortura. Eodem
pertinent quæ Baldus diligenter adnotauit in l. Imperium ✝. De
Iurisdict. omn. iud. Vt intelligatur, quibus ab iudicibus in crimine
seruando quæstio possit adhiberi. Rursus quæstiones tormentáque
sunt probationum genera vtrique Foro communia. Imo & reis
post quæstionem dimissis, si nouæ probationes subministrentur iu-
dicanti, locus est causæ retractationi. Vt liquet ex illa falsi, & vene-
ficij accusatione in Iulium Seruianum coram Diuo Traiano Imp.
De qua Plinius lib. 7. Epistol. Itaqúe vt ad scriptas veterum cōmē-
tationes aliquod fori nostri lumen adiungamus, censuit Senatus
torquēdum presbyterū: à quo deinde tormentis expressæ sunt facti
confessiones in pontificiis Lutetiæ custodiis An. 1392. Sicuti à Gallo
memoratur, Quæst. 294. Ne autem obmurmuret quispiam hoc
loci, quæstionem ex legibus de sacerdote habitam auctore Senatu,
aliud accipe Curiæ iudicium de Ecclesiastico imperio in veritate
tormentis inquirenda & eruenda. Nuper enim quæstionem in cle-
ricum decreuerat pontificius Suessionum Iuridicus, à qua reus ceu
ab abusu Curiam appellauit. Patres denique in ea abusum nullum
esse censuerunt. Aresto circa annum. 1568. Mario & Desporta
vtrinque causidicis, Victore Hennequino, Inquisitionum antea
Præside in Curia Parisien. aduersus N. clericum, quem ille arcarum
suarum effractorem expilatorémque, in foro Pontificio crimi-
nabatur. Sed obiter attendito, huiusmodi quæstionibus fidem
omninò non habendam, ab serui exemplo M. Agrij argentarij, &
aliis

Ecclesiasticum iudicium torturæ in clericum accusatum.

Clerici seu milites sacræ militiæ militibus armatæ & castrensis militiæ adæquantur in multis.

Paris de Puteo in Tract. De Syndico.

Dn. Hennequinus pridē in Camera Inquestarum Curiæ Parisien. Præses qui ab Officiali Episcopi *de Soissons*, obtinuit sententiam torturæ contra Clericum ab eo domestici furti arcessitum.

aliis compluſculis, apud Valerium Maxim. Lib. 8.

12 GRADATIM ab interlocutionibus, peruestigata vndique rei veritate, transeamus ad vltimam Sententiam, cauſæque diffinitionem. Compertum eſt, ſacros Magiſtratus de capite reorum iudicium ferre non poſſe. Sed neque Eccleſiaſtici rei in Pannonia obnoxij ſunt capitali cuiuſuis Iudicis ſententiæ, præterquam in crimine minutæ Maieſtatis, notæ infidelitatis, & inſidioſi parricidij. Vt *Iure Conſuetudinario* Hunnorum cauetur nominatim. Ex facto autem ferebatur, Eccleſiaſticum iudicem Lutetiæ, reum ad nautica ergaſtula relegaſſe in biennium. Hinc damnatus prouocauit ad Sup. Curiam abuſus titulo. Diſputatum eſt in Senatu, nûm ſacer ille Iuridicus, qui manus habet incruentas, hoc genus corporeæ pœnæ reo licitè indixerit. Tandem abuſiuè relegatum qui appellarat, Patres decreuêre: ſubiuncto eo, vt pontificius magiſtratus alia pœnarum genera ſuis liberè infligeret, quæ & ſancita canonibus, & Gallico vſu recepta eſſent. Iudicio Curiæ 4. Cal. Iunias An. 1544. & 10. Calend. Maias An. 1556. ex Giraldi cuiuſdam appellatione, pro quo Sant-Andræus dixit. Ediuerſo autem videtur vrgere Gregorij P. P. conſtitutio, publicam fuſtium pœnam, exiliíque ac deportationis adſtruens in Clericum calumniatorem. Cap. 1. De calumniat. Quò recidit etiam Vrbani 3. ſanctio, proſcriptionis exiliique reorum probatoria. Cap. Ad audientiam, De crim. fal. Neque ab iis longè diſtat Alexandri 3. reſcriptum, quo Panormitanus Siculæ oræ pontifex iubebatur loris flagríſque cædere criminis peractos: eo ſolùm temperamento adhibito, ne flagella in ſanguinis vltionem exirent. Eiuſque partis ſententiam fuſiùs exequitur Innocentius Canonicæ legis enarrator. In Cap. Qualiter & quando, De accuſat. Ideo autem Clericis non eſt ſanguinis pœna irroganda, quòd delecti ſint ad Altaris miniſterium, vt noui Teſtamenti miniſtri. Thomæ Aquinatis opinione Quæſt. 64. Articul. 4. Vulgò etiam perpetuis vinculis plectuntur Sacerdotes, ex Bonifacij 8. lege Quamuis, De pœnis. Quin multò ætate maior Eugenius 2. P. P. inſtituiſſe carceres fertur cuſtodiáſque primus, ad Clericorum delicta cohibenda & caſtiganda. Nihiloſeciùs Ciuilis Francorum Politia exploſit Pôtificias illas in maleficia animaduerſiones: ſiue miſſionem in exilium, ſeu nautica remigum vincula ſpectaueris. Ita Lutetiano Senatu iudicante 11. Calend. Decemb. An. 1532. poſtquam Capellus, appellantis ex abuſu: Boeuinus, aduerſarij: & Montholonius, Fiſci cauſam oraſſent. Item Quarto Calend. Iunias An. 1544. quùm Bouguerius pro Biturigum Archiepiſcopo egiſſet, qui in nauticas biremium operas reum damnauerat. Ab antiquis certè nautica ergaſtula capitali pœnæ adnumerata non fuiſſe, conſtat ex ſententia Tyberij Cæſ. in Pſeudoalexandrum criminoſum, quem is remigio mancipauit, ac Liburnicarum ſeu triremum Præfecto tradidit, gnauiter operaturum: Doctorem verò ipſius affecit ſupplicio. Vt

Vngariæ Conſuetudo ſcripta.

Areſta Curiæ Pariſien. quòd non licet iudici Eccleſiaſtico condemnare ad triremes, *aux galeres* Die 29. Maij An. 1544. & die 22. April. An. 1556

A ſçauoir ſi le iuge d'Egliſe peut condamner vn clerc ou Preſtre à faire amende honorable, nue teste & à genoux, en ſon territoire. Puto quod ſic, *n'eſtant point vne entrepriſe ſur la temporalité appartenant au iuge lay.*

Hoc Cap. Ad audientiam, de eo loquitur qui ſignatorium annulum Galli regis falſauerat.

Condemnatio in perpetuum carcerem, recepta Iure canonico; licet reiecta Cæſareo iure Antonini Imp. l. Incredibile, Cod. De pœn.

Curiæ decretum, die 21 Nouemb An 1532. in Eccleſiaſticas ſententias *de banniſſemēt, ou de galeres.*

Senatus decretum die 29. Maij An. 1544.

Nonnunquam criminis peracti opere publico perpetuò damnabantur olim, auro nempe effodiendo, vel lapidicinis, vel nauticis quadriremū operis: Vt vincti opus facerēt toto vitæ curriculo, vel alio tempore præfinito.

est apud Iosephum Lib.17. Antiquit. Iudaic. Cap.14. De iisde nauticis ergastulis vide Tranquillum in Tyberio. Quantopere tamen seruile habitum sit olim remorum ministerium istud, docet Græca parœmia, ἀπὸ κώπης ἐς τὸ βῆμα, i. à remo ad tribunal. Dici solitum, vbi quis repente ab infima conditione prouchitur ad honesti muneris administrationem. Ex Syriano Hermogenis interprete. Vtut sit, laudanda est in Episcopis Christi vicariis Christiana lenitas: quæ tam singularis in Augustino effulsit, vt cum in ciuitate quadam Pagani contra Cæsaris edictum publicitùs impetum fecissent in Christianos, multisque vexatis, vnum atque alterum occidissent, iamq; seueram expectarent Principis vltionem, quidam ex ipsis eruditus per literas ab Augustino obtinuerit, vt Cæsaris iram intercessione sua mitigaret, teste Posidonio in vita Augustini. Atque adeò capitalis sceleris Ecclesiastica pœna est, Clerici ab honore officij depositio. Can. Si episcopus, 50. Distinct. Quocirca minùs nouum videri debet, capitales Pontificum sententias Regij Senatus decretis (vt supra) temperari & coarctari. Quinetiam graui S.C. præceptum est Alexandro Gruyerio Principis causidico in Regia Sede Caluimontana Belgicæ Campaniæ, vt qui seniculus ac cœlebs sacras presbyterij infulas nouissimè sumpsisset, teneretur intra quartum mensem Fiscale illud munus in amici gratiam dimittere: Ne pro officio capitales damnationes vir sacratus postulare identidem cogeretur. Ita Nobis propalam agentibus in Auditorio Curiæ, pronuntiarunt PATRES, Nonis Quintilibus An. 1579. In iudiciali causarum Campanarum Volumine, inter Gruyerium petitorem, cui Magister, & Edmundum *Lesain* reum, cui Nos forense patrocinium administrauimus.

Enormia flagitia per seculi iudices coërcipiantur. Inquit D. Augustinus super Epist ad Romanos, Canon. sunt quędam. 23. Quæst. 5.

Arestum Curiæ *en plaidant die* 7. Iulij An 1579. *Au roolle de Champagne, de l'Aduocat du Roy à Chaumont en Bassigny, qui auoit resigné l'estat à son gendre à suruiuance, par le decez duquel gendre Edmé Lesain pourueu est empesché par ledit resignãt à suruiuance qui s'estoit faict prestre.*

13 NON desunt alia rerum iudicatarum exempla, quibus pateat externam sacrorum procurationem à Regia Publici Status tutela minimè esse disiunctam ac separatam. Si quando enim Ecclesiastici Præfecti moliantur aliquid, quo disciplinæ canonicæ neruus elidatur, aut profani imperij partes vsurpentur, tunc Principali auctoritate cohiberi possunt, & intra suas metas septáque reuocari. Vetera nimirum Gallicæ Iurisprudentiæ acta voluenti occurrent subinde S. Consulta Regiis facta auspiciis, vt sicubi Pontificias vices gerens sibi adscisceret profanæ iura Potestatis, mox Regia manu in sacras opes inuecta, desistere incœpto cogeretur. In Parlamento Anni 27. secundùm Rhemenses Ædiles contra Rhemorum Antistitem: Ex parte 1. Styli Parlam. Cap. 29. Tit. Quorum cognitio specialiter pertinet ad Regem, &c. Neque his dissentaneum est, quod Regius Parisiorum Senatus decreuit aduersus Cenomaniæ Præsulem, An. 1388. Quemadmodùm à Iohan. Gallo traditur, Quæst. 183. 247. & 362. Vsqueadeo, vt nec in profanis sacri Magnatis finibus alter possit clericum prehendi iubere mandatis Pontificiis. Ex supremo Curiæ iudicio Ann. 1392. quod Gallus commemorat Quæst. 276.

Arestum pro Scabinis vrbis Rhemensis, in Archiepiscopum.

&

&. 309. Proinde Regij etiam Actoris honesta Patribus C. visa est oratio antiquitus, petentis sibi edi Ecclesiasticæ litis commentarios quosdam: vt exploraret sedulò, nûm quid in Augusta, ac Burgundi Reguli iura Rhemensis antistes moliretur. In Parlamento Martinalium. An. 1395. Gallo scribente in Quæst. 363. Quibus apprimè consonant Clariss. Ordinis decreta An. 1397. In Parlamento B. Martini. Apud Gallum Quæst. 357. 358. 388. &. 389. Pari modo in Vtopiana Repub. vt populum hortari Sacerdotis est, ita coërcere atque in facinorosos animaduertere, Principis ac Magistratuũ: Nisi quòd ille sacris excludit, quos improbè malos cognouerit. Nec vllum ferè supplicium est, quod horreant magis Vtopiani. Teste Moro, Vtopiæ Lib. 2.

Que le Roy & la Royne à leur nouuelle entree en vne cité, peuuẽt deliurer les prisonniers cõme i'ay escrit au Liure 2. De Domanio Franciæ, *& au Liure 3. de la Coustume de Paris. Mais quant à la fille aisnee du Roy, comme Madame de Beaueu fille de Loys XI. y a en arrest de la Cour, aux Memoires du President Barme, datté du 21. Auril 1483. sur ce que l'on maistre d'hostel auoit requis à la Cour de permettre à ladite Dame deliurer les prisonniers de la Conciergerie du Palais pour son ioyeux aduenement faict à Paris. Ladite Cour veu les Registres anciens touchant l'expedition des prisonniers, a trouué que nul Prince de ce Royaume autre fois que le Roy, la Royne, & le Daulphin ne deliurerent oncques prisonniers sans lettres expresses du Roy, a esté conclud que ladite Dame ne peut deliurer lesdits prisonniers sans lettres expresses du Roy. Arrest du 5 de l'an 1483. sur ce que les Officiers de Madame la Daulphine de Viennois ont requis en faueur de sa nouuelle & premiere entree en ceste ville de Paris, La Court ordonné que les prisonniers pour autre cas que pour debtes pecuniaires, ou autre interest touchant aucunes parties, seront deliurez de la Conciergerie en confessant leur cas. Il y a autre arrest de ladite Cour du 24 Decembre 1470. Veu les Patentes du Roy octroyees au Prince de Galles fils du Roy d'Angleterre, La Cour y obtemperant a permis que ledit Prince, ses gens & commis puissent deliurer des prisons de la Conciergerie du Palais les prisonniers delinquãs illec detenus, en confessans & declarant les cas, pour lesquels ils voudront prendre remission, afin de les apporter au greffe criminel de ladite Cour.*

14 PROPRIAM quoque Pontificum iurisdictionem studiosè tuentur Franci Reges: vtpote Ecclesiastici iuris propugnatores fidissimi. Declarat idipsum Parisien. Curiæ Sententia vetus, spiritualem causam ad Ecclesiæ Tribunalia reiiciẽtis. An. 1392. Quæstione Galli. 327. Nec enim profani omnino habendi sunt nostri Monarchæ, qui cœlestis muneris Chrismate inunguntur: Multò hercle sanctiùs ac religiosiùs, quàm Persarum antiqui Reges, quos inauguratos, sacrarumque principes ceremoniarum constat extitisse. Vnde & hi vtebantur Thiara præcelsa, ornatáque gemmis, ac pluuiali chlamyde, cultu non absimili ab eo, quo Romani Pontif. in Sacris solemnibus exornãtur. Tanta vbique gentium eluxit inter Pontificatum & Imperium cognatio atque coniunctio, vt in prisca illa Theologia Latini Regni, sacrorum Potestas secundum regiam foret maxima, & sacrorum Præfecti secundas in Repub. partes obtinerent. Quùm enim mota esset de Latino sceptro controuersia inter Iulum Ascanij filium, & Syluium patruum, huic Regios fasces Populus adiudicauit: Sacrorum verò præfecturam Iulo, velut proximam Regiæ dignitatem. De his Sacris loquitur C. Cæsar. Vti (apud Lucanum) Phrygiique penates gentis Iuleæ. Tùm in laudatione amitæ, Marij coniugis, apud Tranquillum de Iulio. Nam Dionysius sua etiamdùm ætate Iuliam gentem sacris illis scribit præfuisse. Antiquit. Roman. Lib. 1. Nec Latino quidem sacrorum Pręside inferior fuit Sacerdos Commanorum in Ponto, cui summus post Regem honos habebatur, & regium Diadema gestare licebat. Vt à Strabone literis est proditum. Cõmana pariter eius suberat imperio, cum sacris seruis, qui propterea Hieroduli vocabãtur,

Et si quidam alij Reges, Hierosolymitanos nempè, Anglorũ, & Siculorũ sacra vnctione imbui consueuerint, non tamen ex oleo diuinitùs demisso ac miraculi in speciẽ, vti Rex Christianiss. De quo Aluarot. In Cap. 1. Quis dicat. Dux, Marchio, vel Comes. Alberic. In Rubr. De Stat. hõ. Hostiens. in Rubr. De sacra vnct. Archyd. In Canon. Quoniam 10. Distinct.

Iulia gens apud Romanos sacerdotio, honore hæreditario fruebatur.

haud paucio res sex millibus, in quos omni præditus erat potestate. Idem iuris honorísque Commanorum sacerdoti in Cappadocia tributum à Strabone perhibetur.

ETHNICIS verò posthabitis, Otho Christianus Imp. succedat, meritis honoribus Sacerdotium prosecutus: Heroïca, ad hæc, 15
suscepta Ecclesiasticæ maiestatis defensione. Cui rei documento est Augusta verè isthæc Othonis Cæs. responsio ad ineptè simul impiéque à Dynasta quodam postulata. Sub annum. 963. Deflagrabat enim prępotens Comes insano ambitu opulenti Cœnobij potiundi *de Lauresheim*: quod peruicaciùs ideo ab Othone petiit, tanquam bellicæ operæ præmium, militaréque donatiuum. Cæsar autem,

Lundy ou Mardy Ianuier 16. ou 17. Ianuier 1606. se deuoit plaider vn appel comme d'abus du Curé de S. Iehan en la ville de Chaumont le Vexin, contre l'Official dudit lieu, à cause que ladite Eglise est immediatement subiecte au S. Siege Apostolic: lequel Official auroit condamné ledit Curé en amende pecuniaire, applicable à ladite Eglise de S. Iehan, pour auoir par ledit Curé faict defense à vn simple prestre pretendu ignorant, & n'ayant permission de luy, de confesser les paroissiens dudit Curé, lors que ledit prestre confessoit ledit Official. I'ay estimé qu'il y auoit abus pour les nullitez patentes, d'auoir sans partie, ny Promoteur, entreprins de iuger ce qui est fori pœnitentialis, ce qui ne luy appartient, ains au Curé seul, en son Eglise, & n'estant ledit Official iuge que fori contentiosi, *& l'auoir iugé en ladite Eglise par cholere,* extra Prætorium, *sans cognoissance de cause, lesquelles nullitez tournent en abus, en matiere Ecclesiastique. Moreau Aduocat de l'appellant.*

scriptum est, (infit) *nolite Sanctum dare canibus.* Ego quippe Sanctum canibus datum existimarim, siquidem sacros Cœnobiorum prouentus, qui Diis militanti iam olim addicti sunt, ad profanum militem transtulero. Tibi verò procacius iniqua poscenti, nec istud, nec aliud à me concessum iri testor, circumstante hac corona. Si animo tuo sedeat, fidem mihi, officium obsequiumque Augustis debitum renunciare, quantò ocyùs, tantò meliùs. Vt Luitprandus denarrat, Ticinensis Ecclesiæ Leuita, Lib. 4. Cap. 14. In nostra quoque Gallia, nobilitatis primores auidè expetierunt quondam Cœnobiarchias, aliarúmque præfecturas Ecclesiarum: vt licentiùs diuini iuris possessionibus abuterentur. Tradit enim Historiographus Ludouici. 6. &. 7. Regum, Baronem Ebalum Ruciacensem, filiúmque eius Guiscardum sibi vsurpasse sacras Rhemensis Ecclesiæ facultates: Burchardum item Montmorentium toparcham, Dionysiani prædia Monasterij: Sed quorum nefarios conatus Rex Ludouicus Crassus represserit. Nec ita diu pòst, Rigordo scriptore, Hebo Carantonius infestissimum se præbuit Biturigum Clero, Ymbertus Belli-Iocus, & Cabilonensis Comes Ecclesiis illorum finium, Ecclesiasticísque patrimoniis. At Phil. Augusti regiis armis copiísque fracta & coërcita est tot Regulorum audacia atque proteruia. Ne autem Magnates alij leoninæ vi assuerent vulpinam, & ambitiosis precibus captarent Aulici Principalem sacrarum Dignitatum largitionem, maturè huic malo prospectum fuit Ecclesiastica vicissim ac Regia constitutione. Illa quidem, ex Capitulis apud Beluacum ciuitatem in Synodo habitis peruetusta, quæ extant in. 3. Tomo Concilior. VT PRÆCEPTA ILLICITA IVRE BENEFICIARIO DE REBVS ECCLESIASTICIS FACTA, A REGIBVS SINE DILATIONE RESCINDANTVR, ET VT DE CÆTERO NE FIANT, A DIGNITATE NOMINIS REGII CAVEATVR. Peræquè in Legibus Ecclesiasticis Karoli Mag. & Ludouici Pij, quas Ansegisus Abba concinnauit, statutum inuenimus.

Den militantibus debita, non sunt ad Seculo militantes trásferenda.

Baro *de Roucy* quondam rapiens bona Ecclesiæ *de Rheims*. Baro *de Montmorency* bona Abbatiæ S. Dionysij in Francia.

Ebbes de Deolz, Baron de Chasteauraoul, en Berry.
Baro *de Beaniolois*, & Comes *de Chalon*.

Capitula ista Beluacensis Synodi reperiuntur inserta Canonibus Meldensis Cōcilij enacti An. 845. In. 3. Tomo Concil.

inuenimus. QVI REICOLAM ECCLESIÆ PETVNT A REGIBVS, ET HORRENDÆ CVPIDITATIS IMPVLSV, EGENTIVM SVBSTANTIAM RAPIVNT, IRRITA HABEANTVR QVÆ OBTINENT, ET A COMMVNIONE ECCLESIÆ, CVIVS FACVLTATEM AVFERRE CVPIVNT, EXCLVDANTVR. Lib. 7. Cap. 192. Ac mutua vice, Sacerdotes Regibus communicata ope, Populum sanctissimis informant Legibus & institutis. Ex quo illud simul euenit, vt Religionis ductu Politiña comes sartam tectam seruet Rempub. cœlestiq; vno Orbis Principe proposito, mortales seriùs à Regionis suæ Principe defectionem meditentur, seu *Ἀναρχίαν. Legitur demissa supplexque Palladij Epistola, Suedorum Pamphyliæ magistratus ad D. Epiphanium Constantiæ Cypri episcopum, qua ipsum epistola obsecrabat, vt succrescentes Patriæ fluctus, pugnantesq; de vera pietate sententias conciliaret. Hanc vocem quoque Palladio in Epistola emittente, PRÆCEPTOR SERVA. Exin protinùs ab Epiphanio scriptus est liber, Ancoratus dictus, eò quòd anchoræ instar mentem perduceret, de vita & salute perscrutantem: Quùm ipsius Operis summa multas Fidei partes complectatur.

* Carentiam Principatus.

Epiphanius Cyprius Antistes, qui contra 80. Hæreses Opus, Panarium dictum, cōposuit.

16 QVANQVAM verò mutuis officiis deuinciuntur arctissimè Sacri ac Ciuiles Magistratus: vtriusque tamen distincta inuicem munia in luce fori perspicuè intuemur. Sicuti enim Pontificius iudex Regio quandoque Clericos tradit suppliciis afficiendos: Ita non priùs in eos animaduertit Regius Prætor, quàm infulis exuti fuerint & exaugurati à Præfecto Ecclesiæ: cui talis exauctoratio competit solida potestate, ac Hierarchis peculiari. Francico Edicto 16. Calend. Maias An. 1571. Artic. 14. quod in commentariis Curiæ perscriptum est 7. Idus Septemb. eod. anno. Verbi gratia, Paulus Samosatenus, qui hæreseos compertus fuerat, sacrorum gradu deiectus est à Christianis præsulibus. His deinde postulantibus, ex ordine impetratum Aureliani Cæsaris auxilium: vt districtè illum cogeret, nouo pontifici relinquere Episcopales ædes, déque possessione Episcopatus decedere. Vt est apud Eusebium, Sacræ Hist. lib. 7. Cap. 27. 29. & 30. Rursum Theodosius Imp. Synodicæ Nestorij hæresiarchæ damnationi adiecit deportationē in Oasim, & generalem tulit constitutionem aduersus Nestorianos. Vt inquit Socrates lib. 5. cap. 34. Euagrius lib. 1. & Theodosiana lex, Damnato Cod. De hæretic. Insuper visuntur adhuc Pelagij Romani Pontif. literæ ad Narsetem Iustiniani Augusti Vicarium, quibus eum obnixè hortatur, merita vt pœna Macedonium afficiat, Aquileiensem pontificem, qui tria Chalcedonensis Concilij capita respueret, neque iis prorsus vellet assentiri. Earum literarum, quæ ad nostra vsque tempora seruatæ sint Venetiis, fidem luculentem facit Egnatius ipse Venetus lib. 1. De exempl. illustr. virorum Venetæ Ciuit. cap. 3. De simulata religione. Princeps verò ipse Iustinianus canonicæ disci-

Regia Ordinatio Francica die 16. April. Verificata in Parlam. Parisico. die 7. Septemb. An. 1571.

Degradatus sacerdos

Macedonius Aquileiensis, cum Honorato Mediolanensi, & Ioh. Rauennate Episcopis, ausus est quædam œcumenici Cōcilij Chalcedonen. capita oppugnare.

Ioha. Baptista Egnatius Venetus literarum professor.

plinæ vindex præcepit, Sacerdotes, qui post sacram ordinationem vxores ducerent, curiæ cum bonis suis tradi, adempto velut in pupillorum iure. In Lib. τῶν Νεαρῶν. Nouel. 123. Eiusdem pœnæ exempla Theodoritus profert, Tripartitæ Hist. lib. 4. Cap. 22. Lib. 6. Cap. 7. Et lib. 7. Cap. vlt. Quibus deinceps commodè aptentur Innocentij. 3. Rescripta Ad falsariorum De crim. fal. Cap. Nouimus De verb.

Concilium *de Meaux* temporibus Karoli Calui imperat. & Fräciæ regis.

signif. Et Cap. Nouit De iudic. Atque omnimodò Gallica Meldorum Synodo, quæ An. 845. celebrata est Carolo Caluo Cæsare, sancitum fuit, *Vt auctoritatem sigillo Regio roboratam more tractoriæ Christianissimus Princeps singulis donaret episcopis, quā quisque episcoporū penes se haberet, vt quando ei necesse esset, per eandem auctoritatem reipub. ministros conueniret, vt ipse in quibuscunque ciuili indigeret adiutorio reipub. ministris concurrentibus suum, imo diuinū posset rite peragere ministerium.* Quin & Clericos nonnumquam publicus Iudex adigit ad supplicium, licet minimè antea ex canonicis formulis exauctoratos. Putà in criminum specie eximia, quæ notantur Glossemate Cap. Ad abolendam De Hæret. Et à panor. in Cap. At si clerici De iudic. Cap. Perpendimus De senten. excomunic. Hoc ampliùs, à Tholosano senatore scriptum est, Clericum malè morigerum Ecclesiæ, qui vè arma gerat, aut sæuis se immisceat, capite plecti à secularibus Galliæ Iuridicis, nulla sacræ tonsuræ habita ratione, aut exaugurationis cere-

Arestum Curiæ Tholosanæ Die 3. Septẽb. An. 1469 & die 3. april. 1475. in cler. cū inobedientem Ecclesiæ, &c.

monia expectata. Vt idem Tholosano S.C. decretum refert 3. Nonas Septemb. An. 1469. &. 3. Nonas April. An. 1475. Benedictus in Repetit. Cap. Raynutius, in Vers. & vxorem nomine Adelasiam. 2. Decis. Num. 440. cum duob. sequent.

NON omnia dehinc solemnia Franci vsurpamus in diris hisce 17
vltimísque exemplis pontificiæ animaduersionis, quæ Bonifacius. 8. sanxerat. Cap. Degradatio De pœnis. Nec enim hodie exigitur ille Gallicorum pontificum numerus ad mouendum ordine & gradu sacerdotem, ex Christiano ritu maiorum. Quemadmodùm exi-

Iudicium Parlamenti Parisien. Die. 23. & 24. april. An. 1535.

mio P. C. decreto continetur. 9. &. 8. Calend. Maias An. 1535. de venefico Sacerdote. Atque ita Francici fori vsu probatum, Clericos cingulo Insignibúsque sacrę militię exauctorari posse ab Episcopo, cœnobiarchis adstantibus, aliísvè in sacra dignitate constitutis. Quò alludit Pauli. 3. P.P. rescriptum aduersus monetæ adulteratores, lectum recitatúmque in Senatorio Parisiorum tribunali. 14.

Die 19. Maij An. 1542.

Calend. Iunias An. 1542. Vbicúmque autem sacra Iurisdictio proponetur Antistiti communis cum Ecclesiastico suo Senatu, more eius Ecclesiæ priuatim recepto, tunc licitum non erit pontifici infulis exuere Presbyteros, vel petentibus omnino ius administrare, nisi assidente, aut vocato Templi maioris Collegio. Imò pactum fuit quondam à Præsule D. Flori Aruernorum, cum Ecclesiastico eius Fani Sodalitio, vt ne sacris quidem Sodalibus contemptis, ius dicere posset Antistes, sed absente etiam (modò accito) Episcopo, liberæ sententiæ ferrentur à Cathedrali illa canonicorum Familia.

Cuiusmodi

Cuiusmodi Pactionem Alexander 6. Pontifex præclaro diplomate comprobauit, in hæc verba. *Episcopus S. Flori habebit cognitionem delictorum in domo Capitulari de consilio Capituli: & si contingat, ad diem, locum & horam assignatos per dictum Capitulum, præfatum Carolum Episcopum, seu eius Vicarium, aut eius successorem non venisse, ipsi Capitulum illa vice, qua fuerit absens dictus Episcopus, vel eius Vicarius, ad cognitionem, sententiam & punitionem excessuum & delictorū, de quibus quæstio fuerit, in absentia Præfati Episcopi, aut eius Vicarij procedere possint, non expectato alio termino. Dictique processus, sententia & coercitio tanti erunt effectus, ac si per dictum Episcopum de consilio & consensu eorumdem Capituli in domo Capitulari prædicta fuissent celebrati.* 14. Cal. Mart. An. 1498. Pontificatus Anno 7.

Apostolicæ Bullæ de Iurisdictionis communione inter Episcopum & Capitulum S. Flori apud Aruernos, die 16. Februar. An. 1498.

Raymundus *de Monsteghel* Cardinalis, primus Episcopus S. Flori. Archimbaldus verò Episcop. 3. instituit B. Mariæ Collegium Sanctoflotianū. Ex Demochare, De diuino Missæ sacrificio.

18 VLTIMÒ flagitiosi Pontificia sententia mulctantur monastica inclusione. Ex Concilio Agathensi Cap. 50. In can. Si Episcopus 50. Distinct. Quo Agathensium Patrum seculo Cœnobium lachrymis pœnitentiæ rigabatur, laceratáque voluntariis verberibus terga, mox cilicio tegebantur. Talem monasticarum compedum pœnam indixit Iustinianus adulteræ mulieri. Nouella 134. Et lapsis sacerdotibus, Pontifex Gregorius 1. in Epist. 42. Lib. 1. Regesti. Eo fermè modo Blanda Caroli Pulchri coniunx, probri rea acta in perpetuam coniicitur custodiam, quòd adulterij fuisset conuicta. Philippo 4. socero Galliæ rege. Christianorum quidem vulgò Monasteria non tam supplicij loco habentur, quàm motuum humanarúmque portus tempestatum. Nam vt à proposita Religionis Imperiíque coniunctione minùs digrediar, haud pauci Reges Cœnobij portum ingressi sunt, quò publicis defuncti curis liberiùs vacarent Superûm venerationi: Quorum nutu stant cadúntque Imperia, & quicquid hoc cœli ambitu continetur. Bamba enim Hispaniarum Princeps, vndecimo post data Populo iura anno, monachum se professus est in Pampigleo monasterio, ordinis Benedictini. Sub annum 670. Roderico auctore, & Ritio Neapolitano. Lusitani itidem regis Leonora vxor non modò condidit Methymnæ Vestalium virginū monasticas Ædes, sed in earum quoque cœtum migrauit ex Aula. An. 1431. Vt Taraffa memorat, neotericus Hispanicarum rerū scriptor. Eodem afflante sacro Spiritu, Leonora altera apud Britannos attonsa fuit, cœnobióque clausa Ambresburio, quæ Anglorum Regina extiterat, regísque Eduardi mater. An. 1286. Vt est apud Matthæum Vvestmonasteriensem. Accedat his Æthelredus Merciorū in Anglia rex, qui reputatione humanarum rerum, quàm fluxæ, fallacíque specie, quàm volucri orbe circumagantur, vel mente cœlitùs admonita, complexus est monasticum vitæ institutum tricesimo Regiæ administrationis anno, monachúsque deinceps apud Bardoueiam supremum fati munus impleuit. Circa annum 705.

Detrusio in Monasterium, aliquando pœna legalis. §. si verò quando Authent. Vt nulli iudicum Collat. 9. Et Authent. Sed hodie, Cod de Adulter.

Gratianus scribit, eorum quoque res, qui ex Clero labuntur, simul cum ipsis Monasterio tradēdas. Can. De lapsis. 16. Quæst. 6.

De hac pœnali in Monasterium detrusione, Vide Tit. 3. lib. 1. artic. 16.

Methymna, hodie dicta *Deleampo*, vbi sacræ Virgines cœnobio inclusæ.

19 SCITVM est illud profectò, veréque Philosophi Christiani sepulchrale elogium: VIXI MVNDO, VIXI MIHI, NVNC VIVO DEO. Quemadmodum enim Socratica philosophia in mortis me-

ditatione versatur maximè: Vt liquet ex Phedone Platonis. Ita Christianum est, maturè se ex terrenarum occupationum vndis, fluctibúsque recipere in portum sublimémque immortalis vitæ cogitationem: Donec à Superis nos tanquam de flebili hospicio, ad plenam hilaritatis paternam domum, cœlestéque Beatorum concilium aduocemur. Id causæ fuit, cur duo Indorum reges Auenir & Iosaphat, dimissis Regni gubernaculis, Eremitico se vitæ generi dicarint. Vt Damascenus scriptis mandauit. Eo modo Rachisius Longobardus rex, Diademate deposito, in Cœnobium se contulit, monastico simul voto obligatus. Quo tempore sacra iura petebat à Zacharia Pontif. Christianus Orbis, & Pipinus Francis dominabatur: Vt Annales ferunt. Nec Longobardi feruido zelo cessit vltimus Morauiæ rex Suatoplucus, religiosus Eremi cultor in Sembor monte: Quùm Arnulphus Romanum Imperium moderaretur. Auctore Dubrauio, Bohemicæ Hist. lib. 4. Similiter Yuas Britanniæ Insulæ rex, summo Magistratu sponte abdicato, Eremum sibi duxit incolendam. Nec aliter ipsius Ethelburga vxor, Regio fastu abiecto, monialium sese cœtui sacrauit ad Thamesis amnis littus. Quo in piarum Virginum consessu eadem hæc extremum obiit diem. In hisdem Angliæ finibus, Offa Orientalium Saxonum & Coenredus Merciorum reges, tonsa coma, & Monastico habitu adière limina Apostolorum, Romæque suppliciter diuinæ mentis auram precabundi manserunt, donec rebus humanis eximerentur. Constantino Christianæ tum religionis Antistite. Vt Beda testatur, Sacræ Hist. Anglicæ lib. 5. Cap. 20. Subdatur his Britonum Iudicaël rex, qui positis Principatus insignibus, in Monasterium se relegauit, sanctissima addita regularis voti professione. Qualem vitæ rationem secutum Iudocum eius filium dicit Vincentius passim, & Sigebertus in Chronico. Quid ille Scotorum princeps Constantinus, qui pio religiosi animi decreto iniit sacræ Familiæ consorrium, D. Andreæ templo mancipatæ? Iohannes, & Leo. 2. vicissim Armeniæ Reges nuntium remiserunt publicis mortalium negotiis, & monasticæ Professionis votum emisêre: Franciscanus ille, hic D. Basilij cœnobitæ facti. Annum circiter. 1315. &. 1350. Ex Antonino, in Tit. 24. Cap. 9. §. 13. Nec omittendi Michaël, & Ysaacus Comnenij Thraciæ Cæss. quorum suo quisque tempore, Sceptris vltrò relictis, sacram sumpsit cucullam, attonsúsque reliquam in Cœnobio vitam piè transegit. Vt ab Æginarto Michaëlis æquæuo, Græcorúmque Annalibus libris perhibetur. Nil opus est Veneti Senatus Duces percensere, qui dimissis Imperij fascibus, senectam vouerint Monasticæ regulæ obseruationi. Vitalem Candianum produnt, Venetiarum principem, exuta purpura reliquum vitæ spatium D. Hilarij cœnobio addixisse. Aureum item Mastropetrum

Angliæ reges.

Angli Reguli, in vrbe Roma assiduè incumbentes precibus, ieiuniis, & Eleemosynis, ad vltimum vsque vitæ spiritum.

Hugo Aquitaniæ Dux, filio Italiæ Rege coronato, & nobilissima illi coniuge Adelaide, ex Tusciæ proceribus iuncta, cum ab eo vt pote senex, negligi & ingratè affligi cœpisset, relicto illi Regno, ipse cum omni thesauro suo cunctisque opibus in Burgundiam properans Monasterium illic permagnificum construxit sumptib' propriis, quod sub titulo S. petri appellari voluit: ibique omnibus traditis ipse monachus effectus est. Lib. 1. Chronici cassinensis Cap. 64 Sub Anno 940.

Similiter Abrahamus & Elba vicissim Æthiopiæ Imperatores, & Caloyanes Catecusinus Trapezũtis Imp post longa suorũ Imperatorũ regimina, monasticá vouerũt religionẽ, hic speciatim An. 1354. sub regula D Basilij, quæ in Orientali Ecclesia maximè viguit.

Æginartus Karoli Mag Historiographus.

petrum, almæ Crucis: Vrſeolum, D. Michaëlis Cuſani: Tribunum Atemum, D. Zachariæ monaſticas Ædes petiiſſe, regularis voti religione ſanctè deuincta. In hoc album redigitur Vrſus Patriciacus, Veneti Dux imperij, qui Repub. optime compoſita, ſacram cœnobitarum ſeruitutem eſt amplexus. Auctore Bapt. Egnatio, De exemplis illuſtrium virorum Venetæ ciuit. Lib. 4. Tit. De Paupertate. Eiuſdem Vrbis præſidem tutelarémque Diuum Marcum deprædicat Innocentius. 3. Pontif. Cap. Accedens Vt lite non conteſt. Ducum autem ipſorum Venetorum auctoritas ſumma obiter indicatur Honorij. 3. reſcripto Expoſita De Arbitr.

Adelhardus, Karoli Magni Imp. propinquus, An. Domini 771. poſt repudiatam à Karolo Magno Bertam filiam Deſiderij Italorum Regis, deſerta aula, Monaſticam profiteri cœpit in monte Caſſinate. & Paſchaſio Ratberto, ſexto poſt ipſum Corbeiæ Gallicanæ Abba ſcriptore, Ludouico Pio Imp. iniunxit in expiatione peccatorum, vt aliam Corbeiam excitaret in Saxonia, cuius fundamenta iacta ſunt Anno. 822. & in illa Adelhardus primus Abbas haud multo pòſt obijt ipſe Abbas vtriuſque Corbeiæ Gallicæ & Saxonicæ

20 VENETIS rurſus finitimos Inſubres quùm diu multúmque rexiſſet Otho Vicecomes, mortalium tandem votorum compos, apud Claræuallis cœnobiũ ſacra quiete fruebatur. Sicuti Mediolanenſ. rerum monumentis traditum eſt. Quantò adhuc facilius ſit ex Ciſalpinę Gallię memoria veteri Magnates proferre, terreſtrem pertæſos dominatum, ſpótéque monaſtico obſtrictos ſacramento? Hinc wilhelmitarum Ordo ſacer, Vilhelmo Aquitaniæ regulo ipſius conditore. Sub annum. 1160. Vt ex Aquitana Hiſt. conſtat. Qua etiamnùm ætate, Gulielmus Niuernenſium Comes ditionem hanc Eremo poſtpoſuit Carthuſianæ, pietatiſque ſtudio flagrantiſſimus ibi permanſit, diuini cultus miniſterio continenter obeundo. An. 1147. Vt literis mandauit Cœnobita S. Mariani Altiſſiodoren. In hiſtorico Opere manuſcripto. Ab eodem narratur, Ludouici Franciæ regis germanum Erricum, Aulicis honoribus valere iuſſis, adiiſſe Claræuallis monaſterium, atque iſthîc detonſum iuraſſe in verba Claræuallenſis cœnobiarchæ. An. 1149. Imò & longè antea, Carolomanus Pipini Galliæ regis frater natu maior, relicto ſæculo, abſceſſit in Caſſinas Italiæ cœnobium, vbi cucullatus vitam exegit: Tametſi Auſtraſiæ iam, Transrhenanæque gentis Princeps foret. Id quod Francicis Annalibus fertur. Taceo Delphinatium Principem Humbertum, qui inopibus erogato Viennenſis Delphinatus pretio, quem Gallo regi venundederat, ſacrum induit ciliciũ, ſupplexque adſcitus eſt in Dominicanum Sodalitium Lugdunenſe. An. 1349. Delphinati necnõ vicinus Allobrogum Dux ſeceſſit (Amedeus. 8.) Eremitarum more in abdita & nemoroſa loca, tædio rerum publicarum. Circa annum. 1435. Inde Fœlicis nomine deſumpto, Pontifex euaſit, magnáque eſt celebritate Baſileæ coronatus. Eam verò intempeſtiuæ dignitatis tulit ſortem, vt exutus Pontificatu, Cardinalis à legitimo Pontifice crearetur: quòd ſeni venerando, atque innocentiſſimo honos purpuræ ad ſolatium relinquendus eſſe videbatur. Sub ea tempora, Iacobus Borbonius.

Les Guillemains, alias les Blancs manteaux.

Abbatia S. Mariani, *à Auxerre.*

Du Roy Theodoric rendu au Monastere. Vide Tit. 3. Lib. 1. Monaſticon art. 28.

D'un Comte de France qui se fit Religieux au mont de Cassin. Vide Tit. 2. Lib. 2. art. 25.

De Allobrogum Delphino, qui religioſus Iacobita factus eſt.

Sabaudiæ Dux Amedeus.

Circa Annum. 1140. *Estienne Comte de Sancerre, troisiesme fils du Comte Tibault de Champagne, par deuotion renoncea au siecle, & se rendit Chartreux.* Nic. Gilles.

Marchiæ Comes cucullam gestauit Monasticam, odio muliebrium Italiæ sophiarum ac technarum, quĩs Neapolitano Regno excide-rat. Vt inquit Oliuerius Marchianus (in Cõmentariis Rerum Burgundic.) qui illum Franciscani veste tectum conspicatus est per media Sequanorum oppida transeuntem. An. 1435.

VENIO ad Francicas Heroïdes, Margarin è Phocensi prouincia 21
Caroli Siculi regis viduam, quæ sponte se demisit in sacrum Hospitale diuersorium Threnorchiẽsis Matisconum oppidi: vt pio Eleemosinis ministerio ibidẽ defungeretur. An. 1299. Ex Frãcicis Ægidij Chronicis. Blanca item Longi regis filia, & Isabella Ludouici. 9. soror sacrata virginitate vestem mutauêre, & in Parthenonem Lõgicampi vltrò se coniecerunt, cœnobij Lutetiæ suburbani. Ad hæc, Iana Valesia Philippi. 6. regis soror vidua Monasticum cultum feruidè arripuit in Fõtnelleo monialium Collegio ad Scaldem Belgarum amnem. Quid Galliarum Augustas commemotem? Legimus Radegundem Clotharij, & Clementiam Hutini regum vxores trãsiliisse ad monasticas orationis Domos, liberiorem vti secessum magníque Numinis speculationi aptiorem. Circiter annum 570. & 1317. Quòd autem Galliæ Reges ipsi rariùs ex altissimo delapsi fastigio, humilem susceperint priuatúmque sacræ paupertatis habitum, in causa fuit tantę Prouinciæ moles, & sacræ quidem Christianissimi Regni occupationes: Quibus dùm Princeps conficiundis incũberet, haud minorem integræ pietatis laudem promerebat. Ne obiter D. Ludouicum prætereamus Franciæ regem, cuius memoria à Bonifacio. 8. sacrata est, quùm diuinitatis ille miraculis illustris effulgeret. Pontificium huius * Apotheosis diploma. 3. Idus Sextiles, Põtificatus An. 3. quod descripsit ad verbum Iudocus Clichtoueus Neoportuensis. In calce Lib. de laudibus S. Ludouici ad Ludouicum Guillardum Neruiorum Pontificem. Regis quoque ipsius Apotheosim Ioh. Ionuileus rencenset, Franciæ quondam Campaniæ prætor, B. Ludouici familiaris, eiúsque vitæ scriptor. Anteà rursum Carolus Magn. in cœlestes diuos relatus perhibetur. Habet suos pariter Anglia sanctos reges, Odoardum. 1. atque Edmundum. D. Stephano se Pannones iactant, & Elizabetha Hunnorum Regis prole, quæ Germanico Cattorum Regulo nupta, suis æqualibus morum sanctimonia præluxit. Annum circiter. 1210. Vt est apud Sabellicum, Enneade. 9. Eam Bonfinius narrat, mortuo coniuge, in B. Francisci, se religionem asseruisse, & quùm vilẽ humilémque habitum, Veneto panno consutũ subiuisset, mitá in ea Religione modestiam summissionémque animi prætulisse. Rerum Hungaricarũ Decade. 2. Lib. 7. Gloriatur Bohemia D. wenceslao rege, sed qui sponte nudato Corona capite, Ratisponensis antistes postremum vitæ actum peregit. Sub annum 950. Vt infit Pius. 2. in Bohem. Hist. Celebratur etiam à Scotis Diua Margareta Malcolmi Scotorũ Regis vxor,

Iac. Borbonius Ianæ Neapolitanæ Reginæ maritus, quæ illũ astu prodidit, Sceptrique honore possessionéque libera exturbauit

Princesses religieuses. vide Tit. 2 li. 2. ar. 24. 25.

Tournus en Masconnois, vbi Trenorchiensis Abbatia, & Hospitale publicum. Ei Abbatiæ Philippus 4. rex dedit & confirmauit varia priuilegia Mẽs Mart. An. 1308 Tum Alexãder 3. P.P. Die 8 Apr. An. 1179. Innocẽtius 3. Die 6. Iunij Pontif. An. 3. post Paschalem, & Calixtum. 2.

Abbatia *de Fontenelles sur Lescaule en Haynault.*

Abdias Lib. 7. Hist. Ecclesiast. refert, Matthæum Apostolum Ephigeniam Æthiopiæ Regis filiam velo Sanctimonialium induisse, atque Virginũ, quæ postea ducentis virginibus cum summa vitæ sanctitate præfuit consecrasse.

Radegundis Pictauũ, viuo marito, & Clementia, eo mortuo Auenionem ad sanctimoniales Domipicani ordinis, abierũt.

* inter diuos relationis.

Bulla Apostolica Die 21 August. An. 1297. Vitam quoque D. Ludouici mandauit literarum monumentis Gottofredus de Bello loco, prædicatorij Ordinis, qui viceno annorum spatio ei Regi fuit à confessionibus sacris.

Iohannes Baro Ioynuillæ Seneschalus Cãpaniæ, contemporaneus & Historiographus S. Ludouici.

Elizabetha Hungari regis filia, Landgrauij Thuringiæ vxor.

S Editha virgo, Edgari Anglorum Regis filia in Monasteriũ a teneris annis Deo dicata est, sęculumque hoc ignorauit, potius quam reliquit. De cuius gestis vt miraculis, Surius Tom. 5. Claruit circa annũ 980.

Gertrudis fille de Pepin Duc de Tongre & de Brabant vestit en Religion au Monastere de Nyvelle que sa mere Itte fille du Comte d'Aquitaine auoit fondé.

gis vxor. Circa annũ 1090. Quod literis cõſignauit Matthæus weſtmonaſterienſis, tũ Bohetius in Scotic. Annalib. Nec leuiori in ſacrã Religionem propenſione, Kinga Sarmatæ Principis Boleſlaï vxor gratias egit Diis immortalibus, quod ſe coniugij nexu virginem liberaſſent fato mariti: móxque diſtractis & in vſus egenorum diſtributis ſuis facultatibus, ſeſe addixit monaſticæ vitæ iuxta D. Franciſci inſtitutũ, & veterem Sandeciam, nequicquã obtinentibus, Proceribus, cõmigrauit: Vbi extremum tẽpus vitæ in Cœnobio cõſumpſit, quod vnà cum viro extruxerat. Auctore Chromero, Rerũ Polonic. Lib. 9. Britonum itẽ Petri ducis vidua mulier Franciſca Amboſia miſcuit ſe religioſo ſãctimonialium Cœtui, Carmelitanæ profeſſionis, apud Bogonium Veneticæ vrbis monaſterium An. 1458. Poſtremas in hac parte tenebunt Hiſpaniarum Heroïnç, quædam Monaſtici voti ſtudioſiſſimæ. Produnt enim Hiſpanici memoriæ ſcriptores, Raymundi Berengarij matrem, quùm Barcinonenſi Comite marito fuiſſet orbata, binũ excitaſſe cœnobiũ, Ciſtercienſe alterum in valle Mariæ Comitatus Caprariæ, alterum Benedictinum titulo S. Danielis, in quo piam illa vitam agens ſupremum clauſit diem. Circiter annum 1106. vt inquit Taraſſa, De regib. Hiſpan.

Princeps Poloniæ Boleſlaus.

Franciſca d'Amboiſe qui ſe rendit religieuſe en l'Abbaye de Begon pres Vannes, de l'ordre du Mont du Carme. Depuis elle ſe transfera au Priore des Coetz pres Nantes. Quem Sixtus 4. prioratum ideo ex ordine Benedictino tranſtulit in Carmelitanum.

22 Pavcis vt expediam, tot ſanctiſſimorum Principum exempla calcar addunt ſummo cuique Magiſtratui ad Religionem cum Repub. ſociandam arctiſſimè, neque hanc ab illa omnino diuellẽdam: vtì & Politica Religio, & Politia Religioſiſſima auſpicatò ſimul in regendis Populis excolantur. Eadem quippe de cauſa, ſed conuerſis rerum vicibus, Religio ceſſit aliquando Reipub. Ita, vt miles Chriſti fieret iterum miles ſeculi Diplomatica Pontificis diſpenſatione. Putà, Sarmatiæ legati à Benedicto 9. vel Clemente 2. impetratunt, habito Purpurati Senatus conſilio, vt Cazimirus apud Cluniacum monachus, publicæ vtilitatis gratia ſolueretur votiuo regulari ſacramento. Inde enim gentilitium Poloniæ Regnum, ſed Regia alia ſtirpe vacuum recepit Caſimirus inſtautauítque, & ad liberos, quos ex vxore ſuſtulit, hæreditarium tranſmiſit. Sub annum 1040. Id quod memorat Chromerus, Polonic. Annal. lib. 4. Sic Tarraconenſe Sceptrum facilè tenuit Raymiris, regia proles, antea quidem monachus Benedictinus in Gallia, ſed in communem mortalium ſortem relatus Põtificia ſacri voti relaxatione: quùm alioquin fraterno Alphonſi. 8. regis obitu Regia proſapia defeciſſet. Annum circiter 1160. Ex Appendice ad Sigeberti Chronicum. Iohannes itẽ Ferdinandi Luſitaniæ regis nothus, è ſacra Equeſtri militia vocatus eſt ad Regium faſtigiũ: Vrbano P. P. militaris Religionis vinculũ diſſoluente. Quemadmodum ait Michael Ritius, De regibus Hiſpaniæ lib 3. In Pannonia rurſus, Wladiſlao regi ſucceſſit qui ſuis omnibus ſuperſtes erat Varadinenſium preſul, Reginámq; ab eodem patruo relictam nuptiis ſibi iunxit Apoſtolica indulgentia: vt ſimul & Regno & ſoboli conſuleret. Inquit Volaterranus

Poloniæ Sceptrum.

Aragoniæ regnum Raymeri delatum, qui iãdiu in Gallico Monaſterio S. Pontij de Tonneris ſeruerat religionis Benedicti.

Portugaliæ regis baſtardus, è religioſo ſacri Ordinis miles Rex factus.

Lib.8. Idem auctor est, Veremundum 1. Hispaniarum ex diacono Regem, duobus filiis ex coniuge susceptis, memorem diaconatus antea sumpti, cessisse Regno, & ex Rege monachum vixisse, vxore vel mortua, vel in sacrum Parthenonem sponte translata. Insuper Cœlestinus 3. Pontifex, è Panormi cœnobio educi Constantiam permisit, quæ Rogerio Normano Siciliæ rege nata erat, vt ad Erricum.6. Friderici.1. Cæs. filium cum dotali eo Regno deduceretur. Blondi testimonio, Decad.2.lib.6. Haud secus Leo Pontif. Max. indulsit Ethelpho 2. Anglorum regi, vt Osburgam vxorem acciperet, tametsi subdiaconatus gradu insignitus. Ex Polydori Annaliū li.5. Alberti necnon Bohemiæ regis filius Henricus, qui sacris initiatus fuerat, coniugem sibi adsciuit Pontificia cum venia Elizabethā filiam Ruperti Comitis wirtembergensis, aut Palatini. Sub annum 1330. Qua de re Munsterus Cosmographus in Genealogia Haspurgensi. Ac nostra etiamnûm tempestate Erricus Cardinalis Lusitanus, fratre acie cæso, Rex est Lusitaniæ acclamatus An.1578. Tū Ferdinandus Medices Cardinalis, Hetruriæ Dux Magnus, fratre vita functo. An.1587. Carolus demùm Cardinalis Borbonius in medio Parisiorum Senatu decernitur Franci Regis agnatus propinquus, & propinquo debitis quibusdam prærogatiuis vti debere. Ex regio Diplomate.16. Calend Septemb. quod Senatus palam promulgauit.7.Cal.Septēb.An. 1588. Nec verò in hunc catalogum adscribimus Chilpericum illum, qui Dagoberto.2. rege extincto, salutatus est Galliæ Rex, antea tonsus dicatúsque Monasticæ religioni: Quippe quùm huic vitæ mutationi minimè intercesserit publica Sanctæ Sedis auctoritas. Vortigerum quoque improbat Iohannes Maior in Scotica Histor. quòd Constantij Armorices regis filium natu maiorem è cuculla euocasset ad Regnum, cui iuniores filij supererant, gubernandum. Nec enim facile monachi sunt habitu exuendi, vel Pontificia ex gratia: nisi arduis de caûsis, quæ alia via nequeant expediri, nec Regia stirpe vlla superstite, quæ patriam Rempub. regio nomine administret. Insuper Rachisius Longobardiæ rex, qui sacram cœnobitarum societatem inierat, sublato fratre Aistulpho rege, statuit * παλινῳδεῖν, Regiæquè dignitatis insignia capessere. Sed quia ipsi Regnóque frater non deerat, valuit Stephani P.P. sententia, qui fraternæ controuersiæ medius æquissimúsque sedebat arbiter, vt Desiderius Rachisij frater rerum potiretur. Ast impium hercle facinus Errici.1. Britanniæ Insulæ regis, qui Mathildim ab Edgaro Scotorum rege sororem monacham extorserit vxorem: vt quæ inuita votiuam virginitatem violatura, cœperit futuram execrari progeniem, & ita infœlix quod secutum est, filiorum naufragium malo velut omine prædixerit. De quo Polydorus Anglicæ Hist.lib.2. Eas tamen nuptias D. Anselmus Cantuariensium Præsul consiliauit. Si Volaterrano fidem habemus, lib.3. Quòd si non dicam sacra profanis

Sic Albertus inter fratres iunior canonicus Patauiensis & subdiaconus, eis deinde omnibus sine prole mortuis, impetrata dispēsatione duxit Iohannam filiam vltimam Comitis Phirtēsis: per quam comitatus ad Austriæ domum venerit.

Ex Munstero in Genealogia Habspurgensi.

Portugaliæ Regnum.

Florentiæ Archidux, seu Magnus dux.

Regiæ Literæ die 17. Augusti, verificatæ in Parlamento. Die 26. Aug Ao.1588. pro Karolo Cardinali Borbonio, *declaré proche parent du Roy & cōme tel pourra creer maistres de mestiers, & ses domestiques auront leurs causes commises aux requestes du Palais.*

Britanniæ minoris rex Constantius.

* retractare, recantare. i. diuersa superioribus sentire.

Philippus Abbas Vallisoleti, & Hispalensis præsul in Hispania, spreta religione ac sacerdotio, duxit Christianam Daciæ Regis filiam sub annū 1250. Ex Volaterrano Geographiæ lib.2.

nis, sed Turcica misceamus obiter Christianis exemplis, Turcici Annales produnt, Amurathen Turcarum Imp. fastidita proferendi Imperij cura, sic regno se abdicasse, vt regimem Hali purpurato Mahometis filij nutritio relinqueret, ac in nemorosum Bithyniæ specum vnà cũ paucis sacerdotibus ad meditationem rerum cœlestium abderetur. Verùm postea de Ladislai Pannonis aduentu Christianorumque armis principum certior factus, hanc reiecit superstitionem, éque sacro eo loco ad tuendum illicò Regnum prosiliit.

Hali Bascha du Turc.

Lancelotus Vngariæ rex.

Titulus IIII.

DE APPELLATIONIBVS.

1. *Quot species appellationum ab Ecclesiastico Iudice.*
2. *Libelli quidam appellatorij in Senatum ab excommunicat. Pontificiis.*
3.4. *Quatenùs Cardinalium in Franciam legationes Apostolicæ admittantur.*
5. *Rescripta delegatæ iurisdictionis, extra partes diœcesimque litigantium non extendi.*
6. *Apostolica Lemouicensis Capituli exemptio à foro Episcopali.*
Eiusdem Priuilegium in sacris celebrandis & Episcopo eligendo.
7. *De immunitate Pictauensis Ecclesiæ ab Episcopali foro.*
8. *Ne quis Apostol. rescripto citetur extra diœcesim litigatorum.*
9. *Scholasticum fori Priuilegium pro Monachis S. Victoris.*
10. *Literæ institutionis Conseruatorum Priuilegiorũ Apostol. Academiæ Parisien.*
11 *Bulla Romana, in forma* Significauit.
12. *Variorum Galliæ Episcopatuum & Archiepisc. institutio.*
13. *Hispaniæ præsulatuum erectio.*
14. *Anglicæ Ecclesiæ* Primatia *inter Cantuariens. & Eboracens. controuersa.*
15. *D. Andreæ Episcopus, quando Scotiæ Archiepisc. & Primas factus.*
16. *Germanici Præsulatus, quando, & à quibus instituti, vel aucti.*
17. *Polonici item, Danici, Liuonici, &c.*
18.19.20.21.22. *Patriarcharum auctoritas, Romanum tamen Pontif. agnoscentium.*
23. *Abyssinirum Æthiopum Hierarchæ.*
24. *Basilius Moschorum Regulus, Regium sibi nomen assumpsit.*
25. *Magalonensis Episcopatus translatio in Monpessulanum.*
26. *Aresta Curiæ ad ciuilem Politiam, Præsulum sententias reuocantia.*
27. *A triplici etiam conformi pontificum sententia quando prouocetur.*
28. *In correctione morum, sententiæ executionem appellatione ex abusu non differri.*
29. *Priuilegia monastici Ordinis S. Antonij Viennensis.*



VPLEX VVLGO habetur prouocationũ à Pontificio iudice genus. Priore, sacer Iuridicus superior appellatur: De quo dicere minimè instituimus, tanquã purè Ecclesiastico. Alterũ, quo regius Senatus prouocatur, huius tractationis proprium est. Vt putà cũ ab Ecclesiastico iudice tentatũ sit aliquid in profanæ Iurisdictionis perniciẽ, aut edictorum Principaliũ, sanctiorumvè Decretorum priscæ venerandæquè vetustatis. Quorum publicæ disciplinæ tutelarium Canonum assertorem se Gallicus Senatus profitetur. 1

Quando recipiantur Apellationes comme d'abus à iudice Ecclesiastico ad Regias Galliæ supremas Curias.

POLITICÆ huius Censuræ formula ex appellatione abusus ergò concepta est, haud dissimilis prorsus Aquilianæ Doli mali actioni. Quam idcirco Tullius euerriculum vocat omnium malitiarum, quòd ea scilicet omnes fraudes è vita ciuili mortalium euerrantur. Lib.3. De nat. Deorum. Ita patronam ciuitatis, ac vindicem libertatis prouocationem appellat Cicero, datámque Rom. Populo ex nobilium dissentione asseuerat. Lib.2. De Orat. Tales verò ob abusum prouocationis formulæ, quia latiùs patent ad publicam Regni Politiam conseruandam, non modo vsurpantur à priuatis, quorũ interest, ciuilia Quiritum iura (D. Pauli instar) Principémque inuocãtibus, sed crebrò etiã ab vno omnium Fiscali Aduocato, velut Tribuno plebis, ac publico intercessore: Ne maiorum instituta iutáque infringantur, neu Politicus huius Imperij Status vlla ex parte labefactetur. Ea de causa Regius orator in Senatu Patres à Põtificiis codicillis appellauit, sacro Interdicto prementibus Flandricæ oræ Gãdauenses ac Brugenses oppidanos clientelaris obsequij nomine, quod Maximilianus Austriacus ab his peruicaciùs sibi negatum expostularat apud Pontificem summum. Cuiusmodi appellationis à 2

Libelle appellatoire de Iean de Beauuau Euesque d'Angers, & abbé Commandataire de Fontaine Daniel, du Pape Paul, qui l'a priué dudit Eueschè die 2. Iunij An. 1467. quem Episcopatum tenebat in titulum, & alia in commendam *Qui à la requeste de* Antonius Eugubinus procurator fiscalis Romanæ Curiæ & Sedis Apostolicæ, citatus fuit ad valuas matricis Ecclesiæ Turonis, Romæ compariturus personaliter coram summo Pontifice, aut Aluaro Siluensi Episcopo Commissario Pontif. *Enuoya vn messager pour s'exoiner par maladie*, per diffinitiuam ille Cõmissarius priuauit eum Episcopatu. Tamen per sententiã diffinit. *appellé* à D. Commissario ad Papam benè consultum, sedemque Apostolicam & Romanam Curiam. *Des recueils du President Barme.*

Les appellations comme d'abus receues & iugees par Arrest du Parlement de Tholose, contre les sentences ou entreprises des Euesques, ou leurs officiaux, tout ainsi que au Parlement de Paris. Maynart en ses Questions. Cap. 41. 42. 43. 44.

Pet. Cohardo patrono Fisci interpositæ Libellus extat, Curiæ actis consignatus apud Lutetiam. 15. Cal. Iunias An. 1488. Optimè. Nec enim lex nostratium Tribunalium patiebatur Regulum Pontificio anathemate suos insectantẽ populares, quos ciuili iudiciorũ more cohiberi oportuit vel à municipali Flandriæ magistratu, vel à Francica Curia superiore: à qua videlicet Belgica Flandrorum regio ditióque pendebat, pro Gallici Imperij amplitudine summóque dominatu. Mirum insuper videbatur, Gallici iuris ciuitates, municipiáque grauibus à Pontif. Diris obstringi, renitente presertim Apostolica veteri Francorum ciuium libertate immunitatéque aduersus Rom. Sedis interdicta. Multò enim potior ratio est Frãcicæ ciusmo-

Libellus hic appellatorius Die 18. Maij. An. 1488 abs Petro de Cohardy regio in Senatu aduocato, eũque esse autumo, quẽ Budæus deinde Petrũ Cothardũ sũmæ curiæ principẽ vocauit. Lib. 4. de Asse, primanũ scilicet Lutetiani Senatus Præsidẽ successu tẽporum factũ. Quem & illic impensè laudat Budæus. Flandria olim Galliçæ coronæ feudataria & subdita.

eiuſmodi, quàm Anglicæ libertatis: Quùm Britanni Regio non Pontificio Priuilegio nitantur, quo iugum excuſſerint ſacroſanctæ huic Rom. poteſtati. Quinetiam ſtatuere auſus eſt quondam Britannus Rex Ricardus, frequenti Patrio Senatu ne ſacrum Pontificis Max. imperium Angli poſthac agnoſcerent: hoc colore, quod vltra continentis, Oceaníque metas minimè illud proferri exiſtimaret, neque ad ſuos, quaſi penitùs toto diuiſos Orbe Britannos. Anglis præterea inhibitum Regia illa Lege, ne Pontific. execrationum diplomata ipſi in alios Inſulæ ciues indigenáſqne vllatenus impettarent. An.1391. Vt Polydorus tradit. Anglic. Annal. Lib.20.

Anglica lex Regia in Parlamento patriç lata, de Romani Pontif. in ea inſula anctoritate. Qua lege præſertim, Romanæ excommunicationis mandata exequi in Anglia prohibitum.

latere in eorum ingreſſu ſolent inſinuare coruȝ poteſtatem. Ce qui fut obſerué touchant le Cardinal de Rome gar à latere de la cité d'Auignon, au Comté de Veniſſe. Mais au parlement de Dauphiné on n'a laiſſé de iuger ſelo ſes lettres de legation n'euſſent eſté inſinuees audit Parlement, veu que publicè vtebatur officio legationis in eſtant recognen tel & approuué par le Roy.

Marcus in Deciſ. 14. parte 2. dit que in Regno Fráciæ Legati de Georges d'Amboiſe Leſa collation, encores que Regno Franciæ, &

3 APPELLATORIVS etiamdùm libellus euoluitur Iani Nanterrei procuratoris Fiſci, aduerſus Pontificias litteras ſacræ in Galliam legationis Balluæ Cardinalis. In Regeſtis Curiæ Pariſien. An.1484. Vbi talia voluuntur Acta appellatoria in Pontificiam legationem Galli iſtius Romani purpurati. 13. Kaléd. Septemb. An.1484. Quiritabatur enim Regius cognitor, ſacri Legati in Franciam miſſione ordinatiam Iuriſdictionem noſtratibus præripi Epiſcopis: conuulſa quodammodò Baſilienſis Decreti auctoritate, quod ſuum Ordinariis Iuridicum munus ſaluum incoluméque ſeruarit. Tit. De cauſis in Pragmat. Sanct. Ideóque ſummo Pontif. minimè ius eſſe contendebat, Francicum in Territorium Romanos ſuos ſenatores legare, niſi graui emergente cauſa, & Principali conceſſu. Solent certè noſtrates Iudices in primario Lutetiæ Conſilio, Pontificiam legationem Regiis auſpiciis comprobare, Mandatíſque in id Principalibus adhibitis. Sed hoc non abſque certorū capitum temperamento, quæ tabulis adſcripta etant commiſſæ Legato poteſtatis. Idipſum clarè demonſtrant certæ leges regulæq; à Patribus Lutetianis præſtitutæ legationi Georgij Amboſij Cardinalis, quùm eius Reſcriptum legationis promulgaretur in Curia, iuſſu Ludouici 12. regis. De quibus Georgij Amboſij facultatibus loquitur Step. Bettrand. Conſil. 117. Volum.1. Eundem Bembus vocat Cardinalé Rothomagenſem, Venetæ Hiſt. lib.6. Ex modo igitur Amboſij legationi ſtatuto, præſcriptáque formula Ordo Ampliſ. conſtrinxit poſteras Cardinalium legationes. Boiſij nempe Purpurati. Nonis Septembribus. An.1519. Pratiani item Senonum Archiepiſcopi, Romaníque Senatoris. Pridie Nonas Ianu. An. 1529. Sicuti enim Alexander 6. Pontif. Amboſium in Francicam Prouinciam legatum emiſit, ita Boyſium Leo.10. & Pratianum Clemens 7. pari Legationis titulo decorarunt. Clementis de eo Tabulæ exaratæ ſunt Calend. Decembr. An. 1529. Et Idib. Septembr. An.1534. Quarum exemplar nominatim deſcriptum eſt cum Die & C O S. in Tractatu

Acte appellatoire de I. de Nanterre procureur general du Roy au Parlement de Paris, contre la legatiõ du Cardinal Balue Eueſque d'Angers.

Cardinal Gallus in Franciâ legatus: Vnde appellatum ad Curiã. Pariſ. die 20. Auguſt. 1484.

Franciſ. Marcus in Delph. Deciſ. 14. par. 2. dit que Legati de latere apud Gallos, antequam legationis officio fungãtur, eorũ poteſtatem inſinuare tenentur ſupremis Regni Curiis, luy parlant de la legation de George Cardinal d'Amboiſe.

De facultatibus Pontificio Franciæ legato conceſſis nõnulla cõgeris Molineus in explicatione Regulæ Cancellariæ Apoſtolicę De infirmis reſignantibus. Nos etiam de Legatis Pontificiis plura.i. Tit. de Volũtaria iuriſdictione.

Chaſſeneus in Conſil. 31. dit, que Legatus in Francia non poteſt exercere Legationem extra Regni limites exiſtendo.

In Parlamento Pariſ. modificatio facultatũ Legati de Boiſy Die 5. Sept. An.1519. Item du Legat Du Prat, Archeueſque de Sens, & Cardinal. Die 4. Ia. 1526.

Renati Chandonij, *Núm mortuo Pontifice Rom. adhuc duret potestas Legati Franciæ?* Per hunc modum legatio in Francicam regionẽ à Paulo. 3. decreta fuit Hieronymo Verallo An. 1549. Tum à Pio 4. P. P. Hippolito Atteſtino Cardinali Ferrarienſi, An. 1561. Itaque Lutetiana Curia Diplomaticis hiſce ſacrarum Legationũ muneribus, quæ ibidem publicata fuit, regulas præfiniuit legéſq; Politicas eiuſmodi: Ne quid ſcilicet Principis iuri vel reip. aduerſum pertentetur legationis ſpecie, neu Synodicis canonibus; aut publicis Franciæ Muſæis, Gallicivè Cleri inſtitutis contrarium moliantur Pontificij legati, nevè alium quempiam in ſuas vices ſubſtituant; quaſi fiduciaria legati opera defuncturum. Hoc ampliùs cauerunt Patres Conſcripti, in admittendis Veralli legati facultatibus Pontificiis, ne Canonicos honorarios diplomate crearet hac fine, vt ad futurum Tẽpli præbendum adſpirarent: tametſi eius Collegium Eccleſiæ for-

Bullæ Clementis 7. P. P. die 1. Decemb. 1529. & die 13. Septẽ. 1534.

Modificatio in Curia facultatum Veralli legati die 20. Decemb. An. 1551.

Canonici ad effectũ.

Arreſt de la grãd Châbre au rapport de Monſieur Coquelay du 23. *Aouſt 1603. entre Symonot appellant comme d'abus d'vne ſentence des Officiaux de Rheims, & des prouiſions du* *Cardenal de Plaiſance* *Legat en France, & du viſa du Cardinal de Pelleué: demandeur en requeſte de maintenue du Prioré de S. Tho-* *mas, mẽbre de l'Abaye* *de S. Remy de Rheims aſſis* extra Regnum *en Barrois, où les facultez du Legat* ſe extendant vltra Regnum. *& Claude Caſſin* *eſtranger non naturaliſé lors de ſa prouiſion, intimé.* *La Cour a dit que par* *la ſentence des Officiaux de Rheims, fondee ſur ladite prouiſion il a eſté mal & abuſiuement iugé, Simonot decla-* *ré bien receuable au* *petitoire du Prioré, pour lequel il ſe pouruoyra.*

taſſis beneficiariæ huic expectationi non reclamaret. Legato pariter vetitum, ſacerdotij ceſſionem vllam recipere, factam lege annuę penſitationis, quæ tertiam ſacerdotalium redituum partem excederet, aut ſinere quoquo pacto deſultoriam eius penſionis in alium tranſlationem: ſiue beneficia facta conferre in fraudem ac diſpendium beneficiariæ Nominationis pridem indultæ Cõſcriptis Curiæ Pariſien. Nec rurſus primarias largiri Cathedralis Eccleſiæ cuiuſq; dignitates quæ Pontificali ſecundum locum obtineant, aut inferiorum ſacrorum Collegiorum præfecturas, quæ eligentium votis attribui ſolerent ex canonica forma Cap. Quia propter De Elect. Adiectum quoque S. Conſulto, Legatum tandiu poteſtate vſurum, quandiu ageret in Prouincia duntaxat; (non ſi regno Francico ſemel exiiſſet) aut quouſque placuiſſet Principi. Gallicis autem finibus abſceſſuro iniunctum eſt, omnia ſuæ Legationis acta & commentaria dimittere penes Curiæ præſidem aut Conſiliarium, quẽcunque ei idcircò Senatus deſignaſſet. Quorum omnium ſyngrapham teſſerámque aſſertoriam legatus Regi præberet. Curiæ regeſtis poſtea inſcribendam. Sicuti hæc omnia Senatorio decreto expreſſa ſunt. 17. Kal. Ian. An. 1551.

Sed an Legatus de latere poſſit extra ſuam prouinciam conferre beneficia, tanquam ſimplex vicarius & delegatus, ideo dubiũ eſt, quòd vicarius Epiſcopi nequeat extra diœceſim conferre. Bal. in l. 1. §. De offic. procon. Phil. Francus in Cap. Cum in generali De off. e. Vicar. in 6. per Cap. Statutum de Præbend. lo 6. in ver. per ſuos vicarios generales in eorum diœceſibus exiſtentea Tamen iudicatum eſt, Legatũ de latere extra prouinciam conferre poſſe Areſto Burdigalenſi Die 1. Feb. Ao. 1518 Nam & verius eſt, Vicarium illum extra diœceſim poſſe Rota in Tit. de offic. Vic. Deciſ. vlt. Glo. in §. Ordinariis Tit. de collat. in Prag. Sanct. Boerius Deciſ. Burdegalen. 30.

DISPAR enim eſt cauſa Legatorum, quibus mandantur Pótificiæ Ditionis Prouinciæ, ac ipſorũ, quibus cõmittitur ſacra Galliæ adminiſtratio, vel Regij alterius cuiuſuis Principatus. Nã illo caſu *Ουωρεσ-ίβιης* ſeu ſacer Legatus habetur quodãmodò ordinari⁹, antiquo exæquatus Proconſuli, cui quidẽ à S. P. Q. R. prouincia decernebatur. Vtpote ſi in Flaminiã Prætor legetur ex Romana Aula purpuratus, aut Picenũ, Æmiliã, Vmbriã, Latiũ, ſeu Cauarũ Auenionem, Ponti- 4

ficij

ficij iuris imperiíque fundos, Legatus tùm sua magis & ordinaria vti censetur, quàm mandata iurisdictione. Vt sanxit Clemens. 4. in Cap. 2. De. offic. Legat. Lib. 6. Ast in Terra Gallia, quæ vnius Regis profanum hactenùs dominatum experta est, Legati functionem nos alienam potiùs interpretamus delatámque à Pontifice, quàm illius propriam ac ordinariam. Exin sacri legati potestas initium sumit apud Gallos, ex quo primùm Ornatiss. Curia Bullatas tabulas adprobarit. Quemadmodum ab eadem iudicatum inuenimus. Sexto Idus Mart. An. 1547. Quippe & Censoria illa Regij Senatus prudétia obstitit aliquandò Pontificis Max. conatibus, Regię maiestatis iura cóminuentis. Cui rei argumento est Benedicti 13. damnatum diploma discissumque, & alia multa à Patribus decreta in Pontificias rei nummariæ exactiones. Arestis. 6. Idus Quintiles An. 1406. 4. Idus Martias. 1412. &. 17. Kalend. Apriles An. 1417. Dixeris forsitan, multò plura Senatui in Benedictum illum licuisse, adulterinum Pontificem, à quo Rex suos rursùm Edicto vetuerit sacra iura beneficiave petere. Sed heus tibi Bonifacium. 8. profero, cuius probrosum Gallico nomini Rescriptum, priusquàm coactis ad id Lutetiam Patribus recitaretur, raptum igni dedit Atrebas Regulus: Narbonentium Archidiacono facessere procul iusso, qui Pontificias literas in Regiam pertulerat. Vt cunque sit, omnes Francici Pop. classes summissè flagitarunt à Karolo. 8. rege in Panceltico Turonum Conuentu, ne legatione in prouincia Gallia vti pateretur Cardinalem Andium Episcopum. Subiuncta causa, quòd non multò antè, trium aut. 4. Legatorum in Franciam aduentu, exhausta fuisset patriæ gazæ substantia, Iohanne Relio tunc omnium Galliæ Ordinum apud Turonas oratore. Mense Februar. An. 1483. Eo quippe Regni initio Karoli. 8. frequentissima sunt liberáque Turonibus Comitia habita, cùm superior Rex ita habuisset, vt quos sibi videretur, nominatim corrogaret, & hi nihil pro sententia dicere auderent, nisi quòd ille velle prę se tulisset, & nihil nisi vehementer ac impotenter vellet. Huc vndique concursum, & voces solutæ metu fuêre, ac plenæ expostulationum: Nobilitas, Plebs, Sacerdotium, suas quisque miserias Ordo; deplorabant. Iactatæ sunt querelæ etiam eorum temporum, ostentata veriùs quàm data, nisi breui mensura remedia. Vt scripsit Æmilius in Francicis Annal. Quod pariter Blesos indictum est totius Franciæ concilium Anno. 1588. sperauimus non modò specie ipsa percelebre ac liberum fore, sed rerum quoque successu perefficax; & communis Patriæ ægræ vulnera sanaturum. At feralis Parcæ dira vis effecit, & ineluctabile fatum Galliæ; vt tanti Boni concepta spe decidamus: Susceptam interim Appellationum seriem persequamur.

Terræ dominij temporalis Papæ Rauennæ, Bononia, Imola, Marchia Anconitana, Spoletinus ducatus, aliæque Italicæ, & Auenio in Gallia Narbonensi.

Iudicium Curię Die. 10. Mart. 1547. Die. 10. Iulij An. 1406. Die. 12. Martij An. 1412. Die. 16. Martij An. 1417.

Benedictus. 13. Pseudopontifex.

Artesiæ Comes Bonifacij P.P. literas combussit, Vt ait P. Æmilius in Francic. Annal.

Regni Franciæ Status generales congregari in vrbe Turone quũ Carolus 8. regnare inciperet. An. 1483.

Iohan. de Reli, Canonicus Ecclesiæ Parisien. dein Andiũ Episcopus & confessor Caroli, 8. regis.

Publici Galliæ Conuentus in Turonibus peracti, Ludouico 11 rege An. 1467. At sequentes, regnãte eius filio, liberiores.

Tres Francici Populi Status Blesis, Regio permissu, & Edicto Die. 14. Maij. An. 1576. Et Mense Maio An. 1588. Post interiectas a regio Procuratore appellationes ex abusu, de quibus superiùs actum est, nũc singulorũ quorũque appellationes cõsimiles explicandæ.

5 PRIVATORVM, nedum Regis iura teguntur ex prompto prouocationis ad Senatum auxilio in Pontificia Rescripta abusus nomine. Verbi gratia; R. Morellus iudicio expertus est contra Para-

Forensis Patronorũ in Curia cõcertatio, an Decretum Decaosis In Pragmat. Sanct.

(quod vult tantùm dari Rescripta delegationis causarum in partibus, & in patria litigantium) cesset, parte vltrò procedente coram delegato, maximè quando delegatio facta est in eadem Prouincia, licet non in eadē diœcesi.

Innocentij 3. Papæ constitutio, ne quis Apostolico Rescripto in ius trahatur vltra duas dietas à fine diœcesis computandas.

gium, Canonicum Turonensis delubri maioris, cuius sacri Collegæ immunes feruntur solutíque omnimodò Archiepiscopali iurisdictione. Exhinc Iudices dati ab Ecclesiastico Collegio dixêre sententiam. Appellatus à damnato Pontifex summus, diplomate mandauit appellatoriæ litis cognitionem duobus sacris Sodalibus Cenomanę Ædis maximæ, apud quos constituta iam controuersia, & ad medios actus argumento causæ deducto, recusat iudicium aduersarius prouocantis, foríque translationem in Turonum fines postulauit. Hac demùm præscriptione summotus causæ translatiua, Senatum appellauit à Pontificia Cenomanorum iudicum datione, ceu abusiuè exorata. Nos, è diuersō, Actione forensi, statutum fuisse quidem primitùs ab Innocentio 3. ne selectis iudicibus delegaretur litium disceptatio, extra bidui spatium, seu bis vicenos mille passus à Diœcēsis finibus litigatorum numerādos. Cap. Nonnulli, De rescript. Fatebar rursus, Innocentianam legem hanc à Bonifacio 8. temperatam fuisse adeò, vt intra diœceseos septa duntaxat iudex esset Pontificio rescripto partibus designandus, aut certo casu intra vicena passuum millia, quorum computatio à Diœcesanis limitibus iniretur. Cap. Statutum, De rescript. in 6. Idque exactiùs adhuc dictatum sancitúmque esse in Basiliensi congressu Pręsulum Christianorum, Tit. De causis, In Pragmat. Sanct. Sed ita differebā, isthæc solùm in lite primaria locum habere, non in causa appellationis excutienda. Quùm hoc casu, maturè diligentérque instructa lite apud inferiorem Iuridicum, minus audiendus sit litigator, si queratur suos loculos immodicis litis prouocatoriæ sumptibus alieno in Territorio exhauriri. Qua vna rei sumptuariæ ratione motus Pontifex, initio modum limitésque præscripserat Diplomaticæ

Consilium Basiliense.

Hungarico more scripto, Romam nemo litigaturus adeat in prima instantia.

Hincmari Rhemens. Archiepiscopi epist. 9. ad Iohanné 8. P. P. Cap. 19. 20. 21. & 22. Quo Transalpini quidem, & Romanæ vrbi vicini lites suas, seu prouocationes ab inferioribus Iuridicis Ecclesiæ Romam deferre facile possunt. Sed Cisalpini & ab vrbe Roma longè remoti appellationes ab Episcopis suis ad comprouinciales Synodos commodius deuoluuntur, nec ita expedit lites ortas Romam semper deferre.

iudicum delegationi. In cit. Cap. Nonnulli. Addebam fuisse hoc velut Recuperatorij fori iudicium legitimè constitutum, multísq; nominibus partem aduersam in Pontificium delegatum consensisse. Eam igitur iam minimè ferendam, quæ mandatæ iurisdictionis fundamenta subrueret. Ad hæc, Cenomanam diœcesim à summa vetustate subiici sacrę Turonum metropoli, perinde ac Andium Rhedonúmque Ecclesiasticas præfecturas: è quibus priuati nunc primùm litigaturi rectè vocātur in sacrum forum Turonense, Pontificis Max. literis eò adhibitis. Vt Honorius 3. rescripsit Archiepiscopo, Decano, & Archydiac. Turonen. Cap. ex parte, De foro compet. Proinde nec paucis talia Sanctæ Sedis diplomata probari, quibus intra sacram Metropolitæ Prouinciam commissa sit alicui iuris dicundi potestas, tametsi extra Episcopalem litigatoris diœcesim. De quibus omnibus latè Guimerius in cit. Tit. De causis. Placuit Senatui, abusiuè mandatum Cenomanis prouocatoriæ Turonorū ciuium controuersiæ iudicium. Decreto in pomeridiana causarum disceptatione

Recuperatores, iudices delegati.

A nobis quoque tractatum est Lib. 3. Domanij Gallici (Tit. 8.) an Britonici Episcopatus purè pacatéque agnouerint Turonū Archiepiscopum superiorem.

diſceptatione publica 7. Idus Martias Ann. 1574. quùm Daneſius palam noſtris aduerſas partes defendiſſet. Cui conſentaneum eſt anterius Curiæ placitum, Septimo Idus Iunias An. 1535. ſecundùm canonicum Cenomanæ matricis Eccleſiæ. Tum menſe Decembri An. 1564. Dauide, & Fonteneo cauſæ patronis.

Areſtum Curiæ die 9. Mart. ao. 1574. quòd non ſati: eſt, dirigere Apoſtolica delegationis reſcripta ad iudices eiuſdē prouinciæ Eccleſiaſticæ, niſi & de eadem ſint partiū diœceſi, & in partibus, vt aiunt.

Simile decretū Senatus die 7. Iunij An. 1535.

6 Qvod ſi Turonenſis canonicorum Societas, de qua ſuprà, non habuiſſet Archiepiſcopalis fori vacationem ab vetuſto Sedis Apoſtol. beneficio, minùs hercle nobis foret de Pontificio delegato, eiúſque mandati finibus imperij laborandum. Quandoquidem à Collegiorum ſententiis prouocatio ad ſuperiores deuolueretur gradarim Antiſtites: nec ſolùm ab Epiſcopo ad Archiepiſcopum, ſed etiam ab Archidiaconi Vicario iuridico ad Epiſcopalem. Cap. Romana, §. ab Archidiacono, De appellat. In 6. Cap. Romana, De offic. ordinar. In 6. Gloza in Clement. Etſi principalis, De reſcript. Exemptis autem vnus ſuperior eſt Romanæ Sedis moderator. Cap. Auctoritate, De priuileg. in 6. In quos tamen & iuriſdictione præditus fertur is quem Pontifex è Cardinalium Sodalirio ſibi legauerit, qui vulgò Legatus à latere nuncupatur. Cap. Si Abbatem, De elect. In 6. Glozematarius in Tit. De cauſis, Verſ. ſubiecto, In Pragmar. Sanct. Sed eò frequentior in Gallias vſus irrepſit ſacrorum mandatæ iuriſdictionis Diplomatum, quò amplior inibi Cathedralium collegiorum numerus, quæ à Pontif. Max. cumulata ſunt eadem fori Immunitate ordinatij. Peræquè enim Lemouicum Templi maioris Sacerdotes iactitant ſe Pontificia ſacræ aliorum poteſtatis Exemptione, cuius formula hæc eſt. *Clemens Epiſcopus &c. Supplicante & exponente Capitulo Lemouicenſi, quòd licet Eccleſia ipſa de antiquioribus Eccleſiis Ducatus Aquitaniæ, & per B. Martialem in honorem S. Stephani fundata, ac per quoſdam Romanos Pontif. pluribus priuilegiis & libertatibus decorata exiſtat, necnon idem Decanus & Capitulum ac ſingulares perſonæ ipſius Eccleſiæ ab omni iuriſdictione, dominio, & poteſtate Epiſcopi Lemouicenſis, & Officialium ſuorum per ſpecialia dictæ Sedis priuilegia, & aliàs exempti fuerint, & exiſtant. Tamen venerabilis frater noſter Bernardus Epiſcopus Lemouicen. Decanum, Capitulum, Vicarios, Chorarios, & perſonas prædictas contra exemptionem & priuilegia huiuſmodi nititur moleſtare, ac eis ad docendum de exemptione & priuilegiis huiuſmodi certum terminum aſſignauit. Cùm autem Literæ exemptionis & priuilegij huiuſmodi propter captionem & totalem combuſtionem Ciuitatis Lemouicen. per Eduardum Principem Vvalliæ factam perditæ fuerint: Nos ipſorum Decani & Capituli, necnon dilecti filij nobilis viri Iohannis Ducis Bituricenſis nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis, ſupplicationibus inclinati, prædictam Eccleſiam, & eius clauſtrum, ac Decanum, Capitulum, Canonicos, Vicarios, Chorarios, & perſonas prædictas, ac familiares & ſeruitores, necnon domos, & bona mobilia eorumdem ad eos ratione dictæ Eccleſiæ pertinentia, ab omni Iuriſdictione, dominio, & poteſtate, ſaiſina, viſitatione & procuratione Epiſcopi Lemouicen. Archiepiſcopi Bituricen. & Officialium ſuorum, & aliorum Iudicum ordinariorum auctoritate Apoſtolica*

Capitulum Eccleſiæ Turonen. Archiepiſc.

Multiplex eſt Eccleſiaſticarū appellationum ſimplicium gradus, nec tātùm à diœceſano Præſule ad Archipræſulē, ſed etiam ab Officiali foraneo, vel ab Officiali Archidiaconorum ad Epiſcopi Officialem generalem.

Capitulum Eccleſiæ Lemouicen. à Sede Apoſtol. exemptum Epiſcopali iuriſdictione, foro, & imperio.

Lemouicum Pontifex Ruſticus ſeu Ruricius, Concilio Aruernenſi & Aurelian 4. interfuiſſe legitur, eique ſubſcripſiſſe. Quemadmodum S. Ferreolus Matiſconēſi 2. Synodo. Ex Tom. Concil.

De hac Lemouicenſis vrbis direptione, & exuſtione per Odoardum Britānum Vualliæ Regulum An. 1370. ſcripſit Froſſartus eorum temporum æqualis, Hiſt. Lib. 1 Cap. 289. *parlāt de Edouart Prince de Galles en Angleterre, Duc d'Aquitaine.*

Bernardus Guidonis, *Iacobin, a eſcrit des Eueſques de Limoges, auec les Conciles & Chroniques de France, & Catalogue des Papes & Empereurs.*

prorsus perpetuò eximimus & totaliter liberamus, ac Sedi prædictæ immediatè subiicimus, & perpetuò volumus esse subiecta, &c. Per hoc autem Cantori dictæ Ecclesiæ pro tempore existenti, ac iurisdictioni, si quam in præmissis per nos, vt præfertur, exemptis habebat, nullum volumus præiudicium generari. Auenione Nonis Martiis Pontificatus Anno 15. Etsi autem Lemouicensi canonicorum familiæ minùs operosum fuerit, Priuilegia eiusmodi ab iis obtinere, qui patria Lemouices, Pontificium Solium Auenione collocarant: Illi tamen anteriora Pontificiæ huius gratiæ Rescripta non defuerunt. Quale immunitatis diploma concessit Paschalis 2. P. non modò sacris Ministris Lemouicum templi maximi, sed profanis quoque ipsius Ecclesiæ possessionibus, adiecta ibidem tali clausula. *Ad hæc, ob reuerentiam prædecessoris nostri Vrbani 2. qui matricem vestram B. Stephani Ecclesiam largiente domino consecrauit, hanc ei prærogatiuam ex benignitate Sedis Apostolicæ indulgemus, vt si quando, quod vix pro grauiori querela permittimus, à diuinis fuerit officiis interdicta, liceat vobis, ac posteris vestris in ea diuinum officium silenter clausis ianuis celebrare, nec cuiquam omnino, defuncto Lemouicensi Episcopo, liceat in eandem Ecclesiam personam quamlibet ingerere, sed liberè Clericis facultas sit, secundum Dominũ concordi & canonica electione sibi Antistitem prouidere, remota prorsus laicalis potestatis oppressione, &c.* Eadémque Pontificum beneficia Pius 2. piè non modò confirmauit An. 1459. sed etiam auxit An. 1463. Deinde & Leo 10. P. 11. Calend. Iunias 1520. Pontificatus An. 8.

Die 7. Mart.

Tempore Stodili Lemouicen Episcopi, & Pipini, Clerus S. Martialis monachorum habituo ïsuscepit, factique hi omnes monachi, relicto secularis vitæ cultu. Vt Gaguinus refert in Carolo Caluo.

Bulla Apostolica exemptionis Lemouicensis Ecclesiæ maximæ ab interdictis Pontificiis.

Die 21. Maij.

Antiqva hercle Episcopalis fori immunitate fruitur matrix Pictonum Ecclesia, cui fidem adstruit Pontificium Clementis 5. decretum seu Transactio Pictauis conscripta 3. Idus Sextiles, Pontificatus An. 3. cuius summa capita sic promuntur. *Clemens &c. Super lite ratione spiritualis Iurisdictionis in Ciuitate & Diœcesi Pictauensi inter Episcopos Pictauenses, & Decanum & Capitulum eiusdem Ecclesiæ Pictauen. & certas singulares personas de Capitulo ipso, Visis productionibus, inquestis &c. Ordinatum est, quòd sint duæ Curiæ, vna Officialis eiusdem Episcopi, & alia Auditoris ipsius ac Decani & Capituli Pictauensis, & in qualibet earum habeat tres partes emolumenti Episcopus, & iidem Decanus & Capitulum quartam. Auditor verò Curiæ ipsorum Episcopi, Decani & Capituli creetur in hunc modum, scilicet ipsum Capitulum nominabit duas personas eidem Episcopo infra duos dies Auditore mortuo & amoto, & infra duos dies sequentes Episcopus alteram illarum eligere & acceptare teneatur. Sigillator Capituli nominetur ab Episcopo, eligatur à Capitulo Decanus, & Capitulum habeat in vtraque Curia quartam partem emolumentorum. Persona canonicorum, Capellani, & clerici exempti sunt à Iurisdictione Episcopali: excepto, quòd si in Episcopum vel familiares & in suos deliquerint, erit cognitio Episcopi, vel si beneficia extra Ecclesiam Pictauensem teneant, subiicientur Episcopo, quantum ad illa beneficia. Si Decanus & Capitulum negligant iustitiam facere, ad Metropolitanum deuoluitur Iurisdictio, vel si Decanus & Capitulum tanquam Capitulum delinquerent, aut contraherent &c.* Clementinam hanc constitutionem secuta est honoraria Arbitrorum sententia, inter Sodales Templi maioris, 7

Die 21. Augusti An. 1307. qui 3. fuit in Clementis 5. Pontificato.
Pro Capitulo maioris Ecclesiæ Pictauensis. *Reiglement de Iurisdiction Ecclesiast. auec l'Euesque.*

&

& Epiſcopum Pictauenſem, An. 1339. Indictione 8. B. Catharinæ feſto die, Pontificatus Benedicti 12. An. 5. Cuius verba Sententiæ huc ita tranſtulimus. *In nomine Domini &c. Nouerint vniuerſi, quòd orta ſeu oriri ſperata materia quæſtionis inter Decanum & Capitulum ex vna parte, & Dn. Petrum Relben Officialem Pictauenſem ex altera, ſuper eo quòd dicti Decanus & Capitulum dicebant, quòd ipſi & perſonæ ac Canonici dictæ Eccleſiæ, Capellani, & Clerici chori ipſius & eorum familiæ erant & ſunt exempti à Iuriſdictione domini Epiſcopi Pictauenſis, & Officialis & aliorum Iudicum ſuorum, & quod idem dominus Officialis indebitè & contra tenorem Compoſitionis ſeu Ordinationis aliàs editæ inter Epiſcopum pro tempore, & Decanum ac Capitulum Eccleſiæ Pictauen. per fœlic. recordat. Dn. Clementem P. P. 5. citari fecerat coram ſe Iohannem Arrodeci Capellanum chori dictæ Eccleſiæ Pictauenſ. & contra ipſum excommunicationis ſententiam promulgarat. Tandem &c. Nos igitur arbitratores ſeu amicabiles compoſitores ſupradicti, Viſo per nos proceſſu facto per dictum Officialem contra dictum Capellanum, quia nobis legitimè conſtitit, Officialem prædictum contra tenorem Ordinationis & Compoſitionis Apoſtolicæ prædictæ proceßiſſe, idcircò dictum proceſſum & ſententiam dicti Officialis nulla, caſſa, & irrita declaramus, dicta Compoſitione in ſuo robore duratura.* Nec longa pòſt temporum ſerie, Symo Pictonum Antiſtes ſanctè deierauit in verba Clementinæ conſtitutionis, neque ab ea diſceſſurum ſe recepit, quùm nouo pontificali in Templum ingreſſu ſublimis efferretur à Iano Biturigum Duce, & Comite Pictauenſi, 5. Calend. Martias An. 1386.

Poſt Iohannem 12. factus eſt Papa Benedictus 12 An. 1335. seditque in Pontificatu ad annum vſque 1342.

Die 25. Februar. An. 1386.

Iehan Duc de Berry, Comte de Poictou, frater regis Caroli 5. & patruus regis Caroli 6.

8 TALIA Cathedralium templorum Collegia licet ſolam agnoſcant Romanam Sedem ſuperiorem, haud ideo Romanum forum adire tenentur, ius repetitura ſuis de rebus cõtrouerſis. Sed ex Pontificio reſcripto ſortiuntur patrios prouincialéſque Iudices, qui eorum litem definiant, non modò in Francica Regione, ſed etiam intra metas Diœceſani cuiuſque Francorum territorij. Similiter in Belgicis Hiſpani Regis Ditionibus vſu receptum eſt abs Pacto conuento inter Regem ac Pontificem, ne cauſæ Eccleſiaſticæ alibi, quàm in patriis litigatorum finibus dirimantur, aut dirimendæ à Sancta Sede cõmittantur. Sicuti Guicciardinus refert in Belgarum deſcriptione. Neque hinc longè abeſt, quòd Tridentinum Concilium nuper Diplomate publicatum ſit in Belgio, ſaluis nominatim ac reſeruatis Principi eiúſque clientibus priuilegiis ſuis omnibus, ſeu quæ poſſeſſoria ſacerdotiorum iudicia reſpiciant, beneficiarias Nominationes, ſeu forenſes rerum eccleſiaſticarum quæſtiones in partibus ſolùm diſceptandas, ſiue alia quæcunque iura: Quorum obiter mentionem intulit Boëtius Epo In Tractatu Heroïcar. & Eccleſiaſt. Quæſt. Maior adhuc de eo adhibita cautio eſt, Pannonum Moribus ſcriptis. Inibi enim primùm quidem ita cautum reperio, *Quod Papa in collationibus beneficiorum in hoc Regno nullam iuriſdictionem retinuit, præter confirmationis auctoritatem.* Verùm eadem Conſuetudine proſpectum voluerunt Hungari, ne qua Regiæ Iuriſdi-

Reſcriptum publicationis Tridentini Cõcilij in Flandricis regionibus factæ, cum expreſſa clauſula reſeruandorum Regi Catholico & Vaſſallis eiuſdem ſuorum priuilegiorum.

Hungariæ Regni Ius Conſuetudinarium.

ctioni fraus fieret prætextu appellationum, quæ de Ecclesiasticis negotiis ad Pontificiam Sedem deferrētur. Nam Iuris eiusce Consuetudinarij scriptura talis est. *Appellatur de sede Vicariorum Ecclesiarum in Curiam Regis: sed hoc intellige tantùm de transmißionibus, ad videndum, vtrum concernat causa forum spirituale. Aliter enim non est hoc verum. Quia & Consuetudo, & decretum maius Vladislai artic. 45. habet, quod ex foro spirituali in Curiam Romanam prouocatur.* Speciatim vtique de Gallia, nemo inficias ierit, nostratis Ecclesiæ Antistites semper ex prouocatione iura petiisse à summo Pontifice, eiúsque Sententiis in prouocationum litibus stetisse. Id quod satis innuit D. Cyprianus de Episcopis Galliæ, Epist. 13. lib. 3. S. Leo P. P. in Epist. 89. ad Episcopos Galliæ: Tum D. Gregorius lib. 4. Epist. 52. ad vniuersos Galliarum Episcopos. Sed hac quoque Gregoriana Epistola fatetur Pontifex, vices se suas per Galliam Vigilio Arelatensi Episcopo commisisse, vt intra Regni septa controuersiæ diiudicarentur: Demptis grauioribus causis, quæ ad Sedis Apostol. iudicium referrentur. Denique Politicis Sanctionibus posteriorum temporum Romana Sedes tenetur supremam illam sacrarum litium cognitionem demandare Gallis Ecclesiarum Præfectis, & intra propriam litigatoris cuiusque Diœcesim degentibus. Quòd si quid eam in legem peccatum esset, aliterve Gallici Cleri libertas immunitásque labefactata, aut iura Regni imminuta Pontificiis Codicillis, solebant ij pridem, quorum intererat, querulo libello agere apud Patres Parisienses, ex formula *Pragmaticæ, vel infractionis Pragmaticæ Sanctionis*, quam Senatus promulgarat. Ac ne quis Legem hanc de Politia Francici Sacerdotij criminetur ceu * ἀκέφαλον, velutíque in Capitum Ecclesiæ primorum Schismate editam, aliàsue inconsultò sancitam à Carolo 7. rege, subnectam obiter Regiæ Protestationis syngrapham ipsius Caroli Ann. 1434. de Ecclesiastico Patrum Basiliensium Concilio, vnde Sanctio illa fluxisse dicitur: Vt nulli non pateat, nostros Principes simul & Rom. Sedis obseruantissimos se præbuisse, nec Pragmaticam illam præpropere immaturéque sanxisse. Est igitur eius Protestationis, quæ in Bibliotheca Victoriani cœnobij adseruatur Lutetiæ, sententia huiusmodi. *Protestatur Rex, sicut Princeps Christianiß. paratum se audire Ecclesiam ritè & legitimè congregatam. Verùm quia apud multos graues & probos non modica est dubitatio, an suspensio, priuatio, & subsecuta electio facta Basileæ, sint ritè & canonicè factæ & celebratæ: Dubium etiam est, an illa congregatio illis diebus, quibus prædicta agitata & facta sunt, sufficienter repræsentaret vniuersalem Ecclesiam ad tantos & tam arduos actus. Idcirco rex perstat & manet in obedientia domini Eugenij, in qua nunc stat. Vbi verò rex plenè & sufficienter de prædictis informatus fuerit, siue per œcumenicum, aut aliud generale Concilium, aut in congregatione Ecclesiæ suæ Gallicanæ extensius congregandæ, seu in conuentione Principum, rex comperta veritate stabit cum ea, & ei adhærebit.* Fol. 124. Volum. calamo descripti in Libraria supellectile S. Victoris. At longo post latam Pragmaticam

Literæ commissionis citatoriæ, in forma Pragmaticæ, vel infractionis Pragmaticæ Sanct. quę vsitatæ fuęrunt in foro, temporibus Caroli 7. regis.

Tales literas Regias memorat & explicat eiusdé constitutio Caroli mense April. an. 1453 art 76.

* sit ecapite.

Bulla Pij 2 An. 1459. Cal. Februar. Qua prouocationes ad futurum Concilium, damnátur & reprobátur, & prouocantes puniuntur Ex collectione diuersarum Constitutione & Literarum Rom. Pontif. jam inde à Gregorio. 7. vsque ad Gregoriū 13.

Tenor solemnis Protestationis Caroli 7. Regis de Concilio vniuersali Ecclesiæ coacto apud Basileam Rauracorum. Ex Bibliotheca Abbatiæ S. Victoris.

Hinc postea Rex iustis de causis in congregatione magni sui Consilij in vrbe Biturigum fecit Pragmaticam sanctionem ex decretis Concilij Basilien. An. 1438. Vt diximus Sup. in Proœmio Operis.

ticam interuallo, desiit forensis Pragmaticæ formulæ vsus, de quo §. ciúsque succedaneos Franci vsurparunt libellos Senatus appellatorios ab Ecclesiasticis Magistratibus, quasi isti ea in parte imperio abutantur. Nec tamen idcirco religiosissimi Principes nostri laxarunt habenas huic appellationum generi abusus nomine cóceptarum, sed intra modum Constitutionibus Francicis condictum eas contineri voluerunt: ne dùm profani Ecclesiasticos in ordinem cogerent, ordinem omnem rectámque euertere Politiam viderentur. Artic. 5. Edicti 16. Cal. Maias An. 1571. & Artic. 59. Blesensis regiæ Constitut. An. 1579. Æquissimè enim distributis officiorum vicibus, censuerunt antiqui, EPISCOPOS REGIBVS IN TEMPORALIBVS REBVS, ET REGES EPISCOPIS IN SPIRITVALIBVS SVBIECTOS ESSE DEBERE. Id quòd planiùs exagitant Gelasius 1. in Epist. ad Anastasium, & Nicolaus 1. ad Michaëlem.

Appellationes tanquam ab abusu in Curias Parlamentares.

Prohibitum est Regiis Franciæ Parlamentis, prouocationes admittere abusus specie interiectas, nisi in casu Ordinationum.

Regia Francorum Ordinatio, die 16. April. An. 1571.

9 QVARE nec citra delectum iudiciúmque audiuntur in Gallia prouocantes abusus ergô, & sua Clericis constant Pontificiáque priuilegia, à quibus haud temerè discedit Senatus in iure dicundo. Verbi gratia, parochus lege egit decimarum restitutoria aduersus plebeium quendam coram Senonum proprætore. Reus laudat auctores D. Victoris cœnobitas Lutetianos, quorum is procuratorio munere sacras fructuum decumas perceperat. Monachi, suscepta causæ defensione, eam ilicò postulant in suum forum reiici, ad Parisiensem Scholasticorum priuilegiorum iudicem, seu quem Pragmatici vocant Pontificiorum priuileg. Seruatorem. Ab eo demùm Pontificio recuperatore, qui suam de eo esse iurisdictionem pronuntiarat, fuêre Conscripti Curiæ ex abusu appellati. Pro appellante suggeri poterat, fuisse quidem olim Cœnobia collegia, in quibus orationi lectio, lectioni succedebat oratio: vt est apud B. Hieronymum. Inde Ἀσκητήρια dicta hæc, & sacrarũ imprimis literarum scholas. Qualia multa Carolus Magnus apud Germanos Monasteria excitarit. Verumtamen cucullatos sacerdotes, qui ex professo coacti sunt intra Cœnobij septa tanquam votiui Domicilij, vsurpare Academica fori priuilegia non debere, ad exercendas forenses controuersias comparata: Cœnobitæ, contrà, nitebantur Priuilegiariis tabulis Sanctæ Sedis, & regio Caroli 6. diplomate, vtì & scholasticorum nomine perpetuò censerentur ipsi, & singulari eodem, quo Musarum alumni, iure fruerentur. Priscorum exemplo monachorum, qui scholastici erant vtique continui. Vt Olympiodorus, Qui in silentio, inquit, & sub Monasterij disciplina ad doctrinam sacram perductus sit, & auctoritatem loquendi prædicandíque consecutus, tunc ei Dominus præbet opportuno tempore linguam eruditionis, &c. Ecclesiastæ 3. In Anglia autem, hæc per Bedam cœpta est consuetudo, vt singulis Cœnobiis adhiberentur omnium ingenuarum artium Doctores & professores, nedùm Theologiæ.

Conseruator priuilegiorum Apostolicorũ Vniuersitatis Parisien. iudex Religiosorum S. Victoris, qui coram Bailliuo Senonensi vocati fuerant ad reum defendendũ in materia restitutionis decimarum.

Idem de Hirsaugiensi cœnobio magnificè retulit Tritemius in Chronico. Eapropter Summa Curia secundùm monachos decreuit, Pontificium scholasticorum Iudicem, qui illorum litem suæ notioni addixerat, potestate abusum non fuisse. Aresto postridie Calend. Ianuar. An. 1537.

Iudicium Curiæ Parisien. Die 2. Ianuar. 1537.

10 TRES planè sunt hi scholasticorum Lutetiæ Priuilegiorum vindices Seruatorésque Apostolici, Bellouacensis, Meldorum, & Syluanectensis Pontifices. Quorum quia mandatam à Romana Sede iurisdictionem nec omnes norunt, & quidam subdolè forsan vocarint in dubium, subtexuimus Codicillos Pontificiæ delegationis, hac verborum nuncupatione. *Clemens Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabilibus fratribus Beluacensi, Meldensi, ac Syluanectensi Episcopis, &c. Sane dilectorum filiorum vniuersorum Magistrorum, Doctorum, & Scholarium Studij Parisiensis conquestione percepimus, quòd nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, aliique Ecclesiarum Prælati & clerici, necnon milites, ac laici partium diuersarum occuparunt castra, villas, & alia loca, terras, possessiones, iura & iurisdictiones, necnon fructus & reditus suorum beneficiorum, &c. Fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus vestrûm per vos vel alium, seu alios, etiamsi sint extra loca, in quibus deputati estis Conseruatores & iudices, præfatis Magistris, Doctoribus & scholaribus efficacis defensionis præsidio assistentes non permittatis eosdem super iis & quibuslibet aliis bonis & iuribus ad magistros, doctores & scholares ratione prædicta spectantibus, ab eisdem, vel quibusuis aliis indebitè molestari, vel eis grauamina, seu damna, vel iniurias irrogari: facturi eisdem magistris, doctoribus & scholaribus etiam in Ciuitate Parisien. de prædictis & aliis personis quibuslibet super restitutione quorumcunque bonorum, necnon de quibuslibet molestiis, iniuriis, atque damnis præsentibus & futuris, in illis videlicet quæ iudicialem requirunt indaginem, summariè & de plano, in aliis verò, prout qualitas eorum exegerit, iustitiæ complementum, &c. Nonobstantibus tam fœlicis recordationis Bonifacij P. P. 8. in quibus cauetur ne aliquis extra suam Ciuitatem, & Diœcesim, nisi in certis casibus, & in illis vltra vnam dietam à fine suæ Diœcesis ad iudicium euocetur: Seu ne iudices & Conseruatores à Sede prædicta deputati extra Ciuitatem & Diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, seu aliis vices suas committere, aut aliquos vltra vnam dietam à fine Diœcesis eorumdem trahere præsumant: Dummodo quandiu regimini vniuersalis Ecclesiæ nos præesse contigerit, vltra sex, & postquam nos contigerit de medio summoueri, vltra quatuor dietas aliquis auctoritate præsentium non trahatur: Seu quòd de aliis quàm de manifestis iniuriis, violentiis, atque damnis, & aliis quæ iudicialem exigunt indaginem, Conseruatores se nullatenus intromittant: Quàm aliis Constitutionibus à prædecessoribus nostris tam de Iudicibus delegatis & Conseruatoribus, quam personis vltra certum numerum ad iudicium non vocandis, aut aliis editis, quæ vestræ possent Iurisdictioni quomodolibet obuiare.* Auenione, Quinto Idus Octobr. Pontificatus An. 4.

Episcopi *de Beauuais, Meaux, & Senlis*, Cõseruatores Priuilegiorum Apostolicorum Vniuersitatis Parisien.

Rescriptum Conseruationis Apostolicæ scholasticorum priuilegiorum Parisien. Die 11. Octob. Pontific. an. 4.

Aurelianensis quoque Academiæ Scholastici multis donati priuilegiis, tum fori, tum aliis, nec solùm à Philip. 4. rege, & Clemente 5. Pontif. De quibus Nos Lib. 3. De domanio Franciæ, Sed etiam à Philippo. 6. rege, Mense Iunio Ao. 1337. Mense Maio An. 1346. Et à Carolo 5. 9. Calend. Maias Ann. 1371. Cuiusmodi priuileg. codicillos haud semel perlegimus.

Andium Musæo publico proditum est Ioani 2. regis insigne diploma ad Seneschallum Andegauensem 7 Calend. Maias Ao. 1356. cuius verba ita se habent. Quatenus Magistrum, Scholasticum, Doctores, Licentiatos, & Bacchalaureos, ac omnes Scholares Studij Andegauen in omnibus suis possessionibus, priuilegiis, franchisiis, iuribus & libertatibus manuteneatis: Non permittentes eorum garnisiones bladi, vini, fœni, & auenæ, nec eorum equos, domos, seu hospitia capi, saisiri, arestari, vel impediri.

Die 11. Octobr.

11 ROMANVS Pontifex sicuti habito delectu nonnullos eximit ordinarij

ordinarij Præsulis imperio: Ita in singularum Diœcesum ciues promiscuè vtitur graui sacrosanctæ potestatis denunciatione, cui à Diplomatis ipsius capite (Significauit) Pragmatici Hebræo more, *Significauit*, nomen indiderunt. Nunquam enim Christiani * ὀρθόδοξοι negarint, Romani Solij Antistitem in supremo sacri Imperij gradu collocatum, ex hisque sanctissimis Petri Paulíque aris, principe sacrorum domicilio, præesse reliquo Orbi Christiano. Verùm Gallica ciuilis Philosophia aliquot clausulas respuit, quæ Pontificiis codicillis, de quibus agimus, ex formula interseruntur. Hanc nimirùm, *auctoritate Apostolica*, sequentem rursus, *vsque ad satisfactionem*. Vtrauis enim Rescripti particula, exorator censetur Pontificia abusus potestate. Cùm is prioribus verbis Romanæ Sedi tacitè reseruandam curarit futuræ controuersiæ cognitionem, haud mediocri libertatis Gallici Cleri dispendio. Nam etsi initio cuique liceret, Sanctam Sedem, omissis mediis iudicibus, rectà appellare. Can. ad Romanam, Can. Quotiens. 2. Quæst. 5. Cap. sollicitudinem, De appellat. Cap. Romana, Eod. Tit. In 6. Basiliensi tamen Concilio secus, §. Nec ad quemcunque, etiam Papam, omisso medio. In Tit. De Causis. Vnde nec admittitur à Gallis hominibus prior illa Rescripti Pontificij clausula, cuius vi subinde ad Pontificem foret prouocandum. Posteriore autem, inuaduntur profani Regiíque iuris in subditos possessiones. Quippe Romanus Præsul minacibus illis Codicillis interponere iudicium videtur velle contra priuatos, i. quoslibet è populo, λαϊκοὺς ob id Græcè dictos. Atqui Pontificia fulmina conscientiæ solùm Christiani hominis addunt aculeos, excitata ad veritatem facti detegendam, non ad indicendam quasi ex libello de re profana condemnationem. Ita Curiæ tandem Conscripti secundùm prouocátem ex abusu decreuêre. 5. Calend. Quintiles An. 1536. Fabro appellantis, & Beneuento, aduersarij causidicis. Quam ad Francorum Politīan proximè accedit forense istud axioma Gallicum, de rebus mouentibus ritè impetrari Apostolicæ monitionis diploma, de rebus soli non ritè. Decreto Senatus 3. Calend. Octobres, An. 1519.

12 QVANDIV planè intra cancellos se Hierarcha continet, nec sacræ Præfecturæ obtentu constituit aliquid publicæ Politiæ noxium, contrariúmve iuridicæ Regum potestati, tandiu Principes nostri obnixè tuentur Hierarchicam iurisdictionem pro cuiusque gradu Ecclesiasticæ dignitatis, nullúmque hactenus officij genus prætermisêre, quo summissis fascibus, augustissimum sacrorum Antistitem demererentur. Haud immemores isti quidem, summa colendos obseruantia Ecclesiasticos Præsules, totúmque adeo Leuiticum ordinem, non modò ex sacris Oraculis, sed etiam ex Ignatij Theophori præscripto. Qui enim Episcopos reuereatur, hunc Christo Episcoporum Principi morem gerere: qui autem illis non obsequatur, eū nec Christo domino parere scripsit Ignat. Epist. 11.

Rom. Pontifex pietatis Religionísque fastigium obtinet.

Significauit *de Cour de Rome.*

* recta de fide Christ. sententiæ.

S. Prosperi versu, Sedes Roma petri: quæ pastoralis honoris facta caput Mundo quicquid nō possidet armis, Religione tenet &c. ex Lib. De ingrat.

Arestum Curiæ die 27. Iunij 1536.

Parisiense S. C. pro Domina *Danquetan*, aduersus Dominum *de la Grene*, die 19. Semptemb 1519.

Secularium Principū in Rom. Pontificem obseruantia.

Bulle d'erection de l'Eglise de la Vaur en Cathedrale Episcopale par Iehan 22. octauo Calend. Mart. an. 2. Pontific. *que est l'an 1318. en ces mots:* Iohannes &c. Sanè quidem ad diuini cultus augmentum & *salutem* populi, quem in ciuitate & Diœcesi quondam Tholosæ sic multiplicarat altissimus, quod per vnum Antistitem salubriter gubernari nō poterat, cùm potius ad eius regimen, exigente messis multitudine ac latitudine requirente Diœcesanis pluribus operarijs

Vulgò tritum est, Pipinum Galliæ regem cum liberis dextra Pontificis sacratum fuisse, regnandíque ius à diuini Numinis causa te-

opus erat, paternis desideriis anhelantes, ex his & aliis causis, quæ nostrum & fratrum nostrorum animos ad id communicabiliter induxerunt, Episcopatum quondam Tholosæ, qui opulenti copiosa pluribus Episcopis poterat abundè sufficere, fratrum ipsorum consilio & Apostolicæ plenitudine potestatis in certas Ciuitates atque Diœceses prouidimus diuidendum, vt videlicet præter ciuitatem Tholosanensem, cuius cathedralem Ecclesiam in Metropolitanam ereximus, & quam habere voluimus suam propriam & distinctam Diœcesim auctoritate Apostolica limitandam. Inde Vauro, & nonnullis aliis Villis dictæ quondam Tholosanen. Diœcesis, quarum quamlibet insignium vocabulo Ciuitatis essent singulæ quas ibi de nouo creauimus, Ecclesias Cathedrales, singulas Diœceses separatas, certis distinguendas limitibus habituræ, quarum etiam vnicuique de bonis, redditibus, prouentibus, & iuribus dicti quondam Episcopatus Tholosanen. certam competentem assignauimus portionem. Licet autem Vaurensi Ecclesiæ, quam inter cæteras in Cathedralem ereximus, dedonec prouiderimus Præsule quem speramus eidem spiritualiter & temporaliter profuturum: Quia tamen solus ipse incumbens onus portare non posset ad plenam & solidam præd. Ecclesiæ structuram, superesse conspeximus sustentatorias erigi debere columnas &c. Duodecim Canonicorum omnium Capitulum faciendum in eadem Vaurensi Ecclesia constituimus. Quorum vnus sit Præpositus, dignitas, qui primum locum & primam vocem post Episcopum habeat in eadem. Ipse quidem Episcopus quauis Canonicam non es. stat. vocem tamen in Capitulo sicut vnus ex Canonicis obtinebit. Alius vero erit Archidiaconus, dignitas, alius Sacrista, dignitas, aliúsque Præcentor, officium, loca & voces in Capitulo iuxta huiusmodi ordinem obtenturi. Cæteri verò Canonici secundum ordinem prouisionum suarum loca & voces, prout prædictos, in eadem Ecclesia obtinebunt. Item ibi erunt 4. Capellani hebdomadarij, & 28 alij Capellani, duo vero Diaconi & 2. Subdiaconi. Necnon 8 Clerici in inferioribus ordinibus constituti, omnes prædicti perpetui, & 8. pueri pro Capituli arbitrio mutandi, sint in dicta Ecclesia continuò residentes, & specialiter dicti 4. hebdomadarij Missas conuentuales septimanis alternis, ac in horis Canonicis & aliis diuinis officiis sacerdotale officium exercere: alij verò Capellani priuatas celebrare, Diaconi verò Euangelia, Subdiaconi Epistolas legere suis diebus ac vicibus, & clerici quoque Capellanis celebrantibus deseruire, pueri autem & præfati clerici alia officia gerere in prædicta Ecclesia teneantur &c. Præpositus dicta Ecclesia per Capitulum eligatur seruata forma Concilij generalis, in qua electione Episcopus vocem habebit, cuius electio nihilominus eidem postea præsentetur Episcopo, & ab eodem confirmetur vel infirmetur Archidiaconatus vero sacristia & præcentoria, quùm vacabunt, per solum Episcopum requisito Capitulo, canonicis duntaxat ipsius Ecclesiæ, Canonicatus autem & præbendæ per Episcopum & Capitulum semotim & alternis vicibus conferentur, &c. Pro dote autem & peculio omnium de Capitulo assignamus, Ecclesiarum seu Prioratuum S. Fidis iuxta Vaurum ad Priores dicti loci Monasterij Conchij Ordinis S. Benedicti, Rutheneo. Diœcesis, de Arulis ad Archidiaconum veteris Moresij in Ecclesia Tholosana, de Massaco &c. *Parauant ladite diuision de l'Eueschè & reuenus de l'Euesque de Tholose à luy appartenans de tous lesquels biens & reuenus moitié* pro indiuiso, *feru de la Mense de l'Euesque de la Vaur, l'autre moitié de la Mense dudit Chapitre, & autres reuenus iusques à 2000. liures de rente.* Cura vero animarum parochiæ dictæ Ecclesiæ cathedralis ad Sacristam pertineat memoratum. *La distribution & diuersité des gros desdites dignitez, des Chanoines &c.*

Vaurensis Diœcesis & Episcopatus est de prouincia & Metropoli Tholosana, *& n'est subiecte à la Regale, non plus que les autres suffragans de l'Archeuesché de Tholose.* Sed Vabrensis Episcopatus & Diœcesis propa Aniciensem, est de prouincia Metropoli & primatia Bituricensi, *& est subiect à la Regale.* Vt distinguit Philip. Probus in Quæst. 60. Iuris Regaliorum.

genda auspicatum. Quippe qui direptam ab impiis sacrosanctæ Potestatis hæreditatem Romano Pontif. asseruerit Italico bello. Hodie etiamnùm Reges, singulæque Prouinciæ suos Romæ habent patres tutelares intra Sanctum Senatum, quos Protectores vocant.

Octauiani Vestrij I.C. Forocornaliensis Lib. 8 De Romanæ Curiæ actionibus & moribus iudiciorum.

Vt Octauianus Vestrius testatur, Romani litium fori minister. In Isagoge Actionum Aulæ Romanæ, morúmque iudicialium. Quin & media in Gallia Præsules Max. haud abnuente Rege, varios instituerunt Episcopatus, quos sacrum imperium latiùs dilatatum, multóque in plures Ecclesiæ Præfectos diffusum est. Nam Bonifacius. 8. Apameam Prouinciæ Narbonensis, eodem, quo aliæ in Asia vrbes nomine, sed contributum Diœcesi Tholosatium oppidum, Ciuitatem esse iussit, suumque illi pontificem & Cathedram dedit, vt domi haberent à quo sacra iura peterent Apameenses. Tholosanam verò Ecclesiam in Archiepiscopatum extulit Iohannes 22. quùm è Cadurcorum Sede sacra, cui is præfuerat diu, summum Barionæ Solium conscendisset. Idem subinde nouam Tholosatium metropolim, deducta velut colonia, diuisit in Præsulatus sex, Montis-Albani, D. Papuli, Lombariensem, Riuensem, Vaurensem, Mirapicensem. Quorum priores tres memorantur Pontificio illius Rescripto Saluator, & Cap. Nuper, Cap. Ad cuiuslibet, De præben. In Extrauagant. Duorum autem posteriorum meminit Appendix

Episcopatus *de Pasmiers en Languedoc,* erectus, *distraict du Diocese de Tholose.*

Iohannes Episcopus *de Cahors,* postea Papa. an. 1317.

Noui Episcopatus *de Montauban, S. Papoul, Lombaus, Rieux, la Vaur, & Mirepoix.* Quorum Diœceses antea Tholosanæ erant, præter Montalbanum Episcopatum, qui ad Cadurcensem pertinebat. Extrauag. Ad cuiuslibet De præben.

Oldradus in Consil. 276. *parle* de hac erectione Tholosani Episcopatus in Archiepiscopatum à Iohanne 22. Pontif. Cui Oldradus opera dabat iu iure dicendo.

Vn Prieuré & Conuent de Glaston en Escosse erigé en Eueschè, & vni Batoniensi Episcopatui, Cap. 2. Ne sed. vac. *Aussi en Hongrie vn Monastere erigé en Eueschè,* Cap. cum inferior, De maiorit. & obed.

Martini

Martini Poloni ſupputationibus adiecta ad Annum Domini 1317. Rurſus ab eodem in Apameenſium finibus duo pontificatus creati, qui & Narbonenſi metropolitæ adſcripti ſunt, Limoſa, & D. Pontio ſacrum cœnobium. Haud ſecus Albiorum ſacra Ciuitas in duos ſciſſa eſt Præſulatus, Caſtrenſi ibidem conſtituto. In Agennenſi, Condomienſis: In Lemouicenſi, Tutelenſis: In Petragorica, Sarlatenſis: In Rhutenorum Diœceſi, Vaurenſis: In Pictonum Hierarchia, Maleacenſis, Lucionenſis pontificiæ Cathedræ collocatæ. Ex Martiniana Hiſt. Lucionenſis quidem, An. 1333. Cuius inſtitutionem Epiſcopatus denuò Innocentius 6. Pontif. comprobauit. Tametſi Leo 1. P. P. ſcripſerit Africanis Epiſcopis per Mauritaniam Cæſarienſem impoſitis, Epiſcopalia gubernacula non niſi maioribus Populis & frequentioribus præſidere Ciuitatibus oportere. Epiſt. 87. Cap. 2. Nec pauca item Canonicorum Collegia ab Iohanne 22. excitátur, ſuperiorum Sedium auctore & conditore. In multis enim vicis Tholoſani municipij, Albiorum, & Carcaſſonenſis, erexit is Sacerdotum Sodalitia pleraque. Hæc omnia ſub annum à Chriſto paſſo 1317. Imò, ſi Platinæ credas, hic nouis rebus adeò ſtuduit Pontifex, vt & ſimplices Epiſcopatus bifariam partiretur, & diuiſos in vnum redigeret: tum Monaſteria in Pontificale Solium, modò Epiſcopatus in Cœnobiarchias transferret. In Tarraconenſi Archipræſulatu Cæſarauguſtanam ſedem, quæ Epiſcopalis erat, cõmutauit in Archiepiſcopalem, ſuffragantibus quinque huic Epiſcopis attributis, qui Tarraconẽſi antea ſuberant metropolitæ, tanquam * πρώτης καθέδρας ἐπισκόπῳ. Primitùs autem quæ vrbes Metropolis inſignibus ornatæ fuerant Regiis Edictis, ſolæ honorifico hoc iure fruebantur. Ex Synodo Chalcedonenſi. Denique Iohannes ille P.P. Cortonam Aretinæ Diœceſi exemptam Ciuitatem effecit. Quod ſummo iudicio à Pontifice factum, piè quidem credere debemus. Cæteroquin Epiſcopos oppidatim, non pagatim collocari monet Anacletus Epiſt. 3. Can. Epiſcopi. 80. Diſtinct. Can. Audiuimus, Cauſa 3. Quæſt. 2. Obidque Toletana Synodus 12. Can. 4. definiuit, ne Villula quædam Hiſpanica, cuius in Monaſterio Stephanus Emeritenſis pontifex, Bambæ Principis coactu Solium poſuerat Cathedrale, Sedes Epiſcopalis remaneret, nec Epiſcopus illic vltrà conſtitueretur. Ibericis tamen, & aliis Chriſtianæ Reipub. Prouinciis perpetua non fuit hæc Politiæ Eccleſiaſticæ regula, ſed pro mobili rerum temporúmque viciſſitudine variata identidem, nec abſque pia ſubmiſſione & obſequio Principum Chriſtianorum.

Limoſa, poſt in Abbatiam *de Alcon*, trãſlata eſt.
Cahors, & Castres.
Tulles en Limosin, antea ſimplex Archidiaconatus Lemouicen Eccleſiæ Epiſcopalis. Alia dicitur Tullenſis Diœceſis apud Lotharingos, de qua Innocentius 3. Cap. In noſtra. De procurat.
Maillezais, & Luçon, en Poictou.
L'Eueſché d'Antibe, en Prouence, transferé en la ville de Grasse, comme il est recité en la vie du Pape Gregoire 11. qui retourna d'Auignon à Rome. Ladite translation causee sur le peril des pirates & ennemis maritimes au port d'Antibe.
Pipinus Franciæ rex bello ſuſcepto in Valfarum aquitaniç Ducem, Ageni muros, Petrocoriorum, Engoliſmæ, & aliarum Aquitaniæ vrbium ſolo adæquauit. Vt Francicis Annal traditum eſt.
Saragoſſe, in Aragoniç regno Hiſpanico.
* primæ Sedis Epiſcopo.
Ne paſſim, neve in villulis quiſquam ordinetur Epiſcopus, cautum eſt Sardicenſi Concilio, Cap. 16. Laodicenſi, Cap. 57. Carthaginenſi 2. Cap. 5. & Carthaginenſi 3. Cap. 42.

13 NAM, vt cum Francica Politia externas comparemus, quocunque gentium oculos conuerteris, quaſcunque terrarum oras luſtraris, liquidò cernes Chriſtiani nominis Heroas præferuido ſtudio obtemperaſſe ſummo Pontifici, huícq; illos ſeſe præbuiſſe adiutores, vt & in Regia ditione Eccleſiaſticos Præſules inſtitueret plurimos, & inſtituti gradatim ſacro fungerentur liberè Magiſtratu. Iohan-

nes P. P. 7. Ouetensem Hispaniarum Ecclesiam subuexit in Metropolitici tituli fastigium: luculento Rescripto ad Aldefonsum 3. regem, cuius magno consensu matrix hæc Ibericæ Ecclesiæ Ciuitas decreta est. Æram circiter 900. Auctore Roderico, Toletano archipræsule, qui cùm Iohannis P. M. Codicillos ad verbum exscripserit, iis diutiùs non inhærebo: ne alienis scriptis inserta Pontificum Diplomata seu Principum, vendicare nobismetipsis, aut ostentare putemur voluisse. Vnum hoc notatu dignum ex Roderico, fuisse multò antea Ouetensis Episcopatus sacerdotium constitutum à Froyla Hispaniarum Rege. Æra. 790. De Ouetensis ciuitatis Episcopo Innocentius 3. Cap. Olim. 1. De restit. spoliat. & Cap. cùm super, De re iudic. Huic celebritatem Vrbi attulit mortuorum Regum conditorium, quibus perinde Ouetum Hispanis Mausœolum adscribitur, vti Alba Pannonibus, Bohemis Aula Regia, Cantabris Lescareum, Numidis Carouana, Hierosolymitanis Templum Dominici Sepulchri, Sarmatis Basilica Ecclesiæ Cracouiensis, Gotthis Varnense cœnobium, gentilitiæ sunt Regibus Vrnæ Sepulchráque attributa. Primatus verò Ibericæ Ecclesiæ delatus est olim Toletano Antistiti, quî cum tamen Bracharensis de eo disceptauit: Honorio 3. Sacræ Reipub. clauum moderante. Vt Honorius 3. ipse testatur Cap. Coram, De restitut. in integ. Quod ne impensiùs demiremur, efficit fortassis Ibericus Præsulum ambitus paulóque inflatior: eo spiritu, vt Hispanici olim Archiepiscopi sacro vti Pallio extra prouinciam non vererentur. Sed corruptelam hanc potius quàm consuetudinem sustulit Cœlestinus 3. Cap. Ex tuarum. De auctorit. & vsu Pall. Ad Bracharensem vtique illum Archipræsulem habetur Innocentij 3. Epistola decretalis, Consilium, De obseruat. ieiunior. Et Cap. Consilium, De celebrat. missar. Toletani autem Archiepiscopi prærogatiua maior elicitur ex Concilio Toletano 12. quod, Flauio Eringio rege, celebratum est, sub tempora Agathonis, vel Leonis 2. Romani Pontif. Nam eius Concilij Cap. 6. Placuit omnibus Hispaniæ Galliciæque Præsulibus, vt saluo prouinciarum singularum priuilegio, licitum maneat deinceps Toletano Antistiti, quicunque Regio arbitrio cooptarentur, sacerdotes in quibuslibet prouinciis Solio præficere, & decedentibus Episcopis successores designare. Ita tamen vt quisquis fuerit eo modo ordinatus, intra trimestre Metropoliten suum inuisat, meritóque officio prosequatur. Planè in Lusitania, veteris Hispaniæ parte, Olysipponensis instituitur Archiepiscopatus. An. 1147. Vt Flandricis Meieri Annalibus, secundùm alios continetur. Sardiniæ necnon Calaritana Sedes episcopalis aucta fertur Archiepiscopali dignitate, ab Honorio 3. P. P. in Cap. vlt. De postul. prælator. Porrò recentiores Hispaniarum Episcopatus recensuit accuratè neotericus scriptor Iohan. Vasæus Brugensis, Cap. 21. Chronicōn Hispanic. quæ dicauit *Henrico Cardinali, Infanti Portugaliæ, Archiepiscopo Eborensi, Alcobaciensis monasterij*

Scripsit Rodericus Toletanus Antistes Ferrando Castellonensium regi, & Alphonso 10 eius filio. An. 1216. De origine & primis actibus Gothorum, déque posteris Hispaniæ regibus.

Aulæ Regiæ monasterium ab Vvenceslao Bohemiæ Rege extructum, sub an. 1300. Varnense monasterium, ordinis Benedictini, Gothorum regum sepulchretum. Ex Iac. Zieglero.

Hispaniæ Primas archiepiscop. Toletanus.

Præminentia Toletani Hispaniæ Archiepiscopi. vt quoscunque Præsules Regalis potestas elegerit, eos Toletanus in præcedentium Sedibus preponat, & morientibus Episcopis eligat successores &c.

Portugallia.

Lisbonne, summa Portugaliæ ciuitas.

ſterij Commendatario, & in Regnis Portugalliæ ſummo de fide Catholica cognitori. An. 1551. Iſta tamen Ibericorum Epiſcopatuum creatio eam longè anteiit, qua Martinus. 5. Pontifex Archiepiſcopalem ſanxit Florentinæ Vrbis eccleſiam, in ora Thuſcorum. Sub annũ. 1421. Vt auctor eſt Platina in Martino. 5. Deinceps itidem Pius 2. P. M. Senarum epiſcopalem Sedem, Metropolim eſſe decreuit, nouóque eius in Hetruria Archiepiſcopo ſubiecit quatuor Eccleſiarum Epiſcopos, Suanen. Cluſin. Groſſetan. & Maſſan. Bullatis Pij 2. tabulis 10. Calend. Maias An. 1459. quæ Bullario Romano inſeruntur, quod typis mandatum fuit Romæ An. 1579. Atque ex his obiter Hierarchiæ ordinibus varij internoſcuntur Eccleſiaſticarum prouocationum ad maiores Præſules gradus ſeriatim.

Martinus 5. Papa quũ eſſet Florentiæ, eam ex Epiſcopalleuitate quã repererat, Archiepiſcopalẽ reliquit, eique ſummiſit Volaterranum: Piſtorienſẽ, & Feſulanum Epiſcopatus.

Volumen Bullarum Apoſt. Romæ impreſſum An. 1579. In quo eſt Bulla Pij 2. die 22. Apr. An. 1459. Senenſem à Romana Prouincia ſegregans, & erigens in Archiepiſcopalem & Metropolitanam.

14 Anglici verò Cleri Præfecturam paſſi ſunt Reges addici à Romano Pontif. alteri ex duobus his competitoribus, Cantuarienſi & Eboracenſi. Nam ita certè à Gregorio P. P. ſcriptum legitur ad Auguſtinum Britanniæ Inſulæ epiſcopum, vt ei quãdiu ageret inter homines, ſubeſſet Eboracenſis: defuncto autem Auguſtino, ſacri honoris prærogatiua alteri deferretur, qui priùs fuiſſet liberis ſuffragiis pontificatum adeptus, ſeu Eboracenſem, ſeu Londonienſem, cuius poſtea in locum ſuffectus eſt Cantuarienſis. Aſt hic temporum progreſſu contendit acerrimè, præſcripto honorum iuri derogatum, vetuſtæque illi de eccleſiaſtico Primatu conſtitutioni. Quùm enim Romanus Epiſcopus ad Cantuarienſem Hierarchiam promoueret Theodorum, virum haud vulgariter eruditũ, reliquis eundem præfecit maiorum ordinum Sacerdotiis, tanquam Britannicæ Primatem Eccleſiæ renunciatum. Sicuti à Beda fuſiùs narratur, Eccleſiaſticorum Angliæ Annaliũ lib. 1. Cap. 29. & ab Hilermo Neubrigenſi, qui Anglicę Hiſtoriæ telam à Vilhelmo notho exorſus eſt, Normanici generis primo Britannis dominãte. An. 1066. Ne dicam interim Elienſe cœnobium Epiſcopali dignitate auctum ab Errico Britanniæ rege. An. 1109. Scriptore Matthæo weſtmonaſterienſi.

De Anglicæ Eccleſiæ primatia inter Archiepiſc. *de Cantorbie, & Diork* controuerſia.

Archiepiſcopi Angliæ ſedes, quæ ia inde ab initio Chriſtianæ pietatis, Lucio Rege, receptæ, Londini fuerat Doroueruiã; hæc hodie Cantuaria eſt, fuit tranſlata, florente Auguſtino Anglorũ Epiſcopo.

Londinenſis diœceſis poſt archiepiſcopalẽ ſedẽ indealiò delatã, Miletus Auguſtini ſocius, Epiſcopus eſt factus. Ex angl. chroni.

15 Adeamvs Britannis conterminos Scotiæ reges: Nonne horum applauſu ſolidam ſacrorum poteſtatẽ amplexus fuit inibi * Ῥωμαῖος Ἀρχιερεύς? Palam eſt, Iohannem D. Andreæ Epiſcopum, & Reginaldũ Abbam primum *de Abbirbroth* à Vilhelmo rege miſſos ad Alexandrũ 3. P. P. vt Regio nomine Chriſtianam obedientiam Apoſtol. Sedi pollicerentur. Qua fermè ætate Scotici Antiſtites regio permiſſu in Angliam profecti ſunt, Hugone Pontificio legato euocante, vt Eboracenſis Archiepiſcopi in Scotos Primatum ingenuè profiterentur. Sed alium hi reuereri, quàm Romanum Pontif. recuſarunt, velut Seruatoris Chriſti vicarium, ſacerdotum culmen, Cleri magiſtrum, ac primarium ſacrorum opificem: Cui vni Scotica Orcadumque Eccleſia obſequentiſſimam ſe hactenus præbuiſſet. Vti ab Hectore Boëthio relatum eſt, Scotic. Annal. Lib. 13. Ac longa poſt tẽporum intercapedine, Iacobus 3. Scotorum rex procurauit apud

* Romanus ſacrorũ princeps ſeu pôtifex.

Palladius primus Scotorũ Epiſcopus miſſu Cœleſtini P. P. An. 433.

Alexander 3. P. P. obedientia Scoti regis per Legatos declarata, roſam auream balſamo oppletam per eoſdem dono tranſmiſit, & eundem regem priuilegiis cõpluribus ſingulariter donauit.

Istæc sequensq; Prælaturarum Ecclesiæ per gradus enumeratio clericis apprimè vtilis & accommoda est, ad Ecclesiasticas prouocationes, quæ ad superiores ordinatim Prælatos interiectæ sunt, cognoscẽdas. Georg. de Neufuille Archeuesque Dierk, in Anglia.

Xystũ.4.Pontif.vt obliterata vetere huius Primatus contentione, decerneretur à sacrosancto Senatu, Cleri Scotici Primas. Audito igitur Georgio Neuuillo Eboracensium præsule, conceptum est de eo negotio in Purpuratorum concessu diploma, & à Pontifice ipso comprobatum, quo sacratus Scotiæ Ordo, Iurisdictione solueretur Eboracensis. Cuius in Primatis locũ recens creatur Patritius Grahmus, D.Andreæ nuper episcopus in vltima Britannia ad Caledoniá syluam, Archiepiscopus demùm totiúsque Scotiæ Primas declaratus. Vt tradit Boëtij Scoticorum Annal. Appendix. Ita priùs ad Episcopum S.Andreæ scripserat Innocentius.3.Pontif.in Cap.Cum dilectus. De fide Instrum. Hibernis pariter suus non deest archiflamẽ Armachanus, qui præcipua sacrorũ auctoritate obtinet totius Hiberniæ Principatum. Huic ab Innocentio.3. de Hibernis episcopis rescriptum est, Cap.Cùm olim De dolo & contum. Cap.1. De purific.post part. & Cap. Quod sicut De elect. Auctor est B. Bernardus, Innocentium.2.à D.Malachia Hiberno exoratum, Dunensi episcopo, vt hic in Hibernia Præsulatus Metropoliticis Insignibus augeretur. In vita D.Malachiæ. Ibidem D. Bernardus Ardinachæ mentionem intulit, pontificis antea Hiberniæ Metropolitani: quem vtì Hierarchica dignitate inclytũ Hibernus rex venerabatur. Etsi enim Hiberniæ Insulæ reges Anglicis victi armis identidem præstarent Errico 2. Britannísque aliis regibus fidelitatis sacramentum,

Eiusdem Innocentij habetur Rescriptũ ad S.Andreæ de Scotia Archidiaconum cap. Nuper de donation. inter vir.& vxor.

Irlandiæ primas.

In eodem cap. Cum olim, rescribitur etiã Cassclenensi in Irlandia Archiepiscopo.

De iure sacri Primatus & Metropolis inter Arelatensem, & Viennensem presules vetus fuit contentio S.Hilarij Episcopi Arelatensis cum Viennensi. De qua contentione vide Baroniũ in Martyrologio Romano pag. 199. & 200. die 5. Maij de S.Hilario Arelatensi Episcopo, &c. Symmachus Papa ad Cæsarium Arelatensem Episcopum, Rationabile est, ait, vt sancta Arelatens. Ecclesia propriis priuilegiis perfruatur, & quod vetustas præstitit, & patrum auctoritas roborauit, noua non debet violare præsumptio: sic tamen vt cæterarum Ecclesiarum priuilegia temporibus acquisita non titubent ex epist.6. Hincmari Rhemens. Archiepiscopi ad Episcopos suæ prouinciæ .cap.xi.

nihilò seciùs Hibernis tamdiu Regij fasces constitere, quod Richardus Anglus Hiberniam cum suis Regulis in ius ditionémque redegerit. Vt Britãnici Annales produnt ex Frossarto & Polydoro. Ad Malachiam illum, vti Hiberniæ Archipræsulem, Rom.Sed.legatum extat D.Bernardi Epistola.315. Et ad fratres Hibernenses in obitu S.Malachiæ, Epistola 311. Scripsit quoque Gregorius Magn. ad Quirinum, & reliquos Hiberniæ episcopos, de forma reuocandi in sinum Ecclesiæ Nestoriani cuiusuis, seu alterius sectæ Nouatoris. Regesti lib.9.Cap.61. Vt compendio absoluam, in Hibernia totidẽ creati sunt Archiepiscopatus. An.1152. quot illîc sunt prouinciæ, Armachana Holtoniæ, Dublinensis in Laginia, Cassilensis in Momonia, & in Connatia Tuomensis: quibus Episcopales quaternæ ditiones contributæ suffragantur.

Hiberni in multas regiones diuisi, inter quas Holtonia, Laginia, Connatia, atque Momonia præcellũt, ex æquo suis olim regulis parebant.

CEDO, quàm Germani Principes officiosè Pontificium coluêre 16
imperium? Haud dubium est, Morauiæ Bohemiæq; Episcopos, qui à suffragiis erant Moguntino Archipræsuli, à Clemente. 6. translatos in nouam tùm Pragæ Metropolim: Annuente non modò Carolo 4. Cæsare, sed hoc etiam ipsum demississimis precibus à Rom.

Suffraganei Archiepiscoporũ Irlandiæ.

Bohemorum Methodius primus fuit Episcopus, vt Hunnorum Adalbertus.

Epiſcopo flagitante. Vti Theodoricus Niemus perhibet, In Nemor. Vnionis Tract. 6. quem Labyrinthum inſcripſit. Nec multò pòſt Caſimirus Sarmatiæ rex, miſſis Auenionem ad Vrbanum 5. oratoribus, impetrauit, vt in Ruthenia Metropoliticum ſolium inſtitueretur. An. 1361. Id quod perfectum quidem eſt eo ipſo anno, primúſque Archiepiſcopus Leopolienſis fuit Criſtinus homo Equeſtris ordinis à Gneſnenſi Antiſtite inauguratus. Vt inquit Chromerus Rer. Polonic. Lib. 12. Adde Vangionum Eccleſiam, quę cùm in Germania ſacrorum primatum teneret, Archiepiſcopalis hæc ſedes Moguntiam traducta eſt, Romani Pontif. auſpiciis. Inde Moguntina iſthæc, Sancta Cathedra (ſecundùm Romanam) ſolet appellari: Præclaro munere elogióque à Gregorio. 3. P. P. attributo. Quid Hamburgeſis ille, Aquilonarium prouinciarum metropolites, qué mutata rerum vice, Pontifices Bremenſi coniunxerunt? Quid Bambergenſis epiſcopus, auctore Pontifice, exemptus Moguntini imperio, cui prius ſubiiciebatur? Babembergenſem enim ſuæ Diœceſeos epiſcopum iuſſit nuncupari Clemens 2. P. M., eiuſdem antea ſecundus Eccleſiæ Præſul. Neque hinc diſſidet Miſnenſis Præſulatus exemptio, quem Magdeburgenſis Archiepiſcopi iuriſdictione immunem ſolutúque Pontifices Cęſareo aſſenſu voluerunt. Quippe ſub annum 940. Magdeburgum fit Archiepiſcopatus, ſubditis ipſi ſenis Epiſcopis, Meſpurgenſi, Miſnenſi, Gizenſi, Brandemburgenſi, Hamburgenſi, & Borenenſi. Vt eſt apud Crantzium, Saxonic. Hiſt. Lib. 3. Cap. 24. Reliqua in hanc partem miro ordine explanauit Bruſchius, In Epitome Germanic. Epiſcopat. Nec ita pridem in inferiore Germania, matrices duæ Ciuitates conſtitutæ ſunt, ſacræque Archipræſulum Metropoles Pontificiis mádatis, Samarobrina (quam Cameracenſem dicimus) & Mechlinienſis. Belgarum Principe nequicquam obluctante, aut verius poſtulante An. 1559. Eadémque opera, Epiſcopales variæ Sedes Belgici Oceani vrbibus imponuntur, Gandauo Gordunorum, Brugis, Antuerpiæ, Namurco, Bolduco Aduaticorum, Herlemo Batauorum, & Middelburgio Zelandiæ Inſulæ oppido. Quibus ſuperiorem omnibus

Theodoretus à Nien.

Kaſimirus Poloniæ rex

De Ruthenorum ſeu Ruſſiorum epiſcopatibus vide Chromerũ in Poloniæ Chronic.

Vvormatienſis, ſeu Vagionum Eccleſia. Bonifacius Germanię Epiſcop. auſpice Zacharia Pontif. nonas tres Epiſcopos per totidem loca ordinauit, Merſemburgenſem, Bamber bergenſem, & Eiphordienſem: vt illi populo per eius prædicationem recés aggregato præeſſent, & prædicarent.

Perpetua vnio Hamburgẽſis archiepiſcopatus cum Bremenſi.

Archiepiſcopatus noui *de Cambray, & de Malines*. Quorũ creationi ſtrenuè interceſſit apud ſummum Pontif. Rhemenſis Archiepiſcopus Belgarum Primas.

Epiſcopatus *de Gand, Bruges, Anuers, Namur Bolduc, Herlem en Hollãde, Middelbourg en Zelande.*

Sub annũ 980 Iohannes Papa, Roma pulſus, exilio Capuam venit, & à Capuano principe rogatus, tunc primum in eadem ciuitate Archiepiſcopatum conſtituit, conſecrato fratre ipſius principis Iohanne in Archiepiſcopum. Lib. 2. Chronic. Caſinenſis, cap. 9.

Moguntia fit metropolitana Sedes à Zacharia P. cui ſubſit Tongris, Colonia, Vvormatia, Spira, Trectis, & omnes Germaniæ gentes a S. Bonifacio conuerſæ. Ex epiſt. 6. Hincmari Rhemenſis Archiepiſcopi, Cap. 19.

Londinenſis olim Archiepiſcopalis titulus Angliæ in Cantuarienſem Eccleſiã translatus fuit. Apud Candenum in Corographica Britanniæ deſcriptione.

Bononienſis, Italiæ Epiſcopatus in Archiepiſcopalem titulum conuerſus fuit, Bulla Gregorij 13. Quarto Idus Decẽb. An. 1582 Ex lib. Karol. Sugonij, De rebus Bononiẽſib. *en la perſonne du Cardinal Gabriel Palaotus premier Archeueſque.*

Franciſcus Marcus in Deciſ. 1122. part. 2. *dit que le Pape Leon 10. à l'inſtigation du Duc de Sauoye l'an 1515. voulut eriger la cité de Chãbery en Egliſe Cathedrale d'Eueſché ou Archeueſché, laquelle eſtoit de l'Eueſché de Grenoble, & attribuer audit nouuel Eueſché* Decanatum Sandiæ, *qui eſt* unum membrum principale de Epiſcopatu Gratianopolit. & de menſa Epiſcopali ab antiquo. *Ce qu'il mõſtre ne pouuoir eſtre fait au preiudice du Roy* Dauphin *& dudit Eueſque. Et meſmes Yolant Ducheſſe de Sauoye, du temps de Loys XI. ayant taſché à faire ſeparer ledit Doyenné de Sauoye de l'Eueſché de Grenoble par Bulles du Pape, ledit Roy Loys XI. fit reuocquer tout cela à Rome.*

Ibidem Marcus *reſoult*, Diœceſes non ideo, quod ſe in diuerſas prouincias diuerſorum principum ſummorum ſe extendant diuidendas eſſe. Ac licet principatuum diuiſio fiat Prouinciarúmque temporalium, non tamen inde ſequitur facienda Epiſcopatuum diuiſio, Can. 2. Diſtinct. 10. & ibi Archidiac.

Præfectum ſeu Metropoliten deſignauit Anton. Perrenotum Phi-

Antonius Perrenotus, Grauellanus, Grãuellæ Cãcellarij Cæſaris

Caroli 5. filius, metropolitanus Flandricæ Ecclesiæ.

lippus Belgarum Princeps, & Pius. 4. Pontif. confirmauit. An. 1561. Vt Iudocus Damhouderus Brugensis. I. C. adnotauit, in tractatu Politiæ Ciuitatis suæ Brugensis: Cuius & ipse primum Episcopum nuncupat Petrum Curtium, ibidémque Ædis Donatiani Collegiũ fuisse ait Episcopali lituo insignitum. Cameracensem vero Cathedram summa dignitate præcellere testatur longa Præsulum series, qui litteris iuxta ac morum probitate conspicui, Pontificale hoc sacerdotium tenuerunt. In his floruit Odo præsertim, qui erudito Opere sacrum Missæ Canonem olim explicauit.

Præter hos nouos Flãdrorum Episcopatus, sunt & alij in locum Episcopatus Teruãnę diruti suffecti, népe Ypris, & apud Fanum Audomari. Ex fœdere Regum Galliæ & Hispaniæ. An. 1556.

Apvd Germanis vicinos Sarmatas, Gnesnensis Antistes semper 17
habitus fuit princeps, & os Senatus Polonici, nedùm Ecclesiastici Ordinis. Daniæ pariter citimum Lubecum translata est Aldemburgentium Cathedra, pio Errici Boiorum Ducis studio ac consensione. An. 1163. Quod eò forsan mirabilius videri poterit, quia Errico Duci priùs indultum fuisset à Friderico. 1. Cæsare, vt de sacris Collegiis Aldemburgi, Reschemburgi, ac Megaloburgi statueret pro arbitrio, Episcopos etiam crearet, velut patronali quodam ac Dominico iuris *feudarij* munere. Sicuti memoriæ mandauit Hermãnus Bonnus Lubeci vrbis antiquitatum scriptor. Daciæ verò Londensem metropoliten ostendit perspicuè Honorius. 3. Londensi Archipræsuli rescribens, eiusdémque Prouinciæ Septentrionalis plagæ episcopis. In Cap. Ad nostrã de Probat. Vbi de Daci Regni Legibus nonnulla. Liuones penè omisi, Christianis sacris initiatos, Friderici Ænobarbi temporibus: Cuius nec obscuro fauore, primus Liuonicæ Ecclesiæ Præfecturam gessit Menerus quidam, eò deductus à Germanis mercatoribus, quò veræ Religionis cultũ persuaderet docilibus ingeniis, mysteriáque nostri Ritus singulis insinuaret. Huius rei inter alios plurimos testem se profitetur Crantzius, Ecclesiast. Hist. Saxon. Lib. 7. Cap. 14. Liuones enim tùm primùm sacro lauacro ablutos narrat Innocentius. 3. Decretali Epistola ad Liuoniensis Ecclesiæ Antistiten. Cap. Deus qui Ecclesiam De diuort. Cap. 8. De pœnitent. & remission. & Cap. 11. De vita & honest. cleric. Scribit etiam Honorius. 3. in Liuoniam missum sua tempestate Mutinensem pontificem, vt Christianæ philosophiæ semina auditorũ animis aspergeret. Cap. petitio De procu. At deinceps Liuoniensis præsulis Alberti studio ac procurationi acceptum hoc tulit Rigensis Ecclesia, quòd sacra Prouinciæ suæ Metropolis appelletur, ex quo tempore Fridericus. 1. Romanum Imperium administrabat. Auctore Crãtzio, vbi suprà. Rigam dehinc vrbem Archiepiscopalem & territorium Bonifacius. 9. P. P. fertur, acceptis 15. nũmûm aureorum millibus, addixisse Liuoniensiũ Ordini Cruciferorum. Sub annum 1400. Qualis pactis penes Chromerum fides esto, Lib. 11. Polonic. Hist. Iam Austriæ Norica Vienna proferatur in medium: Viennæ, quæ Fabiana priùs dicta, Pontificalis thronus positus est à D. Seuerino Rauennatium Archiepiscopo, mandante non solùm

Lubecum, vrbs Imperialis, Daniæ proxima ac finitima. Cuius Lubecensis vrbis chronica Hermannus Bõnus composuit.

Daciæ Regni Leges. Dacia autem, Scythiæ Europeæ regio, Valachiæ nõmine cognita hodie.

Fridericus. 1. Impera. Barbarossa dictus.

Liuoniæ Episcopatus.

Liuones à Libone Duce copiatum quarundam Romanarum dicti, quę ciuili bello inter Pompeium & Cæsarem gesto, deserta Italia, iis in oris consederunt. Vt ait Chromerus rer. Polonic. L. 3

D. Quirinũ Austriaci præ cęteris venerãtur, tanquam Noricũ Apostolum.

solùm Gelasio Rom. Præsule, sed & Herulorum rege sumptus in Templorum structuram suggerente. Anno Christianæ salutis. 460. Sed aliquanto post, Ecclesiastica Viennæ Cathedra Anaxum translata est (.i, Laureacum) à Symmacho Pontif. Maximo. Circa annum 500. Huius præfecturam Ecclesiæ cumprimis tenuit D. Pellegrinus Laureacensis Archipræsul, à quo scriptum Symbolum hodie lectitatur. Ætatum progressu, Saltzburgam traducitur Laureacensis metropolitica Sedes. Quantùm ex Ænea Syluio colligimus,

Septem prouinciis Galliæ priuilegie metropoliticę Sedis concessa, Viennensi scilicet, Lugdunensi Narbonensi primæ & secundæ, & Apinæ, & Nouempopulanæ, & secundæ Aquitanicæ, temporibus Theodosij. & Honorij Imper. Pontificatu, Zozimi P. P. Ex quibus prouinciis Episcopi & Prælati, in vrbe Arelatensi, quæ Constantina vocatur, annuatim ad Concilium vel Ecclesiasticum conueniebatur. Periode so regno Chlodouæi nuper cum integra gēte ad fidem conuersi per sanctam prædicationem B. Remigij, B Hormisde vices suas eidem S. Remigio Rhemorum antiquæ metropolis Episcopo, qui præcedentibus temporibus habuit sub se duodecim ciuitates, videlicet, Suessionum, Catalaunorum, Veromanduorum, Atrebatum, Cameracensium, Tornacensium, Syluaectum, Belgiuagorum, Ambianensium, Morinū, idem Ponticum, Bononiensium, & Laudonum clauatum, in quo castro ex sua parochia idem S. Remigius constituit Episcopum per Belgicas & quasdam prouincias Gallicanas commisit, vt Dei Ecclesias, quas Frenei adhuc Pagani deuastarant & incenderant, ad debitum statum reduceret, manente priuilegio Arelatensi Ecclesiæ in sibi antiquitùs delegatis prouinciis. Ex Epist. 6. Hincmari Rhemens. Archiepiscopi, ad Episcopos suæ prouinciæ. Cap. 17. & 18.

Fondations faites par les Euesques. Vide Tit. 3. Lib. 2. Monasticon. art. 2. & 3.

in Epistolari Volumine. Epist. 170. Rursus Zacharias Pontifex D. Bonifacio auctor fuit, Moguntino Archiepiscopo, vt in Norica Boiorum regione quatuor Episcopatus sancirentur, Saltzburgensis, Frisingensis, Ratisponensis, & Aichstensis. Vt tradit Wolfangus Lazius, Rerum Viennensium lib. 2. Denique Nicolaï 5. P. P. rescripto tres noui Episcopatus in superiore illa Pannonia constituti sunt à Friderico. 3. Cæsare, in Austria Viennensi, Nouæ ciuitatis, & Labacensi Carniolæ oræ Diœcesi. Idem sacrum D. Georgij ordinem instituit, cuius summo Magistro Regiam, Sedémque designauit in Millestadio Charinthiæ amœnissimo agro. Huic etiam Principis titulo addito. Nouæ ciuitatis Antistitem summisit, & canonicorum Sodalitium: Quos propterea Canonicos in Arcem trāsmissos fuisse, ac eadem Georgij cruce signatos refert Lazius, Viennensis Hist. Lib. 3. Ex quibus interim Ecclesiasticarum Dignitatum gradibus obseruare est multiplicem forensium Appellationum seriem, quæ à minoribus Ecclesiæ Præfectis gradatim ad maiores deuoluantur.

Fabianensiū seu Viennēsium episcoporum series pertexitur à Volfgango Lazio, iā inde a Mamertino, quē D. Seuerinus Fabianis primū Episcopum dedit. Circa annū a Natali Christiano. 466. Rerum Viēnens. lib. 2

Laureacum, in Norice Ripensi

Bauaria, seu Norica Boiorum prouincia.

18 Hvcvsqve de Germanico Latinorum Imperio, ad Græcos pergamus. Nota est Curopalatæ scriptis eius formula Iurisiurandi, quo Thraciæ Cæsares, dum Augustali primùm corona redimirentur, se adstringebant tuendæ protegendæque Ecclesiæ. Sacramenti enim huiusce verba sic concipiebantur. * ὡσαύτως ὑπισχνοῦμαι ἐμμένειν καὶ διηνεκῶς εὑρίσκεσθαι πιστὸς καὶ γνήσιος δοῦλος καὶ υἱὸς τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, πρὸς τούτοις εἶναι καὶ ἔφορον καὶ ἐκδικητὴς αὐτῆς, καὶ εἰς τὸ ὑπήκοον εὐμενὴς καὶ φιλάνθρωπος κατὰ τὸ εἰκός τι καὶ πρέπον. In Græco Volumine. * Περὶ τῶν ὀφφικιαλίων τοῦ παλατίου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τῶν ὀφφικίων τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας. Imprimis autem à Michaële Peleologo Cæs. summus est habitus. Romano Pontif. honos, supremam sibi in Græcos diuini iuris potestatem vindicanti. Ad hunc enim Bizantiorum Augustus Legatos misit de ineunda Veteris & nouæ Romæ Ecclesiarū con-

Cōstantinopolitanus Imperator.

* Similiter polliceor me permansurum & constāter futurum fidelem germanūmque seruū & filium sanctæ Ecclesiæ: prætereaetiā fore defensorē vltorémque eius, & placidū ad obsequium eius, humanūque, pro eo ac conuenit & decet.

* De Officialibus Palatij Cōstantinopolitani, & Officiis magnæ Ecclesiæ

cordia: Eò quidem rerum euentu, vt à Latinis Græcisque compoſita fuerint tria potiſſimum controuerſa capita, in hunc modum. Primò enim conuentum eſt, vt ſacrorum voluminum hymnodiis, Papæ cum quatuor aliis Patriarchis mentio inferretur. Altero, vt cuiuis liceret Romam veterem, quæ Curia maior & perfectior foret, appellate. Tertio, vt in omnibus Romanæ Sedi tribueretur honorum prærogatiua. Id quod ſcriptis prodidit Theodorus Balſamon, In Codice Iuris Orientalis. Antea quippe Bizantius Patriarcha Romano ſe Præſuli auſus erat exæquare. Aſt Romani Solij Antiſtites, ne imminuti Magiſtratus rei haberentur, ſacroſanctam in Græcos maieſtatẽ tutati ſunt, diuiníque iuris poſſeſſiones. Ideóque Innocẽtius.3. Propontifici ſuo reſcripſit in Conſtantini ciuitate degenti, vt Vicario Papæ munere ſacra iura daret Conſtantinopolitanis. Cap. Quanto De conſuet. Eiuſdem præſtò ſunt Epiſtolæ duæ ad Bizantiorum Patriarcham, Romanæ præeminentiæ in Græcam Eccleſiã indices. Cap. 5. De religioſ. domib. Cap. 10. De cleric. non reſident. Cap. Inter quatuor De cleric. peregrinis. Cap. 8. De maiorit. & obedien. Tum ex Honorio.3. Cap. 1. De iuramen. calum. Cap. Ad decorem De inſtitut. Cap. Vt præteritæ De elect. Poſt Clementem.3. Capit. quæſitum eſt, vtrum ſacerdotibus Græcis De pœnitent. & remiſſ. Concilio autem Lateranenſi, quod ſub Innocentio.3. celebratum eſt. An. 1215. adfuerunt Bizantius & Hieroſolymorum Patriarchæ, cum Regiis Solymorum, & Cypri Inſulæ Oratoribus. Lugdunenſi item Synodo, Thracius Cæſar ſe Græcámque Eccleſiam ingenuè ſubmiſit Romanæ Apoſtol. Sedi, & Innocentio. 4. P. M. Circa annum 1246. Anteriùs etiam ſenſerat Græcus Auguſtus Innocẽtij.3. Reſcripto. quantùm poſſet in Thraciæ Cæſares Romanus ſacer Principatus. Cap. Solitæ De Maiorit. & obed.

Hieronymus Donatus Venetus edidit Librũ aduerſus Græcos de ſacrorum principatu cum Rom. Pontif. contendentes.

Patriarcha Cõſtantinopolitanus.

Legati regum Hieroſolymitani, & Cyprij.

A preſent les Melchites, Melchiti, és pays de l'Aſie, qui ſont de la foy Grecque, ſoubs l'authorité de l'Empereur de Conſtantinople, ſont les Patriarches de Conſtantinople, d'Alexandrie, d'Antioche, & de Hieruſalem. Leſdits Patriarches eſleuz par la licence du Bacha Turc, & confirmez par le grand Seigneur.

19 Rvrsvs apud Conuentum Florentinum, cui Græciæ legati præſto fuẽte, ius ſacri Primatus in Græciam adiudicatum eſt Romano Pontifici. An. 1438. Inde Græca Eccleſia à Pontif. Rom. ſacra iura petete iuſſa, ſeruijt veteri vrbi Romæ, vnde ſemel fœlicibus auſpiciis emigratum erat, inſigniáque ac Imperij tituli à Magno Conſtantino trãſlati. In Synodica autẽ illa diſceptatione, Cardinalis Cæſarin⁹ egregiam cùm generoſæ induſtriæ, tum multiplicis doctrinæ laudẽ tulit, quùm malè ſanam de proceſſione Almi Spiritus Græcorum opinionem Romano dogmati conciliaſſet. Quin & Nilus Græcus auctor ſcripſit, nouam Romam cum Veteri de Fide ſemper vſque ad Chriſtophorum P.P. conſenſiſſe, qui Romæ ſedebat An. 905. Librum verò Gennadius compoſuit Patriarcha Conſtantinopolit. qui Florentino interfuit Concilio de controuerſis Græcorum ac Ruthenorum Fidei capitibus cum Latinis, poſtquam ab Eccleſia Catholica

Concilium Florentiæ in Italia habitũ, præſide Eugenio 4. Papa. Moſchonitæ & Rutheni quũ eaſdẽ fermè Religionis ceremonias teneant, quæ à Græcis vſurpatæ ſunt Romanam Eccleſiam cæterarum omnium principatum tenere ſuperbè negãt, & quod valde à Chriſtiana religione alienum eſſe videmus, nullis ſacerdotũ ſuffragiis, nulláque propinquorũ aut amicorum pietate iuuari mortuorum manes arbitrantur. Reliquos ſacrorũ in Moſchis ritus petes a P. Iouij Moſchouia.

Catholica Græci deſciuêre. Atqui iamdudùm antea & Nicolaus. 1. P. M. ſcriptis diluerat Græcorum de iis obiectiones, & D. Thomas in ipſorum errores Opuſculum condiderat. Itaque ſanxit Cœleſtinus. 3. ne in extremis Siciliæ oris Latini Græco, aut Græci Latino ritu ordinarentur ſacerdotes: tametſi pateat, Siculos Thracio Cæſari priſca Rom. Imperij diuiſionis lege obuenisse. Cap. Cùm ſecundum De tempor. ordinat. Iuxta quæ Pius. 5. P.P. nuper Bullatas literas emiſit hoc lemmate, REVOCATIO LICENTIARVM CONCESSARVM GRÆCIS LATINO, ET LATINIS GRÆCO RITU MISSAS ET ALIA DIVINA OFFICIA CELEBRANDI. 13. Kalend. Septemb. An. 1566. Huc pertinet etiam Innocentij. 3. Reſcriptum. 1. De ſacra vnctione. Vtut ſit, antiqua reſpicienti abſurdum planè videatur, Byzantios, Romanam coloniam præfractè quondam inſurrexiſſe in metropolim, Thraciòſque Præſules Romana ſanctiſſimi Hierarchæ decreta fuiſſe aſpernatos. Initio enim Byzantium, Thraciç Heracleæ parebat Epiſcopo, tùm Perinthiis à Seuero ſummiſſum, quod Conſtantinus deinceps Patriarchatus dignitate exornauit: Romæ veteri, ob antiquitatis honorem, Imperiúmque inde huc tranſductum, Principatu relicto. Sicuti ad verbum Græcè exprimit Zonaras, hoc modo.

Orientalis quoque Eccleſia cœlibatum non admiſit, ſeu continentiæ votum. Ex Paphnutij ſententia, ac Niceni conuentus decreto. Idque continuò à Græcis ſeruatum indicat Innocentius. 3. ad Archeronēſem Archiepiſcopum. Cap. Cum olim De cler. coniug. Cap. 7. De pœnitē & remiſſ. Item contra Græcos de Sācto Spiritu verio que procedēte ſcripſit Chryſolanus Mediolani Præſul.

Πολλοῖς τὴν πόλιν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἐκόσμησε, καὶ πρότερον ἐπισκοπὴν ὂν τὸ Βυζάντιον τῆς θρακικῆς Ἡρακλείας, ὡς ὑπὸ Σευήρου τοῖς Περινθίοις ὑποτεθὲν μετὰ τὴν ἅλωσιν, ὡς ἐν τοῖς περὶ Σευήρου ἱστόρηται, εἰς τιμὴν ἀνήγαγε πατριαρχικὴν, τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ τὰ πρεσβεῖα τηρήσας, διὰ τὴν πρεσβυγένειαν, καὶ τὸ ἐκεῖθεν τὴν βασιλείαν ἐνταῦθα μετενεχθῆναι.

Græca hæc ſententia ſuperiori Latina periodo ad literam fermè expreſſa eſt.

In Germania. 7 metropoles ſeu Archiepiſcopatus, Moguntinus, Colonieſis, Treuirenſ. Bremenſis, Magdeburgen. Saltzburgenſis, Rigenſis.

In Hiſpania 7. Metropoles ſeu archiepiſcopatus, Tarraconenſis, Cæſarauguſtanus, Toletanus, Compoſtellanus, Bracharenſis, Vlixipponenſis, Granatenſis.

En Franceya 14 Archeueſchez, Aix & Arles en Prouence, Ambrum & Vienne en Dauphiné, Tholoſe & Narbone en Languedoc, Auſcz & Bordeaux en Gaſcogne, Bourges, Tours, Rouen, Sens, Lyon, & Rheims.

Senſim igitur Græcus Patriarcha ſacrę ditionis terminos protulit in Cyprios Antiſtites: quos tamē vnà cū Nicoſienſi Cypriæ Inſulę Archiepiſcopo exemit Romanus Pontifex Hierarchicæ Byzantij Primatis poteſtati. Vt ab Innocentio. 3. perhibetur Cap. 8. De maiorit. & obed. Moſchi porrò Regem ſacrorum, quem ipſi Metropolitem vocant, à Conſtantinopol: Patriarcha petunt. Inibi Archimandritæ ac Epiſcopi, coniectis in vrnam meliorum nominibus, ſorte ducuntur. Cuiuſmodi Antiſtites, Principeſque minorum ſacerdotum ſingulis vrbibus, pagiſque præfecti ſacra curant, controuerſias dirimunt, & moribus deprauatos ſumma quadam vindicandi auctoritate perſequuntur. Vt relatum eſt in Pau. Iouij Moſchouia. Quùm verò ille idem Byzantiorum Patriarcha ſibi arrogaret Eccleſiæ vniuerſæ præfecturam inſolentiùs, ſummamqúe ſacroſancti Imperij poteſtatem, Gregorius Magnus eum redegit in ordinem, ſcripta elegāti ad Mauritium Auguſtum Epiſtola, quæ extat Regeſti Libro. 4. Cap. 76.

Moſchorum, qui ſacro monaſterio ſeſe dicarunt, duplex eſt genus, vtrumque cœnobia incolit. ſed alterū eſt vagum & paulò ſolutioris vitæ, ſicuti apud nos diuorū Frāciſci atque Dominici ſectam profitentes: Alterum conſtat ex ſanctioribus monachis, quorum ordinē D. Baſilius inſtituit: iis ne limine quidem, vel ſuprema vitæ neceſſitate, pedē efferre fas eſt. Moſchi omnes eaſdem ferè cęremonias tenēt quæ a Græcis vſurpatæ ſunt.

PATRIARCHAS porrò vti decet Rom. Sedis maiestatem agno- 20
scere, Romanúmque Episcopum, Christianæ velut præsidem Reipubl. superiorem: sic Patriarchici solij decus venerabundi suspexêre prisci Reges, Heroïcæque virtutis existimarunt, peralto Hierarchiæ gradu conspicuam fouere dignitatem, ac conseruare. Non excitabo alios testes, quàm Francorum veterem memoriam. Christiano nomini restituta à Gallis proceribus Sede Christi, religionis specula Hierosolyma, nihil antiquius est illis creditũ, quàm ibidem sacri magistratus ordines constituere aut instaurare, Legibus fulciendos in æs incisis, & Principali tegendos autoritate. Syriacarum enim Legum, quæ à Gottofredo Bulioneo, posterísque Latinis Syriæ regibus conditæ nostras in manus peruenerũt, Caput est de Ecclesię Primoribus istiusmodi, Francico scriptum idiomate.

Solymorum nomen, quorum Vrbs hæc dicitur, Salomonem sacris Annalib[9] regẽ, sapientiæ gloria socij rum immutatis syllabis refert.

Gaudefroy de Bullon.

Hierusolymorum Leges Francica lingua olim exaratæ. De Solymorum Augustæ Patriarcha suos Suffraganeos confirmante, nominatimque Bethleemitanum Innocentius. 3. in Cap. cum super De causa possess. Qui & Tripolitanæ Ecclesiæ mentionem fecit. Cap. 1. De Translat. Episc. scripsitque Tiberiaden. Episcopo Cap. Gaudemus De Diuort. & Aconensi. Cap. Sicut. De Regular. Vbi loquitur etiam de Episcopo & Canonicis Ecclesiæ Nazarensis. Adde Cœlestinum. 3. de Aconensi Episcopo In Cap. Significauit. De Parœciis & alienis Parœcian. Existit quoque in Gallia Bethleemitanus Episcopatus prope Clametium oppidulum in Altissiodoren. territorio, sed non de territorio: Quùm Præsulatus ille pontificio imperio purè subijciatur. Quisquis autem Præfectus est illic pio Hospitali diuersorio, quod Niuernenses Reguli extruxerunt, idem & Episcopus nuncupatur, haud tamen ampliori censu locuples quam 500. libellarum prouentus annui.

Deux chiefs Seignors y a ou Reyaume de Hierusalem: Spirituel, Patriarche, Li temporel. Roy. Li Patriarche a. 5. Archeuesques suffragans, l'Archeuesque de Sur, l'Archeuesque de Casaire, l'Archeuesque de Bethsem, qui est dict de Nazareth, l'Archeuesque de Beisseret, l'Archeuesque dou Babet qu'on appelle Filadelfe, qui au temps le Roy Amaury fust translaté au Crac, est appellé Archeuesque de la pierre dou desert, a trois Euesques suffragans, de S. George de Lidde, de Betleem, d'Ebron, qu'on dict de S. Abraham: Et si a six Abbez, & vn Prior suffragant, l'Abbé de Montesion, de la Latine, dou Temple domini, demont Oliuete, de Iosaphat: Et ceaux cinq portent croce, & mitre, & anel: Et l'Abbé de S. Samuël de la Mõgoie portãt croce & nõ mitre: Et le Prior do Sepulchre, qui porte mitre, & anel, & non croce: Et y a. 3. Abbesses suffragãs. l'Abbesse de nostre Dame la grand, l'Abbesse de S. Anne, & de S. Ladre: Et l'Archeuesque des Ermins qui est el reyaume, ha suffragans. 2. L'Archeuesque des Iacobins, & le maistre de S. Ladre des meseaux. L'Archeuesque de Sur ha. 4. Euesques suffragans, l'Euesque de Barut, de Sayete, de Belinas, & d'Acre. L'Archeuesque de Casaire ha vn suffragant, l'Euesque dou Sabast. L'Archeuesque de Beethem ha. 2. Suffragans. L'Euesque de Tabarie, & le Prior de Montelabor. L'Archeuesque dou Babet a vn suffragant. L'Euesque de Faraon, qui ores est à monte Synaï. L'Euesque de S. Georges de Lidde ha. 5. suffragans, l'Abbé de S. Ioseph d'Arimathie, l'Abbé de S. Abacu de Cancie, le Priour de S. Iehan l'Euangeliste, le Priour de S. Katherine de Montgisart, l'Abbesse des. 3. ombres. L'Euesque d'Acre à. 2. suffragans, La latine, & Les repenties. Ex Lib. Syriacarum Constitutionum, cui titulus præfigitur, *Des Assises, & des Vsages, & des Plais de la haute court dou Reyaume de Hierusalem.* Ad illum Solymæ Ciuitatis Patriarcham scripsêre vicissim Innocentius. 3. & Gregorius. 9. Cap. Volentes De offic. leg. Cap. Nouit De his quę fiunt à Præl. Cap. Tuæ fraternitatis De cleric. peregr. Pariter-

Christianum nomen primum in Antiochena Ecclesia fidelibus inditũ est, vt in Actis testatur Lucas.

Gregorij Mag. extat responsio ad Antiochenum Patriarcham, qui de hæresi Agnoitarum eum cõsuluerat. Regesti Lib. 8. cap. 35.

Pariterque Innocentius.3. ad Antiochenum Primatem Cap. Cum ad hoc De Cler. non resid. Et Cap. 1. De translat. Episc. Quippe hi sunt, cum Byzantio & Alexandrino, Patriarchæ, Quatuoruiri regendæ Ecclesiæ constituti. De quibus idem Innocentius, in Concilio generali. Cap. Antiqua De priuileg. Sophonij imprimis Hierosolymitani Primatis voluitur Historicus Codex De laboribus, certaminibus, & peregrinationibus S. S. Petri ac Pauli. Nostro etiam sæculo renouata est Romæ fidei Professio, quam Moses Mardenus Assyrius Iacobita Patriarchæ Antiocheni legatus edidit apud Summum Pontif. suo & Patriarchę sui nomine. An. 1552. Insequenti quoque anno, Siud siue Sulaka delectus à Nestorianis Patriarcha exhibuit Fidei professionem in Vrbe Romana. Cuiusmodi agnitæ Fidei Capita, ex Syrico profitentium autographo traduxit ad literam Andræas Masius Bruxellanus. Nestoriani autem ij Christiani, quorum Patriarchalis sedes est in Mozal, i. Seleucià Parthorum, sentiunt Patriarcham suum non nisi à. 4. Metropolitanis initiari posse; aut si numerus hic desit, à solo Rom. Pontif. Multùm enim hos illo inferiores esse dignitate, indicat vel Francica Lex Karoli Mag. his verbis. NVLLI ALII METROPOLITANI APPELLENTVR PRIMATES, NISI ILLI QVI PRIMAS SEDES TENENT, ET QVOS SANCTI PATRES SYNODALI ET APOSTOLICA AVCTORITATE PRIMATES ESSE DECREVERVNT. RELIQVI VERO; QVI ALIAS METROPOLITANAS SEDES SVNT ADEPTI, NON PRIMATES, SED METROPOLITANI VOCENTVR. Lib. 7. Capitul. Karoli Mag. ab Ansegiso Abba collectorum. Cap. 336. De Primatum & Metropolitanorum differentia.

21 EXISTVNT & sacri alij minorum gentium Primates seu Patriarchæ: Cuiusmodi Gradensis, ingenti Venetorum consensu ab Hadriano decretus, Christiani Orbis Præside Max. qui Gradensem Ecclesiam in Venetis, Istriæ, Liburniæque oris sacrum principatum tenere pronuntiauit. Circa annum. 1149. Vti à Bonfinio, secundùm alios plerósque, traditum est, in Vngaric. Annalib. Eamobrem Alexander. 3. Gradensem illustri nomine Patriarcham appellauit. Scripta Epistola, ex tuarum De sortileg. Dehinc Innocentius. 3. Cap. Olim De verb. signif. Honorius. 3. Cap. vlt. De causa possess. & pro. priet. Aquileiensis verò Vlricus Patriarcha grauissimè tulit, primatum Illyricæ regionis Gradensi attributum: Quod & Bonfinius literis prodidit. Constat enim, Aquileiensem Ecclesiam à D. Marco sacri Euangelij scriba institutam fuisse. Vbi & Euangelicos Libros Græca facundia contexuit, quos Latina Romæ concinnarat. Teste Adone Viennensi, Chronic. Ætate. 6. & Petro de Natal. lib. 4. Cap. 86. Vt sileamus interim Hermagoram Aquilegensem ciuem & Episcopum, beatique Marci Euangelistæ discipulum: quo cœlestis doctrinæ præcone, Tridentinus

Gradensis Ecclesia, Venetiæ metropolis, Cócilio Romano An. 967. Sed anno. 1043. Poppo patriarcha Aquilegensis priuilegiúa Benedicto P P. de subiectione Gradensis ecclesię elicuit, & Gradum furtim ingressus, vrbem cum templis incendit An. 1049. Inde illud priuilegium infirmatum est, Lateranoque Cócilio datum Gradensi Patriarchæ pallium, & Sede eius approbata, vt crucem præse ferret, indultum, episcopisque Venetiæ & Istriæ imperatum, vt eítáquam Primati suo reuerentiá & obedientiam exhiberent. Auctore Sigonio Regni Italici Lib. 8.

Aquileiensi iridem Concilio celebratur aquileia, quod sub Damaso. 1. peractum est tempore B. ambrosij Mediolané. episcopi, contra Palladium & Secundianum Arianæ hæresis defensores.

Lundensis Archiepiscopus Suetiæ Primas, eo primatu delato à sede Apostolica Ascero, Lundensi. 1. Archiepiscopo, regnante in Suetia Errico Danię rege, ex Saxone Grammatico, Hist. Danicæ, Lib. 12.

populus fidem Christianam recepit. Annos circiter quadragenos à Dominica Ascensione solenni. Haud abs re igitur Aquileiensem pontificem Patriarchæ titulo salutauit Innoc.3. Rescripto Quoties De purgat. canon. In iis Paulinus Aquileiensis Præsul scriptum reliquit Libellum aduersus Fœlicem Vrgelitanum, & Eliphandū Toletanum Antistites Hęresiarchas. Ab eadem Sacra Sede non longissimè distant Epidaurij Dalmatiæ Archiepiscopi, tanta inter suos Hierarchici imperij Potestate, quāta maxima Epidauriæ vrbis Optimates in ciuili Aristocratica Politia Rempub. suam moderantur. Huius instituta Reipub. ritúsque patrios descripsit Francisc. Sasouinus Italica lingua, cum aliis quibusdam Regionum Politiis. Atque in sacra velut Aristocratia, cooptari solent Epidaurij Archipræsules concordibus ecclesiastici Chori suffragiis. Vt refert Innocentius.3. Cap. Qualiter de cleric. non resident. Hoc tamen Illyricæ oræ Præsulatu Paulus.3. honestauit eum, qui post ea dictus est Pius.5. Quem deinde absentem Reipub. causa, in augustissimum Cardinaliū Collegium adsciuit. Vt ex Oratione edita liquet, qua Alphonsus.2. Ferrariæ Dux Pio.5. summum Pontificatum gratulatur.

Epidaurus, Dalmatiæ vrbs maritima hodie *Ragusia* dicta. *Republique de Raguse.*

Pius 5. Papa. M. Antonius Muretus habuit Romæ, & edidit Orationes 24. inter quas istæc reperitur.

Sveones insuper & Gotthi ad extremum Borealem Oceanū, 22
Venerantur Vpsalensem Archiepiscopum primatem, ab nobilissimo illo Delubro, quod inde vsque à Nini temporibus ad Salam flumen structum visebatur: Vbi hodie Vpsala, Suetiæ & Gotthiæ Solio decorata est Hierarchico, sacrorúmque principatu. Vt inquit Olaus Magnus Vpsalensis Archiepiscopus Histor. Gentium Septentrion. Lib. 3. Cap. 5. De magnifico Templo Deorum Septentrionalium. Atque in eam sacrarum Dignitatum propagationem Principes eximia studia, religiosíque animi munera contulerunt. Longobardos adeamus, è Gotthia illa oriundos. Rauennam Pontifex, Gotthorum olim Regiam, Archiepiscopali auxit præfectura: Sed quā Valentinianus Imp. Pallij accessione cumulauit, seu Cæsarei paludamēti. Hoc addito, vt Rauēnatium Antistes honoraria prærogatiua posteros Archipræsules anteiret. Idem duodenos Episcopos Cæsar subiecit Rauennati Ecclesiæ. Vt auctor est Blondus, Lib. 2. Hist. & Sabellicus in Enneade. Qualia Romanorū Principū in hanc Sedem beneficia, insigníq; eminentię iura cōprobauit Honorius. 3. P. P. priuilegiario Diplomate Symoni Antistiti irrogato testatur eadē illa Cæsarum ac Pontificum in Rauennatem Cathedram priuilegia Innocentius.3. P. P. Decretali epistola, Licet causam De probat. In Vers. ex priuilegiis Imperatorum & Romanorum Pontificū Ecclesiæ Rauēnaten. concessis euidentissimè colligatur, &c. Imò & Maurus Rauennatium Archipræsul Romano parem se iactitauit impotentiùs, quùm apud Constantem Cæs. gratia & auctoritate præpolleret. An. 550. At Theodorus successor Rauennatem pontificatum Barionæ Sedi obnoxium professus est, Romanóque Christiani Pop. antistiti. An. 680. Vt Platina

De Gentiū Septētrionaliū ritu orandi in Ecclesiis, & Ecclesiasticorū disciplina, parochiisque baptismalibus scripsit Olaus lib. 16.

Rauennatis Prouincię Episcopatus sunt isti Ariminum, Cæsena, Forū Liuij, Forū Pōpilij, Fauentia, Forum Cornelij, Brittonorū Bononia, Mutina, Regium, Lepidi, Parma, & Placentia.

Ferrariā translatus est à Vitaliano P. P. Vicohabētiæ Episcopatus, qui Rauennati Ecclesiæ subiacebat. Circa annum salutis 658. Vt ex vetustis Rauēnatis Ecclesiæ monumētis narrat Robæus in Rauennate Hist.

Rauenna quondam Exarchi Cæsares sedes. Inde Exarchatus Rauēnæ olim dictus.

tina diligenter obſeruauit, totóq; de eo negorio Hieronymus Rubeus, Rauennatis Hiſt. Lib. 10. Quorum non minimá parté hauſiſſe ſe ait ex Agnelli Rauennatis Opere, de Rauennatium Præſulum vita, peruetuſto. Temporum item decurſu, ne Rauennates ſubdolè Pontificij imperij iugum excuterent, ſancitum eſt à Romano Epiſcopo, vt deſignatus quiſque Rauennæ Archiepiſcopus intra menſtruum ſpatium Pontificem adiret, rogaturus, nûm ratá gratámq; haberet Cleri ſuffragationem in nouo Eccleſiæ Præfecto cooptando. An. 1320. Vt eſt apud Rubeum loco ſuprà citato. Præclara ſanè Hierarchica Politia, vt quantò ſuperiores ſunt Eccleſiaſtici Præſules, tantò ſummiſſiore in Pontificem Max. obſeruantia exemplum præbeant gregi Dominicó eum venerandi ſanctiſſimum Orbis terrarum parentem, qui longo ordine continuáque maiorum ſucceſſione ſedet in Cathedra Petri. Quippe quùm in Othomanica etiã ditione, quæ ſuperſtitioni Mahumeticæ dedita eſt, Baldacenſis Calipha idcirco adoretur, Latina interpretatione *Succeſſor* dictus, quòd in locum Mahumetis pſeudopropheræ alij aliis deinceps ſuccedãt. Per hunc Caliphum ſacrorum principem Memphitici olim reges, deſumpto Sultani titulo conſecrabantur.

D. Petrus Apoſtolorũ Coriphæus Apollinaré virum Antiochenum Rauennam miſit, qui Chriſtum inibi, & eius Euangeliũ ac myſteria diuulgauit. Hũc Apollinarem ex 72. Chriſti diſcipulis vnũ fuiſſe tradunt, & ab ipſa Antiochia Petrum magiſtrum ſecutum Romam veniſſe.

Calipha de Baldac.

Sultanus Ægypti.

Terra Prete ani regis Æthiopia Chriſtiani.

23 PERAGRANTI exteras tot ſacras prouincias vltima occurrit Abyſſinorum Æthiopia, cuius Politicis æquè inſtitutis docemur, Regem propenſo animo ferri ad Eccleſiaſtici Magiſtratus iura ſtudioſè tegenda ac defendenda. Æthiopibus enim vnus in ſacra iuriſdictione præeſt Patriarcha, gentis vocabulo ABVNA nuncupatus, à quo ordinantur Clerici, ſacratique ordines conferuntur. Nec eo ſeciùs Dauid Abyſſinorum Æthiopum rex ſupremam agnouit Romanæ Sedis poteſtatem, quùm obſignatis literis ad Clementem. 7. P. P. rationes ederet patriæ de Numine perſuaſionis, atque eadem Orthodoxæ Religionis capita ſuis populis ex veteri ritu conſtare, quæ Latini nominis Chriſtianis, Pontifici adprobaret, Regiáque fide obteſtaretur. An 1524. Auctore Pet. Aluare Luſitano, in Æthiopica Abyſſinorum Hiſt. Toto auté Abyſſino regno. Patriarcha imperiũ habet in ſacerdotes, qui ſunt innumerabiles; diſtincti per Templa atque Cœnobia. In horum mores ſeueram exercet cenſuram, & contumaces vel deprauatos à recta diſciplina, anathemate perſequitur, eóque religionis telis adigit, vt deſerti ab omnibus ac eiecti paſſim dolore ac inedia miſerè contabeſcant & pereant: Patriarcha cum ſuo Senatu ſedé habet in vrbe Baccara, quæ ardua, & nemoroſa in colle ſita eſt, cincta perpetuis vmbraculis ad amœniſſimas ambulationes. Nam frondoſarum arborũ rami ea ſerie inflectuntur, & fornicatim connectuntur, vt in feruentiſſima Regione, meridianíſque Solibus æſtum nó ſentiant, & quod opacitaris gratiam implet, ſaluberrimis etiam fontibus ſparſim diductis irrigentur. Quibus vmbratilis otij voluptatibus vitæ duritiem facilè ſuſtinent, Sacerdotali lege impoſitam. Patriarchæ magni ſunt ex de-

Dauidi huic, cæteriſque regibus, quùm in publicum prodeunt, cæruleo tenui ſerico velare faciem, & ſiniſtra manu argenteam præferre crucem mos eſt.

Petrus Aluares in legatione Roderici Limæ ab Araquinquo Arabici maris portu, quò appulerat Indica Luſitanorum claſſis; terreſtri itinere ad Preteianem penetrauit, alteráque legatione ſuſcepta ab ipſo Preteiane ad Clementem Pontif qui tum erat Bononiæ, cum aureæ crucis munere peruenit. Is itinerum ſuorum atque actionum omnium diu nos commentarios, quùm Romę deceſſiſſet, ſcriptos reliquit.

cumis reditus, quibus etiam regiorum Vectigalium quota pars accedit liberali Regum pietate sacris addicta. Has opes in egenos & Xenodochia erogat, alítque graui sumptu infinita prope Collegia cucullatorum sacerdotum: E quibus multos quotannis impenso viatico Hierosolymas mittit ad inuisendam sacrosanctam Vrbem, colendúmque Christi sepulchrum, vt ritè explorata & comperta de rebus Christianis in Patriam referantur. Reliquæ quæ supersunt Patriarchæ diuitiæ, quùm is moritur, ad Regium fiscum redeunt, frequentíque mox habito conuentu probatissimus omnium superante suffragio creatur. Is in cœlibatu degit, quando sacerdotibus vxorem ducere, nec tamen iterare nuptias fas sit. Hoc porrò de Abyssinorum Rege totius cogniti Orbis maximo dici potest, quòd non modò Christianæ pietatis dogmata & ceremonias profiteri, sed eodem propè Ciuili Iure, &, vti nos, militaris disciplinæ moribus tot sua Regna tueri consuescat, similésque ei leges in profanos & sacratos viros, quæ apud Romanum Pontificem, vigent.

Hic magnus Abyssinorũ & Æthiopũ rex, qui à nostris corruptè dictus est *Pretegian*, à suis *Belulgian* appellatur: quod est verus cognomentum vsurpatum à superioribus Regibus: id nomẽ incõparabilis præstãtiæ immensiq; pretij gẽmam significat. De his vide Iouiũ Hist. Li. 18.

Moschouia.

MOSCHI autem licet Græcanicos sacrorum ritus secuti dissenserint à Romano Pontif. eorum tamen Basilius Princeps iamdudũ cupiebat Regij nominis titulum Pontificia concessione promereri. Quùm id dare sacrosancti iuris esse ac Pontificiæ maiestatis iudicaret: quando & ipsos quoque Cæsares à Pontif. Maximis diadema aureum & sceptrum, Romani Imperij Insignia accipere, inueterata consuetudine cognouisset. Quinetiam per Demetrium legatum professus est apud Clementem. 7. P. P., se aduersus Christianæ Pietatis hostes impigrè constantérque stetisse, ac in posterum stare decreuisse: cum cæteris item Christianis Principibus consentire. Cui quidem Rutheni Ducis professioni, vniuersæquè adeo legationi fidem consiliarunt Basilij ad Clementem Literæ, quas Illyricus interpres Latinis verbis trãstulit, hac Principalis Moschorum tituli epigraphe. *Clemẽti Papæ pastori ac doctori Romanæ Ecclesiæ, magnus Dominus Basilius Dei gratia Imperator ac Dominator totius Rusiæ, necnõ magnus Dux Volodemariæ, Moschouiæ, Nouogrodiæ, Pleschouiæ, Smolcniæ, Isferiæ, Iugoriæ, Permniæ, Vetchæ, Bolgariæ,* &c. *Dominator & magnus Princeps Nouogrodiæ Inferioris terræ, Cernigouiæ, Razaniæ, Volotchiæ, Rezeuiæ, Belchiæ, Rostouiæ, Iaroslauiæ, Belozeriæ, Vdoriȩ, Obdoriæ, Condiniȩque,* &c. Qua de re plura Iouius in Moschouiæ Chorographia. 24

Scriptores ferunt nõnulli, Basiliũ Moschorum Regulum postulato multis legationibus à Maximiliano Cæs. Regij nominis titulo, tum à Pontif. Max. eundẽ sibi tandẽ suapte auctoritate sumpsisse.

Nicolaus Siccensis Illyricus interpres.

Moschouiæ Ducis titulorum inscriptio.

De his Moschis Plin. Li. 5. Natur. Hist. Ca. 28. & Lib. 6. Cap. 10.

LONGISSIMA viarũ emensi spatia, patriã repetamus Gallicãq; Ecclesiæ Politẽam: cuius Christianiss. Rex isto aliísq; nominibus seruator inclytus perhibetur, Sacræq; Causæ propugnator acerrimus. Eo pij animi affectu, vt si quãdo externis sacerdotũ vitiis Politica adhibeatur Ciuilis Censuræ curatio à Principali magistratu, nõ ideò Reges in ordinẽ cogere pontificatũ velle credantur. Nam à prisca Analium memoria nostri Principes Ecclesiasticas Præfecturas excitarunt, auctore Pontifice: quò sacrati viri Sacerdotii insigniores libera in priuatos clericos Iurisdictione fungerẽtur. Quin & Pipinus 25

Aulæ

Aulæ Fräciæ magiſter huc victricibus armis Rabodũ adegit, Friſiorum Ducem, vt reciperet Clementem virum ſanctiſſimum, concionantemque de Chriſto, ipſe, populareſque audirent, ab Sergio Pontif. Max. Epiſcopum illi genti datum. Chilperico 2. Franciæ rege. Sicuti ab Æmylio traditum fuit, Gallicarum rerum ſcriptore luculento. A quibus omninò abſonum non eſt, quod de Aurayci Principatus Regulo memorat Innocẽtius 3. flagitaſſe ab eo Auraycum Dynaſtam, pij cultus in ſua Ditione fautorem eximium, vt in Aurayci Præſulis locum, qui perenni morbo diſtrictus erat, ſubrogeretur alius, aut Epiſcopalis muneris fiduciarius curator conſtitueretur. Cap.1. De Cler. ægrot. Quod quidem Innocentij 3. Reſcriptum dirigitur ad Arelatenſem pontificem, cui idem pariter reſcripſit. Cap. Niſi cum pridem, De renunciat. Pari in Eccleſiaſticam Rempub. ſtudio, Franciſcus 1. Gallorum rex vltrò aſſenſus eſt Pontificiæ translationi Magalonẽſis Epiſcopæ in montem Peſſulanum, An.1536. Antea quippe Monpeſſulanos Magalonenſi ciuitati contributos in ſacra iuriſdictione, declarat Innocentij 3. Epiſtola hæc ad Magalonenſem pontificem, Abolendæ conſuetudinis peruerſitas, quæ apud Montempeſſulanum inoleuit, De ſepultur. Idem Pontifex ad Clericos D. Petri Magalonen. Cap. Ex parte, De celebart. miſſar. Cap.1. De obſeruat. ieiunior. Tum ad Archidiaconum & Sacriſtam Magalonenſem, Cap. Cùm olim Magalonenſis Epiſcopus, De re iudic. Poſterioris autem translationis Epiſcopæ Magalonenſis habita mentio eſt à Rebuffo, Monpeſſulano ciue, In Praxi benefic. Tit. De Tranſlat. Epiſcop.

Pepin Maire du Palais, Rabodus Phriſiorum Dux, falſorum deorum venerator.

In ſacrorum Orbis Conuẽtuum albo numeratur Arauſicanum Concilium prouinciale. Sub Leone 1. P.P. tempore Theodoſij iunioris.

Epiſcop. *d'Orenge,* Coadiutor Epiſcopi ægrotantis.

Archiepiſc *d'Arles*

Franciſcus 1. Francorum rex conſenſit tranſlationi Epiſcopatus *de Magnelonne à Montpeſlier.*

L'Eueſce é ſiege Epiſcopal de Suſe en Piedmont fut transfere à Thurin, vers l'an 1165. que l'Empereur Frideric Barberouſſe eut pris, ſaccagé & ruiné ladite ville de Suſe, dicte Seguſium, lib.1. cap.18. & lib. 2. cap. 50. Annalium Sabaudiæ Guilielmi Paradini.

26 SED quantus Regio pectori inſidet in Templorum Præfectos benignitatis feruor, tantus ei propalam debet, in Ciuili externáque ſacrorum Politia ſancienda, adfulgere. Quos enim pij Canones, ſacerdotíſve exhortatio compeſcere nequit, hi ſuppliciorum metu abſtinere à flagitiis per Magiſtratum compelluntur. Vt notat Auguſtinus, Epiſtola 54. ad Macedonium: Vnde petita Gratiani Canonica Lex, Non fruſtra eſt inſtituta poteſtas Regis. 23. quæſt. 5. Putà ius eſt ſacro Principis Senarui interdicere, vetare, ne Pontificius ſimul ac ſemel cum Regio Iuridico ſententiam ferat in clericum, hic pro Regiæ, ille pro Pontificiæ coercitionis iure: At ſeparatim vterque iubetur dicere ſententiam. Areſto Curiæ Pariſien. 6. Calend. Iunias An.1544. Eodem S. C. præceptum Archiepiſcopo Burdigalenſi, vt intra Lutetianæ Curiæ territorium Propontificem litigantibus daret, ad quem iſti ab Ordinario Eccleſiaſtico prouocarent: Alioquin partibus liberum fore, primum quemque Metropoliten intra fines Pariſienſis Senatus appellare, decretum eſt à Conſcriptis Curiæ ipſius Pariſiorum. Idemque Patres iudicarunt, Septimo Idus Iunias An.1547. Quod perpetuò demùm Edicto Molinis Boiorum ſancitum fuit Ann. 1566. Artic. 76. Neque his abſimiliter pronunriauit *Ordo Ampliſs.* Poſtridie Nonas Iulias An.1577. Me, Iohannis Guay-

Molinenſi Edicto cautum eſt artic 39. & 40 ne Clerici ad ſuos iudices remittantur pro delicto communi, niſi caſo priuilegiario priùs a Regiis Magiſtratibus iudicato. Sed hoc nec Curiæ probatum eſt, nec vſu receptum.

Areſtum die 27. Maij 1544. quo inter alia cautum fuit, Archiepiſc. Burdigalenſem conſtituere debere Vicarium intra diœceſes Epiſcoporum ipſius ſuffraganeorũ quæ ſitæ ſunt intra reſſortum Parlamenti Pariſien.

Areſtum die 7. Iunij An.1547.

Voyez à ce propos Tit. 3. lib. 1 Monaſticon art. 27.

Arestum Curiæ die 8. Iulij An. 1577. ea appellatione à Iudicibus Primatiæ Burdegalen. Qua iniunctũ est Burdegalen. Archiepiscopo, sub pœna emendæ pecuniariæ Vicarios committere in ressortu Parlamenti Parisien. nempe *au diocese de Poictiers, de Muillezais, ou d'Angoulesme*: quũ litigantes manerent in diœcesi *de Maillezais en Poictou*, temporalis ressortus Curiæ Parisien.

L'official de l'Euesque de Limoges, à Gueret en la haute Marche: le Vicaire de l'Archeuesque de Rouen, à Pontoise: le Vicaire de l'Euesque de Sees, à Mortagne, au Perche. Est autem Pontisara non tam verè primitùs diœcesana Archiepiscopi Rothomagen. quam penes eũ olim deposita, lite pendẽte inter Parisiensem, & Syluanectensem Episcopos, quorum eam vterque sibi vendicabat.

Arrest du Parlement de Rennes du 15. Mars 1556. entre Maistre François Pon'onadun appellãt, & Iues Pezro intimé, l'appellant promoteur de l'Euesque de Leon.

manti: & Poussemotha, Franciscæ Robinæ appellantis causam agentibus. Qui enim controuersus erat inter eos matrimonij status apud Maleacensem Pictonum Antistitem, is ex appellatione ordinaria delatus fuerat ad Burdigalensem Archiepiscopum superiorem. Cognoscendæ autem disceptandæquè huic prouocationi datos iudices oportuit in eadem litigatorum diœcesi, seu Vicarios Iuridicos constitui ab Archiepiscopo intra metas Senatorij Lutetiæ imperij, cui parebant litigantes. Sicuti & aliarum Præfecti Diœcesum, quæ longè distant à territorio Curiæ Parisien. suos habent Vicarios magistratus ex præscripto, intra huius septa Curiæ Parlamentaris. Lemouicum putà Episcopus, apud Gueretum Marchiæ superioris oppidum: Sagiensis, in Moritania Vnellorum vrbe: Rothomagensis, apud Pontisaram Syluanectensis agri oppidulum. Quoniam igitur sacri Burdegalæ Iuridici penes se retinuerãt appellatoriæ causæ cognitionẽ, nullo creato in partibus Vicario Archiepiscopi qui de ea ius redderet, litigatorũ alter abusus nomine prouocauit ad Senatum Parisiensem. Itaque Conscriptis Curiæ placuit rectè prouocatum, graui etiam in Archiepiscopum mulctæ dictione, nisi actutum Vicariæ potestatis literas traderet de appellatione istorum cognituris, intra Pictauensem diœcesim, Maleacensem, aut Engolismensem. Nũm verò Burdigalæ Præsul rite habeatur Aquitaniæ Metropolites, disputatum ab eo fuit cum Biturigum Archiepiscopo apud Gregorium. 9. P.P. Cap. vlt. De maiorit. & obedien. Summa rei est, quam magistro fori Vsu percepimus, Burdegalensem sacræ Metropolis iura in prouinciales suos exercere.

Arrest du Parlement de Rennes du 15. Mars 1556. entre Maistre François Pon'onadun appellãt, & Iues Pezro intimé, l'appellant promoteur de l'Euesque de Leon accuse l'intimé prestre deuant l'Official de Leon, & sur 2. defaux obtenuz contre luy suspension à diuinis. L'intimé appelle à Tours & faict citer l'appellant audit Tours, dont il appelle comme d'abus, comme ne pouuant les subiects de ce Duché estre tirez hors en matiere de correction, sauf à se pouruoir par deuant les Iuges deleguez pour cognoistre de la matiere en ce pays. L'intimé dit que la matiere est pure ciuile, & qu'il n'y a rien de criminel. La Cour dit qu'il a esté mal & abusiuement procedé, & executé par l'Archeuesque, & neantmoins pourra l'intimé obtenir Rescript *adressant à Iuges deleguez* in partibus.

Idem *jugé par Arrest dudit Parlement de Rennes le 16. de Feburier 1556. entre Iehan du Tellet Euesque de S. Brieu, & Robert de Brehant. Du Recueil des Arrests de Maistre Noel du Fails pour ces 2. Arrestz.*

Rebuff in praxi benefic. Tit. forma Vicariatus num. 158. citat consimile Decretum Curiæ Parisiens. die. 15. Dec. 1524. quod Archiepiscopus Burdigalens. tenebatur constituere Vicarium in ciuitate pictauien. & hoc propter appellationẽ ab abusu. *Il y en a aussi Edict de François 1. en Mars 1542. touchant les 4. Eueschéz de Poictou Luçon, Maillez, & Angoul. du parlement de Paris suffragans de l'Archeuesque de Bordeaux.* In Cod. Henric.

A Dijon, (du parlement de Bourgongne) y a de tout temps vn Vicaire & Official de l'Eueschè de Langres, laquelle est assise au parlement de Paris.

Du 16. iour de Mars. 1572. l'Archeuesque de Tours suyuant les Lettres du Roy establit deux Vicaires à Rennes pour juger les appellations des Euesques de Bretagne, lesquelles Lettres sont enterinees à la charge &c. Recueil des Arrestz de Maistre Noel du Fails.

Ainsi par Arrest des Grands Iours de Troye de l'an 1535 fut ordonné que l'Euesque de Toul establiroit en la ville de Bar, vn Official pour les subiects du Barrois & du Royaume de France, au deçà la Meuse pour les causes Ecclesiastiques, à ce qu'ils ne fussent tenus plaider hors le Royaume. Sed dubitatur *du ressort par appel dudit Official si ce sera à Troyes, comme les autres dudit Eueschè de Toul, ou deuant l'Archeuesque de Sens Dont y a appel comme d'abus des Reliefs d'appel à Troyes, au Roolle de Champagne l'an 1599.*

Item vn Vicaire de l'Euesque d'Austun estant du Parlement de Dijon in partibus *de S. Pierre le Moustier, & de Bourbonnois, estant du parlement de Paris. & de faict à Moulins en Bourbonnois y a de tout temps vn Official forain de l'Euesque d'Austun.*

Noua Decis. Rotæ 3. sub Rubr. De sententia & re iudic. Clẽ. vt calumniis non obstat tertio opponenti tres sententias cõformes esse nullas. Item Clem. vt calumniæ

Hinc quæritur de appellatione ad Primatem prouinciæ inter- 27
posita seriatim à trina Ecclesiastici iudicis sententia, cuius agendæ prouocationis Diplomati clausula inserta sit, de suspendenda interim iudicati executione. Nunquid Diplomaticæ huic clausulæ standum sit? Minimè standum Pattes ad appellationem ex abusu

non procedit quum in 4. sententiam super principali lata fuerit vna sententia super nullitate primatum duarum, quæ tamen per tertiam fuit infirmata. Rotæ Decis. 2. sub Rub. De sentent. & re iudic. Itē Clem. vt calumniis non procedit quando tertia sententia est data solum super desertione. Rotæ Decis. 25. In antiq. sub Rubr. De sentent. Item Decis. Rotæ 424. In antiq.
Decretum Ducis Sabaudiæ quando quis reportauit tres sententias cōformes, quarum altera habeat vim Præfecti Prætorio, eo casu non liceat condemnato, tertiò prouocare, seu supplicare, nec da nullitate dicere, &c.

Au relief d'appel de cour d'Eglise la clause Inhibentes *d'attenter au preiudice dudit appel ne d'executer la sentence.*

pronunciarunt. 15. Kalend. Maïas An. 1536. Marillaco, & Seguerio partium causidicis. Qua in facti specie, dubitatio inde emerserat, quòd licet à trina sententia conformi prouocans non audiatur, isthîc tamen vna ex tribus numerum illum sententiarum minimè impleat, lata nimirùm à recusato iudice & reiecto. Ob idque intendebat litigator, appellationis præsidio extingui pronuntiatum: hanc saltem exequi sententiam fas non esse, cuius *nullitas* (vt aiunt) liquidò pateret. Sed leue hoc argumentum refellit Clementis. 5. sanctio in Cōcilio Viennēsi prǽscripta, ne cuiusuis *nullitatis* obtentu ternę executio sententię longiùs prorogaretur. Clem. Vt calumniis De re iudic. Ab interlocutionibus verò, quæ sententiæ vim non habeant, semel tantùm prouocare licuit in Foro Ecclesiastico Pragmatica Francorum Sanctione Cap. Vt lites Tit. de friuol. appellat. Imò hodie nec semel quidem ab huiusmodi interlocutionibus superiorem appellare fas est, Lege. Concordati Bononiensis. §. *Nec à grauamine in quacumque instantia ante definitiuam sententiam quomodolibet appellaretur: nisi forsitan tale grauamen extiterit, quod in definitiua reparari nequiret.* Tit. De causis & appellation. Atque ita nuncupatim, Me dicente, iudicatum est à Senatoria Inquisitionum Classe tertia, Quinto Idus Martias An. 1579. ad prouocationem abusus nomine factam à Maria Corbia cliente nostra, in mandatum exercendæ appellationis ab Inrerlocutoria, quod Stephanus Brayus ab Ecclesiastico iudice obtinuerat superiori. Desporta Braij causam orante. Cæterùm in profano Galliæ foro cuilibet permissum est, ad tertiam vsque appellationem à sententiis confugere, pro superiorum Tribunalium gradibus & ordine. Per hunc modum Imperialis Germaniæ Senatus iudicio censuit, Germanos trinam habere in vna eadêmque causa prouocarionem liberam An. 1537. Abelo & Moleno inuicem contendentibus. Alio item Prætoriani Consilij Germanorum iudicio 16. Cal. Quintiles An. 1550. Ex forensi controuersia Henrici *de Alcan*, & Petri *Tenarx*. Vt refert Mynsingerus, Centuriæ 1. Obseruat. 15. Quam in partem cietur Baldi opinio, in l. vlt. Cod. De sentent. Tit. generali.

Arestum Curię die 17. April. An. 1536. inter Bourguelleum prouocantem ceu ab abusu, & Andegauēsis templi maximi Collegium.

Ab interlocutoria vim definitiuæ non habente non licebat secundò appellare in Gallia, ex Prag. Sanct.

Arestum die 11. Mart. 1579. in tertia Camera Inquestarum Curiæ Parisien.

Decretum Imperialis Cameræ die 16. Iunij An. 1550.

Le Mardy 8. Nouembre 1605. le Clergé de France assemblé à Paris veut deliberer & conclure, que doresnauant en l'Eglise Gallicane, on ne receura plus entre les Ecclesiastiques plaidans qu'vn degré d'appel, & que à ceste fin ledit Clergé en baillera sa supplicatiō au Pape.

Qui est en effect rendre les Archeuesques qui sont Iuges des premieres appellations des Euesques ou leurs Officiaux, les rendre, dis-ie, souuerains, sans plus recognoistre les Primats superieurs, comme l'Archeuesque de Lyon, & Bourges, & faire ouuerture aux appellations comme d'abus, qu'ordinairement interietteroient lesdits appellans aux Parlemens, se voyans desnuez & priuez du second degré d'appel, cum vtique melius non iudicet qui secundo loco iudicat, sed aliquando primi iudicis sententias in peius reformet. l. 1. D. de appel. *Ce qui seroit bien plus scandaleux à tout l'ordre de plaider leurs dernieres appellations deuant les laiz, que pardeuant lesdits Primats Ecclesiastiques. Partant Bellieure Archeuesque de Lyon s'est opposé à ceste Conclusion du Clergé, apres la deliberation sur ce faicte auec moy, dont la teneur ensuit.*

CONSVLTATION OV DELIBERATION DE L'AVTHEVR POVR L'ARCHEVESQVE DE LYON.

Sur la question des degrez d'Appellations en l'Eglise Gallicane, seront obseruez trois poincts principaux successiuement. Le premier est de la doctrine &

Police de l'Eglise Chrestienne vniuerselle. Le second de la Hierarchie & Clergé de France. Le troisiesme de l'Eglise de Lyon, tres-antique Primatie des Gaules, pour donner graduellement la troisiesme sentence sur le second appel des particuliers Ecclesiastiques.

1 *Pour le premier: Nostre S. Pere, chef vniuersel de l'Eglise, a declaré l'vsage tres-ancien d'icelle en la reception du second appel, pour venir à 3. Sentences conformes. Assauoir le Pape Clement.* 3. In Cap. Directè. Et Honore. 3. In Cap. Sua nobis De appell. *Clemen. 5. au Concile de Vienne. Clem.* 1. De re iudic. *auctorisant lesdictes 3. Sentences conformes en chasque cause ecclesiastique, iouxte le sainct Canon*, Si quis in quacunque. 2. quæst. 6. *ou selon la Police ciuile des autres Ordres du Peuple establi par les Empereurs Romains, au Code de Iustinian*, Ne liceat in vna eademque causa tertiò prouocare, *& au Code Theodosian*, De possessione ab eo qui bis prouocarat transferenda.

2 *En suyte duquel establissement general, l'Eglise Gallicane a esté particulierement liée & obligée à l'obseruation dudit double degré & ressort d'appellations, tant par la Pragmatique Sanction extraicte du Concile de Basle, receüe pour loy en ce Royaume, & comme telle verifiee au grand Conseil du Roy Charles. 7. tenu à Bourges l'an* 1438. Tit. de friuolis appellationibus, In ver. secundo, vbi Guimerius scholiastes expressim. *Ce qui a esté encores plus formellement estably & ordonné par le Concordat de l'an. 1516. d'entre la saincteté de Leon 10. & la maiesté du Roy tres-Chrestien François 1. Au tiltre semblable*, De friuolis appellationibus. §. Ab interlocutoriis. *Duquel Contract public irreuocable selon le droict de toutes Gens, & deslors verifié aux Parlemens de France, ensuit vne impossibilité de la retractation ou abrogation d'iceluy à present mendiee & exquise en Cour de Romme.*

3 Tertiò, *subsidiairement le tiltre de la Primatie de Lyon establi aux Gaules dés le temps de la primitiue Eglise, iustifie assez lesdits 2. degrez d'appel & de ressort de tout temps receuz en l'Eglise Françoise, specialement. Car Eusebe au liure 5. de l'histoire Chrestienne (Chap. 22. & 23.) rapporte auoir esté l'an de Salut. 179. tenu à Lyon Concile National fort celebre, auquel presida sainct Irenee lors Archeuesque de Lyon, en ces mots:* Nam Irenæus cum cæteris, quibus præerat, Galliar. Episcopis, confirmat quidem, vt in Dominica die Resurrectionis Domini mysterium celebretur. *Depuis encores en approbation de ce tiltre Primatial des Gaules aux Archeuesques de Lyon, Gregoire. 7. P. le confirma à Gebuinus Archeuesque. Item Vrbain. 2. P. au Concile de Clermont en Auuergne tenu l'an*, 1097. *iugea le different de ladicte primatie au proffit de Huges Archeuesque de Lyon, contre Richier Archeuesque de Sens, en ces mots:* Itaque Suffraganeis, qui præsentes aderant, sententiam meam debita humilitate suscipientibus ac obedientiam promittentibus, sic tandem Lugdunensis Ecclesiæ querela diuturna, annuente Domino terminata est. Per præsentem igitur Priuilegij paginam Lugdunensis Ecclesiæ tuæ Primatum super. 4. Prouincias confirmamus &c. Prouincias autem illas, quas vobis confirmamus, dicimus Lugdunensem, Rothomagensem,

genſem, Turonenſem,& Senonenſem: Vt hæ videlicet Prouinciæ condignam Lugdunenſi Eccleſiæ obedienriam ſoluant; & honorem quem Romani Ponrifices reddendum eſſe ſcripto propriis præfixerunt, deuotè humiliterque exhibeant. *Or peu de temps apres, S.Bernard floriſſãt l'an.1130. eſcrit ainſi aux Chanoynes de Lyon.* Epiſt.174. Quùm inter Eccleſias Galliæ conſtet profectò, Lugdunenſem hactenus præminuiſſe, ſicut dignitate Sedis, ſic honeſtis ſtudiis, & laudabilibus Inſtirutis. *Car enuiron le meſme tẽps les Papes Paſchal 2. l'an. 1116. Calixte 2. l'an. 1121. Celeſtin 2. l'an. 1144. Adrian 4. l'an. 1154. Alexandre 3. l'an. 1158. ont par leurs Bulles exhorté les Archeueſques ſuſnommez de recognoiſtre l'Archeueſque de Lyon, pour ſuperieur & leur primat. Brief Amé de Talaru Archeueſque de Lyon, en obtint du Pape Martin. 5. Reſcript de confirmation des priuileges de la Primatie de Lyon, octroyez à ſes predeceſſeurs. Aſſauoir le 1. d'Aouſt l'an. 1417. Et finalement du regne de Loys XI. Loys Cardinal de Bourbon Archeueſque de Lyon l'emporta par Iugement Conſiſtorial de Rome, contre Guillaume de Melun Archeueſque de Sens.*

Par lequel Tiltre Hierarchique & Primatial des Gaules eſt ſuffiſamment prouué l'vſage de temps immemorial du ſecond degré & reſſort deſdites appellations en l'Egliſe Gallicane, outre les Sentences deſdits Archeueſques ayans iugé le premier appel des ſentences Epiſcopales de leurs Suffragans. Lequel ordre & degré de reſſort partant ne peut eſtre à preſent retranché ſans vn manifeſte renuerſement de l'auctorité & police de tout temps eſtablie en l'Egliſe de France. *La Primatie vaine & extirpee par l'abolition du reſſort par l'appel des Archeueſques qui eſt le ſecond degré d'appel.*

Outre laquelle diſformation de l'Eſtat public du Clergé Acephale & demeurant ſans chef & ſuperieur entre les Archeueſques & Prelats de France, s'enſuyuroit vne difformité honteuſe & incommodité en la Republique de France: en ce que les degrez d'appel n'eſtans coarctez ne limitez pour les laics en ce Royaume, pardeuant les Iuges ſeculiers d'iceluy, iuſques aux Cours ſouueraines des Parlemens, nonobſtant les 2. degrez prefinis par la Loy Romaine: les Eccleſiaſtiques neantmoins, plus fauorables & preferables, ſeroiẽt priuez de la deffẽſe naturelle de l'appel audeſſoubs deſdits 2. degrez, à l'opprobre, iniure & ſcandale vers les deux autres Ordres & eſtats du peuple de la France.

Ioinct les autres Inconueniens touchez par le memoire, ſur lequel le preſent Aduis a eſté dreßé.

28 QVOD ſupraſcriptum eſt, prouocationis interiectu non ſuperſederi ab executione ſenrentię in multis cauſarũ generibus, id pertinet etiam ad eas fori controuerſias, quibus morum caſtigario reformatióque agitur, Eccleſiaſticæ diſciplinæ vinculum. Nam hoc caſu edixit Princeps noſter, callidum appellationis perfugium rei iudicaræ executioni impedimenro eſſe non debere. Lege iudiciaria Franciſci.1.An.1539.& Karoli.IX.lata.16.Cal. Maias An.1571. Artic. 5. Quam Ornatiſſ. Curia ſolemni more comprobauir.7. Idus Septembres Eod.Anno. Quin Francica hæc Conſtitutio è mediis Pontificiæ Legis fontibus hauſta videri poſſet: Idem dictante Alexandro.3. Cap. Ad noſtram De appellat. & Innocentio.3. in Concilio generali Cap. Irrefragabili De offic.ordin. Quibus conſonat Curię

Regia Ordioatio Frãcica An.1519.& Die. 16. April. An. 1571. modificata io Parlamento Parisien.die.7, Septembr. Eod. Anno.

Iore commuoi à correctione nõ appellatur, oiſi correctur modum pręrergreſſus ſit. Cap. Reprehenſibilis De Appellat.

S Consultum Die. 9. Decembr. An. 1550. pro Capitulo Ecclesiæ Cathedralis *de Chaalons* in Campania Francica.

decretum, ad quam in emendationis morum negotio fuerat prouocatum abusus nomine. 5. Idus Decembr. An. 1550. secundùm Cathalaunense summi Templi Collegium. Eodem vergit Allobrogica Sanctio, ne appellationis obtentu, quæ abusus ergo interposita sit, Ecclesiastica morum censura correctióque retardetur. Sicuti forensibus Sabaudiæ Legibus continetur. In Tit. De prouocationibus ex abusu, Artic. 1. Reliquis porrò casibus appellationis auxilium, præsertim quæ ex abusus formula concepta sit, fauorabiliter amplectuntur nostrates Magistratus. Vt puta, Fani Florentij, in Andibus, Præsul monasticus, Cluniacensis Ordinis, vocauit in ius Vidum Petrum ex mutuo ad Parisiensem Cluniacensium Priuilegiorum Seruatorem Pontificiũ, Abbam D. Genouefes. Opponit reus trãslatiuam fori exceptionem, gemina ratione. Prior, eo quòd tale iurisdictionis priuilegium spectet duntaxat Cluniacensium sacerdotiorum iura, non priuatas alias petitiones. Vt sanxit Innocentius. 3. Lingonum episcopo rescribens Cap. Cum capella De priuil. Et Innocentius. 4. in Concilio Lugdunensi Cap. 1. §. in eos Eod. Tit. Apud Bonifacium. 8. Altera ratio, quia Priuilegiorum Iudices vindicesque Apostolici iurisdictione non vtantur vltra quatridui spatium, à litigatoris domicilio emetiendum. Edicto Ludoui. 12. 4. Iduum Maiarum. An. 1499. Quo alia item Iuridicæ eius capita Potestatis præscribuntur. Ne scilicet Pontificius ille Recuperator de crimine alibi admisso cognoscat, neve de probanda aut improbanda Electione, de fœdere connubiali, de diuortiis, neu de Ecclesiastica sacramentorum administratione, de Xenodochiis ac Valetudinariis, de morum coërcitione cœnobitarum, nec omnino de prouocationibus ab Ecclesiastico Ordinario factis. Proinde ita conuentus apud Pontificiorum priuilegiorum vindicem, postulabat causam ad suos Andium iudices relegari. Summotus hac fori translatione Senatum appellat abusus causa. Patres, re diu multúmque concertata, abusiuè iudicatum pronuntiarunt. Postridie Kal. Octobr. An. 1536. victo illo Cluniacensis ordinis cœnobiarcha. Atque vt nonnulla obiter Cluniacensium Iura singularia percipiantur, En tibi Pontificiæ tabulæ Cluniacensis Priuilegij, cuius seruandi asserendíque gratia, designatur in calce Diplomatis Pontificius ille selectus Iudex, de quo suprà. *Clemens Episcopus &c. Dilectis filiis Abbati & Conuentui Cluniacensi &c. Vestra sanè petitio nobis exhibita continebat, quòd cùm Monasterium vestrum, quod eiusdem Sedis specialiter iuris extitit, à primo suæ fundationis exordio vsque ad moderna tempora, multis Romanorum Pontif. Priuilegiis & Indulgentiis sit munitum, & donatum libertatibus ab eisdem, nonnulli Archiepiscopi & Officiales eorum, aliique Ecclesiarum Prælati non attendentes, quòd nobis principaliter iniuriati probantur, qui priuilegia Sedis Apostolicæ impugnant, contra eadem priuilegia & indulgentias ad Synodos & conuentus forenses vos illi compellunt, ad domos vestras causa ordines celebrandi, causas tractandi, aliquos cõuentus publicos conuocandi,*

Abbatia *de S. Florent, en Anjou.*

Memorabile Edictum Die. 12. Maij An. 1499. de tota ferme Conseruatoris Apostolicorum Priuilegiorũ Iurisdictione.

Hospitaux, & Maladeries.

Arestum Curiæ Die. 2. Octob. An. 1539. *contre vng debouté de renuoy iugé par le Conseruateur de S. Geneuiefue.*

Clementis. 4. P.P. Bulla priuilegiaria pro Cluniacensibus cœnobitis.

conuocandi, & missas celebrandi interdùm accedunt, ab Abbate vel Priore monasterij nullatenus inuitati, à fratribus etiam Cluniacensis Ordinis obedientiam & reuerentiam extorquere, ac in ipsos vbilibet commorantes iurisdictionem exercere, interdicti sententias proferre, in Prioratibus & cellis eiusdem Ordinis Abbates ordinare, infra parochias locorum eidem Monasterio Cluniacensi subditorum absque Cluniacensis Abbatis assensu Ecclesias & Capellas constituere, cemiteria benedicere, de vestris monachis & monasteriis iudicare, ad iudicia sua eos inuitos protrahere, ac pro controuersiis vestris in parochianos, homines, & seruientes vestros animaduertere præsumentes &c. Cùm autẽ sit à prædicta Sede statutũ, vt omnes Ecclesiæ, capellæ, ac cœmiteria vestra libera & immunia ab omni exactione consistant, & fratres cellarum, seu locorum vestrorum vbilibet positorum pro interdicto aut excommunicatione quibuslibet suspensionem diuinorum officiorum minimè patiantur, & tam monachi prædictorum locorum, eorum famuli, & qui se monasticæ professioni deuouerunt, diuinæ seruituris officia celebrent, & debita peragant sepulturæ, iidem Prælati vos vti liberè Statutis huiusmodi non permittunt, nec diœcesani Episcopi aut Officiales eorum præsentatos sibi à vobis ad parochiales Ecclesias quos habetis sacerdotes admittunt, nec celebrare vobis est ex Apostolicæ Sedis benignitate cõcessum, si dicti Episcopi præsentatos eisdem malitiosè non duxerint admittendos. Præterea cùm ex indulgentia Sedis eiusdem, Ecclesiarum vestrarum decimas, quæ à laïcis detinentur, si secundùm Deum ab eorum potestate subtrahere vestræ religionis reuerentia poterit, ad vestram & pauperum gubernationem vobis & Ordini vestro liceat retinere, ac laïcos, vel clericos seculares per loca vestra ad conuersionem siue ad sepulturam suscipere, nisi pro certis criminibus fuerint excommunicati, iidem super his vobis temerè se opponunt, alium quàm Cluniacensem Ordinem in parochiis ad ius vestrum spectantibus de nouo creare nihilominus præsumẽtes, licet ab eadem Sede id fieri cuilibet inhibitũ sit expressè. Ad hæc, cùm vos & fratres vestri vbilibet commorantes conueniri, vel vltra duas dietas à Monasteriis vestris ad iudicium pertrahi, seu ad cuiuslibet prouisionem compelli per literas Apostolicas non possitis, nec alicui liceat auctoritate ipsarum in fratres ipsos Iurisdictionem aliquam exercere, nisi eædem literæ plenam de ordine vestro & indulgentia vobis super iis ab eadem Sede concessa fecerint mentionem, ipsi Prælati & alij à Sede Apostolica delegati indulgentiam huiusmodi voluntate propria non seruantes, super his vos sæpius aggrauant. Audiuimus præterea, quod aliqui Prælati Ecclesiarum & Officiales eorum, licet in vos & alios Cluniacensis ordinis monachos vel conuersos vbilibet commorantes, pro eo quod estis Apostol. Sed. Priuilegiis communiti, eis non liceat excommunicationis aut interdicti sententiam promulgare in molentes in molendinis, & coquentes in furnis, in contrahentes vobiscum, in seruientes, & familias vestras, in locãtes eis operas suas, in illos etiã qui missas & horas vestras audiunt, decimas, reditus & oblationes, & alia vobis debita reddunt, seu aliàs vobis communicant, proferunt sententias &c. Quare nobis humiliter supplicastis, vt tantis vestris grauaminibus prouidere misericorditer curaremus. Nos itaque ad instar fœlicissimæ recordationis Alexandri & Vrbani prædecessorum nostrorum, nolentes de cætero tam enormes abusus, non absque Apostoli-

Alia Cluniacensis ordinis monachorum Priuilegia referuntur sup. Tit. 1. huius Lib. 2. & 1. Tit. 4. Libri. 3

cæ Sedis excogitatos iniuria sustinere, huiusmodi excommunicationis & interdicti sententias proferri, & alia supradicta contra eiusdem Sedis indulta, in vestrum præiudicium fieri auctoritate præsentium districtius inhibemus. Decernentes irritum & inane. &c. Postridie Calendas Nouemb. Pontificatus Anno. 1.

Die. 2. Nouemb.

FERVNTVR & alia Cluniacensis Ordinis priuata ac singularia 29
Iura. quorum istud refricat Stephan. Bertrandus Carpentoractensis, Consil. 9. Volum. 2. Ne regularia huius Ordinis sacerdotia aliis commendari valeant, quàm aut Romanis purpuratis, aut Ordinem ipsum apertè professis, aut quibus Abba Conuentúsque cœnobiorum eiusmodi speciatim consenserint. Antoniani quoque Ordinis monachis irrogauit ille Pontifex affinia superioribus priuilegia. His quippe Clemens. 4. Rescripto indulsit, piorum vt congressu priuari nequeant ab Ecclesiasticis Præsulibus, nec eorum Templa & oratoria sacro interdicto supponantur, absque Pontificiæ Sedis iussu peculiari: Tùm vt Episcopi Præfectíque Ecclesiarum alij Nuncios eius Ordinis tueantur, ne qua ipsis fiat iniuria. Adiecit & hoc Ordini priuilegium Gregorius. 9. vti decimas à profanis hominibus redimendi liberam haberent facultatem ac copiam. Denique ex D. Antonij Familia sacerdotes regiorum vectigalium immunitate donauit Ludouicus. 9. quùm in Africanos Orthodoxæ Fidei hostes classe expeditionémque adornaret. Vt est apud Aymarũ Falconé Antonianæ Societatis monachũ, In Hist. Antoniana.

Priuilegia Ordinis *de S. Anthoine de Viennois.*

Alia autem huius Ordinis Priuilegia vide Sup. Lib. 1. Tit. 2. Et I. Lib. 3. Tit. 4. Cum Artic. 10. Tit. proximè sequentis hoc Lib. 2.

Exemptio à nummariis subsidiis, tributis, & impositionibus Regiis.

Titulus. V.

DE OFFICIO EIVS, CVI MANDATA EST A PONTIFICE IVRISDICTIO.

1. 2. *An delegatis, seu Vicariis à Senatu nominatis Prælatus cogatur dare literas Vicariatus.*
3. *Reditus annui Ecclesiasticus Iudex incompetens, arreragoriũ secus.*
4. *Commissa à Pontif. iurisdictio Abbati D. Genouefæ Parisien.*
5. *Catalogus Priuilegiariorum coram Abba Ædis Genouefæ litigantium.*
6. *Bulla Apostol. De fori Priuilegio Cœnobij S. Vedasti, Artesiensis.*
7. 8. 9. *Apostolici Conseruatoris Iurisdictionem vltra. 4. dietas non extendi: Excepto tamen Abbate S. Genouefes.*
10. 11. *Bulla Pontif. pro monasterio B. Anthonij Viennensis.*
12. *Aresta Curiæ pro Apostol. Iurisdictione Abbatis Fani Genouefæ, apud Lutetiam.*
13. 14. *Priuilegium fori apud eundem Abbatem pro Cistercienfibus.*

15. *Quibus-*

15. *Quibusnam causarum cognitio Apostolicis Rescriptis delegetur.*
16. *Extra fines diœcesis Rescripto litigantes trahi non posse.*
17. *Aliud in Rescripto omologationis Concordati cuiusuis, quæ voluntariæ Iurisdictionis est, non contentiosæ.*
18. *Priorum legatorum cognitionem Ecclesiastici purè fori non esse.*



1 ABSOLVTO ORDINARIÆ Iurisdictionis tractatu, quæ Hierarchis singulis competit, delegata venit explicanda, seu quæ à Pontifice Max. aliis vè Ecclesiasticis præsulibus cuiquam demandatur. Sic aditus ex prouocatione Archipræsul litis disceptationem interdum viris committit longo rerum vsu iudicióque spectatis. Sed in eo genere fuit hæsitatum, an delata ad Senonum pontificem appellatione à Parisien. Episcopo inter Lutetianos ciues, Senatui liceret Senonensem compellere ad tesseram Vicariæ potestatis mandatumq; Senatoribus clericis concedendum, quos Curia nominatim condixerat, appellatoriæ causæ præficiendos cognitioni. Eo quidé iure non semel vsus est Ordo Clariss. velut inuncti sacratíque Regis sacratum Consilium, mixtusque ex Sacerdotibus perinde ac profanis Magistratus. Aresto Curiæ aduersus Senonum Archiepiscopum. 7. Cal. Quintiles An. 1576.

Elegans quæstio, an Prælati teneantur date literas Vicariatus nominatis a Senatu regio Consiliarijs Curiæ clericis ad Ecclesiasticarum causā decidendam.

Arestum Parisiē. Die 25. Iunij An. 1576.

VERVM in consimili de hinc causæ argumento, Nos præfractè defendimus apud Conscriptos Curiæ pro eodem Senonum antistite, Præsules minimè cogendos videri suam aliis iurisdictionem mandare, quàm quos illi nutu arbitrióque suo Vicarios nuncupassent, non alieno. Vt sanxit Bonifacius. 8. Pontif. Cap. Vt litigantes In vers. vel audiat, vel etiam audiendas committat De offic. ordin. Alioqui nec Archiepiscopalis cognitio, iudiciumque ritè habeatur, nisi clara Archipræsulis voce auctoritaréquedesignentur Vicarij Iuridici. Ex Papiniani responso Lib. I. Quæstionum L. 1. §. qui mandatā. ff. De offic. eius cui mand. est iurisd. Quinimò prouocantes audire omninò is non tenetur subtili iuris ratione præterquam in suo, sacræque Metropolis Prætorio. cit. Cap. Vt litigantes. Dicebā insuper, ordinariam hanc Archiepiscopi iurisdictionem à delegata longè latéque discrepare: qua in delegata prouocationū Iudices, nominante interdū litigatoribus Curia, dantur clerici Senatores. Vsuuenire etiam aliquandò, vt degentes extra Senatorij territorij septa Archipræsules vrgeātur sacrorum fundorum pigneratione ad Vicarium Iuridicum intra eius fines limitesque Territotij constituendū, (Vt superiori Tit. ostendimus Artic. 26.) Quæ omnia cessāt in Senonensi Metropolita, cuius Ditio tota Ecclesiastica finib⁹ septa tenetur Curiæ Parisiensis. Hic nihilominùs à Cōscriptis Curiæ damnatus est, literas Vicarij umneris assertorias Sudorio & Saueusio clericis Senatoribus dare ad prædictam appel-

Lib 6. Decretal. Epistol.

Quòd Prælati præcise tenentur à peine de saisie de leur temporel commettre Vicaires dans le ressort du Parlement, audedans duquelles parties plaidātes demeurent.

Iudicatum Curię Die. 21 Octobr. An. 1576. inter Senonum Archipræsulem ac Renatum Vaugiraudum generalem ipsius Vicarium, & priuatos quosdam litigatores quorum nomina isthic consultò supprimimus.

Edicto Blesensi relictum est optioni Prælatorum in casu constituendi Vicarios Curiæ Consiliarios vt eos eligant Prælati ipsi. Edicto autem *de Melun* Senatus nequit Prælatos cogere ad Vicarios dandos, nisi in causis criminalibus vbi periculum foret, ne rei è familia iudicũ eximerentur, si alio traducerentur ad causam appellationis in superiori foro longinquo expediẽdam.

Arestum sanctioris Consilij regij, Die 19. Iulij An. 1581.

Decreta Curiæ Parisien. Die. 25 Iunij An. 1576. Die 6 Iulij An. 1577. & 19. Decembr. An. 1578.

lationis controuersiam iudicio dirimendam: nullo interim Archiepiscopalis iuris imperiíque præiudicio ac prærogatiua. Decreto. 5. Iduum Octobr. An. 1576. ex tempore lato, quùm Nos Archiepiscopi, summíque eius Vicarij causam orassemus. Pasquero, contrà, & Ramato priuatarum partium aduocatis. Ac ne quis existimet nouum hoc & commentitio Iure receptum in summis Galliæ tribunalibus Regiis, scripsit pridem Arnoldus Ferronus vir Senatorij Ordinis, consueuisse Patres Burdigalenses, vbi ad sacrorum Magistratuum subsellia reos remittunt, aut statuere, vt aliquot eis Senatores assideant, aut eos etiam cogere, vt è numero Senatorum aliquot Ecclesiasticos iudices Vicarios præbeant ipsi. Nimirùm quia metueret Senatus haud raram Ecclesiasticorum in iure reddundo vel collusionem vel negligentiam. Ferron. In Commentar. ad Burdegalens. Consuet. Tit. 4. De dote. §. 12. & vlt. Nec diuersum refert Boërius Burdegalensis Curiæ Præses, Decis. Burdegalen. 69. Num. 10. Sed posterioribus Edictis Principum nostrorum res temperata est, commissúmque religioni Senatus, ne nisi grauissimis de causis sacros Magistratus impellat, ad Vicarios Iuridicæ functionis constituendos. Artic. 21. Melodunensis, &. 61. Blesensis regiæ Constitut. Nobis vtique postea dicentibus in Auditorio Principis, censuerunt Regiæ Aulæ Prætoriani Iudices, clientulam nostram Senonas proficisci non debere ad Archiepiscopum, vt connubialem litem, quæ ad eum ex prouocatione delata erat, iudicio decideret, sed hunc ipsum Parisien. Curiæ Consiliarios, qui eius vicem gererent, substituere compellendũ. Regio decreto. 14. Calend. Sextiles. An. 1581. secundùm Mariã Corbiam, pro qua egi, aduersus Stephanum Brayum, cuius Mareschalus, & Clerũ Frãcicum, cuius Butelerius causam perorarunt. Eòdem tẽdũt quæ in eo genere antea Senatus Parisien. definierat. Arestis. 7. Kalẽd. Iulias An. 1576. ad libellũ Leonoræ Guillotæ, cõtra Franciscũ Richeum. Item pridie Nonas Quintiles 1577. ac. 14. Cal. Ianuar. An. 1578. inter Franciscam Gouffieriam, & Iacobum d'Aussonuillerũ.

De Cõseruatore priuilegiorum Apostolicorum Vniuersitatis Parisien.

Regia Ordinatio Frãcica, die 21. Maij. 1499. ne de iuribus realibus *des rentes*, cognoscant Conseruatores Priuilegiorum Apostolicorum Vniuersitatum.

CONTROVERSVM fuit in Curia Parisiensi, nũm Pontificius 3
scholasticorum priuilegiorum Seruator, ius diceret de reliquiis annui vectigalis. Pro eius Iurisdictione vrgebant hæc, præteritorum annorum præstationes reliquas, verùs personales esse, quàm in rem conceptas actiones. Tametsi igitur in rem Actionum cognitio interdicta sit Pontificio Scholasticorum Iuridico, Lege Regia. 4. Idus Maias An. 1499. Aliud tamen est de superiorum pensionum reliquiis statuendum, seu annui reditus vsuris, quæ mouentium appellatione, personaliúmque nominum censentur. Opinione Baldi in Cap. 1. De Pace tenen. In Feud. Diuersæ autem partis sententiam fulciebãt ista, Annuum vectigal inter res soli prędiariasque numerari. Eandem vsurarum seu reliquorum, quæ sortis aut annui census, rationem apparere. Quùm talis stipulatio, IN

ANNOS

ANNOS SINGVLOS, vna ſit, perpetua, ac vniformis. Vt Pomponio placuit, Lib.6.ad Sabinum. L.Si Stichum. §.ſtipulatio ff. De verb.oblig. Et Sceuolæ lib.1.Reſponſorum.l.Lucius D.Qui potiores in pign. Ex eóque profecta videri poſſit Ludouici 12. ſanctio, ne cui liceat, annuæ penſitationis reliqua priuilegiario tranſcribere Mineruæ tyrunculo, niſi vnà cum toto vectigali, nec fundi fructus, niſi cum fundo, vt is fori priuilegio vti queat. Edicto pridie Kal. Septembres An. 1498. Senatus rem quæ ad eum prouocationis titulo ex abuſu deducta erat, reiecit in deliberationem pleniorem. An.1520. Tulluo, prouocantis: & Gontero, aduerſarij cauſidicis. Quo in negotio ſequendum hoc arbitror, vt ſi reliqua petenti moueatur vectigalis ipſius controuerſia, negetúrque annui reditus exigendi vllo modo ius eſſe: tunc à Pontifice iudex datus, nihilo firmiùs de reliquis, quàm de vectigali ipſo notionem interponat. Quandoquidem petitiones in rem ſcriptæ nullo modo fori huius ſunt Recuperatorij ſeu delegati, nec mandata à Pontifice iuriſdictione, potuerunt transferri. Sicuti Patres ad appellationem ex abuſu iudicarunt, in Pontificium Academicorum iudicem ac diſceptatorem Pariſien. 10. Calend. Martias An. 1529. Thuano, & Lieureo partium aduocatis. Verùm ſi de nuda reliquorum ſolutione diſputetur, manente nec vocato in dubium ſolariæ penſitationis iure, de qua diximus, tunc eius rei notionem exiſtimo ad Pontificios delegatos pertinere. Quinimò parte hæreditatis ex teſtamento petita coram Pontificio priuilegiorum Scholæ Seruatore, ei ipſi Patres adiudicarunt hoc cognitionum genus. Decreto. 16. Calend. Apriles An. 1534. Marliaco, & Reburtio cauſæ patronis. Rectè equidem. Nam etſi petitio hæreditatis actionibus in rem adnumeretur, perſonales tamen complectitur præſtationes. Vlpiani reſponſo Lib.15. ad Edictum. l. Sed etſi lege. §. petitio hæreditatis licet in rem actio ſit, tamen præſtationes quaſdam perſonales habet ff. De petit.hæredit. Planè Normani municipes, quantumuis Regia ſe iactet Hutini Chartula, parere coacti ſunt olim Pontificio priuilegiorum Seruatori Muſæi Pariſien. quoad perſonales eiuſmodi actiones, non autem in aliis de re profana, vel ex Interdicti quidem formula inſtitutis. Secus in poſſeſſorio ſacerdotiorum iudicio, quod eidem Seruatori eſt inter Normanos reſeruatum, dempta patronatus Templorum quæſtione. Sicuti vindiciaria clarorum virorum Sententia deciſum fuit; quibus Princeps eius cognitionem controuerſiæ demandarat. In Vernonio Neuſtriæ oppido. 10. Calend. Quintiles An. 1453. Ex veteri Codice Normanicarum Conſtitut. Patrio tamen deinceps Rothomagi inſtituto Senatu, alius inualuit Fori vſus ab An. 1499.

APOSTOLICVM hunc Scholaſticorum Iudicem excipit Pontificius alter, ſelectúſque à Pontifice cauſarum inter alios diſceptator

Conſtitutio Ludouici. 12. regis. Die vlt. Auguſti An.1498. quod ceſſio facta ſcholari priuilegiato *des arrerages d'une rente ſans le principal, ne vault* quoad finem vtendi priuilegio fori.

Senatus Decretum Die. 20 Februar. An. 1529. ſuper appellatione tanquã ab abuſu interiecta ab actis Conſeruatoris Apoſtolici Scholaſticorum priuilegiorum

Iudicatum Curiæ Pariſien. die. 17. Martij An. 1534.

Charta Normanica, ſeu Lex Priuilegiaria Normanis ſcripta a Ludouico Hutino rege An.1314.

Complainte ſuper poſſeſſorio rerum temporalium.

Bref de Patronage, eſt petitoria quæſtio iuris patronatus, in Normania.

Sententia prouiſionalis Arbitrorum & ſelectorum Iudicum Die 22. Iunij. An. 1453. Sed poſteriori erectione Parlamenti in Normania, & ſequentibus Francicis Ordination. Iuriſdictio Conſeruatoris ſcholaſticorum non extenditur vltra fines ſui cuiuſque Parlamenti, nec de Parlamento in Parlamentum.

De Conseruatoria iurisdictione Apostolica Abbatis S. Genouefæ, apud Lutetiam.

D. Genouefes Abba seu Æteriarcha Parisiensis. Sed hoc inter vtrumque Iudicum datorum genus interest, quòd illi commissa sit vniuersim Scholasticarum litium cognitio, vnico Pontificis Diplomate: hic verò multiplici sacro Cœtui Iudex sigillatim decernatur, totidémque Sedis Romanæ Rescriptis, quot Ecclesiasticas Familias seorsim separatímque dignatus est Pontifex eo singularis Fori priuilegio. Nam Ædis Genouefæ antistes non infimum in Ecclesia obtinet dignitatis locum. Cui proinde mandata est olim iuris dicundi potestas identidem sacris Pontificum codicillis: Alexandri. 3. scilicet Cap. Ex literarum De Apostat. Innocentij. 3. Cap. cum olim De offic. deleg. Cap. Ex parte De verb. signific. Tum Honorij. 3. Cap. licet De Præbēd. Ac Gregorij. 9. Cap. P. & G. De offic. delecti De foro compet. Sed inter priuatos quidem hæ sunt, déque mota pridem controuersia, Pontificiæ delegationes Magistri cœnobij Genouefæ. Nunc cape sacrarum Familiarum seriem, quæ ex perpetuo ac solenni Pontificum priuilegio, vnum hunc, cum Pontificiis collegis, agnoscunt suarum litium iudicem Apostolicum ac disceptatorem. Sicuti eum nos Catalogum excerpsimus è Tabulario delegatæ Iurisdictionis B. Genouefes.

Priuilegiariorū enumeratio, quorum lites Abbati S. Genouefæ iam olim committuntur, ex Apostolico priuilegio decidendæ. *Extraicte du greffe de la Iurisdictiō Conseruatoire de S. Geneuiefue.*

PRIMO istîc Priuilegiarij habentur Aulæ Francicæ sacrificuli, 5 Regij Consiliarij, & Amanuenses, aliíque Gallorum regum familiares, qui in Aulicis officiis & comitatu versantur.

Collegium Cathedralis Ecclesiæ Parisien. cui scripta est ab Honorio. 3. Decretalis Epistola Cum consuetudinis De consuet. Et à Bonifacio. 8. Cap. Beneficium De regular.

Sancta Capella canonialis palatij Parisiē.

Sacrum Sodalitium regij Sacelli palatini, apud Lutetiam.

Abbatia S. Dionysij. Monachi *de Cīsteaux*.

Dionysiani Cœnobij antistes Conuentúsque, in agro Parisien. Cuius pauca Monasterij iura excussit Romanus Antistes. Cap. 36. De Testib. In Antiq.

Cisterciensis ordinis Cœnobitæ, quorum Pontificiæ aliæ immunitates memorantur ab Alexandro. 3. Cap. Cum ordinem Cisterciensem De rescript. Cap. ex parte Cap. nuper Abbates Cisterciē. De Decim. Cap. Non est vobis De regular. Cap. 2. De transact. Item ab Honorio. 3. Cap. Venerabili De Testibus. Tum ab Alexandro. 4. Cap. Statuto. §. statuimus De Decim. In. 6. Cisterciensi verò Abbæ, monachísque Montis frigidi rescripsit Innocentius. 3. P. P. Cap. Per inquisitionem De Elect. Et Abbæ Vrsicampi, in Cap. Dilecto De Testibus. Idem de Monialibus eius Ordinis, Cap. Noua De pœniten. & remiss. De illo autem Vrsicampi Cœnobio, Frossartes nominatim Hist. Lib. 1. Cap. 284.

Vrsicāpi (*d'Orckāp*) cœnobium Cisterciense fundatum est à Symone Nouiomēsi episcopo, qui Hugonis Magni filius fuit. Ex Sigeberti Chronicon an. 1129. Quo de Cœnobio & Mōtis frigidi nos Lib. 1. monasticō Tit. 3. art. 14.

Cathedralis Ecclesia *de Maux*.

Cluniacensis ordinis sacerdotes cucullari, de quibus nos Tit. superiori.

Meldensis Ecclesiæ matricis Clerus: Qua in Meldorum Episcopali vrbe peractum est quondam sacrum Galliæ concilium. Vnde sumitur Cap. 1. De Cōstitut. Inter Decretales Pontificum Epistolas.

Laudu-

Laudunense maius canonicorum Collegium.

Viuariensis, in Bria, Sacelli regij Canonici, Meldensis Diœcesis.

B. Bernardi Scholastica Societas, in Academia Parisien.

Maiusmonasterium Turonense, cum *Prioratuum* Præfectis qui ei verè Maiori contribuuntur.

Carthusiani Anachoretæ, quorum & aliud priuilegium recitat Alexander. 4. Cap. 2. §. statuimus De decim. Lib. 6. De Carthusiensi ordine D. Bernardus Epist. 153. Tum Innocentius. 3. Priori & fratribus Carthusianis In Cap. sicut De homicid. & Cap. per tuas De Symon.

Sacrati pio Hospitali diuersorio (*de Charitate. B. Mariæ*) ad Runionem fluuium, Cathalaunensis Diœceseos, cum membris, locis, personisque ei Valetudinario subditis.

Monasterium D. Germani, Lutetiæ suburbanũ, cum inferiorum *Prioratuum* Præfectis.

Equites sacræ militiæ D. Iohannis Hierosolymitani, de quibus Innocentius. 3. Cap. Cum ad sedem De restitut. spoliat. Cap. Dudũ De decim. Cap. Tuarum De Priuileg. & Honorius. 3. Cap. canonica De senten. excommunic.

Magister, Fratrésque ordinis S. Sepulchri, à Syriaco illo passi Domini monumento, sub regula Augustiniana. Huiusmodi religiosos viros celebrat. Innocentius. 3. Cap. Inter dilectos filios Hospitalarios S. Sepulchri, De donation.

Almæ *Triados* Ministri pro redemptione captiuorum. Quem Pontifices monasticum Ordinem exemerunt ordinariorum Præsulũ imperio, ac Romanæ Sedi purè submiserunt. Clemens. 5. scilicet Diplomate. 13. Kalend. Octobres Pontificatus Anno. 4. Eugenius. 4. Nonis Nouembris. An. 1434. & Pius. 2. 16. Kalend. Februar. An. 1458.

Capitulum Ecclesiæ *de Laon*. In hac antè Laudunensi vrbe, D. Iohannis Abbas Drogo nomine Librum cõtexuit De sacramento Dominicæ passionis. Idem postea Hostiẽsis Episcopus appellatus.

S. Capella *du Viuier en Brie*

Maisremonstier lez Tours, & Priorez dependans d'icelle Abbaye

Religiosos Ordo *des Chartreux*.

Abbatia S. Germani de Pratis, cũ Prioratibus inde dependentibus.

Milites Ordinis. S. Ioannis Hierosolymitani, nunc Melitẽses dicti.

Ordinis S. Sepulchri caput Perosij, sed ab Innocentio. 8 militiæ S. Ioannis aduocatus: hic Ordo iam penè interiit. Vt est apud Volaterranum Anthropologiæ Lib. 21. de ordinibus Militaribus.

Ordinem hunc S. Trinitatis instituerunt Ioannes de Nata, & Fœlix Anachoreta, apud Ceruum frigidũ agri Meldẽsis in eremo Vide de eo Guaguinum Hist. li. 6. & Polid. Virg. De inuent. rerum li. 7. ca. 3. Romæ in Cælio monte apud D. Thomam de Formis Innocentius. 3. extruxit S. Trinitati sacram ædem, *à cause de la nouuelle institution de l'Ordre de la S. Trinité*, ibique simulachrum visitur *de l'Ange qui apparut audit Pape chantant la Messe, en habit blanc, auec la Croix rouge & bleue, tenant vn Chrestien & vn Maure, comme les eschangeant*. Inde Fratres de redemptione captiuorum, *auec chacun la Croix rouge & bleue en leurs habits blancs. Frere Iacques Bourgeois prouincial de Picardie*, de cest *Ordre, qui est à Douay, a faict vn liure & Recueil des antiquitez de cest Ordre Scuderi prouincial a esté vn grand Predicateur de cest Ordre, vers l'an 1556. & à present Duscosgnee, de Pontoise*.

Statuta Ordinis S. Trinitatis emendata sunt & innouata Ao. 1429. Dominica. 4 post Pascha in capitali Æde Ceruifrigidi, præside Iohanne de Trecis maiore Ministro præsentibus ibidem. 4. Prouinciarum ministris, Picardiæ, Franciæ, Campaniæ, & Normaniæ

Ambiani templi Cathedralis Canonici. Horum Præcentori rescribit Gregorius. 9. Cap. significantibus De offic. deleg.

Amiens.

Vallis scolarium, in Lingonibus. Monasterij præsul, ac minorum Cellularum primores monastico huic Ordini suppositi.

Regij Sacelli, in Vicenarum Hortis, Canonici.

D. Antonij Viennensis Cœnobiarcha, & Conuentus regularis, vnà cum minoribus, Antoniani Ordinis, primatibus monasticis independentibus.

B. Mariæ, de puteo, in Andibus, Canonici.

Sacri milites Ordinis D. Lazari, sub regula D. Augustini.

Val des Escolliers.

Ecclesia Collegiata *de la chapelle Royalle du Bois de Vicennes.*

Abbas S. Antonij *de Viennois*, cum Prioratibus & membris ei Abbatiæ subiectis.

Ecclesia Collegiata *de nostre Dame du Puy, en Aniou. S. Gery, de Cambray.*

Præpositus, Decanus, & Collegium Ecclesiæ D. Gangerici Cameracensis, cum singulis eiusdem ministerio Templi addictis.

Grandimontanus Abba & Conuentus, ac regularium Cellularũ Primores, ei Monasterio obnoxij.

Grammont.

Religiosæ *de Poissy.*

Pissiacenses Moniales, in finibus Carnutensis episcopatus.

Hospitalium D. Iacobi Caput Ordinis in Lucana Hetruriæ ciuitate.

Magister & Fratres Xenodochij D. Iacobo sancti, vulgò *De alto passu*, Lucensis Diœcesis: quod vni Apostol. Sedi subiicitur.

D. Geremarus de Flayseco, *diocese de Beauuais.*

D. Geremari Æteriarcha seu Abba, & cœnobitæ, ordinis Benedictini, intra sacram Bellouacorum Præfecturam: Ad hæc Monasticorum Conuentuum Præfecti, qui Abbam illum superiorem agnoscunt.

Abbas *de S. Riquier* solius Apostolicæ Sedis imperio obsequitur.

Centulæ seu Fani Richarij, in Ambianis, cœnobiarcha, cum regulari Monachorum conuentu: Tùm eo inferiores monasticis Primatibus Præpositi.

Collegiata Ecclesia B. Mariæ apud S. Quintinum Picardiæ oppidum.

Sodalitium canonicorum, in Quintiniano Veromanduorum oppido, Nouiomensis diœcesis. Cuius litem Sodalitij contra Nouiomensem episcopum recitat Pontifex Max. Cap. 1. De lit. contestat.

Abbatia *du Bourgdeulz en Berry*, cum Prioratibus inde dependentibus.

Burgi Dolensis monasterium, ex ordine Diui Benedicti, vnà cum Præfecturis regularibus, quæ huic Cœnobio subsunt.

Abbatia *de Ferrieres, alias B. Mariæ de Bethleem en Gastinois Bailliage de Sens.* Alteraelt Abbatia *de S. Leonard de Ferrieres, es marches de Poictou.*

Ferrariense cœnobium, in Senonibus D. Petro ac Paulo sacrũ, cũ *Prioratibus* ipsi contributis. Huic quõdam monasticæ Ædi præfuit Lupus Karoli Calui Consiliarius, qui in Epist. 98. mentionem iniecit Fratrum Cœnobij B. Genouefæ: quorum Præfectus, succedente tempore, delectus est à Pontifice iudex sacrarum causarũ Ferrariensis monasterij. Lib. Epistol. Lupi Ferrarien.

Ecclesia Collegiata, *à Chaumont en Bassigny Diocese de Langres.*

D. Iohannis Bapt. Canonici, in Caluimontano Bassignei agri oppido sub Lingonum pontificatu.

Abbatia muliebris *de Iouerre* Diocese *de Meaux.*

Iotrensis delubri Sanctimoniales, ordinis Benedictini, apud Meldos: quæ Senonensis olim Præsulis imperium detrectarunt teste Gregorio 9. Cap. Cum à nobis De Arbitr.

Canonialis Ecclesia *de Poissy.*

Pissiacensis Canonicorum Societas, aliorũmque inibi B. Virginis Basilicæ ministrantium, in Carnutensi Episcopatu. Hi Canonici alternis vicibus parœciacam animorum curationem gerunt.

Religiosi *de la Magdelaine, de Chasteaudun.*

Moniales *de S. Any, lez Chasteaudũ* de quibus, in Lib. Epistol. Yuonis.

B. Magdalenæ Castrodunenses cœnobitæ, iisque subditorũ Prioratuum Præfecti. In eodem Dunẽsi Castri agro situm est Virginũ monasterium D. Auiti: Quibus scripta legitur Yuonis Carnutẽsis Epistola. 10.

Abbatia Ordinis *de Premonstre, à Brenne, en Soissonnois.*

S. Euodij monastica Ecclesia, Præmonstratensis ordinis, in Brenneo Suessionum oppidulo.

Sacelli D. Mariæ Desideratæ sacris operantes, in Rothomagensi Archiepiscopatu.

Galli ibidem sic ait, Abbé & conuentus *de Vezelay, en Auxerrois*, forum subeunt regiæ Antissiodoren. Præfecturæ.

Vizeliacenses B. Magdalenæ Canonici, quos regulari tùm voto adstrictos fuisse docet Innocentius. 3. Cap. Cùm olim Abbas & cõuentus Vergiliacensis De offic. deleg. Item Ioh. Gallus Quæst. 230.

In

In Areſt. Parlament.

L'abbaye & Conuent de Vezelaiy a eſté ſecularisée non ſeulement in capite *de ladite Abbaye, mais auſſi* in membris, *& priorez depẽdans de ladite abbaye, qui ont eſté auſſi faicts priorez ſeculiers.*

Montis Fani Quintini Abba & conuentus, ordinis D. Benedicti, ſacra Nouioduni ditione Viromanduorum.

Sanctæ Triadis Fiſcanenſes monachi ordinem profeſſi Benedictinum, in Rothomagenſi Præſulatu: ſubnixis eodem fori priuilegio monaſticis inferioribus Sacerdotiis. De Fiſcanẽſi hoc Normanorũ cœnobio loquitur Honor. 3. Cap cõſtitutis De elect. poſt Glabrũ Rodulphum Lib. 5. Hiſt. Gallicæ Cap. 28. De incẽdiis & mortibus nobilium. Vilhelmi necnon Fiſcanenſis Abbæ mentio fit ab Yuone Carnutum pontifice. Epiſtol. 32. & 99. Ne altiùs repetam huiuſce originem Monaſterij ex D. Vvandregiſillo conditore, de quo Sigebertus, in Chronico AN. 692. Nam Glaber Rodulphus, contrà, narrat illud à Duce Rothomagorum Ricardo exædificatũ vbi & is ſacræ mandatus ſit ſepulturæ. An. 1007.

Abbatia S. Trinitatis *de Feſcamp*, in Diœceſi *de Rouen*, cum prioratibus inde dependẽtibus. Ad cuius electionem abbæ Feſcanẽſis vocari ſolitos, Ebroicenſem, & S Leufredi de cruce abbates refer tur in Cap. 47. De elect.
S. VVandregiſillus, qui & VVando, Anſegiſi Maioris Domus ex VValchiſo fratre nepos erat Qui cœnobia Fiſcanum, & Fontinellam Deo cõſtruxit. Auctore Sigeberto.

Sacrificuli, aulicique alii Yſabellæ Bauaræ famuli, Reginæ Frãcorum, coniugis Karoli. 6. regis.

Scholaſticum gymnaſium Narbonenſe, in Academia Pariſien.

Antiſtita Franciſcanarum Virginum apud Nogentum Artaudi, iuxta inſtitutum S. Claræ.

Magiſtra monacharũ B. Mariæ de Hædera, Pariſien. Diœceſeos, vnà cum Monaſtici eius Templi Conuentu.

Religioſæ *d'Yerre.*

Fontis Ebrardi Sanctimoniales, Primatuúmque inferiorum Præfectæ. Cuiuſmodi cœnobium ſacræ aliorum Poteſtati exemptũ eſt, quàm ſummi Chriſtianæ Eccleſiæ Magiſtratus. Earum in Virginũ gratiam D. Bernardus Vlgenum increpat, Andium pontificem, qui graues illis controuerſias ferebat. In Lib. Epiſt.

Abbatia monialium *de Frõtenauls*. De qua Mos plura t. Tit. vlt. huius Lib. 2.
Des Prierez dependans de Frontenault, Vida Tit. 2. monaſticon. art. 11.

S. Acheoli monaſticus Præſul & conuentus, in Ambianis, Ordinis Benedictini.

S. Acheul. à Amiens.

Heremitæ, titulo D. Vilhelmi, in ſacra Franciæ Prouincia, eiuſdem Ordinis.

Vilhelmitæ, *les Guillemins*, ſeu *les Blancs manteaux*. Vide Tit. 1. lib. Monaſt. con art 5.

B. Mariæ de Rocha monaſterium, Auguſtiniani Ordinis, in agro Pariſien. cum inferiorum Primatuum ſacerdotiis.

D. Fuſciani in nemore cœnobium, ſub regula Patris Benedicti, in Ambianenſi municipio.

S. Fuſcian au bois.

Antiſtita & Conuẽtus Humilitatis B. Mariæ de Longocampo, in finibus Pariſiorum.

Religioſæ *de Lanchãp, lez Paris.*

Vindocinẽſe Diuæ Trinitatis monaſterium, eique obnoxij Prioratus. Hoc etenim Pontificij purè imperij eſt: Quod Bernardus indicans Epiſt. 294. ad Eugenium. 3. P. P. Abbas (inſit) Vindocinenſis, qui ſpecialiter veſter eſt, rogamus, & ipſe ſpecialem inueniat gratiam.

Abbatia *de Vẽdeſme*, in Andegauia, Diœceſis tamen Carnotenſis.

Bellouacenſis Noſocomij miniſterio Deuoti.

Maladerie de Beauuais

Hostel-dieu de Monstreul sur la mer.

Sacri ministri Monsttoliensis Valetudinarij, sub titulo D. Nicolai, & Berbardi, intra metas Ambiani Episcopatus.

Almæ Virginis de Sylua Maiori Cœnobiũ, Benedictini Ordinis, in maritima ora Burdegalensi, cum Sacerdotiis regularibus eidem contributis.

Præpositus & Fratres Montissionei pauperum Hospitij, in Sedunensi Allobrogum Diœcesi, Ordinis Augustiniani, cum sacris ministeriis illi antiquitùs submissis.

Cœlestini, in Gallica Prouincia, cum regularibus inferiorũ Cellularum administris.

S. Vaast, d'Arras.

D. Vedasti, in Atrebatibus, Monasterium, ordinis D. Benedicti, ac prioratuum Primates, ex sacra obedientia adstricti Cœnobiarchæ.

Ecclesia Collegiata Capellæ regię *du Gué de Mauluy, lez le Mans.*

S. Mariæ de vado Malnei, in Cenomanis, Sacerdotes, qui Romanæ Sedi purè subiiciuntur.

Collegium scholasticum *des Cholets.*

Choletorum Pædagogium, in publica Schola Parisien.

Collegij Statuta Cardinalis monachi condita sunt, Anno circiter 1300. & aucta die 8 Mart An. 308. Die 27. Decemb. An. 1310. & Die. 22. Iulij An. 1313.

Cardinalis item monachi Gymnasium, in Academia Lutetiana. Quin & Gymnasiarcha, cæterique istud incolentes Lycæum, vẽdicant se ciuium Parisiensium titulo ciuilibúsque Priuilegiis: quibus reuera etiam ij perfruuntur ab vetusto Principum nostrorum diplomate. Huius autẽ Ludi litterarij institutionẽ Legésque probauit Bonifacius 8. eximiis Codicillis. Pontificatus An. 8. Deinde Clemens 5. posteríque Pontifices eius alumnis Collegij scholastici iudices addidêre Parisiensem, Ambianum, & Nouiomensem principum templorum Decanos.

Decani Ecclesiarum cathedralium *de Paris, Amiens, & Noyon.*

Statuta & Regulę monastici Ordinis Præmonstratensium.

Præmonstratensis Ordinis Cœnobitæ, quorum familiares Constitutiones scitè appositéque digessit Martinus Mourotus Christianitatis decanus, in ambarro Ducatu, simul cum Apostolicis Pij. 2. & Iulij 2. Rescriptis, quæ ea Statuta comprobarunt.

Prioré lez la ville de Compiegne.

Prior & Fratres Regiæ basilicæ *de Noua villa*, in Compendiũ oppidi pomœrio, Ordinis Vallis-scholarium.

Præfecti monetales, officialésque monetæ Parisien.

Licet suprà recensuerimus Priuilegiarios quosdam S. Genouefę non ideo tamen alios excludẽdos dux imus, qui tale Priuilegium sibi competere probant.

DESCRIPTIS seriatim Priuilegiariis, quibus Pontificio munere ius speciatim reddit Antistes D. Genouefæ cum aliis mãdati imperij collegis, dictanda nũc est Iurisdictionis huiusce formula Recuperatoriæ seu delegatæ: vt si quid in eam formulam peccatum sit, pristinum in statum reuocetur, à Senatu regio Parisiensi, qui ex Ecclesiasticis pariter compositus est. En tibi igitur Pontificiæ delegationis Cautio Ioannis. 23 secundùm Fani Vedasti, in Atrebatibus, cœnobitas, his scripta legibus. *Iohannes Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs S. Genouefæ Parisien. & S. Auberti Cameracensis monasteriorum Abbatibus, ac decano Ecclesiæ Atrebatensis Romanæ Ecclesiæ immediatè subiecti conquestione percepimus, &c. Nos igitur aduersus occupatores & molestatores discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenùs vos,* 6

Pontificiæ Tabulæ Ioannis. 23. pro monasterio D. Vedasti Atrebatensis contra lites Abbæ S. Genouefæ commattiũtur dirimendæ.

vel

vel duo, aut vnus veſtrû per vos, vel aliû, ſeu alios, etiamſi ſint extra loca in quibus deputati eſtis Conſeruatores & Iudices, Abbati & Conuentui, ac ſubditis prædictis efficacis defenſionis præſidio adſiſtẽtes non permittatis eoſdem ſuper iis & quibus libet aliis bonis & iuribus ad Monaſterium & membra præfata ſpectantibus, ab eiſdem vel quibuſuis aliis indebitè moleſtari: Dictis Abbati & Conuentui ac ſubditis, cùm ab eis fueritis requiſiti de prædictis & aliis perſonis quibuſlibet ſuper reſtitutione huiuſmodi caſtrorum, villarum, terrarum, & aliorum locorum, iuriſdictionum, iurium & bonorum mobilium & immobilium, redituum, necnon de quibuſlibet moleſtiis, iniuriis atque damnis præſentibus & futuris, in illis videlicet quæ iudicialem requirunt indaginem, ſummmariè & de plano, in aliis verò, prout qualitas eorum exegerit facientes iuſtitiæ complementum: occupatores ſeu detentores, moleſtatores & iniuriatores, cuiuſcunque dignitatis, ſtatus & Ordinis extiterint quandocunque expedierit auctoritate Apoſtolica per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo: Inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Nõobſtante conſtitutione Bonifacij P.P. 8. qua cauetur, ne aliquis extra ſuam ciuitatem & Diœceſim, niſi in certis caſibus, & in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ Diœceſis ad iudicium euocetur à Conſeruatoribus à Sede deputatis, &c. 4. Idus Februar. Pontificatus An. 5.

D Vedaſtum Attebatibus dedit Epiſcopũ Remigius Pontifex Rhemenſis. Anno Chriſti 531.

Die 10. Febr.

7 Ex tabulis hiſce Pontificiis apparet, eatenùs delegatæ Iuriſdictioni locum fore, quatenùs de ſacris Cœnobij ipſius facultatibus, cui priuilegium fori irrogatum ſit cum priuato contendetur: non vt externa prorſùs alienàque ab eo Monaſterio iura perſequantur Cœnobitæ. Illinc verò non planè liquet, quoúſque extra litigatorum Diœceſim proferatur Iuridica poteſtas, quæ à Pontifice mandata eſt. Vtrumque certè in Senatu diſputatum fuit ex ſpecie facti ita emergente. Oudinellus diem dixit Turonum canonico Paragio corã Ædis. Genoueſes Præfecto, Apoſtolico Priuilegiorum vindice: vt Turonenſis Sacelli prouentus ei reſtitueret. Vocatus poſtulat cauſam ad patrios iudices transferri. Ille contrà, Pontificio delegato harum cognitionem litium, ſacrorúmque hominum protectionem fuiſſe concreditam, qui in Pleſſeo canonicorum Collegio aſſiduè incumberent rei diuinæ faciendæ. Põtificius recuperator pro ſua Iuriſdictione pronuntiauit. Paragio igitur Senatum abuſus ergò appellante, Nos pro eo, fuiſſe iſtud quidẽ Pleſſæum canonicorum Collegium, auguſta Ludouici. XI. beneficentia poſitum in ſuburbanis Turonum hortis Menſe Nouẽbri An. 1482. probatúmque Xyſto. 4. tum Innocentij. 8. codicillis. 5. Kal. Octob. An. 1485. adiecta Ordinarij fori vacatione ac immunitate. Sed hoc ita accipiendum eſſe, ſi de rebus ſacri eiuſce Miniſterij certaretur in iure, non de alio diuerſique generis ſacerdotio. Cap. Ex ore De Priuil. Vt à nobis demonſtratum eſt, Tit. præcedenti Artic. 28. Subdebam his, mandatum à Pontifice imperium minimè produci vltra continuum quatridui iter debere, ab aduerſarij domeſticis penatibus computandum. Edicto Ludouici. 12. lato. 4. Iduum Maiarum

Priuilegium conceſſum ratione certæ rei vel loci, non extenditur ad aliam rem, locũ vel perſonam.

Regiæ fundationis Literæ Sancti Sacelli *du Pleſsis du parc les Tours*, probatæ ſunt Romano pontif. die. 27 Septemb. 1485. Sed promolgatæ in Camera rationum regiarum Die. 18. Iulij. An. 1483. & in Senatu Pariſien. die. 29. Iulij Eod. Ao.

Vido Maioriſmonaſterij Turonum Abbæ commiſſum eſt ab innocẽtio 8 munus cõſtituendi, canoniciſque regulis inſtruendi Pleſſæi huius Templi, quod ab eo delegato munus expletũ eſt. Die 16. Auguſti An. 1486. in exequenda Bulla Innocentij. 8. expedita die. 27. Septemb. An. 1485.

Edictum Ludouici 12 die. 12. Maij An. 14[illegible]

gatis apud B. Genouefam, lites commissæ sint definiendæ. Paret autem, Regios illos Curiæ Consiliarios, qui libellis in Palatio cognoscendis selecti sunt Iudices ex omnibus quondã Galliæ partibus Iurisdictione fuisse perfunctos.

9 CÆTERVM Iudices alij à Pontifice dati, arctioribus tenentur Iuridici imperij finibus, quã ædis Genouefæ Præsul, & quaternæ *Dietæ* Francica Lege obligantur. Dietarum tamen haud ineunda prorsus computatio est ex Prætorio Quiritum iure: quasi vicena duntaxat passuum millia in singulos dies dinumerentur. Vt Caius referebat Lib. 1. Ad Edictum prouinciale l. 1. D. si quis caution. Et Vlpianus li. 2. ad Edictum l. In itinere ff. De verbor. significat. Sed Gallica obseruatione, *Dietam* metimur milliarium longitudine ac modo, quæ ita sunt pro more Regionis constituta, vt in dies singulos cuiuis facile sit, plus quàm vicena passuum millia peragere. Hinc vulgò *Dietas legales* non vsurpamus, sed cõmunes & populares. Vt Guimerij verbis vtar. In Commentar. Pragmaticæ Sanction. Exempli gratia, Meuium, è Bononia Belgica Seius euocauit ad Pontificium scholasticorum Priuilegiorum vindicem Parisien. Exclusus fori præscriptione reus Senatum appellauit, per causam, quòd vltra octogesimum ab vrbe lapidem in ius accersitus fuisset, seu vltra quatet vicenum milliarium. Sed dicebatur ex aduerso, Bolonienses quidem centesimo à Lutetia milliario, & vltra, abesse, at non iusta illa mille passuum mẽsura octouè stadiorum, quam prisci Romani seu Græci præscripserint, verùm Belgica Picardorum, longè minori. Negotium igitur definiendum videri ex vulgaribus Galliæ *Dietis*, non Romanis. Placuit *Supr. Ordini* appellantem prouocatione summoueri. Iudicio Pridie Idus Martias. An. 1552. In Pomeridianis causarum Actionibus, quùm Rura, forense appellanti patrocinium accommodasset. Quoties autem res palam ipsa arguerit, eum, cui à Põtifice attributa sit litis disceptatio Parisus, adiri quatridui itinere à Reo nõ posse, (eo putà ciue Molinẽsi) Senatus tũ iudicauit, Rei citationẽ à Põtificio abusiuè decerni. Aresto. 3 Kal. Ian. An. 1529. Fabro appellantis causã agẽte. In summa, itineris faciũdi cõputatio relinquitur arbitrio boni viri, cũ certa milliaria præfinita nõ sunt l. cõrinu⁹. §. cũ ita ff. De verbor. obligat. Cæteroquin seruabitur numeratio illa itineris Iure Ciuili introducta, nisi mos prouinciæ refragetur.

Regia Ordinatio An. 1499 supra citata, de Cõseruatoribus apostolicis.

An decem Leucæ cõputẽtur pro vna Dietã

Conseruator priuilegiorum Apostolic. Vniuersitatis Parisien.

Bolonia supra mare, in Picardia.

Stadium, octaua pars mille passuum. Vt stadium Olympicum in Græcia quod Hercules suis pedibus metatus fertur. De quo vide Plinium lib. 2. Hist. Cap 23.

Decretũ Curiæ Parisien. die. 14. Mart. An. 1552. *Aux audiences des apres-dinees.*

Placitũ Curię, die. 30. Decemb. An. 1529.

10 QVINIMO interdũ põtificiis codicillis angustiores statuũtur selecto Iudici territorij limites, nẽpe intra bidui iter circũscripti: Tantũ abest, vt quatridui spatio semotũ, absentémque suum in forum possit ille pertrahere. Vt patet ex Bullatis tabulis Eugenij. 4. in gratiam Antonianæ monasticæ Familiæ, ita relatis. *Eugenius Episcopus, &c. Dilectis filiis Abbati monasterij Vallisumbrosæ, Fesulanensis Diœcesis, & Lugdunensi, ac Valentinensi ecclesiarum Decanis Salutem &c. Dilectorum filiorum Abbatis & Couuentus monasterij S. Anthonij Romanæ Ecclesiæ immediatè subiecti, Ordinis S. Augustini, Viennensis Diœcesis, conquestione*

Prisci Galli iter per Leucam numerarunt, de quo Ammian. Marcellinus. Persæ per Parasangas, quarũ quælibet triginta cẽsetur stadiis, quorum mensura propemodum æquatur milliario Germanico.

Bulla Apostol. pro abbatia & Præceptoria S. Antonij Viennen.

percepimus,quod nonnulli Archiepiscopi,aliique Ecclesiarum Prælati & Clerici,necnon Duces,Marchiones, Comites &c. occuparunt castra, villas, & alia loca,terras,domos,iura,Iurisdictiones & reditus Monasterij prædicti,& quorumlibet ipsius & ab eo dependentium,ac per illius Canonicos regi solitorum, præceptoriarum,Domorum,Ecclesiarum,Capellarum,Hospitalium, & locorum vbicumque consistentium,&c. Discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus,quatenùs vos,vel duo,aut vnus vestrûm per vos,vel alium seu alios etiamsi sint extra loca in quibus deputati estis Cõseruatores & Iudices,præfatis Abbati,Conuentui,præceptoribus,& Rectoribus efficacis defensionis auxilio adsistentes,non permittatis eosdem super iis & quibuslibet aliis bonis & iuribus ad Abbatem,Conuentum,Præceptores,Rectores,monasterium,præceptorias domos,Ecclesias,capellas,hospitalia ac dependentia loca prædicta coniunctim vel separatim spectantibus ab eisdem vel quibusuis aliis indebitè molestari, vel eis grauamina, seu damna vel iniurias irrogari facientes dictis Abbati, conuentui, præceptoribus & rectoribus, cùm ab eis fueritis requisiti de prædictis, & aliis personis quibuslibet super restitutione huiusmodi castrorum, villarum,terrarum,&c.necnon de quibuslibet molestiis, iniuriis atque damnis præsentibus & futuris,in illis videlicet quæ iudicialem requirunt indaginem, summariè & de plano,in aliis verò prout qualitas eorum exegerit,iustitię complemẽtum: occupatores,&c.quandocunque expedierit,auctoritate nostra per cẽsuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Nonobstantibus tam fœlicis recordationis Bonifacij.8. in quibus cauetur,ne aliquis extra suam Ciuitatem & Diœcesim,nisi in certis exceptis casibus,& in illis vltra vnam dietam à fine suæ Diœcesis ad iudicium euocetur,seu ne iudices & Conseruatores à Sede deputati prædicta,extra Ciuitatem & Diœcesim in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere,siue aliis vices suas committere, aut aliquos vltra vnam dietam à fine Diœcesis eorumdem trahere præsumant,dummodò vltra duas dietas aliquis auctoritate præsentium non trahatur: Sed quòd de aliis quàm de manifestis iniuriis & violentiis,& aliis quæ iudicialem requirunt indaginem,Conseruatores se nullatenùs intromittant,quàm aliis quibuscunque Cõstitutionibus à prædecessoribus nostris Romanis Pontif.de Iudicibus delegatis & Conseruatoribus,quàm personis vltra certum numerum ad iudicium non euocandis, aut aliis edictis,& qualibet alia dicta Sedis Indulgentia generali vel speciali, &c. Kal. Decembt.An.1433.Pontificatus An.3.

Antonianæ huic Religioni Clemens 5 & Ioãnes.22 multa Priuilegia concessère. Hoc imprimis Iohãnes.22. vt Abbas pro tempore existens in eodem monasterio S. Anthonij,mitra & aliis episcopalibus ornamentis vti possit. Id quòd refert Aymarus Faleo Antonianæ Hist.scriptor.

Carolus,5.Galliæ rex Antonianæ huic familię piè largitus est quandam Domum ab eo in Parisiensi vrbe acquisitam, variáque priuilegia fratribus in ea degentibus cõtulit Gemino diplomate. An. 1368. & 1370. Vt ab Aymaro Falcone scriptum est in Antoniana Hist.

Die.1.Decemb. An. 1433.

SVSPICOR interim nõ defuturos, quĩs tot Pontificũ principũque Rescripta,huic intexta Operi tædiũ dictẽt.Sed vtrum Reipubl. 11
vtili⁹ sit,millies alibi scripta,veteribusq; prodita monumẽtis in nouas trãsponere furtiuásque cõmẽtationes(vt vulgus scriptorũ assolet)an verò putè* ἀγραφά, forensisque collectanea disciplinæ Gallorum donare ciuitate Romana, prudens lector diiudicabit.Sinamus enim nostræ ætatis polygraphos quosdam alienis modò poculis mutare ansas,dicis causa vetiùs,& famæ nominis parãdæ studio, quã iuuãdæ rei literariæ:Eorum certè,qui in media fori luce versãtur,ne dùm in vmbratili Stoa,aut Lycæo,præclarius mun⁹ est Libris edẽdis nauare operã,quibus Ciuili Politia exercitati, Reipubl.suæ acta

*non scripta.

acta ad posteros ciues transmittant, ac Diplomatica Politici Regiminis præcepta: Quæ deinde nepotes in Magistratu gerendo admirentur, amplectantur, consectentur. Ita Romanorum ferè Auctorum quisque de sua Republ. scripsit, quùm in tanti Fori lumine ingeniũ excoluisset. Siue M. Tulliũ, Plinium, Salustium, ac plerósq; alios in memoriá reuocemus. Simili modo inter Historiographos, Procopij, & Agathij Gothicis Annalibus fides conciliatur auctoritásque ingens ex castrensi Scriptorum ipsorum cum militibus contubernio, quibus cum illi bellica in acie excubabant. Thucydides pariter Græcæ Historiæ princeps est habitus, non quòd eã ex aliena memoria, cõmmẽtariisque pertexuerit, sed quia Atheniensiũ bellis interfuerit sẽper, præfuerit crebrò: rectè sentiẽs oculatũ magis, quã auritũ esse rei gestæ testimoniũ posteris relinquẽdũ. Quid Dares Phrygi⁹, quid Dictys Cretẽsis, Troiani excidij tubæ clarissimæ? Ille Phrygio in exercitu, hic in militaribus Græcorum excubiis agebat. Diodorus nobilis Historicus in Musæo minimè delituit, Augusti Cæsaris familiaris. Rursus Theophanes Mytilenæus, qui rerũ à Põpeio gestarum libros contexuit, in iisdem cũ illo castris versabatur. Ennius item eò fœliciùs militares suorum temporũ expeditiones versibus, publicauit, quòd in Æroliam, & contra Ambraciotas euntẽ M. Fuluium Roman. copiarum ducem comitatus fuisset. Ad hæc, Plutarchus tanti nominis auctor Illyricam prouinciam obtinuit consulari imperio, quùm Traianus Orbi dominaretur. Haud secꝰ Diõ Prussius Traiani gratia emicuit amicitiáque, non eodem solùm cũ Cæsare vectus curru, sed Germanicam simul cum eo Geticámque secutus militiam. Iosephi planè immortalis est de Bello Iudaïco Liber, vtpote ab oculato eorum * στρατηγημάτων teste exaratus. Quãti porrò æstimãtur Taciti Annales verè Politici; * Πολιτεύεσθαι scilicet Tacitus assueuerat, Belgicæ oræ Præfectus. Externos alios subiungerem veteris memoriæ magistros, Valeriũ Antiatem, & Polybium de Punico bello: Quorum hic Scipionis Africani præceptor, Africanæq; expeditionis comes, alter copiarũ ductor fuisse perhibetur. Ast ne peregrina longiùs exquiramus, nobis præsto sunt domestica Francicorum Auctorũ exẽpla, Iani Ioynuillæ, qui militarium cõsiliorũ Ludouici. 9. particeps simul ac scriptor inclaruit. Quo etiã ætate superior Vitardus nepos Karoli Calui fraternũ bellum liberorũ Pij Ludouici eò descripsit sinceriùs, quòd Regia editus stirpe, circa ea tẽpora floreret summo in Repub. loco, & ab agnatis Galliæ Regulis de tota Belli ratione fuisset edoctus. Hũc Vitardi seu Nitardi Historicũ Codicem olim euoluimus necdùm typis excusum. Quorsum hæc omnia? Vt intelligatur, sicuti castrensis, ita togatæ forensisque Militiæ scriptorẽ debere tractare, quæ ipsemet manu rebus admota longáq; fori exercitatione perceperit. Proinde nec improbãdũ eorũ institutũ, qui inter obeunda Aduocationis munia, & in excutiẽdis clientũ suorũ tabulis Pontificios notarint Regiósve codicillos, tanquam Ciuilis Status Instrumenta præcipua: vt publicæ de hinc

Haud inutilis inefficáxque est Principum ac [illegible] artificiorũ veterum Diplomatũ deseriptio [illegible] quæ, vt Politia [illegible] Regibus & [illegible] accepta, in quibus exercemur, eadem [illegible] certius exarantur.

De Troiano cũ Græcis Bello scriptorũ alter Troianus alter Græcus.

Ideo certiùs à Pomponio Attico de Ciceronis Cõsulatu scriptum est, quia ei perfamiliaris fuerit, ciusdemq; vitæ cõsuetudine coniunctissimus.

Ab his non longè distat quod narrat Tranquillus, L. Octacilium Pilitum ea Libertina familia primum scribere historiam orsum, non nisi ab honestissimo quoque antea scribi solitam. In lib. De Claris Rhetoribus.

* militarium gestorũ seu consiliorum.

* administrare Rempubl.

Ludou. Pius & Carol. Caluus ei⁹ fili⁹ Impp. ac Franciæ reges.

Licet Petri nauis haud placido mari, vt solebat, secundis conspirantium ventorum flatibus impulsa feratur: nullum tamen à naufragio periculum est, nisi mortalibus his quos sæua tempestas opinionum fluctibus inuolutos in ea breuia præcipites abripiat, vnde postea nec enatare ipsi nec emergere alieno auxilio possint.

Prosper Aquitanicus.

consignata memoriæ, in communem mortaliũ vsum conferantur. Etsi enim non ignorẽ, ferreo isto seculo aduersos à Romano Pontif. multorum animos, quibus parùm grata futura sit Pontificiorũ diplomatum lectio: ecclesiasticæ tamen Politiæ professori minùs indecora est Ecclesiæ Pontificũ citata auctoritas, vel quasi VTENTI FORO, si ita vultis. Quin & certissimam in spem vocor ex sacris Oraculis, Ecclesiam nostram Sacerdotiúque Principatũ hunc etiam inter ruinas Imperiorum à Deo Opt. Max. protectum iri, non aliter atque is Noei Nauim in diluuio seruauit. Nam vt Prosperum, id est, Gallum testem adducam, sed melioribus natũ annis, Roma ex impietate ad Pietatem traducta, amplior facta est arce Religionis, quã Solio Potestatis. Nascentis Ecclesiæ Pontifices martyrio religionẽ Orbi dedêre, mox impiæ hæreses inualuerũt: quibus cum sanctitate vitæ, doctrináque ac paupertate dimicandum.

Rei iudicatæ à Senatu pro Cõseruatione Apostolica priuilegiariorũ quorumdã penes Abbatem S. Genouefæ. Nempe die. 8 Iulij An. 1514. Die 29. Iulij. An. 1526. Die 8 Iulij. An. 1533. & Die 9. Martij. An. 1554

Sancta Capella du Viuier en Brie.

Registra Greffariatus Conseruatricis Iurisdictionis Abbatis S. Genouefæ.

QVAPROPTER mandata à Pontifice iuris dicundi potestas, 12
Regio Senatui identidem probata est, Religionem Politiæ neruum firmissimum rectè censenti. Extat enim pro delegata iurisdictione Abbæ D. Genouefes Senatorium decretum, inter Nicol. Melgerium & Mariam Pedeferream litigatores. Octauo Iduum Quintilium An. 1514. Alterum. 4. Kal. Sextiles An. 1526. Papillone abusus causa prouocante, qui cum Vidus Baudreulius contendebat. Tertium postridie Nonas Quintiles An. 1533. Antonio Herouero aduersus Dau-martium altercante. Ad hæc. 7. Idus Martias An. 1534. secundũ Turcanum apparitorem Regij Sacelli Viuierensis in Bria, contra Hugonem Billium, qui abusus nomine summam Curiam appellarat. Innumera alia id genus Patrum Consulta voluũtur in Archiuis Recuperatoriæ Iurisdictionis Tẽpli Genouefæ, ibi idcircò descripta conditáque diligenter, ne quis postea mãdati huius imperij auctoritatem multis stabilitam Præiudiciis temerè abnegaret. Singulari necnon eo iure fruitur Pontificius iudex Abba S. Genouefæ, vt eadem in Vrbe Lutetia, trinam sententiã conformem ferat ex appellationibus gradatim, vicario subdelegatorum officio. Quũm enim eius Vices gerens dixerit sententiam, à qua appellatum sit, Cœnobiarcha iterum alteri subdelegat appellatoriæ causæ disceptationẽ, quasi executor à Pontifice delegatus. Iuxta Canonicam Bonifacij. 8. legem, qua prouocationum lites à subdelegato deuoluũtur nõ à delegante quidem, sed ad delegatum, qui sibi Iurisdictionis aliquid reseruarit. Cap. super quæstionum. §. porrò De offic. deleg. In Antiq. Cap. si delegatus. Cap. si duo. Cap. si à subdelegato eod. Tit. Lib. 6. Secus, si Monasterij Præfectus ipsemet iudicandi munere fungeretur, nec eam alteri prouinciam commisisset. Tunc enim à sententia Abbatis Romam prouocandum esset ad delegantem, nouóque Põtificis rescripto opus, quo selecti iudices appellationis causã dirimerent. Quoniam igitur *Conseruator* ipse per se nõ exequitur creditæ potestatis munia, sed coram eo motæ lites à Vicariis Iuridicis sensim expediuntur Lutetiæ, errãt toto cælo, qui putant, obnũciationes.

S. Regulus, Siluanecti Episcopus 1.

Les Chanoines de l'Eglise collegiale de S. Reule à Senlis fondez par le Roy Robert, ont eu Lettres de garde Gardiẽne du Bailly de Senlis pour tous leurs biens sis au Bailliage de Senlis, & à 8 lieues pres des fins audit Bailliage. Ce qui fut renouuelé & cõfirmé par patentes du Roy François 1. en May 1500.

ciationes cenſuráſque Eccleſiaſticas ab illius Vices gerente abuſiuè vel concedi, vel conceſſas *auctoritate Apoſtolica* publicari. Non enim idcircò Sedem Apoſtolicam adire oportebit, (vt ij falſò autumant) exorandæ abſolutionis gratia, vel exercendæ prouocationis. Toties necnon Seruator ille Pontificiorum priuilegiorum decernere ſolet monitorias, ſacrarúmque execrationum Literas, quæ generatim conceptæ ſint, quoties priuatus aliquis eccleſiaſticum huiuſmodi auxilium implorabit, Senatu eidem permittente. Quo de negotio lata ſunt Decreta Curiæ, audito Theobaldo procuratore fiſci. 12. Kal. Iunias An. 1539. 6. Kalend. Februar. & 13. Cal. Mart. An. 1540. Item. 10. Calend. Sextiles An. 1556 aſſentiente Brularto, publico in Senatu cognitore. Eſt enim pars Eccleſiaſticæ Iuriſdictionis Dira imprecatio & excommunicatio, quæ propterea longo vſu capi poteſt, diuturnáque forenſi poſſeſſione. Vt ſparſim Pontificiæ legis periti adnotarunt, iuxta Panormit. in Cap. Si ſacerdos De offic. ordinar. His tamen non deſunt contrariæ partis argumenta, B. Genoueſæ præſulem monaſticum haud ſua ac ordinaria, ſed mãdata fungi Iuriſdictione, nec præter mandatum ac præſcriptũ imperio vti ei licere. Cap. Cum dilecta De reſcript. Cap. Piſanis De reſtitut. ſpoliat. Ergo nec anathemate alios ferire, quàm datæ Iuriſdictioni ſubditos, neque alio caſu quàm eoſdem inter priuilegiarios lite pendente, & *incidenter*, quod aiunt, non vt primariò à Chriſtianis cenſuris generaliter conceptis inchoetur. Iuxta Cap. P. & G. De offic. deleg. Ca. licet de præben. Cap. olim De verb. ſignif. Vnde etiã ab huiuſmodi cẽſuris abuſus titulo prouocatũ eſt in curiã ibiq; de prouocatione certatũ: Chauuelino, A boti appellãtis: & Fuiſſone, Iani Sourmõtis causã agẽtibus. Sed prædicta ne tãtillũ quidẽ Patres Pariſ. dimouebant à ſacra illa monitione probanda, niſi prouocans ſubieciſſet, aduerſarium tali monitione, velut actis cuniculis, molitum eſſe clanculùm, vt teſtibus inquiſitione facta innocẽtiam purgaret, antequàm in eum cœpta accuſatio ſtatis iudiciorum formulis inſtrueretur. Atque hoc ſolò nomine Senatus obnuntitaonẽ illam eccleſiaſticam abuſiuè factam pronuntiauit. Areſto pridie Idus Februar. An. 1579. Cæteroquin multorum iudicio obtinuit pura hęc & promiſcua ſacrarum obnuntiationum poteſtas Abbæ Genoueſes, venia priùs à Senatu petita impetratáque ab eo, qui talẽ Eccleſiæ monitionem efflagitet. Senatus enim mixtim ſacerdotibus conſtat, vt profani ordinis viris, eóque monitorias literas petituris ab eccleſiaſtico præſtat auctoritatem. Atque vt Conſcripti Curiæ omnes Regni clericos, criminis reos, qui Lutetiæ deprehenſi ſunt, ablegant in Pariſienſe forum Epiſcopi, ita ſimiliter ſacræ cenſuræ petitores reiicere poſſunt ad Pariſienſem Apoſtolicũ Seruatorem Abbam D. Genoueſes. Nec mutat, quod vulgò iactatur, à Pontificio hoc iudice Romam appellandum ad Pontificiam Sedem. Diuersũ enim moribus receptum eſſe paulò antea demonſtrauimus.

Areſta Curiæ, de obtinenda a Conſeruatore Apoſtolico S. Genoueſes Monitione Eccleſiaſtica in terminis generalibus & forma iuris Die. 22. Maij An 1539. die 27 Ianuar. & 17. Februar. An. 1540. ac die 23. Iulij An. 1556.

Iudicium Curiæ *en plaidãt* die. 12. Febr. 1579. contra reum qui eruditis monitione Eccleſiaſtica teſtimoniis purgatum ſe volebat ex crimine antequam accuſatio in eum inſtructa eſſet.

Qværet hîc quiſpiam, nûm P. C. qui interdùm infirmant à 13 Pontificio delegato tentata in prophanos, ideinter Clericos poſſint ſtatuere? Nô videbatur, quùm *Ampliſſ.Ordo* id curet potiſſimũ, ne in profanos homines, Regióque obnoxios imperio Eccleſiaſtici proceres quicquam moliantur. Senatus tamé religioſè, vt omnia, ſecundùm ſacerdoté, qui abuſus ergò illum appellarat, contra Pontificium recuperatorem decreuit, D. Genoueſæ cœnobiarchâ. Tum enim ex facto ferebatur, diem dictũ Syluanectenſi Collegio ſacrorum principi à ſacrificulo quodam Regij Sacelli Palatini Lutetiæ coram fani Genoueſæ antiſtite, vt Collegium ipſi ſacras decumas reſtituere damnaretur parœciaci ſacerdotij Syluanectenſis. Canonici, è diuerſò, poſcunt litem ad ordinarium reiici, ideſt, Syluanectenſé epiſcopum. Quippe quùm in hac hypotheſi nulla moueretur de iuribus Palatini Sacelli controuerſia, quorũ intuitu dûtaxat foréſe Priuilegiũ actori irrogatũ eſſet. Excluſi demũ fori tráſlatiône Canonici, ad Senarũ prouocarũt abuſus nomine. Curia abuſiuè sũmotos tráſlatiua fori exceptione pronũriauit. Areſto percelebri. 13. Cal. Deceb. An. 1538. poſt foréſem patronorũ actioné Marliaci pro appellante Sodalitio canonicorum, & Iordani, pro aduerſario dicentium. Haud immeritò quidem: alia enim cauſa eſt ordinariæ ſacrorum hominum iuriſdictionis, quæ latiſsimè patet, alia Pontificiæ delegatæ, quæ certorum negotiorum ſepra limitibus eos tranſgredi non debeat. Vti à Iuliano reſponſum fuit Lib. 5. Digeſtorum. l. de qua re. §. 1. ff. De iudic. Et à Gregorio. 9. Cap. P. & G. D. offic. deleg. In iis planè ſeruanda eſt ad amuſſim Pontificiæ delegationis formula. Qualis hæc Ciſtercienſium adſcripta Priuilegiario diplomati à Clemente. 6. ſacræ Reipub. Præſide, ne illi in iudicium vocarentur ad alium, quàm S. Genoueſæ Hæteriarcham, collegáſque Recuperatores, dummodò de Ciſtercienſis rebus ſacerdotij lites inſtituerentur: Hoc Pontificiorum verborum tenore,

Clerici ſanctæ Capellæ Palatij Lutetiani non vtuntor Priuilegio fori Conſeruatoris S. Genoueſæ, ſi agaut contra alium de iuribus alterius beneficij quam dictæ S. Capellæ, vt pote de decimis beneficij Curati in vrbe Senlienſi.

Iudicium Curiæ, Die. 19. Nouemb. An 1538. pro Capitulo Cathedralis Eccleſiæ de Senlis.

Reliqua delegatæ iuriſdictionis munia ac præcepta diſce ex Specular. in Tit. De Iudice delegato Lt. 1.

Abbas S. Genoueſę, & condelegati à Sede Apoſtol. Iudices.

Pôtificiæ Literæ Clementis. 6. pro Ciſtercienſibus cœnobitis, eorumque litibus priuilegiario iure tractãdis ſolùm apud certos Côſeruatores iſthic nominatos.

Clemēs Epiſcopus &c. Dilectis filiis S. Genoueſæ Pariſ. S. Clem. Metenſis, & S. Pauli Biſuntionen. monaſteriorũ Abbatibus &c. Dilectorũ filiorũ abbatis Ciſtercienſis ad Romanã Eccleſiã nullo medio pertinẽtis, Cabilonẽſis diœceſis, ac Abbatũ, & dilectarũ in Chriſto filiarũ Abbatiarũ monaſteriorũ ordinis Ciſterciẽſis ac eorũdẽ monaſteriorũ conuẽtus cõqueſtione percepimus, quod nõnulli Archiepiſcopi, Epiſcopi, abbates, priores &c. necnon duces, marchiones, & laici alij occuparũt caſtra, villas, & alia loca, iura, bona mobilia, & immobilia ad dicta monaſteria & alia huiuſmodi membra eorum ſpectantia &c. Nos igitur Conſideratione venerabilis fratris noſtri Guillelmi epiſcopi Tuſculanenſis, & chariſsimi in Chriſto filij noſtri Iohannis Regis Frãciæ nobis ſuper iis humiliter ſupplicãtiũ, aduerſus occupatores, moleſtatores, & iniuriatores huiuſmodi, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum per vos vel alium, ſeu alios, etiamſi ſint extra loca in quibus deputati eſtis conſeruatores & iudices, abbatibus & abbatiſsis & conuentibus ſupradictis efficacis defenſionis præſidio adſiſtentes non permittatis eoſdem ſuper præmiſsis, & aliis quibuſcunque

cunque bonis & iuribus ad ipsos communiter vel diuisim spectantibus, ab eisdem & quibuscunque aliis indebite molestari, seu eis grauamina, damna, vel iniurias irrogari: Facturi ipsis, cum ab eis fueritis requisiti, de prædictis & aliis personis quibuslibet super restitutione ecclesiarum, grangiarum, & aliorum quorumcunque bonorum, necnon de quibuslibet iniuriis, molestiis atque damnis præsentibus & futuris in personis & rebus ipsorum illatis eisdem, in illis videlicet, quæ Iudicialem requirunt indaginem, summariè & de plano, in aliis verò, prout qualitas eorum exegerit, iustitiæ complementum &c. Nonis Februariis Pôtificatus Anno. 9.

Die. 15. Februar. An. 1550.

14 NIMIVM multa fortassis, de Iuridica potestate mandata Abbæ S. Genouefes: quam nedemùm in salutatam prætereamus Diuam Parisientium tutelarem, hoc succinere visum est modulatum versibus Virginis encomium. Ex antiquo Vate Ertico, Benedictino cœnobita Antissiodorensi, in Vita B. Germani Antissiodoren. quùm huic Lutetiam ingresso circumfusa plebs vrbana festo plausu occurrisset.

Henaicus monachus ordinis S. Benedicti, cœnobij Altissiodorensis vixit circiter tempora Carol. Calui Ao. 880. Ex Tritemio Abba Heroico scripsit ille vitam D. Germani Altissiodoré Libris 6. Homeliarum item ad populum librum. 1. Sermones, & Epistolas quàplurimas.

Eminùs in medio Diuam constare puellam
Porrecto Præsul cernit super agmina vultu:
Ac velut æthereum quid commentatus in illa
Cominùs admotam perblando famine mulcet,
Virginis in medium monstrantur adesse parentes
Ritu & quod patrio nomen Genouefa tulisset,
Nùm memor hesterni persistis filia voti?
Præsul ait, certè memorem se Virgo fatetur,
Eius at obtentu nimiùm foret indiga, cuius
Conseruaturam pactus sponsalia tædis:
Successit res mira loco, fauisse videres
Amborum votis collato munere Christum.
Prona solo Præsul mox pendula lumina fixit,
Æreus emicuit supremo in puluere nummus
Insculptus cruce, sublatum tellure Sacerdos
Munus adoptiuæ collo deuouit alumnæ,
Hoc, dicens, dotis nostræ gestamen habeto:
Hoc, discedentem ante oculis persæpe vocato.
Cætera mundano pompam referentia cultu
A collo, digitisque tuis arcere memento.
Extra carnalem subigent insignia sponsam,
Nupta Deo gemmis animum compone pudicis.

15 DELEGATÆ Iurisdictioni præscripta Lex est in vniuersū à Bonifacio. 8. PP. ne alij causæ cognitio detur à Summo Pontif. quàm maiorum ordinum Sacerdoti, vt pote ciuitatis Antistiti, cœnobiarchæ, vel sacra Dignitate prædito, seu personatu in Episcopali templo aut Ecclesiastico inferiore collegio. Cap. vlt. De Offic. deleg. inibi etiam cautum, ne à Pontificio iudice selecto committatur alteri vicarium hoc Iuris dicundi munus, nè ve iudices dati aliis de rebus

Delegatę Iurisdictionis Regulæ.

A papa delegari iudices possunt Episcopi, Abbates, Canonici vel dignitates Ecclesiarum Cathedra-

Cc iiij

cognoscant, quàm de manifesta vi, & illata Priuilegiariis contumelia: Cuius animaduersio ad talium Recuperatorum functionem pertinet. Auctore Innocentio. 4. Cap. 1. De offic. deleg. Lib. 6. Decretal. Epistol. Ambiguæ tamen huic sanctioni lucem attulit Senatus interpretatio, hac distinctione: vt si contempto selecti Iudicis imperio, apud quem cœptum erat de ciuili negotio iudicium, alter vi vtatur, armisque inuadat controuersas possessiones, eo casu criminis quæstio sit, tanquam summæ litis appendix, ab eodem definienda Recuperatore seu Iudice dato: Sin minùs, eidem ius non sit flagitij vindicandi, ac ne vis quidem publicæ aut priuatæ. Vt statuit Alexander. 3. Cap. 1. Cap. Præterea De offic. deleg. Aresto Curiæ. 3. Calend. Martias An. 1535. in publica forensi concertatione, Fabri pro Capitulo Syluanectensis Ecclesiæ, Morlonis pro aduersario, & Raymundi pro Fisco agentium. In Auditorio quæstionum. Ast non idem de ordinario Ecclesiæ Iuridico censendum, cui proinde iniunctum est variis S. Consultis, ab eo criminis damnatos, prouocatione facta, deducendos curare suo sumptu ad Ecclesiasticum superiorem magistratum: addita, ne secus faxit, mulctæ comminatione. Decreto. 6. Idus Iunias An. 1551. Nam publicorum iudiciorum scelera tenetur vltrò coërcere Ecclesiasticus Præfectus, ob idque flagitij persecutionem suis impendiis ad extremum rei iudiciariæ calculum perducere. Id quod pariter in profanos Iudices de inopibus reis constitutum est, adeóque in Principē ipsum. Lege Iudiciaria Frācisci. 1. An. 1539. Artic. 119. 160. & 161. Quibus adhæret Tholosanæ Sedis Archiepiscopalis Decisio. 41. post Henricum Pontificij Iuris interpretem. In Cap. Ad aures De Symon. Cepola in l. qui neque §. solutum. ff. De verb. signif. Gloz. in l. vlt De erogat. milit. anno. Lib. 12. Cod.

llium, seu Decani, aut Dignitates Ecclesiæ collegiatæ. De quo etiam in Cap. Statutū De Rescript. In 6. Duo Conseruatores in Valentiā Allobrogum Academiæ, Regius inter laicos, & Apostolicos inter Clericos scholasticos. Marcus in Delph. Decis. 349. Part. 1. Speciatim verò de Conseruatorib. apostolicorum priuilegiorū Senatui Gratianopolit. probatissimis, Guido Pap. in Decis. 18. & 147.

Iudicium Curiæ Parisien die 27. Febr. An. 1535. *doné en plaidant auec le Chapitre de l'Eglise de Senlis, à la Tournelle ou Chambre criminelle.*

Placitum Curiæ, die 8. Iunij an. 1551.

Edictum regis Francisci, *sur le faict du reglement de la iustice*, an 1539.

Decisio Capellæ Tholosanæ.

Henricus Bohicus.

16 SVBORTA est pridem in foro dubitatio elegans de Pontificio mandatæ iurisdictionis diplomate Lugdunēsib⁹ sacratis viris quibusdā. Putà, inter Cenomanos litigatores causa iudicio terminata, deuoluitur ex appellatione gradatim ad Lugdunensem in sacro Galliæ Primatu Iuridicum. Ab huius mox interlocutione ad Apostol. Sedem prouocatur. Pontifex tùm prouocatoriæ liti iudices in finibus Lugdunensium dedit peculiari Rescripto. Quùm igitur à Pontificij executione diplomatis appellaretur Senatus ceu ex abusu, quæsitum est, an Lugdunensibus templorum Præfectis ritè commissa fuisset eius prouocationis cognitio? Prima fronte pro Rescripto videbatur respondendum, tanquam isthuc relegante appellationis liticulam, vbi summa lis pendebat, nimirùm ex prouocatione delata ad Primatem Galliarum Lugdunensem. Sed Curiam mouebat in contrarium litis origo apud Cenomanos institutæ, domiciliique ratio litigatorum: Nihil commune esse ordinariæ Lugdunensis Primatis iurisdictioni cum Pontificia delegata. Illius quidem ductu auctoritatéque petendum Lugdunensium Archipræsulem

Iudicatum Curiæ die 7. Iunij 1535. de Apostolico Rescripto delegationis extra diœcesim partium non dirigendo, etiam si de appellatione ab archiepiscopo, vel Primate, ad quem seriatim causa deuoluta fuerit, agatur.

præſulem pro ordine gradibúſque appellationum. Aſt mandato imperio extra ſedes patriumque larem litigatoris impunè non pareri. Quemadmodum à publico Eccleſiæ Conuentu ſancitum fuit Baſileæ Rauracorum Tit. De Cauſis. Quam Franci Pragmaticam Sanctionem in eo etiamdum obſeruamus, licet Pij. 2. minùs pio conatu acciſam, fermèque abolitam, Ludouico. XI. Pontificiis ſtudiis ſuffragante. Curia impetrantem Reſcripto abuſum pronuntiauit Areſto Pariſienſi. 7. Iduum Iuniarum A. 1535. Nec longè ab his diſſidet aliud Senatus Iudicium in Pontificios Codicillos, quibus debitori, ni ſolueret, obnuntiabatur Eccleſiaſtica cenſura, Diráque animaduerſio. Manente enim hac Diplomatis clauſula, futurum erat, vt prouocante alterutra parte, appellatio rectà traduceretur ad Sed. Pontificiam, Ordinariiſque ita ſacri iuris poteſtas in ſuos præriperetur. Proin abuſiuè exoratum diplomate ipſo Pontificem Summus Ordo iudicauit. Decreto. 3. Calend. Februar. An. 1532. Magiſtro & Seguerio viciſſim cauſę patronis.

Pius 2. P P. ſcripta ad Ludouicum. 11. Franciæ regem Epiſtola, mirè commédat Regiam hanc Pragmaticæ Sanctionis abrogationem Epiſt. 401. in Codice Epiſtol. Pij. 2

Placitū Curię Pariſiē Die. 30. Januar. An. 1532.

Aux Eſtats d'Eſpagne tenus à Tolede en Septemb. L'an 1560 art. 53. il eſt aduiſé & arreſté qu'il y aura certains Iuges deleguez dans l'Eſpagne pour cognoiſtre & iuger des inſtances qui doiuent aller à Rome, pour euiter les frais & longueurs, & ſpecialement pour les Eueſchez de Bourgues, Leon, & Oviede, qui n'ont point de metropolitain & sont ſubiects ſans moyen, & à ceſte fin l'on reſoudra cela auec le Pape pour l'obtenir.

17 DIVERSVM planè obtinet in Pontificiis codicillis ſacerdotum Pacta comprobantibus. Nam etſi iis pactis nominatim alligentur parochi tranſigentis ſucceſſores Pontificia auctoritate, non ideò cenſetur Pontifex ſuæ iuriſdictioni reſeruaſſe talium conuentionum obſeruationem in paciſcentes, eorúmve ſucceſſores. Vnde inſtituta mox lite ex Pactitiis Tabellis, haud propterea Romam proficiſcetur ad cauſam dicendam litigator, quaſi illic tranſacti negotij exceptionem oppoſiturus Actori: Sed tota quæſtio ciuili more dirimetur ab Ordinario partium Eccleſiaſtico Iudice. Nam Synodica Lex De Cauſis (In Pragmat. Sanct.) procedit duntaxat in contentioſa iuriſdictione, non in merè voluntaria cuiuſmodi eſt Apoſtolica ſacerdotalium Pactionum comprobatio. Itaque Pontificiis id genus Reſcriptis abuſum nullum ſubeſſe Curia pronuntiauit. Areſto. 5. Idus Decembr. An. 1568. inter Petr. Fournierum appellantem, pro quo Ramatus: & Monaſticum Nantolij vici Conuentum, pro quo Verſorius, vtrinque dixerunt. Grauiter iſtud quidem ac Politicè, quùm vix vlla alioqui ſacerdotum de rebus ſacris rata ſit conuentio, niſi Pontificiis facta auſpiciis. Imò & ſacrati homines plerique in eccleſiaſticis Pactis confirmandis implorant Regij Senatus ſuffragium. Ex in ſolemnis quondam inita eſt à Turonum Archiepiſcopali, & Martiniano Collegiis canonicorum Tranſactio auctore Senatu, Patrúmque decreto, velut perpetua lege ſancita. Cuius pricæpua Tranſactionis capita ſunt hæc. *Quòd ſubditi ambarum Eccleſiarū pro factis ſeu commiſſis tantùm cōcernentibus aliquam dictarum eccleſiarum, & eccleſiarum ab ipſa dependentium, reſpondebunt coram dominis Eccleſiæ, quam facta ſeu delicta concernunt, aut ab ipſa dependens Eccleſia, & per ipſos de his corrigentur & punientur. Item & pro*

Baſilienſe Decretum de Cauſis, ceſſat in iis quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis. Vtpote in Concordatis litigantium priuatorum omologatione. Secus in iis, quæ ſunt iuriſdictionis contétioſæ.

Sententia Parlamēti, die 9. Decembr. An. 1568. *entre M. Pierre Fournier, & les Religieux prieur & conuēt de Nantueil le Haudoyn.*

Concordatum inter. S. Gatiani archiepiſcopalem, & D Martini collegiatam Eccleſias Turoneņſ. de earum in ſuos inuicē ſubditos iuriſdictione.

contractibus, vel quasi, delictis vel quasi respondebunt dicti subditi coram dominis Decano & Capitulo, in quorum ecclesia, claustro, aut domo canoniali moram trahunt continuam personalem, vel trahebant tempore contractus vel delicti: Nisi contractus vel quasi fuerint facti sub Curia, sigillo, & iurisdictione alterius Capitulorum & ecclesiarum, vel nisi delicta fuerint commissa in altero claustrorum, vel altera ecclesiarum ambarum, seu domorum canonialiũ. Quo casu respondebunt corã Capitulo, in quorũ ecclesia delictum vel quasi, cõtractus vel quasi, fuerint facti. Cæterũ erit præuẽtio respectu subditorũ dictarũ Ecclesiarũ in claustro seu domo canoniali morã non trahentium continuam pro delictis vel quasi, contractibus vel quasi, alibi quam claustro, ecclesiarũ seu domo Canoniali dominorũ cõmissis, & non sub eorũ sigillo. Si tamẽ sic præuẽtus magis notabiliter in altera ecclesiarũ prædictarũ, vel ab ipsa dependentiũ beneficiatus existat, veluti in vna intitulatus, & in alia videlicet quoad pãnos dũtaxat receptus, vel in vna canonicus, & in alia capellanus, vel in vna personatũ seu dignitatem, & in alia Canonicatũ & officiũ obtinea, sortietur forũ illius ecclesiæ, in qua notabilius officium obtinuit &c. 5. Calend. Decemb. An. 1454.

Die. 17. Nouemb. an. 1454.

Sæpe agitatum est in senatu, nũm Pontificius recuperator, nũm 18
& ordinarius ipse Ecclesiæ magistratus cognoscat de piis legatis aduersus profanos, instante legatario sacerdote. Constitutionibus certe Romanorum Pontificum licet Episcopo hæredes cogere, seu curatores testamentarios pias exequi defunctorum voluntates: Sed id publico tantùm ac honorario Episcopali officio, nec nisi anno vertente, ex quo testator fatis concesserit. Gregorij. 3. rescripto, Nos quidem, tùm Gregorij. 9. Cap. Iohannes De Testam. ex concilio Moguntino. Cap. Si hæredes De Testam. Innoc. & Ioh. Andr. in Cap. Significantibus De off. deleg. Secus dicendum de priuata legatorum petitione, quæ licet piam in causam conferantur, fori sunt promiscui, nec Ecclesiastici purè. Hinc profanus si vocetur ad Pontificia tribunalia, licitè prouocabit aubusus titulo ad Curiam Parisiensem. Atque in pari causæ argumento, Senatui placuit rectè prouocatum. In pomeridiana Curiæ sessione disceptationéque publica fori. 7. Idus Apriles. An. 1551. N. Vicanorum *Dathis* appellantium causidico: Mesnilio, contrà, cœnobitarum D. Victoris: & Seguerio Fisci patronis. Qualia Ciuilis Magistratus decreta libera, non est quòd rapiant in inuidiam Principes nostros apud Leuiticum Ordinem. Ibi enim profanus Regiúsque Prætor suos sibi vindicat modò, profanósque homines legit imo tuetur imperio augustæ Maiestatis. Quòd si in eosdem lege acturi Clerici postulent, recuperatorem sibi ex Principali priuilegio dari vniuersim (sicuti Pontificio fultos horum quàmplurimos ostendimus) ij non dubiè experientur Principes ad hoc aliaque Ecclesiastici cœtus vota cõplenda paratissimos. Visũtur quippe etiãdùm tutelaria Regum Diplomata, quibus Monasticæ complures, & Canonicorum Familiæ regio præsidio fideíque committũtur speciatim: iísque in plebeios Priuilegiarij iudices dãtur, quasi, rei Ecclesiastice ipsorum

In relictis ad pias causas Ecclesiasticum iudicem, competentem esse contra quoscunque certo casu hic expresso, non in omnibus. Tametsi contrarium Tiraquello visum sit. Priuilegio 149 De priuilegiis piæ causæ Ex Angeli opinione in Consil. 129. & 137.

Decretum Senatus. Die. 7. April. An. 1551. pro regia iurisdictione in legatis piis inter laicos, qua de re nos etiam Lib. 2 Domanij Galliæ Tit De singulis generib. cas regios. Artic. 7. vbi Tiraquellum citauimus In Priuilegio. 150. Sed ibi Chalcographus mendosè loco huius numeri (150) posuit. 15.

Literæ patentes Regũ *de Gardegardienne*

protectores. ; Generatim autem Neapolitano Clero indultum à Roberto Siculo rege, ne cum profano certantes alium tenerentur adire. quàm Regium magistratum. Ex Capitul. Legum Neapolitan. Charta. 33. Teste etiam Ysernia In constitut. Neapolit. Tit. De Officio Magistrorum &c. In Gallia sanè, Karolus. 6. rex priuilegiarios irrogauit, mandataque iurisdictionis Codicillos sacris plerisque Ecclesiis, vt non nisi certi Prætores regij de profanis ipsarum litibus iudicium exercerent. Cuiusmodi Rescriptum istud est in Monialium gratiam Anthoniani phani Lutetiæ suburbani, cuius verba hîc subtexere libuit. *Carolus &c. Abbatissam, Sorores, & monasterium S. Antonij iuxta Parisios, vna cum omnibus membris suis, domibus, grangiis, piscaturis, pedagiis, nemoribus, vineis, pratis, iuribus, vsibus, & possessionibus quibuscunque, quas possident vel possidebunt: ac familiaribus suis, singularibusque personis eiusdem monasterij, & membrorum suorum, ac omnibus bonis suis in quocunque loco regni existentibus sub nostra & successorum nostrorum protectione & saluagardia speciali suscipimus mandantees præposito nostro parisiensi, quem exnunc Gardiatorem dictarum Religiosarum & Iudicē suum in omnibus causis tam agendo quam defendendo contra quoscunque, ordinationibus & literis contrariis impetrandis nonobstantibus, constituimus & committimus specialem, solum, & insolidum: quatenus dictas Religiosas in suis possessionibus & iuribus, fruchisiis &c. manuteneat & conseruet &c.* 14. Calend. Iunias An. 1401. Regia id genus decretæ iudicandi prouinciæ Diplomata recensui summatim Lib. 2. *Gallici Domanij* Tit. De Præuentionibus & Causis Exemptorum.

Religiosæ S. Antoni de Campis, Cistercięsis ordinis, in suburbus Parisiorum.

Iuridiciale Diploma Caroli 6. regis in monacharum gratiam Antoniani cœnobij, ad Parisios. Ordinis Cisterciensis. Dic. 19 Maij Ao. 1401. Priuilegiarios hosce codicillos comprobauit Ludouicus. 12. Mense Iunio An. 1513. & Franciscus 1. Mense Martio An. 1515.

Regia delegatæ potestatis Iuridicæ rescripta, vulgò *Lettres de Garde gardienne.*

19 MISSA denique tam varia, ac multiplici fori contentione seu Contentiosa Iurisdictione, de qua scriptum est hactenus, ad Voluntariam pergamus, eo quo instituimus, ordine. In cuius functione Hierarchicū peræquè munus versari, proximo Tit. intelligetur.

Titulus. VI.

DE VOLVNTARIA ECCLESIASTICI PRÆFECTI IVRISDICTIONE.

1. *De Indulto Cardinalium in beneficiis Ecclesiæ conferendis.*
2. *Qui Prælati communiter Legati nati habeatur.*
3.4. *An Vicelegatus Auenionensis beneficia ritè conferat extra fines Auenionens. Episcop. in præiudicium Indultarij.*
5. *De Cardinalibus legatis Pontificiis.*
6. *Mandatarium Papæ indultario Cardinalium præferri.*
7.8. *De variis beneficiorum vnionibus.*
9. *Bulla Innocentij. 8. De vnione curati beneficij* de Bloun, *in diœcesi Lemouicensi.*
10 *Quotuplex sacerdotiorum vnio.*
11.12. *Præceptoriæ Hierosolymitanorum militum quotæ simul vnitæ.*

2 FIRMIVS autem à Legato Pontificio diſtribuentur ſacra Miniſteria, eorum beneficiaria Præſulum, qui honorariis ſe Legari nati inſignibus, inanique nomine iam olim venditarunt. Quales ſe prædicant Gneſnenſes Poloniæ Archiepiſcopi, perpetuæ legationis munere impetrato à Sede Apoſtolica: Leſco Albo. 3. Sarmatarum Principe procurante. Annum circiter 1217. vt à Chromero tradi-

Poloniæ Regis intercesſione, Gneſnenſis Archiepiſc. fit Legatus natus.
Sic Lundenſis Archiepiſcopus, Sedis Apoſtolicæ in Dacia & Suetia Legatus. D. Bernardi Epiſt. 314.
Ebnracenſis quôque Archiepiſcopus cenſetur Legatus natus in Anglia, Iudicio Rotæ Rom., in Deciſ. 313. In antiq. Cantuarienſis Archiepiſcopus eſt Legatus natus in ſua Prouincia, Alexand. 3. in Cap. 1. De offic. legat. Hybernenſium Archiepiſcopus, Apoſtolicæ ſedis Legatus, D. Bernardi Epiſt. 315. Ita Lundenſem Archiepiſcopum, Sedis Apoſtolicæ in Dacia, & Suetia Legatum appellat D. Bernardus, in Epiſt. 314. Et Hyberniæ Archiepiſcopum, Sedis Apoſtolicæ Legatum vocat idem Bernardus Epiſt. 316. & 318. Gneſnenſis Archiepiſcopus, Metropolitanus Regni Poloniæ, Legatus natus.

tut, Polonic. Annal. lib. 7. Natiuam quoque Legationem ſibi arrogant Cantuarienſis in Britannia Inſula; Bononienſis apud Italos, Rhemenſis in Gallia Pontifices. Vt ait Ioh. Andræas, in Cap. 1. De offic. legat. In 6. Eodem referri videntur quodammodo Decretales Epiſtolæ Alexandri 3. Cum non ignoreris, Et Cap. Licet, De offic. legat. Cap. 1. De appellat. Cap. 1. De fil. presbyt. Tum Innocentij 4. reſcriptum in Concilio Lugdunenſi, quod incipit, Romana Eccleſia, ibi, niſi aliud Rhemenſis Eccleſia circa talium officialium inſtitutionem de conſuetudine obtineat ſpeciali, De offic. ordin. Apud Bonifacium 8. P. P. Antiquitùs enim multas diuini iuris prærogatiuas contulit Pontifex ſummus in Rhemorum Antiſtitem, vel Flodoarto auctore, Rhemenſi canonico. Lib. 3. Rhemenſis Hiſt. Cap. 10. DE PALLII VSVS QVOTIDIANA A ROMANÆ SEDIS PRÆSVLE PERCEPTIONE, ET REBVS ECCLESIÆ SVB EO CONCESSIS. Eius vſum Pallij Leo 4. P. P. Hincmaro tribuit Rhemorum Archiepiſcopo, vti antea Tilpino Rhemenſi Adrianus 4. cum ſacræ Metropolis eminentia, quam is Rhemenſi adiecit Eccleſiæ, precibus Caroli Mag. Imp. Quorum Bullatas tabulas deſcripſit ad verbum Frodoartus, Lib. 2. Cap. 16. ſacræ Rhemenſis Hiſt. Vnde Innocentius 3. & Honorius 3. P. P. viciſſim Apoſtolicæ Sedis Legatum nuncuparunt honorificè Rhemenſem Metropoliten. Cap. dilecto, De præbend. & Cap. Dilectus, De presbyter. ordin. Sic Arelatenſem Pallio donatum, quaſi Galliarum Archipræſulem ſcribit Gregorius Auguſtino Britannorum antiſtiti. Cap. 9. Reſponſionum ad interrogationes Auguſtini, Et Can. in Galliarum Epiſcopos. 25. Quæſt. 2. Idem Gregorius Regeſti lib. 4. Cap. 97. Turonum verò Archiepiſcopus cùm petiiſſet à Sancta Sede Pallium, eius repulſam tuliſſe dicitur à Fulberto Carnutum pontifice, Epiſt. 30. Quanta ſit enim ſacri Pallij dignitas, Syluester P. P. edocuit tali ſententia. *Super hæc omnia ſummo Pontifici, hoc eſt, Archiepiſcopo propter Apoſtolorum vicem Pallij honor decernitur, vt purpureo Crucis eiuſdem veſtimenti ſignaculo à tergo & pectore depicto demonſtret populo ſignaculum redemptionis, & pia mente cogitet ipſe de paſſione redemptionis, dicens, Mihi autem abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri.* Hactenùs tamen Rhe-

Legatorum generatim (apud Speculatorem.) Alij ſunt laterales, alij nati, alij conſtituti. Tit. de Legato §. ſequitur. & §. Nunc dicamus.

Rheims.
Flodoardus hoc Lib. 3. ſcribit, Papam in concedendo Pallio Rhemenſi Antiſtiti; dixiſſe eundem ſenulli vnquam Archipræſuli permiſiſſe, nec deinceps permiſſurū.

Arles.
Tours.
In Lib. Epiſtol. Fulberti.
Pallium Archiepiſcopi ſuper omnia indumenta eſt, vt lamina in fronte Pontificis. Illo diſcernitur Archiepiſcopus à cæteris Epiſcopis.
Rhemenſis Archiepiſcopi, ſuffraganei ſunt Epiſcopi, Sueſſionēſis (qui decanus eſt, præſidetque in abſentia Archiepiſcopi) Cathalaunenſis, Laudunenſis, Bellouacenſis, Ambianus, Nouiodunenſis, Syluanectj, Cameracenſis, A-

trebatum, Tornacensis, & Teruanor Morinorum. Sed hodie Cameraci, Tornaci, & Artesiæ Præsules exempti sunt à Metropolitana Rhemorum Sede a Rom. Pōtifice, nec eius rei nomine audito Rhemēsi Archiepiscopo.

mensi præsuli inefficaces fuisse Legati nati titulos, ni Diplomatico legationis honore cumuletur sigillatim, arguit Innocentij. 3. rescriptum, Dilecto, ibi (in manibus Rhemen. Archiepiscopi túc Apostol. Sed. Legati) & Cap. Dilectus. 1. De præbend. Cap. per venerabilem Qui fil. sint legit. Cap. Constitutus De concess. præben. In ver. Rhemen. Archiepiscopus tunc Apostol. Sedis Legatus. Id quoque produnt sequentes Pontficum Codicilli, quos Rhemensis Archipræsul, tametsi alioquin ex amplissimo illo Romani Senatus

Bulla Pauli. 4. PP. Legati nati titulum cum effectu Rhemensi Archiepiscopo attribués, personæ tamen magis quā dignitati Archiepiscopali Die. 12. Ianuar. An. 1555.

ordine purpuratus, obtinuit. *Paulus Episcopus &c. Dilecto filio Carolo tituli S. Apollinaris Presbytero Cardinali De Lotharingia &c. Cùm itaque, sicut nobis nuper exposuisti, sedes Archiepiscopalis Rhemensis, sicut præcipuum Reipub. Christianę in Francorum Regno seminarium existit, quippe cuius Antistes B. Remigius protochristianissimū eorumdem Francorū regem Clodoueū, Regnique prædicti proceres baptismatis fonte regenerauit, Regemque ipsum oleo cælitùs demisso, quo etiam posteri ad hūc vsque diem inunguntur, sacrauit, & tāquam primus alumnus cunabulis orthodoxę Fidei in dicto Regno diuinitùs inspiratę præfuit: Ita ipsa inter cæteras partium illarum Ecclesias Primatum tenēs variis prærogatiuarum & antelationum honoribus tum ab Apostolica Sede, tū ab ipsis Christianiss. eorumdem Francorum Regibus decorata reperiatur, eiúsque Præsul pro tempore existens, qui etiam Dux Rhemensis & inter duodecim Franciæ Pares primus nominatur, in Iuridico Procerum Regni huiusmodi Cōuentu, supremisque Gallię Tribunalibus magno totius Ecclesiæ Gallicanæ, atque àdeo Sedis prædictę circa iurium suorum assertionem, Ecclesiasticæquè libertatis tuitionem commodo, pia Regum priscorum prouidentia præsit. Romanorū*

Secularization, cum vnione a l'Eueſché de Paris, de l'Abbaye de S. Maur des Fossez, l'an 1545. à l'instance du Cardinal du Bellay Euesque de Paris, declarée en ce faisant Doyen de l'Eglise secularisée cu[...] moniale dudit S. Maur, & collateur des prebendes.

Vnion de l'Abbaye de S. Magloire a l'Euesché de Paris par Bulles de Pie 5. de l'an 1572. & Gregoire 13. de l'an 1575. emologuees l'an 1577. par Brûe & Renard Conseillers clercs de la Cour, deleguez, & par Arrest de la Cour de l'an 1581. Vide Tit. 2. Lib. 1. Monasticon. art. 14.

Et super Grassēsis & Vanciēsis in Prouincia episcopatus vniti sūt, Bulla Apostolica die. 14 Februarij, An. 1592. tum propter proximitatē, quam ob modicum valorem, *qui n'est que de 800 escus, les deux ausprefſit de Guillaume le Blanc Euesque, qui en a eu du Roy le consentement de l'Vnion du 14. Mars 1596. & Arrest du priue Conseil de mainleuee du 2. Auril 1597. pendant l'instance de la confirmation de ladite Vnion auec le Procureur du Roy du Parlement de Prouence.*

Legatum natum qualis fertur Rhemensis, Legatus de latere eminens antecellit quadruplici iure ac potestate. Primo in absolutione excommunicatorum. Secundo, quia illo præsēte, Natus tanquam minor suis insignibus non vtitur, nec officium legationis exercet. Tertiò in beneficiorum collatione. Quarto in procurationibus. Nō enim ita procuratur Ordinarius & in domo sua consistens, vti legatus de latere. Cap. excōmunicat. Cap. Volētes De

verò Pontif. prædecessorum nostrorum beneficio & permissione ab eo tempore, cuius initij memoria non extat, dicta Sedis Legatus natus habeatur, nec tamen ex huiusmodi Legatione fructum aliquem sentiat, sed inane, nudumque illius nomen absque vllo prorsus effectu penes ipsum Archiepiscopum perdurare noscatur &c. Nos igitur tibi, vt quandiu ipsi Ecclesiæ Rhemensi præfueris dūtaxat, omnes & singulas tam beneficiales, matrimoniales, & Ecclesiasticas, quā alias quascūque, etiam criminales, causas appellationū quarūlibet, quas à tuorū, aliorumque Officialium, ac Conseruatorum priuilegiorum, & Abbatis S. Genouefæ suorumque Iudicum, aliorumque Iudicū Ecclesiarum, Monasteriorum, Capitulorum, collegiorum, & aliorum exemptorum locorum Ciuitatis & suburbiorum Parisiens. prædictorum interlocutoriis, & diffinitiuis sententiis per quoslibet de cætero interiici contigerit, quæque ad Sedem prædictam iuxta Concordata immediatè deuoluuntur: per te vel vnum, qui Officialis legationis vocabitur, etiam ad venerabilium fratrum nostrorum Bituricensis & Burdegalen. Archiepiscoporum instar, quoad appellationū ab Archiepiscopo eiusque Officialibus

libus in negotiis personarum ipsius prouinciæ Rhemensis, videlicet in Rhemensi. Quo verò ad appellationum à Conseruatore & Abbate, aliisque Ciuitatis Parisien. iudicibus præfatis interiectarum causas huiusmodi in Parisien. ciuitatibus per alium probum virum ad id per te deputandos, etiam summariè dicta auctoritate Apostol. audire, cognoscere, decidere, necnon quoties ab illorum sententiis appellari contigerit, Causas appellationum huiusmodi alij vel aliis similibus probis viris in eisdem Ciuitatibus respectiuè per eosdem finaliter audiendas & decidēdas dicta auctoritate cōmittere valeas &c. Non obstantibus &c. Pridie Idus Ianuar. 1555. Pontificatus An. 1. Quas quidem Romanæ Sed. tabulas Princeps ratas habere se declarauit. Præclaro Diplomate. 6. Iduum Martiarum. An. 1555. Itaque Pontificias literas Senatus præscriptis quibusdam legibus comprobare non dubitauit: Septimo Cal. Quintiles An. 1556.

> Off legat. Cap. Officij Eod. Tit In 6. Specul In §. Sequitur & §. Nūc dicamus Tit. De Legato.
>
> Die. 22 Ianuar. An. 1555.
>
> Die. 10. Mart. Die 25. Iunij.

3 AVENIONENSIS Prolegatus nuper sibi asciuit in Cardinales etiam Indulto subnixos sacerdoriorum donationem, in Valentina Delphinatium diœcesi. Putà, monasticum primatum, qui Cluniacensi cœnobio contribuitur, Aueniomensis Prolegatus in eum cōtulit, cuius gratia illum nouissimus possessor eiurarat, derogauitque Pontificio Canoni *De infirmis resignantibus*. Postridie mortuo eiuratore, Cluniacensis Abba Cardinalis petenti hunc erogauit monastici Conuentus Primatum. Mox Cœnobiarchæ beneficiarius Conscriptos Curiæ ex abusu prouocauit ab eius collatione, qui pro Legato erat. Ab huius partibus stabat Indultum Cardinali liberæ collationis priuilegium, quo fretus ipse, meritò impatiens consortis erat, nec collationum socium ferre renebatur. Nam Lotharingō purpurato indulsit Iulius. 3. Pontif. ne alius præter Lotharingum quisquam sui iuris munerisque sacerdotia concederet. 15. Calend. Maias An. 1550. Cuiusmodi priuilegiarium diploma probarunt Consiliarij Prætoriani. 16. Calend. Octobr. & Aquēsis Senatus Prouinciæ Narbonensis. 11. Calend. Decembr. Eod. Anno. Tum Senatus Parisiē. 4. Calend. Apriles Anno salutis sesquimillesimo quinquages. primo. Rursus pro appellāte certabāt Regii codicilli. 15. Cal. Decēb. An. 1553. Quibus Princeps magnificè professus sit, nolle se, quamlibet ampla potestate ab eo Legatis permissa, vllam Cardinalium *Indultis* fieri fraudem, aut detrimentum adferri. Et hanc Codicillarem Regis contestationem P. C. actis Curiæ præscripserunt. 3. Idus Ianuar. An. 1553. Cardinales item in Ecclesiis sibi subiectis habent iura Episcopalia, vtunturque iuridica potestate. Phil. Franc. in Cap. De maiorit. & obedien. Manfred. In Lib. De Cardinalatu. Accedebat his, quòd sacræ in Franciam legationis

> De Vicelegato in Auenionensi Prouincia, qui resignationē admisit prioratus dependentis a Cluniacensi Abbatia.
>
> Valentiæ Allobrogū episcopatus, Diensisque ei perpetuo vnitus.
>
> Indultum Cardinalis *de Lorraine*. Die. 17. April. Ao. 1550. Verificatum in Magno Regis Consilio, die 16. Septemb. *In* Parlamento *d'Aix en Prouence*. Die. 21. Nouemb. Ao. 1550. Et in curia Parisien. die. 29. Mar. An. 1551.
>
> *La Prouince de Narbonne regulierement n'est pas de la legatiō d'Auignon, n'est comprise aux facultez du Legat d'Auignon, ains seulement les 4. autres Archeueschez, Vienne, Ambrum, Arles & Aix. Mais sur le refus faict par le Parlemēt de Tholose de verifier lesdites facultez pour la prouince de Narbonne au nom de Claude Conty Euesque d'Antone Vicelegat d'Auignon, le grand Conseil par le tres-expres commandement du Roy les a verifie z pour Narbonne par Arrest du 16 Nouemb. 1603. & sans que à l'aduenir les autres Vicelegatz s'en puissent preualoir pour le regard dudit Archeueschē & Prouince de Narbonne.*
>
> Regiæ literæ declarationis & protestationis die 17. Nouemb. An 1553. Publicatæ in Parlamento Parisien. Die. 21. Ianuar. An. 1553.

munus vulgò non producatur ad Viennensem, Lugdunensem, & Vesontionis prouincias, nisi hæ Pontificij mandati verbis nominatim exprimantur. Vt inquit Speculat. in §. Qualiter Tit. De legato. Quod subnotauit etiam Innocentius. 3. Francorum Regi rescribens Cap. nouit De offic. legati. Atqui Legatus Auenionẽsis minimè Delphinatium Senatui fidem fecerat Pontificiæ Legationis, Regiæque veniæ ac gratiæ, vt eam Prouinciam Legatus sacro imperio gerere posset. Quamuis insuper Auenionẽsi legatione defungi liceat per Vicarios, seu pro Legato gerentes: tamẽ id videtur potius ad profana Ciuilis præturæ munia pertinere, quàm ad Ecclesiasticæ legationis iura, quę vicariis substitutorũ operis nequeũt expediri. Vt sensit Ruzæus in Tract. De Præminentia Archiepisc. dignit. Priuil. 5. Num. 13. Eòdem spectat iudicium Curiæ latum in promulgãda Adriani Boysij Legatione laterali An. 1519. Multiplex enim est Auenionensis Legati functio, quippe qui tanquam Episcopus Auenionensis sacra munera eroget liberè intra Auenionensis agri fines ac Venayssini Comitatus, Pontificiæ Ditioni prorsus obnoxũ. Vnde & Legato ius est, Vicarios seu Prolegatos cõstituere ea in regione in qua Ordinarius habeatur: ex eóque Bertrãndus Carpẽtoractẽs. respondit, donationẽ Præpositurae Vasionẽsis Ecclesiæ, quæ à Francisc. Stagneo Georgij Ambosij Cardinalis Legati Vicario collata fuerat, iustã videri Cõsil. 117. Volu. 1. Ad alias verò Prouincias porrecto legationis munere, Viennensem nempe Allobrogu, Ebredunensem, Aquensẽ, Narbonesem, Arelatensem, in iis Legatus aliena vtitur ac mandata potestate, non sua. Vt sanxit Innocentius. 4. Cap. 1. & vlt. De offic. Legati. In. 6. Nam in talibus Galliæ oris, quæ Regii dominii sunt, non Pontificii, Legatus verè tantùm est delegatus, non ordinarius: nec propterea Vicarius Vicarium creare posset. Cap. Clericos De offic. vicar. Ibidem simul Regiæ priùs permissionis tabulas exquirere debet Legatus, quàm sibi cõmissum officium exequatur.

Legationis literæ *aux Prouinces de Vienne, Lyon, & Besançon* debuerunt verificari in Parlamento *de Dauphiné, à Grenoble.*

Adrianus *Gouffier de Boysy*, Cardinalis legatus de latere.

Le Comtat de Venisse.

Vienne en Daulphiné, Ambrun, Aix, Narbõne, & Arles.

In hanc sententiam vide suprascripta Tit. 4. huius Lib. 1 artic. 4

ECONTRARIO suggerebatur, Auenionensem legationem 4
Farnesio decretam Cardinali, antequam Romanus Antistes Lotharingo indulsisset sacerdotiorum sui beneficii concessionem solido iure Item Indultum hoc Lotharingo diploma promulgatum non fuisse in Senatu Gratianopolitano. Sed primum ita diluebatur, non vnam esse Auenionensis Legationis rationem, vt suprà admonuimus: neque ideò quòd Pontifex Senatorem Romanum Auenionem legauerit, finitimas prouincias à Legato cõfestim administratum iri. Quoad secundũ attinet, Farnesius legatus Pontificii *Indulti* ignarus non fuit, Lotharingo irrogati. Ille enim purpuratus præsto aderat in medio collegarum Patrum Consessu, quod *Consistorium* nominant, quùm plenissima huic indulgeretur sacerdotiorum dispensatio. Vrgebat præterea, quòd Auenionensis Legati Vices gerens, à quo prouocatum est, istic admiserit sacerdotii cessionem certi successoris gratia factam, quam vocant *resignationem*

Vicegerens Auenionis a Papa institutus est, loco Auditoris Cameræ Apostolicæ, & ordinariam iurisdictionem habere dicitur, maximè in exemptos e ultramontaneos. Ex Gloss. in Clem. auditor, De rescript. & Specul. in tit. de offic. ord. Recipit submissiones contractuũ in vim Cameræ Apostolicæ Auenioni residẽtis, decernit monitoria generalia in forma malefactorũ. Sed nec Delphinates, nec Frãcos alios trahere potest extra suam patriã. Contra Tit. De caus. In Pragm. Francisc. Marchus in Delphin. Decis. 147. Parte 1. Cõsistorium interpretatur Octauianus

tionem in fauorem. Atqui hoc ipſum nulli præter ſummum Eccleſiæ Paſtorem competit, niſi Legationis Pontificiæ lege comprehenſum ſit nuncupatim. Ita Barrenſi Archiepiſcopo Legato copia facta eſt recipiendi ſacrorum beneficiorum dimiſſiones huiuſmodi fauore deſignati ſucceſſoris. Circa annum. 1525. Molineo teſte oculato, in Regula Cancellariæ Apoſtol. *De infirmis Reſignantibus.* Peroratam denique appellationis cauſam P. C. miſerunt in concilium. 12. Kalend. Septemb. An. 1554.

turque, vbi Eccleſia vacat, cuius electio ad Capitulum, Ciuitatem, Prouinciam, Regem, vel alios ſpectet. Aliàs à Pontif. ſacróque hoc Senatu colligũtur. In eodẽ Cõſiſtorio expediuntur alia multa, quę memorat Veſtrius I.C. Forocornelienſis, In Romanæ Curiæ actionem & iudiciorum mores ſcripta Iſagoge.

Appoinčté au conſeil au Parlement die. 21. Augusti. 1554.

LEGATVS Romanus non concurrit cum ordinariis Præſulibus
5 in Sacerdotij donatione, niſi ad ſacræ purpuræ decus euectus ſit. Quùm autem Pontifex aliquem è Cardinalium cœtu ſibi legauerit, qui Legatus eſt lateralis, ad eum pertinet hæc ſacrarum collationum occupatio. Auctore Innocentio. 4. in Cap. I. De offic. legat. Lib. 6. Eidem licet monaſtici Clauſtri munera ſecularibus clericis commendare fiduciaria lege. Quemadmodùm ab Ordine Clariſſ. iudicatum eſt de monaſtica Ædis Maxentij, in Pictonibus, Præpoſitura, An. 1534. Ex Collectaneis Matthæi Quadrigarij, forẽſis dudùm patroni in Curia Pariſienſi. Legato pariter ius eſt, nondùm vacua ſacerdotia certis perſonis ſpe adſignare: ita, vt ſecuta dehinc vacatione, Ordinarius ea conferre nequeat. Bonifacij. 8. ſãctione Præſenti De offic. legati in. 6. Speculat. in §. nunc tractemus Tit. De legato. Verùm Pontificius Legatus, etſi Cardinalis, nulla præditus eſt poteſtate in beneficia dignitatéſque Eccleſiæ maiores, quarum meminit Bonifacius. 8. in Cap. deliberatione De offic. legati. Nec ſimiliter in ſacra munera profani patroni nominationi obnoxia. Cap. Cùm dilectus De iur. patrõ. Apud Gallos pręſertim, teſte Speculat. in loco ſuprà relato. Cardinalem quoque illum legatum minimè intelligimus, qui ex Cœnobiarchia quadam inane Cardinalis præferat cognomentum: ni particulatim is, rubri Galeri honore collato, fuerit in Senatum cooptatus. Proin Cluniacenſis cœnobij Præſules, qui ab vetuſto Calyxti. 2. P. P. priuilegio Cardinalitiũ nomẽ iactãt (ab anno. 1125.) vix Cardinalitiis omnibus vtẽtur prærogatiuis: niſi Purpura ſigillatim honeſtati ſint ipſi Pon-

Veſtrius, quòd Cardinales pro publicis negotiis ſimul conſiſtant apud Pontiſ. alias bis in hebdomade: Noſtra verò ętate, decreſcentibus negotiis, ſemel tantùm. Apud ſacrum hũc Senatum, electi ad Epiſcopales, archiepiſcopales, metropolitanas, patriarchales Eccleſias proponuntur inſtituan-

Legati de latere diſpenſatio ad duo incompatibilia, nùm eſtẽdatur ad beneficia ſita extra territorium legationis, tractat De cius Conſil. 207.

De beneficio ſeu officio clauſtrali *de preuoſté* in Abbatia *de S. Maixent, en Poictou.*

Reſeruata a Legato beneficia vacatura, nõ poſſunt adueniente vacatione conferri ab Epiſcopo.

Romanæ Eccleſiæ vſus ſolos Cardinales legatos de latere vocat. Cap. ad eminentiam De ſenten. excomun. Cap. Volentes De offic. Leg. Licet ſnte commun poſ ſirdici de latere Papæ miſſus, etiam ſi non ſit Cardinalis De quo vide §. ſequitur. Tit. De legato Apud Speculat.

Calixtus 2. Guilielmi Burgundiæ Comitis filius, cum apud Cluniacum ageret, hoc Abbatibus Priuilegiũ impertiit, vt forẽt Cardinales nati, etiamſi huic apta Dignitati ornamẽta non ferrẽt. Hoc autẽ titulo Pontium Abbatem per annuli traditionem inueſtiuit.

Rauennatenſis item, Eccleſiæ Canonici

retioent nomen Cardinaliũ Ioh. Andr. in Addit ad Speculat. in Tit. De iurã. calumn. §. reſtat videre. Verſ. quid ſi aliquod collegiũ.

Petri venerabilis, Cluniacenſ. Abbæ Lib. 6. Epiſt. 47. ad D. *Bernardum, luy eſtant à Rome*, Læta, inquiţ, plane cuncta reperi, ſed lætiora apud Patrem inueni &c. Præferebat omnibus etiam maioribus graduũ, nec Patriarchalis dignitas cum etiam Rauennas adeſſet, prætiam ma ipſum plerunque impellente ſinebatur Senatui. Romanorum Epiſcoporum vel Cardinalium non tantum adiungebat, ſed & quandoque adiungi cogebat. Excludebãtur vniuerſi non Romani à Romanis cõſiliis: ſolus aut pene ſolus ad myſteria iurata vocabat. ex eodẽ lib. 6. D. Bernardi ad eũdẽ Petrũ epiſt. 19. *En l'aſſẽblee des Eueſques de France à Chartres de par le Roy.* Cõfidimus, inquit, quod magnũ huic verbo prouentũ præſentia veſtra præſtabit, tũ pro auctoritate ſanctæ Cluniacẽſ. eccleſiæ, cui Deo diſponẽte præeſtis tũ maximè pro ſapientia & gratia, quã vobis ipſa donauit ad vtilitatẽ vtiqua proximorũ & ſuum ipſius honorẽ.

Tritemius in Chronico Monaſterij Hirſagienſ. *dit que* inter omnia monaſteria, famoſiſſimum eſt Cluniacenſe, à quo reformationis ſuæ modum ſumu nt

Priuileges du Roy Loys le Gros à Ordre de Cluny l'an 1119 à Orleans, par Philippes. 6. en Iuin 1329 confirmez par Iehan 2. l'an 1360. en Ianuier. Siquidem pro ſalute Regis & ſtabilitate Regni ad preces Archiepiſcoporum, epiſcoporum, & Principum ipſius Regni Monaſterium Cluniacenſ. nobilius membrum Regni prædicti, in Regum Franciæ defenſiona garda & tutela commiſſum eſt, cuius certum eſt ſingulos Prioratus par Abbates Cluniacenſ. acquiſitos, & eis datos eſſe, & à fundatione ipſius Monaſterij Cluniacẽſ. obſeruarũ, quod eoſdẽ Abbas Cluniacẽſ. cõmittit regẽdos & cuſtodiẽdos, ſicut rẽ propriã cuicũq; voluerit de ſuis monachis &c.

Catalogus Abbatum Ordinis Cluniacenſis, ſecundum ſeriem temporum.

1. Berno, An. 910. 2. S. Odo. An. 926. 3. Aimardus, 944. 4. S. Mayolus, 954. 5. S. Odilo. 994. 6. S. Hugo 1049. 7. Pontius, 1109. 8

Hugo 2 1122.9. Petrus venerabilis 1122.10. Hugo. 3.11. Stephanus.1163.12 Rodulphus. 1173.13. Galterus. 14. Guillermus, 1177.15. Theobaldus.16 Hugo,4.17.Hugo,5.18 Guillermus,2.19.Giraudus 20.Rolãdus.21 Bartholomæus.22 Stephanus 2. 23.Hugo,6 24.Guillermus,3.23.Yuo 1.Yuo,2.27.Guillermus 4.28 Bertrandus.29.Henricus 30.Raymundus.31.Petrus, 2.32. Iterius 33.Hugo,7.34. Andruinus.35.Symon. 36.Iohannes. 37. Iacobus.38.Ioannes.2. 40. Raymundus, 2 41. Robertus, 42. Odo, 2.43.Ioannes,3. 44. Iacobus.2. 45. Gauffredus.46. Aymardus. 2.47. Iohannes 4 48. Carolus 49. Claudius.

tificio munere, ac eorum quiſque Senatotiæ dignitatis ornamenta ſumpſerit à Sede Romana. De veteri illo Cluniacenſium Abbatum titulo, Petrus San-Iulianus in Lib. Antiquitatum Cabilonenſium. Sic Vindocinenſis Monaſterij antiſtites generatim ornati ſunt

Diploma Apoſtolicũ de honorario Cardinalium titulo Abbatibus *de Vendoſme* competẽti, ex Rom. Sedis beneficio.

quondam Cardinalitiis Inſignibus, quorum indices profero Bullatas tabulas Innocentij.3. ita ſcriptas. QVIA VERO ECCLESIA B. PRISCÆ OLIM, A NOSTRIS PRÆDECESSORIBVS CVM DIGNITATE CARDINALI FVISSE CONCESSA EIDEM MONASTERIO VINDOCINENSI DIGNOSCITVR, QVAM TAMEN POST AD NOSTRAM NOTITIAM PERVENERIT, PLVRIBVS CARDINALIBVS ESSE ASSIGNATAM, CONCEDIMVS VT OMNEM DIGNITATEM EX IPSA CONCESSIONE DATAM ABBATES HABEANT, SANDALIORVM VSVM, TVNICÆ, DALMATICÆ ET ANNVLI: SICVT EIS VTVNTVR PRESBYTERI CARDINALES, IPSAMQVE CONFIRMAMVS ECCLESIAM B. PRISCÆ. SIC TAMEN, VT SI FORTE AD ILLAM CARDINALES INSTITVENTVR SVPER ALTARE S. PETRI MINISTRENT, ET QVI PRO TEMPORE CVRAM GESSERINT ECCLESIÆ, OBEDIENTIAM PRÆSTENT CARDINALI ET QVARTAM FRVCTVVM PARTEM

An commendatarij & ſeculares abbates S Trinitatis Vindocinenſ. habeant Cardinalitij iuris præeminentiam, ſub titulo B. Priſcæ in monte Auentino, vt titularij Abbates ſeu monachi.

IDEM CADINALIS PERCIPIET. Ex armario Cœnobii Vindocinenſis, in ſacra Carnutum diœceſi. Et hac quidem honoraria Cardinalium appellatione illuſtrati ſunt huius Patres monaſterii, ac cucullati Æteriarchę ſeu Abbates, potiùs quàm ſeculares, qui fiduciaria commendatione Cœnobio præſint. Nec monaſtica pariter Familia iſthæc alij ſubeſt Eccleſiæ Præfecto, quàm Romano. Vt præter ſingularia Pontificiæ Sedis Reſcripta, innuit D. Bernardus, miſſis ad Eugeniũ.3. P.M. literis, de quibus. ∓. Tit. proximo. Antea tamen Yuo

Yuo Carnotenſis.
Controuerſia Abbatũ *de Vendoſme, & de Lomer de Bleu.*
Literę Philip. 6. regis die. 3. Septemb. An. 1335. *ſur le debat d'entre luy & le Comte de Vendoſme* de gardia proxima, ſuperioritate, & reſſortu immediato Religioſorum Abbatis & conuentus *de Vēdoſme, & de tous leurs hommes, biens & poſſeſſions en chef & en membres.*

Carnutum Epiſcopus, Gottofredum Vindocini Abbam grauiter exhortatus eſt, quaſi Ordinarius illo ſuperior, vtì controuerſum præſertim cum Magiſtro Bleſenſis cœnobii Launomari negotium componeret. Epiſt. 95. &. 196. Sicuti demùm Vindocinenſe monaſterium purè ſubiicitur Pontificiæ in ſpiritalibus, ita Regiæ in profanis tutelæ Iuriſque dictioni. Quamuis enim Vindocinenſis Comes de tutelari eo ſuperioríque imperio contenderet, quod ſuo in oppido ac territorio Cœnobium eſſet conſtitutum: ceſſit tamen eo qualicumque iure Philippo Valeſio regi, cuius deceſſores Andium Comites Monaſticum templum & fundarant & variis poſſeſſionibus amplificarant. Vt patet authentico ceſſionis Inſtrumento.3. Nonas Septembres An. 1335. quod Iohannes Regis primigenius tanquàm Andium Comes ratum habuit, Iunio menſe An. 1341.

Graduati nominati ab Vniuerſitate ſtudiorũ, & Mãdatarij Papæ.

INDVLTVM Cardinali priuilegium ceſſat haud dubiè in Scholaſtici Conuentus nedùm Pontificis candidato, quem Mandatarium 6
Apoſtolicum

Apostolicum dicimus. Nam id genus nominatis à Musæo publico, vel à Romana Sede mandante côferri, destinata sunt beneficia Ecclesiæ, Basiliensi decreto An. 1438. & Pacto Bononiensi An. 516. De eo nunc ambigitur, num Lege *Concordati*, Cardinalis tertio mandato teneatur, quùm è duobus præcedentibus alterum executus non fuerit Pontificius exorator. Nam ea demùm ratione Pontificiis mandatis impositus est modus, si ipsa te Ordinarius tali Rescripto oneretur, ac Pôtificis iussus ad exitum perducatur. Felyn in Cap. ex tenore, & Cap. in nostra De Rescript. Alioquin vel annalis silêtij exceptione, Mandati vis tota extinguitur. Vt Lucius. 3. constituit Cap. Si autem. Et Innocentius. 3. Cap. plerumque De rescript. Senatus tamê, qui huiusmodi cognitioni præsidebat, censuit maturiùs deliberandum; quùm Olearius Andium episcopus ab executione tertij Mandati Curiam abusus ergô appellasset. Pridie Nonas Apriles An. 1537. Auberio, Episcopi: & Magistro, Francisci Ratti causam agentibus. In Scholastica autem Nominatione ad sacerdotia, mirû est, scholasticis gradibus præditum, qui ab Ordinario repulsam passus, sacerdotiû à superiore impetrarit Antistite, postponi alteri Scholæ candidato, qui illud interim ab Ordinario acceperat intra sacrarum collationum semestria. Tametsi enim prioris postulâtis repulsa deuoluisse ius ad maiores Ecclesiæ Præfectos videatur: nihilo seciⁿ Côscripti Patr. secundùm Ordinarij beneficiariû iudicarunt, quasi conferendi potestas haud priùs ad superiorem iure veniret deuoluto, quàm incapaci Ordinarius sacrum Ministerium erogasset.

Si primus vel secûdus mandatum impetrans sit inhabilis vel eidem non fuerit prouisum vt pote quis mortuus, tunc tertius poterit prosequi suum mandatum. Ex Clem. 1. in ver. vesare De rescript Cap. dispendia In verb. fatigaver r. De rescr. In. 6. Verba enim intelligi debent cum effectu In eámque sententiam vide Rebuffi annotationes ad §. Io ver. duobus De Mand. Apostol Io Concord. *Ap esté au Conseil en la Crur*, die. 4. april. an 1537.

Imò habens potestatem recipiendi resignationes beneficiorum, nô potest beneficia sic resignata côferre Nisi in Vicariatu specialis facultas data sit beneficia resignata conferêdi. Ioh. Selua in Tract. De Beneficio In 2. Parte Quæst 4. Calder. Côsil. 3 Felyn. in Cap. audita De Præscriptione.

Arestis Paschalibus An. 1533. de Cleriacêsi parœciaca Ecclesia. At mutatis deinde calculis, Senatum audio contra Ordinarij donatarium pronuntiasse. Decretis solenni Pentecoste recitatis An. 1537. Quod & probabilius arbitror. Quoniam autem vacantia cessione sacerdotia non debentur Academiæ Candidatis, roget quispiá, verùm Propontifex seu Vicarius episcopi recipere valeat puras liberásque sacerdotiorum eiurationes, quæ *resignationes* vulgò vocantur. Decreuit Senatus, ita dimissa à possessore sacerdotia donare Vicario non licere, quamuis purè generalitérque ius habenti ecclesiastica munera conferendi. Iudicato. 4. Nonas Martias An. 1535. de monastico Primatu Chyuerio, quem euicit Gandelandus à Grenesio competitore. Huc pertinent à nobis discussa Lib. 1. Tit. 6. nunquid *Capitulo* ius esset, Ecclesiæ beneficia, quæ sacerdotis cessione possideri desinant, erogare pro animi sententia. Idem Rota Romana sensit in huiusmodi Propôtifices, qui puras sacrorum munerum cessiones admittebant. Decis. 43. & 218. In Antiq. Staphil. In Tract. De Literis gratiæ De variis modis vacation. Sciscitemur etiá de Parisiêsi Senatore, qui Pontificiis Regiisque mandatis nominatus sit Cardinali episcopo ad sacerdotium assequendum, Senator nè, inquam, huius collatoris beneficiarius ex tali nominatione, debeat iudicantis officio fungi in forensibus eiusdem controuersiis. Sanè Curia Or-

Etiam simpliciter resignata beneficia in manibus Ordinarij nô debentur Graduatis simplicibus, vel ab Vniuersitate nominatis.

Arestum Curiæ, die. 4. Mart. An. 1535. de Prioratu *de Chyueri*. An Capitulum Episcopatu vacante, conferat beneficia resignatione vacantia. Nùm Vicarius Episcopi possit beneficiorum resignationes recipere.

Decretum Curiæ die. 27. Augusti An. 1543. In tertia Camera Inquestarum, de recusatione Consiliarij Curiæ nominati super quodam Episcopatu ad beneficium adipiscendum.

natiss. eum Iudicem, cũ aduersarius Episcopi reiecisset, merito reiectum pronutiauit. Aresto. 6. Calend. Sepembres An 1543. In. 3. Classe Inquisitionum. A quo alienum non est Innocentij. 3. rescriptum *Ad Priorem S. Sepulchri*, Insinuante De offic. deleg. Vbi Iudex datus licitè recusatur, cuius familiaris ac beneficiarius cliens effectus sit lite pendente recusantis aduersarius, iurísque Parœciac. competitor.

Plurium simul Beneficiorum vniones Pontificiæ in forma gratiosa, sunt voluntariæ Iurisdictionis. Secus si in forma commissoria, vt causæ cognitio in partibus cõmittatur, vocatis quorum interest.

VOLVNTARIA Iurisdictio non tantùm in hac versatur sacer. 7
dotiorum simplíciũ donatione, sed etiam in duorum coniunctione vnioneque sacrorum munerum, quam Græci Ε῎νωσιν appellãt. Duplex est quippe Vnionis beneficiariæ genus: Alterũ à Põtifice ex formula gratiosa conceptum, quale voluntariæ adscriptum Iurisdictioni improbatur Ecclesiasticis Canonibus. Alterum celebratur

Bulle d'Innocent 8. P. du 14. Ianuier l'an 1488. Parce que sur ce que les deux pourueus de la Cure de Mesnil la Heigne au Bailliage de Vitry, dioces. de Toul, l'auoiẽt remise & resignee purement & simplement à la volonte pure & disposition libre de nostre S. Pere, luy sur le recit par luy entendu de l'appauurissement & perte de biens aduenue par les guerres de quelque teps auparauant aux Doyé, Chanoines, & Chapitre de l'Eglise collegiale de S. Nicolas de Cõmercy, frontiere de Châpagne, diocese de Toul, il vnit & annexe à perpetuité ladite Cure audit Chapitre & college des Chanoines, auec tous ses reuenus, dixmes &c. à la charge de faire deseruir ladite Cure par Prestres par eux nõmez, reuocables par eux en cas de faute Et de fait aduenãt vacation de lad. Cure par la mort du Vicaire perpetuel, lesdits Chanoines enuoyent l'vn d'entre eux pour la deseruir in diuinis.

Vnio vetita est inter beneficia diuersarum diœcesũ Sess. 14. Concil. Tridentini Cap. 9. Decreti De reformatione. *Mais icy estans les 2. du mesme diocese de Toul, valet, encores que la Cure soit sise dans le Royaume, & ledit Chapitre à Commercy hors le Royaume ce semble: Toutesfois la foy en appartient au Roy d'ancienneté.*

S. Remigij Cœnobiũ in vrbe Remensi, à lõga vetustate est Archimonasterium dictum, & ita scriptum in antiquissimis tabulis & Archiuis eius Monasterij.

causa cognita, in formulam commissoriam quã vocant, idest delegato priùs Iudice, qui expediat nécne vnionem fieri diligenter exploret. Ita D. Remigij Archicœnobium statis formularum solemnibus coniũctũ fuit Archiepiscopali Rhemorũ Præfecturæ. An. 1552. At si neglecta canonica solemnitate Vnio contracta proponatur, appellationis præsidio rescindetur abusus nomine, nec diuturno multorum annorum silentio confirmatur. Verbi causa, Romanus Antistes de collegij sentẽtia D. Iohãnis, & Lazari Hierosolymitanorum Sodalitia copulauit. Post longissimam verò temporum seriem Fiscalis patronus ad Senatum prouocat aduersus Põtificium Vnionis diploma, quasi abusiuè impetratum. Placuit rectè interpositam prouocationem, longo ætatum interiectu nequicquam obstante. Decreto 13. Kal. Martias An. 1547. quod recenset Ioh. Lucius (Caléd. Martias. 1547.) Placitorum Curiæ libro secundo Tit. tertio. Rursus Rhodiæ militiæ Equites nuper adnixi sunt libello Principi porrecto sacram Lazarianorum militum Societaté suæ expressim coniungere Gallica auctoritate Regia: quòd nullum esse inter D. Lazari Milites distinctum Ordinis caput intenderent, sed sacro D. Iohannis Ordine contineri. Mense Nouembri An. 1574. At exorati de eo Regis Litteras ne promulgaret Senatus, intercessit Procurator fisci, necdum iudicio decisa controuersia. Huic successit Primatus quæstio Lazarianæ militiæ in Consistorio Principis, cum vacanti maximæ huius Ordinis Preceptoriæ *de Bony*, in finibus Aureliorũ, prouisum vellet Magister sacræ Melitensis Familiæ, quasi inferiori, & Melitensi-

Iudicium Curiæ Die vel 17. Februar. An. 1547. vel (vt scribit Lucius) die 1 Mart. 1547. contra Vnionem sacri Ordinis Equitũ S. Lazari cum Equestri Ordine S. Iohannis Hierosolymitani.

Equites Ordinis S. Lazari caput sui Ordinis attribuunt *à la cõmenderie de Bosny* in agro Aurelianensi. Hispaniæ verò rex Lazarianorum se Magistrum capútque esse contendit, & Sabaudũ Ducem Vicario tan-

Melitensibus obnoxiæ: Rex autem ipsi Præfectum alium nominasset, tanquam omninò seiunctæ separatæque à militari Conuentu Melitensi, An. 1586. Vt ut sit, Bullatæ tabulæ visuntur Pij. 5. Pontif. 3. Idus Sextiles An. 1567. *Reuocatoriæ Priuilegiorum Hospitalis S. Lazari Hierosolymitani.* In lib. recens edito, cui titulus est, *Collectio diuersarum Constitutionum, & Litterarum Roman. Pontif. à Gregorio. 7. vsque ad Gregorium. 13.*

tùm Hispanici regis iure Præfectum huic Militiæ à Gregorio. 13. Pontif. palam declaratum An. 1571.

Bulla Pij. V. Papæ, dic. 21. Augusti. An. 1567

8 PORRO curialis Ecclesia Seruatoris Dei connexa est olim canonicorum Sodalitio D. Germani Antissiodoren. apud Lutetiam. An. 1459. Neque id citra solemnium quorūdam obseruationem, mandata nimirùm à Pontifice causæ cognitione Anselmo Coursellio Canonico & Archidiacono Ioziacensi, senatori etiam tùm Lutetiano. Nihilo tamen seciùs, vnio isthæc plusquam secularis conuulsa est, decreto Senatus Kalend. Apri. An. 1560. ad prouocationem abusus causa factam. Quadrigario prouocatoriā litem collegis senatoribus exponēte. Istic enim minꝰ necessariæ rationes primitus impulerāt Ecclesiasticos Præfectus, vt sacra illa beneficia simul colligarēt. Ideóque in his, aliisvè publicam Ecclesiæ disciplinam spectantibus, non tollitur prouocandi ex abusu facultas, quāticùnque temporis silentio. Veritati enim nemo præscribere potest, non spatium temporum, non patrocinia personarū, non priuilegiū Regionum. Ex his enim ferè cōsuetudo ab aliqua ignorātia vel simplicitate sortita invsum per successionē corroboratur, & ita aduersus veritatem vindicatur, vt Tertulliani verba vsurpem, Lib. de Virginibus velandis. Tridentino autem Concilio statutum est, quadragenos abhinc annos factas vniones ab Ordinario discuti, tamquam à Sede Petri delegato: & si obreptum Pontifici in his sanciendis ostendatur, irritas easdem pronunciari. Quòd si quadragenarium abhinc annorum spatium conflata sit Vnio, necdum mandata executioni, nullius erit momenti; nisi legitimis de causis coram ordinario Antistite, vocatis quorum interest, facta adprobetur. Tridentina Sessione. 7. Decreto de Reformatione Cap. 6. Idem olim Constantiana Synodo cautum erat, beneficiariæ Vnionis prohibitoria nisi quæ ex canonicis solemnium formularum regulis celebretur. De quibus Pontificij Iuris interpretes multa passim, Gaspar Perusius in Tract. De Vnionibus, Innocētius & Abb. in Cap. sicut vnire De excess. prælat. Clemen. Si vna De Reb. Eccles. non alienan. Quo modo P.C. iudiciis censuerunt, sacræ Præstimoniæ coniunctionem cum Tarrariensis templi Clericorum Societate abusiuè decretam. Pridie Nonas Sextiles An. 1572. Syruingio, sacellani prouocantis à veluti abusu, & Pasquero Sacerdotum causidicis. Dehinc similiter, me in Senatu dicente, Conscripti Curiæ resciderūt vnionem monastici Primatus D. Theobaldi in nostrate Campania, cum Monasterio Ædis Huberti, apud Eburones: quam Rhemorum Archiepiscopus vnionem Sentētia sua præcipitarat, regio locorum Procuratore inaudi-

Voio parochialis ecclesiæ S. Saluatoris cū Ecclesia Collegiata S. germani *del' Auxerrois à Paris, faicte par vn Chanoine & Archidiacre de Iozas en l'Eglise de Paris.*

Arestum Curiæ die. 1 Aprilis Ao. 1560. *sur l'Appel comme d'abus sur l'vnion,* latum ad relationem Do. *Chartier* senatoris.

Concilium *de Constance* in Germania habitum An. 1415.

Iudicium Curiæ Parisien. die 4. Augusti. 1572 contra Vnionē Capellaniæ factam commodo Societatis presbyterorum Ecclesiæ *de Tarare en Lyonnois* sine solennitate, & spreto patrono Capellaniæ seu præstimoniæ.

Arestum Curiæ die 7. Maij an. 1584. De vnione Prioratus S. Theobaldi *de Chastel en Portien,* cum Abbatia S. Huberti in Arduennasylua, apud Leodienses: a qua Abbatia ille Prioratus membrum dependēs erat. *en Plaidant des Roolle de Champagne.*

L'vnion de 6. priorez dependans de l'abbaye de S. Hubert aux Ardennes, fut obtenue par l'Abbé par Bulles d'Pie 4. an. 1561. 4. Idus Septembris in forma. Mais par lettres patentes du Roy Charles 9. du 6. Aoust 1562. & Arrest sur icelles du 7. Septembre ensuyuant, ladite vnion fut mise en cognoissance de cause, & ordonné que pour faire droit sur lesdites Lettres approbatiues de l'Vnion il seroit prealablement informé de la necessité, & euidéte cómodité de l'vnion: à sçauoir la ruine de ladite Abbaye toute demolie, bruslee & pillee. Les Questes anciennes par la Chrestienté pour l'hospital dudit lieu, où l'on souloit venir de toutes parts, cessees & diminuees &c. Depuis veu l'enqueste de ce, y a Arrest de ladite Cour du 27. Auril 1564. qu'il seroit procedé par les Euesques ou leurs Vicaires generaux des lieux, où sont assis 3. desdits 6. Priorez sis en France, à sçauoir S. Thibaut, S. Sulpice de Prix, & Vernicourt à l'vnion desdits Priorez auec le Procureur du Roy desdits lieux, à sçauoir de Rheims & de Laon, à la charge de l'entretenement de l'ancien seruice diuin, & des fundations desdits Benefices. Suiuant ce y a eu Sentence Ecclesiastique de Rheims à l'vnion, sans autre enqueste que la precedente faicte par ledit Arrest, donné le 24. Aoust 1564 laquelle fut cassee par Arrest du 7 May 1584. touchant ledit Priori de S. Thibaut. Mais quant au Prioré de S. Sulpice de prix sur pareil appel comme d'abus, de ladite Vnió plaidé, a esté Arrest interlocutoire, que l'appellant nommé Frere Nicolas Clement informeroit, que c'estoit vn Prioré cure, & qu'il seroit procedé à l'Vnion, cũ causæ inquisitione & solẽnibus par l'Archeuesque de Rheims ou ses Vicaires, donné le 5. May 1586. Inde sententia desdits Vicaires de l'vnion de ce priore du 1. d'Aoust 1587.

Depuis cest Arrest du 7. May 1584 annullatif de l'Vnion de S. Thibaut y a eu Patente de nouuelle Vnion dudit. S. Thibaut auec celuy de S. Sulpice de prix, & tous deux vnis par mesme Sentence de Rheims le 1. d'Aoust 1587. auec le consentement du Patron Prince de Portian.

En Octobre 604. ledit Abbé de S. Hubert plaidoit au priué Conseil touchant ladite Vnion du priore S. Sulpice de prix pres Maisieres, contre le President F. aton du grand Conseil, mis au lieu de Clement resignataire à Camus viel dispensé de la S Chappelle plaidoit & pretendoit ledit benefice, soustenant que les Priorez & benefices de ce Royaume dependant d'Abbaye estrangere ne sont subiects à vnion auec icelles, ny l'or ny l'argent de France transportable hors iceluy. Rebuffe in praxi, Tit de vnionib.

to. S. Consulto, Nonis Maiis An. 1584. secundum Frat. Symonem Gottofredum clientem nostrum, qui ab ea Vnionis sententia abusus nomine Patres appellarat, Dauide, contra, Cœnobij S. Huberti aduocato. In forensi Volumine causarum Campanarum. Sic Rebuffus in Praxi Beneficior. in Tit. De Vnionib. Benefic. num. 28. ait Legatum sine Regis consensu vnire non posse Beneficium in Regno situm Abbatiæ vel Episcopatui existenti in alio Regno vel principatu, & se vidisse appellari tamquam ab abusum ab illis Vnionibus sic factis, etiam post longissimũ tempus 100. annorum à Procuratore Regio qui ista Regni commoda prosequitur.

Iudicatum Curiæ pro Martiali Michaele curione *de Bleun* contra Canonicos S. Stephani Lemouicen. Die vlt. April. An. 1575.

HAVD aliter colligato vetus parœciaci Fani *de Bloun*, cum Episcopali Lemouicum Collegio reuocata est in irritum decreto Curiæ, 9
ad quam parochus octogesimo anno ab vnientis Diplomatis executione pouocarat. Pridie Calend. Maias An. 1575. Dn Fleurio in Senatu Consiliario litis enarratore. Sed quia facti speciem totam exprimunt Pontificiæ vnionis Codicilli, eorum præcipuas clausulas visum est S. Consulto attexere. *Innocentius Episcopus, &c. Sicut exhibita nobis pro parte dilectorũ filiorũ Capituli Ecclesiæ Lemouicẽsis petitio continebat, licet antequã quondã Eduardus primogenitus tunc regis Angliæ Ciuitatẽ Lemouicensẽ obsedisset, ac igne cõburi fecisset, fructus & reditus mẽsæ Capitularis dictæ Ecclesiæ adeò opulenti essent, quòd ex illis Canonici & aliæ personæ eiusdem Ecclesiæ se commodè sustentare, & reparationi ædificiorum dictæ Ecclesiæ intendere, aliáque eis incumbentia onera commodè supportare poterant. Nihilominùs propter combustionem huiusmodi, ac perditionem litterarum de fructibus huiusmodi docentium fructus ipsi adeo diminuti effecti sunt, quòd Canonici & personæ huiusmodi ex illis se sustentare, & reparationi præfatæ intendere, aliaque onera supportare commode non possunt. Verùm si dicta parochialis Ecclesia eidẽ mensæ perpetuò vniretur & incorporaretur, excrescentibus propterea fructibus dictæ mensæ, Canonici & personæ præfati commodiùs se sustentare, ac reparationi prædictæ intendere, aliáque onera prædicta faciliùs perferre valerent. Pro parte Capituli prædictorum asserentium quòd fructus & prouentus dictæ parochialis Ecclesiæ 60. librarum Turonen. paruorum valorem annuum non excedunt, nobis fuit humiliter supplicatum, vt dictam parochialem Ecclesiam eidem mensæ perpetuo vnire & incorporare de benignitate Apostolica dignaremur.* Nos

Innocentij. 8. Pontif. Rescriptum de vnione curionatus *de Bleu* cum Lemouicensi Ecclesia Cathedrali. die 19. Mart. An. 1488.

Canonicas vnionum formulas petes ex Rebuffo ad decium Consil. 255 vbi recitatur Leonis. 10. P. I. diploma super vnionis solutione decanatus ruralis Montis Bertodi, Cluniacensis ordinis, vel Benedictini, Lugdunensis Diœcesis.

Nos igitur qui dudum inter alia voluimus, quòd petentes beneficia Ecclesiastica aliis vniri, tenerentur exprimere verū annuū valorem etiam beneficij, cui aliud vniri peteretur, alioqui vnio non valeret, & semper in vnionibus fieret commißio ad partes vocatis quorum interest, singulos ex Capitulo huiusmodi à quibuscunque excommunicationum sententiis ad effectum præsentium absoluẽtes, ac fructuum redituum & prouentuum dictæ mensæ verum annuum valorem pro expresso habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, parochialem Ecclesiam prædictam cum omnibus iuribus & pertinentiis suis, venerabilis fratris nostri Iohannis Episcopi Lemouicensis, ac nobilis fœminæ Margaretæ de Ambasia tutricis legitimæ nobilium virorum Iohannis Æmerici, Caroli, & Petri de Rochechoart eius filiorum dominorum dicti loci, necnon parochianorum dictæ parochialis Ecclesiæ expresso consensu per specialem eorum procuratorem accedente, præfatę mensę auctoritate Apostol. perpetuò vnimus & incorporamus. Ita quòd liceat ex nunc eisdem Capitulo per se vel alium corporalem possessionẽ parochialis Ecclesię nunc vacantis, iuriúmque ac pertinentiarum ipsius propria auctoritate liberè apprehendere & perpetuò retinere, illiúsque parochianorum animarum curam exerceri facere, Diœcesani loci licentia super hoc minimè requisita, &c. Prouiso quòd propter vnionem prædictam dicta parochialis Ecclesia debitis non fraudetur obsequiis, & animarum cura in ea nullatenùs negligatur, sed eius congruè supportentur onera cōsueta, &c. 14. Calend. Apriles AN. 1488. Pontificatus An. 5.

10 GRATIOSA igitur hæc Innocẽtij. 8. vnio, cui plenior debuit causæ cognitio adhiberi, facile soluta est decreto Senatus, vel ex Canonica quidẽ Auctoris ipsiùs Sanctione. In Regul. Cācellar. 21. De vnionibus. Rota, Decis. 59. In Nouis, & 168. In Antiq. Priùs enim fuit de annua sacri beneficij æstimatione inquirendum solemni ritu, euocandum simul matricis Ecclesiæ collegium, quæ est sponsa Episcopi, aut eius loco publicus Actor speciatim creandus, qui Ecclesiasticæ disciplinæ tutelam mordicùs susciperet. Lege Innocentij. 4. Dudum De Reb. Ecclesiæ non alienand. Apud Bonifacium. 8. Alia itidem vnionibus præscripta recensentur sparsim à Cardinali, Consil. 96. quæst. 2. Rota Romana, in Decis. 229. Cassadoren. Decis. 3. De Iure patronat. Socyn. Respon. 1. Volum. 3. Tum à Decio, Respon. 148. & 275. Oldradi Consil. 161. Petr. Paul. Paris. Consil. 228. Vol. 4. Trifariam verò fieri solet canonica sacerdotiorum copulatio. Primùm cum Ecclesiastica duo munera in vnum veluti corpus cōfunduntur & coalescunt: sic, vt vna sacra basilica vnum Ecclesiæ ministerium, non duo verè dici possint. Gloz. in Can. & temporis Causa. 16. Quæst. 1. post Innocentium. 3. Cap. 1. Ne sede Vacan. Secūdò quū ita colligantur Ecclesiæ, vt in vnum quasi corpus minimè conflentur, sed vt vna superior existat, altera inferior, accessionísque vice alteri subseruiens. Ex quo illi Præfectus, in hac Vicarium constituere tenetur, obeundæ sacræ functioni idoneum. Ex Innocentio. 3. Pontif. Cap. extirpandæ. §. qui verò De præbend. De portione autẽ sacerdotalium redituum ei Vicario tribuenda, ecce tibi Bulla Apo-

De Vnionibus Ecclesiasticis scripsit Ancharanus Consil. 162. qui erat tū Aduocatus Consistorialis, vt vocant.

Panormitanus Vnionum beneficiorum modos. 5. tradit In Cap. 1. Ne Sede Vacā. Primus quoad spiritualia tantùm. Secundus per viam subiectionis. Tertius quoad Prælatum duntaxat. Quartò, cum duæ Ecclesiæ vniuntur simul. Quintò Ecclesia vnitur alteri, cū erigitur in Cathedralem.

Pontificiæ Bullæ die. 1. Nouemb. An. 1567. Et die. 1. Octobris. 1568.

Par le Concile de Trente tenu l'an 1583. Sess. 24 cap. 8. & suyuant iceluy par le Synode prouincial de Tours de l'an 1583. Tit de Capitulis dignitatibus & Canonicis, Art. pœnitẽtiarij muoni, *il est dit qu'il sera faict vnion de la premiere prebende vacante, à l'Office du Penitẽcier en chasque Eglise Cathedrale Surquoy il y a procez au Parlement de Paris en matiere de Regale en Iuillet 1604. Sur ce que au mois de Septembre 1602. l'Euesque de Lentreguier en Bretagne suffragant du Metropolitain de Tours, auoit vny vne prebende lors vacante à l'Office de Penitẽcier, & ledit Euesque estãt decedé en Octobre suyuãt, vn tiers impetra ladite prebẽde en Regale, apres s'estre faict aussi pourueoir à Rome.* I'ay dit que beneficiũ ex Cõcilio Generali & Prouinciali *approuué par le Pape*, non est amplius beneficiũ impetrabile, sed membrum alterius cui vnitur. Pœnitentiarius autem sacerdos instituitur *de sa functiõ en l'examen de ceux qui se presentent à la penitence Concil. Parisien. tenu l'an 829. soubs Loys le debonnaire Empereur. Et par le Concile de Vormes en Allemagne tenu l'an 868. au 3. Tome des Conciles.*

stolica Pij 5. An. 1567. Calend. Nouemb. *Declaratiua portionum, quæ assignari debent Vicariis perpetuis in Vnione beneficiorum.* Sicuti ea tota Bullarij Romani libris continetur. Postero quoque anno, Pius idẽ legislator sanxit, *De dignitatibus & prebendis Ecclesiarum Regni Sardiniæ aliis vnitarum in simplices parochiales reductis, & de ordinatione Vicariorũ in parochialibus Ecclesiis, quæ sunt annexæ dignitatibus & beneficiis, aliarum Ecclesiarum non vnitarum.* Bullato diplomate Calend. Octobr. An. 1568. Vt est in Lib. miscellaneo diuersarum Constitutionum & Literarum Rom. Pontif. à Gregorio. 7. vsque ad Gregorium. 13. Tertio loco ita adiunãtur sacræ Ædes, vt neutra subiaceat alteri, sed ambabus suum titulum, gradúmque retinentibus idem minister præponatur. Cap. 1. Ne sede vacan. Quo pacto Musitanam iunxit Cumanæ Ecclesiæ Gregorius. 1. Pontifex, vtraque Episcopali quidem permanẽte, sed quam vnus idémque postea sacro imperio mixtim gubernaret. Vt à Gregorio ipso scriptum est ad Benenatũ Episcopũ. Regesti Lib. 2. Cap. 31.

Bulle de Clement 7. à Auignon Kalendis Aprilibus An. 6. Pontificatus, *confirmatiue de l'Vnion faicte au Chapitre de l'Eglise de Paris, de l'Eglise parochiale de S. Mathurin de l'Archant par l'Archeuesque de Sens, pour ayder à fournir la distribution du pain de Chapitre aux Chanoines qui à faute de ce ne residoient & n'assistoient au seruice, & ledit Chapitre establira vn vicaire perpetuel à ladite Cure.*

L'Vnion du priore d'Ysseron auec la Chartreuse de Nantes. Vid. Tit. 1. Lib. Monasticon Art. 41. & Tit. 1. lib. 2. Art. 14. Monastic.

La Chartreuse des faulxbourgs de Nantes, en Bretagne, quand, & par qui fut fondee Vide Tit. 1. Lib. 2. Monastic art. 41.

La Chartreuse de Bourfontaine en Valois, ayant esté fondee par Charles Comte de Valois, fut paracheuee de fonder & doter par son fils le Roy Philippes de Valois.

L'vnion du priore S. Eloy à l'Eueshé de Paris, & de l'Abbaye de S. Maur des Fossez audit Eueshé. Vide Tit. 1. lib. 2. Monasticon. Art. 14.

S. Iohannis Hierosolymitani Equitũ Præceptoriæ (*Commanderies*) multæ simul vnitæ cum summa eius Ordinis Præfectura.

Magnus Magister de Malte.

Præceptoria Piscenæ, vulgo *de Pesenas*, in Prioratu S. Ægidij.

Commanderie Podij Subreani, *du Puy, au grand Prieuré de Tholose.*

Commãderie de Mets.

MEDIAM certè Vnionum speciem instituerunt Solymi Patres 11
tutelares Christianorum limitum, editis sanctionibus, quæ vulgò inscribũtur, STATVTA ORDINIS DOMVS HOSPITALIS HIERVSALEM. Etsi enim à sacris hisce Equitibus decretum fuisset initio, vacaturas subinde militares Fiducias seu *Commendas*, quàm primùm fiduciarius earum possessor assumeretur ad Ordinis Magisterium. Deinceps tamen summo huic Magistratui connexa sunt perpetuò Rhodiæ militiæ sacerdotia non pauca, ex quorum reditibus Ordinis princeps sacri fastigij dignitatem tueretur. Verbis *Statuti* Magistrales hæ *Commendę*, dicuntur, à Melitensi equitum Præfecto inseparabiles: Dempto eo, quod à Magistris locari possunt sacro Militi temporaria mercede, vel annui lege vectigalis pensitandi. Huius generis est Præceptoria Piscenæ, in Occitano fani Ægidii Primatu monastico: in Tholosano, Aniciensis: in Atuerno, Salinarũ: in Frãcico, Hannoniæ præceptoria: in Aquitano, fiduciarium Templi sacerdotium Rupellanũ, in Campano *Prioratu*, Mediomatricum sacra Commenda: In Longobardo, Iuuerni fiducia Rhodiensis: in Veneto, Carnorum seu Treuisana Præceptoria: in Pisano, Prati: in Carhalano, Præceptoria de Masdeo: in Nauarrico, Calcetensis: Olmensis,

mẽsis in Castulonensi: La Coua, in Lusitano: Pescennensis, in Anglico Rodiorum militum sacro Primatu: in Germanico, Buczensis seu *de Bucz*: in Bohemico, Vvladislauiensis. Quorum omnium seriẽ huc transtulimus ex insigni Legum Melitensium Codice, quas ita postremò in ordinem redigendas curauit Fr. Claudius *De la Sengle* Hospitalis Ædis D. Iohannis Hierosolymit. Magister: Paulo. 4. piũ Legum Opus Codicillis probante. 4 Iduum Iuniarum An. 1559. Ne supprimam obiter Fr. Ianum Homedem antea factæ Militiæ Præfectum, qui Innocentij. 8. auspiciis *Stabilimenta Ordinis* in vnum primus Volumen coëgerit.

Commenda de Olmos in Prioratu Castellæ, apud Hispanos.

Est etiam in Prioratu Vrbis, eo nomen la Magnana, vtpote Principalis sacri Rhodiẽsis militiæ.

Omologatio Statutorum Ordinis *di Malta*, facta a Paulo 4. P. P. die 10. Iunij 1556.

12 In summa, Rhodiis hisce Canonibus sancita Præceptoriarum Vnio cum Ordinis Principatu, rata permansit: vniuerso nempe sacri exercitus Conuẽtu auctore & conditore. In Grandimontanis necnon sacerdotiis generales quasdam Vniones Gallica Tribunalia receperunt, quas Iohannes. 22. perpetuo velut Edicto sanxerat Pontifex, quũm ordinaret monasticam Grãdimontani tituli Familiam, suásque toti Cœtui Leges institutáque præscriberet. Statuit enim is, duas monasticæ cuique Primarum cellulas adiungi, insolubili æternæ Vnionis vinculo. Exhinc vna è Cellulis nuper impetrata, quasi ecclesiastico beneficio, succubuit Pontificis beneficiarius interdicto Vti possidetis, iustáque Cellulæ possessio addicta est Primati monastici conuentus Menillei, Grandimontensis: Cui cellulã hanc Mont-Ianifontis Iohannes. 22. quondam adunarat. Decreto Prætoriani Senatus, quod Magnum Consilium nuncupant, pridie Idus Sextiles An. 1574. inter Franciscum Rauellum, & Michaelem Breuileum hinc inde litigatores. Sic Bullato diplomate Pij. 5. instituta est *Vnio Amadæorum & Glarenorum sub ordine Fratrum Minorum de Obseruantia*. 10 Calend. Februar. An. 1566. Tum *Vnio* Ordinis & Congregationis fratrum Seruorum B. Mariæ. 3. Nonas Maias An. 1570. Vt ex Bullario Romano facilè perspicitur. Philip. Probus aliam commemorat Cœnobij vnionem D. Mauri, & monastici Primatus D. Eligij Lutetiani cum Episcopatu Parisien. In Quæst. 18. Iuris Regaliorum. Ne quid dicã de prophanarum vnionibus Ditionum, quæ nonnunquam etiam à Principe fiunt certo animi iudicio ac consilio in publicam Regni vtilitatem. Cuiúsmodi fuit illa Comitatus Astensis in Alpina regione coniunctio cum Delphinaribus Allobrogum, Astensique Iurisdictione superior potestas Gratianopolitano Senatui attributa ab Ludouico. 12. rege: Qui idcirco Astam Coloniam à Mediolanensi Ducatu Senatuque diuulsit. Rescripto, Septembri Mense An. 1500. quod Delphinatium Constitutionibus inseritur.

An. 1580. in Capitulo generali Ordinis S. Iohannis Hierosolym. apud Militam disiuncta fuit Præceptoria Trecensis a magno Prioratu Franciæ, & eius Præceptoriæ vice, vnita fuit ei Prioratui Commenda S. Iohannis Lateranen. minorum reditũum.

Iohannes. 22. P. P. ex Grandimontani cœnobij cellulis erexit. 19. Prioratus conuentuales, quorum singulis duas aut tres eiusmodi cellulas, seu Arrectorias, vt vocant, adunauit. An. 1317. Tamen die. 16. Augusti An. 1576. certatum est in magno Regis Consilio de iure Cellulæ Bonæ domus *Daubnay*, quã Dionys. Huraldus ex Grandimontano suo Vincenarum Prioratu sibi asserebat, velut ei annexam, vt supra; Quũm, è contra, Fr. Petr. Burgesius illã sibi vendicaret tãquã purum beneficium. Res in consilium missa, Chandone, pro Burgesio, & Bouteletio, pro Huraldo dicentibus.

13 Enimvero priuatas alias Ecclesiasticorũ munerũ cõiunctiones infirmare solet Curia Parisien. nisi quæ, statuta legibus causa, & iustorum solemniũ interuentu subnixæ reperiatur. Ita decreto Curiæ sublata est duorũ præbendorum Vnio Quintiniani Templi, in Veromãduis. pridie Nonas Ian. An. 1535. Bourguierio, Iani Guignonij pro-

Ee

Arestum Magni Consilij die. 12 Augusti. 1574. Vrbs & Comitatus, *d'Ast, en Piedmont, vnis auec le Dauphiné, & le ressort souuerain attribué au Parlement de Grenoble.*
Bullæ die. 23. Ianuar. 1567. & 5 Maij. 1570. Abbatia *de S. Maur des fossez lez Paris*, & Prioratus *de S. Eloy à Paris.*
Vnio duarum præbendarum in Ecclesia collegiata, S. Quintini *en Vermandois*, cassa & irrita facta, Aresto die 4. Ianuar. An. 1535.
En l'Eglise Collegiale de nostre Dame de Prouins fondee par les anciens Roys ou Comtes de Champagne y auoit 32. Chanoines prebendez, outre les dignitez du Doyen, Chantre &c. Toutesfois à cause des ruines aduenues à icelle, tant par les Anglois qui prindrent & pillerent la ville, que par les alienations suyuant les Edicts &c. y a eu Sentence de l'Archeuesque de Sens de suppression & Vnion par mort de 16. desdits Chanoines & prebendes, datee du 12 d'Aoust 1595. confirmee par Lettres patentes du Roy en Ianuier 1598. verifiees en Parlement saltem *en la Chambre des Vacations le 21. d'Octob. audit an. 1598. Veu le consentement du Syndic du Clergé de France, & les Conclusions du Procureur General du Roy. Tellement qu'il n'y reste plus que 16. desdits Chanoines & prebendes, au cas que les autres viennent à vacquer.*
Arest contre certaine Vnion sur l'Appointé au Conseil, mon fils Augustin Choppin plaidant Vide Tit. 2 Lib. 2. Monasticōn Art. 26 in fin.
Innocentius 8. Papa vniuit Monasterij Montis-maioris Monasterio S. Antonij Viennēsis *en Dauphiné, confirmé par Alexandre 6.* & Iules. 2. Licet tempore Bonifacij. 8. Pont. fuerit assignata pensio D. Monasterio Montis-maioris super D. Monasterio S. Hilarij annuatim summam 1300. ducatorum, & deinde fuisset aucta ad 1500 ducatorum. Sed D. Innocentius 8. P. extinxit D. pensionem & ad sedandas discordias vnionem illam fecit. De qua Marcus in Delphin. decis. 307. Parte 2.
Attendi debet caput beneficij, cui alterum est vnitum, licet membra & vnitum illi beneficiō sit alibi sitū. Vt obseruatū fuit in Delphinatu contrahentes Aueniōnens. & Comitatus Venaisini, in executione aresti Delphinalis super possessorio præpositura Ecclesiæ Tricastinen. S. Pauli in rem Præpositi, vbi prioratus Palnduci ibi proximè est vnitus D. Præposituræ, & est in Comitatu Venaissini & caput D. Præposituræ est in patria Delphinali.
Vnion du Priore de S. Estienne de Gannat, au diocese de Clermōt en Auuergne, ledit Prieuré dependāt de l'abbaye d'Yssoire en Auuergne Vnion dissoute, au corps de la Communauté & Eglise S. Croix de ladite ville de Gannat, faicte & iugee par Sentence contradictoire de l'Euesque de Clermont le 10. de Mars l'an 1603.
Bulla Pij. 5 *l'an* 1568. Calend. Octobr. de dignitatibus & præbendis Ecclesiarum regni Sardiniæ aliis vnitarum in simplices parochiales reductis, & de ordinatione Vicariorum in parochialibus Ecclesiis quæ sunt annexæ Dignitatibus, & beneficiis aliarum Ecclesiarum non vnitarum. Ex lib. collectaneo diuersarum constitutionum & litteratū Rom. Pontif. iam inde à Gregorio 7. vsque ad Gregorium 13.

uocantis: & Seguerio, Collegij canonicorum aduocatis. Multorum item sacerdotiorum copulationem cum Tutelensi Ecclesia (quam induxit Pontifex An. 1513.) abusiuè factam P.C. pronuntiarunt: Quo tempore Franciscus. 1. Gallici imperij fasces moderabatur. Haud secus à Prætoriani Consilij Patribus iudicatum est. 10. Calend. Apriles An. 1559. aduersus sacrorum beneficiorum colligationem cum Lemouicensi Æde maiori, cuius sacri Sodales Pontificiis iisdem Vnionis codicillis soluti fuerant votiuo regularis vitæ sacramento. 10. Kalend. Decemb. An. 1535. & 17. Calend. Maias An. 1546. Sub illud ferè tempus, D. Martialis cœnobium, Ordinis Benedictini, commutatum est in secularem Canonicorum Societatem, vnà cum multorum vnione Primatuum monasticorum à Paulo. 3. P. M. Francisco. 1. Rege postulante. Sed talem vnionem retractarunt Prætoriani Consiliarij pro Nicolao Crasso, contra Fani Martialis Sodalitiū Lemouicense, cui abusiuè annexus fuerat Prioratus *du Mouton*: Salua executione noua Paulini illius Diplomatis facta An. 1552. Sensim deinde agitata quæstio est in Senatu Parisien. de vetere curialis sacerdotij Douacensis coniunctione cum Douacensi Canonicorum Sodalitio, apud Andes, à qua Sudorius curio Douacensis Senatum ex abusu appellarat: Ruzæo Andium Episcopo, & Academia Parisiorum, vnà cum illius curionatus parœcis in iudicium descendētibus. Placuit Ordini Clariss. rectè abusus ergô prouocatum. Circiter Kal. Maias An. 1575. Senatore Larcherio litem collegis suis referente. Eam vnionem constituerat primùm Innocentius. 8. sed peregit Alexander. 9. Pontifex, leui sanè rei disceptatione adhibita. Quemadmodum ex Vnionis Rescripto ipso certiùs deprehēdes, in hæc verba. *Alexander episcopus &c. Licet Ecclesia S. Dionysii de Doadio, Andegauēsis diœcesis, à sui primæua fundatione per tūc Regem Francorum nobiliter fundata & sumptuosè ædificata, & sufficienter*

Tulles, in Lemouicibus, Episcopatus.

arestum Magni Consilij regis Die. 23. Mart. An. 1559. contra Capitulum Ecclesiæ Cathedralis *de Limoges*.

Literæ Apostolicæ vnionis beneficiorū & secularizationis Ecclesię regularis *de Limoges*. die. 22. Nouemb. An. 1535 & die. 15. April. Ao 1546.

Vnionis rescissio pro Nicolao *Legras*, saluo processu ad nouam vnionem in forma canonica.

Decretum Curiæ Parisien. contra vnionē Parochialis Ecclesiæ *de Doue*, in Andegauen. Diœcesi, cum Ecclesia collegiata eiusdem Douacensis Andium oppiduli. Circa diem. 1. Maij An. 1575.

Dagobertus Galliæ Rex vt Dionysiani cœnobij conditor fuit in Parisiorum finibus, ita Dionysiani collegij canonicorum in Douacensi Andium oppidulo. Ex annalibus Andegauorum in Dagoberto Rege & Andegauensium Comite.

cienter dotata extiterit. Tamen propter guerrarum turbines & alios sinistros euentus, quibus partes illæ afflictę fuerunt, fructus & reditus mensæ Capitularis eiusdem Ecclesiæ Sancti Dionysij adeo diminuti sunt, quòd ad sustentationem Capituli huiusmodi, & reparationem structurarum dictæ Ecclesiæ Sancti Dionysii commode non suppetunt: Verum sicut dicta petitio capituli dictæ Ecclesiæ subiungebat, si dicta Ecclesia sancti Petri, quæ Ecclesiæ sancti Dionysii contigua existit, & cuius capitulum præfati patroni existunt, ac iura spiritualia ratione illius debita annuatim soluere consueuerant, vniretur mensæ capitulari dictæ ecclesiæ sancti Dionysii, prout alias Apostolica auctoritate vnita fuit, sed vnio hactenus effectum sortita non est, ex hoc profecto capitulum præfatum se decentius sustentare, & circa reparationem huiusmodi commodius intendere valerent: pro parte dictorum capituli asserentium, quod fructus & reditus Ecclesiæ sancti Petri 50. librarum Turonen. paruorum valorem non excedunt: nobis fuit humiliter supplicatum, vt dictam ecclesiam sancti Petri eidem mensæ perpetuo vnire de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, Ecclesiam sancti Petri cum omnibus iuribus & pertinentiis suis eidem mensæ auctoritate Apostol. perpetuo vnimus, &c. Pridie Nonas Octobres An. 1500. Pontificatus An. 9.

Apostolicæ Sed. Codicilli De vnione parochialis Ecclesiæ Douacensis in Andegauensi Diœcesi cum Ecclesia collegiata eiusdem Douacensis oppiduli Die. 6 Oct. An. 1500.

14 TALEM igitur parœciaci sacerdotij vnionem meritò dissoluit Ordo Ampliss. quùm necessariæ animorum curationes vel salutem animarum curantia munera Ecclesiæ supprimi non debeant ac interuerti prætextu Ecclesiasticæ confusionis beneficiariæ. Vt sigillatim prohibitum fuit Tridentino Christianorum Præsulum Concilio, Sessione. 24. Cap. 13. Excepto, si curionatus huiusmodi adiungatur alteri parochialis Ecclesiæ Regimini, cuius pastor alioquin Rectórque Ecclesiæ suis reditibus commodè ali nequiret. Artic. 22. & 23. Edicti Blesensis An. 1579. Siue etiã curialis Ecclesiæ præfectura subuehatur in Episcopalem. Qualis pridem Ædis Donatiani Præpositura, Brugis, quæ recens creato Brugensi Episcopo cessit, Præposituræque nomen deinceps abolitum est ex publica vtilitate potiori. Vt est apud Iodocum Damhouderum Brugensem I. Consultum. In Tract. Politiæ & Reipubl. Brugensis Flandorum ciuitatis. Quoad reliqua verò sacerdotiorũ genera, si inuicẽ adunentur, summa cautio est, Vnioni imprimis patroni cõsensum adhiberi. Vt notat. in Cap. suggestũ De Iur. patronat. Ob id Canonici Ædis Martini Turon. iamdudum abusus titulo Senatum appellarunt ab vnione, ipsis incõsultis, facta claustraliũ munerũ Cœnobij Cormeriacensis, quod ab Ytherio quodã Martiniani Tẽpli monacho structũ fuerit, dictũmq; Cormeriacum, quasi *Cor mærens*, ac multis Fani Martini censibus prædiisque cumulatum. Suffragante huic fundationi Karolo Mag. qui simul & apud Romanum Pontificem procurauit

Ecclesia de S. Donat, de Bruges, en Flandres. Ytherius monachus Ecclesiæ S. Martini, conditor Abbáque primus Cormeriaci cœnobij fuit, postquã eius socij cœnobitæ Martiniani, ordinis S. Benedicti, diuinitùs percussi sunt ab Angelo ob solutiores ipsorum mores, vno Ytherio saluo manente & incolumi, D. Pauli Epistolis legendis tũm occupato, qui inde Cormeriacum, velut in Eremũ secessit: Vbi Carolus Mag. Cœnobium fieri iussit dotarique ex Martiniani Templi prædiis quamplurimis.

Martinianæ Ædis monasticæ conuersionem in secularem habitum, & sacræ huic Ædi præceptorem Alcuinum præfecit. An. 812. Sed appellatoriam illam litem Patres Parisien. consilio commiserunt. 13. Kalend. Maias Ann. 1572. Versorio, pro Ioanne Rupefocaldo Cormeriaci abbate: & Danesio pro Martiniana Canonicorum Familia dicentibus. Idem Canonicorum collegium sibi fundationem arrogat patronatúmque sacri Parthenonis Bellomontani, ad Turonum vrbem. Nam Roberti Galliæ regis vetus Charta testatur, Herueum Leuitam & archiclauum Ecclesiæ B. Martini Turonens. excitasse apud Bellummontem muliebre cœnobium delubrúmque Almæ Virginis, cuius moniales in diuinum cultum perpetuò addicerentur, variis adiectis in earum alimoniam latifundiis. Id quod Robertus prædictis Tabu-

Appoincté au conseil en la Court le samedy à huis clos. Die. 19. April. An. 1572. inter Abbatem *de Commercy*, & Collegiatã Ecclesiam *de S. Martin de Tours.*

Capitulum & Canonici Ecclesiæ. S. Martini Turonen. sunt patroni, superiores & directores Abbatiæ monacharum *de Beaumont, lez Tours. En Ianuier 1603. un lundy fut commencée de plaider la cause des Chanoines & Chapitre de sainct Martin de Tours appellants comme d'abus de plusieurs Ordonnances faictes par l'Archeuesque de Tours contre la reformation des religieuses de Beaumont lez Tours, fondee par lesdits de sainct Martin de Tours, entreprise ladite reformation par l'Archeuesque de Tours contre les droicts & priuileges desdits de sainct Martin fondateurs, exempts entierement de l'Archeuesque. Robert pour lesdits de sainct Martin appellans comme d'abus, Et Duras pour ledit Archeuesque intimé. Depuis ladite cause fut appointee au conseil.*

Sentence arbitrale entre l'Archeuesque de Tours, & le Chapitre sainct Martin dudit Tours, sur leurs preeminences & authoritez Ecclesiastiques emologuee par le Pape Gregoire 9. l'an 1238. le Vendredy post festum Assumptionis beatæ Mariæ. *Par laquelle Sentence les Doyen & Chanoines de S. Martin sont maintenus en leurs droits episcopaux, & specialement sur l'Abbaye de Beaumont lez Tours, à laquelle la presentation de la nouuelle Abbesse appartient audit Chapitre sainct Martin, pour la presenter à l'Archeuesque, tenu la receuoir & luy donner* munus benedictionis, *sans entreprendre aucune superiorité sur icelles: lesquelles demeurent en la visitation & correction du Chapitre sainct Martin: auquel Chapitre S. Martin y a eu premierement sept Euesques successiuement auec diocese, iusque à ce que le Pape visitant* Limina sancti Martini, *se declara leur Euesque, & les Papes, ausquels il les declara immediatement subiects. Ce fut Vrbain qui auoit fait le Concile de Clermont, l'an 1088. ou enuiron.*

L'Archeuesque de Bourges & le Celerier de l'Eglise de sainct Martin de Tours estoient Arbitres en ladite Sentence arbitrale de l'an 1238. Die Veneris proxima post festum Assumptionis B. Mariæ.

Bulle de Lucius 2. de l'an 1144. 6. Idus Maij, *confirmant les droicts diocesains de l'Eglise & Chapitre sainct Martin de Tours és Eglises dependantes d'iceluy, à sçauoir le Bourg de sainct Pierre Pleuellier à Tours, sainct Paul de Commercy, de nostre Dame de Beaumont lez Tours, de sainct Cosme,* sancti Petri de Cardoneto, *& autres y denommees. Item toute Iurisdiction en leur cloistre,* Chrisma verò & oleum sumant ab Archiepiscopo.

Autre Bulle de Lucius 2. 12 Kalend. Iunij *confirmee par Innocent 4. à Lyon* 4. Idus Ianuar. An. 5. Pontificatus, *Que ledit Archeuesque de Tours ne pourra en vertu d'aucun Rescript Apostolic de delegation cognoistre dans le territoire diocesain dudit sainct Martin.*

En Iuillet 1601. y auoit au Parlement un gros procez entre les Chanoines & Chapitre sainct Martin de Tours appellans d'un appointement du Lieutenant particulier de Tours du 8. Iuin 1601. & l'Archeuesque dudit lieu, & les Religieuses de Beaumont.

Le Lundy 17. iour de Mars 1603. a esté plaidee & appointee au conseil la cause d'entre le Chapitre de sainct Martin de Tours, appellants comme d'abus de plusieurs Actes & procedures de l'Archeuesque de Tours sur le Reiglement & reformation des Religieuses de Beaumont lez Tours, & ledit Archeuesque, & lesdites Religieuses intimees: à sçauoir auquel des deux audit Chapitre ou audit Archeuesque appartient la surintendance & reformation desdites Religieuses. Et aussi sur l'appel comme d'abus incidemment interiecté en plaidãt par Seruin pour le Procureur General du Roy, de la fulmination des anciennes Bulles Apostoliques en ce regard, concernant la superintendence dudit Chapitre de sainct Martin sur ledit Monastere des Religieuses de Beaumont.

Causa appellationis *cõme d'abus* ab Vnione parochialis Ecclesiæ cum Collegiata Ecclesia *de Moulins en Bourbonnois* facta ad instantiam Ducis Burbonensis Ludouici.

lis confirmauit. An. 1008. Indict. 5. Denique vt Ecclesiasticas Vniones expediam, iamdudùm pendebat in Senatu lis prouocatoria abusus ergò à Pontificiæ vnionis executione Curionatus *de Yssorio* Molinis suburbani, cum Molinensi Canoni

corum.

corum. 12. Collegio: Quam Benedictus. 13. pseudopontifex vnionem instituit, postulante Ludouico Boiorum Duce, sacríque illius Sodalitij conditore ac patrono, vt ille Francici illustris Reguli gratiam demereretur. Ad eam vero Vnionem vocata nó est curialis sacerdotij patrona, Magistra cœnobij D. Menulphi, in Biturigibus. Hinc Milo Heduorum Episcopus Benedictini Rescripti executor cẽsetur præposterè, nec accito Pontificali Collegio, Vnionem perfecisse & executioni demandasse, tum extra territorium Curiæ Parisien. in quo sacerdotiorum templa sunt cõstituta. Eapropter veterem hanc sacrorum beneficiorum coniunctionem audio Patres Parisien. improbasse.

Par Arrest en la 4. Châbre des Enquestes, au rapport de M. Mollé sur vn appel comme d'abus de l'Vnion de l'Eglise parochiale de Molins en Bourbonnois contre le Chapitre dudit Moulins, qui en ce faisant iouissoit bien de mil liures de reuenu de ladite Cure: Que ladite vnion estoit abusiue nonobstant que ladite Vnion eust esté faicte par le Pape d'Auignon durant le schisme, du temps du Roy Charles 6. ledit Pape d'Auignon gratifiant tous les Chapitres des Eglises affin de se faire obeir & recognoistre Pape. Et sic nonobstant la longueur du tẽps de ladite Vnion, elle fut cassée, à l'instance d'vn Iacobin qui s'estoit fait pourueoir de ladite Cure, alors quasi de nul reuenu temporel à cause de ladite Vnion.

15 EXIMIA tot Regij Senatus decreta de Ecclesiasticis Vnionibus nos admonent, Sacræ Politiæ curationem à Rege præsertim Christianiss. iustè vendicari. Nam res mortalium aliter curæ esse nequeũt nisi quæ ad diuini iuris ratioñe pertinẽt, Regia & Sacerdotalis defendat auctoritas. Vt Leo. 1. ad Pulcheriam Augustam rescripsit, Theodosij Iunioris sororem & in Imperio administram. Epist. 31. Vnde promptus hic canon Quoniam. 23. quæst 5. Rabanus item Maurus nobilis Auctor adstruxit ex ἀγράφων Patrum setentiis Regiam Potestatem vimque in publicum Sacræ Reipubl. statum, & vncto DOMINI Principalibusque mandatis parendum esse, in externa saltem ac ciuili Ecclesiæ Politĩa. Ex Prooemio Operis ipsius ad Ludouicum Piũ Cæs. *De virtutibus, vitiis, ac ceremoniis antiquæ Ecclesię*: quod Vvolfgangus Lazius è vetustatis tenebris, tineísque erutum in lucem reuocauit. Politicam necnon Sacerdotij curam sumpsit Ludouici pater Karolus. 1. Imp. Francíque alij magnanimi Heroes nati melioribus annis. Quippe ad nos etiam peruenere Karoli fragmenta de Ecclesiastico Maiorum ritu ac mysticis sacrorum ceremoniis, cum Epistola ad Albinum seu Alcuinum: Qua sibi non probari paucorum iudĩcium affirmat, qui dum priscarum Ecclesiæ ceremoniarum damnarent vsum, Religionem simul tollere è medio viderentur. Eadem de causa, Templi Dionysij Antistes monasticus Hildivvinus, quùm res piè gestas à B. Dionysio Galliarum Apostolo mandaret literis octingentos abhinc annos, iis Titulum noménque Principis Galli præscripsit, (suo postposito) Chludovvici Pij nempè, Romano tùm Orbi dominantis: vt tacito quodam elogio indicaret, Politicam Hierarchiæ dignitatem Regiis auspiciis ac Ciuili Regiæ manus accessione con-

Aresto Magni Consilij Regis Die. 27. Octob. An. 1584 dictũ est malè & abusiuè vnitum fuisse *Prioratum d'Ysseron auec la Chartreuze proche de Nantes, par Bulle de l'an 1473. Ledit Prioré dependant de l'Abbaye de S. Michel en l'herseu* in Heremo, Lucionensis Diœceseos.

Rabanus Maurus Moguntiæ archiepiscopus.

* de sacris rebus scribentium.

Abbas S. Dionysij iuxta Parisios.

seruari. Tametsi Hildiwinus historiæ fidem ex alio mutuetur, Visbio Dionysianæ vitæ oculato teste, laudúmque præcone probatissimo. Quin & fatetur Auctor, adiutum se Græcæ Ciuitatis Martyrologio Byzantiísque sanctiorum Tabularum scrinijs, quas Constantinus* ὀρθόδοξος Princeps de Martyrio Diuorum conscriptas, totoq; Orbe cóquisitas iussit Cæsareá in Vrbé perferri, & sacro Chartophilacio condi. Nec abs re, quùm Ethnici etiá libros suos, qui posteritatis memoriá promereri putarétur, in Apollinis téplo collocarét. Admittam' porrò, B. Lucá primúm Apostolica acta libello exarasse nec diu, post emissos in varias terrarú oras Notarios à B. Cleméte Petri discipulo, ac Fabiano P.P. qui* Μαρτυρογένειαν in scripta redigerét. Demus, & temporum decursu idem factitasse Damasum in Pontificali, Bedam in Martyrologio, Prudentium in Poemare cui Titulú fecit* περὶ στεφάνων, quòd in eo martyria Sanctorú Domini Hymnographus is decantarit. Adde his Vidum Rauennatem presbyterum; adde Landulphum Columnam, Ptolemæum Lucensem, & Rhenú antistitem Parauinum, historicos Roman. Pontificum vitæ scriptores. At enim credibile est piorum Principum studio & auspiciis tot sanctissimorum Monumenta exemplorum fuisse ad hoc vsque æuú religiosè condita & adseruata: Vt in iis Christianæ vitæ norma, velut in speculo quodam, populis spectanda exhibeterur. Quisquis enim Diuorum vitis diligenter studet, suæ prouidet optime, inquit Basilius. Illorum sanè cùm fœlici cruore vitæque institutis, tùm assiduis apud Deum precibus illustratur Christiana Religio. Ob id Paulus Diaconus Karoli Mag. iussu opéque vetustissima exéplaria, & sanctos Auctores peruestigauit, indéque Diuorum vitas summa breuitate perstrinxit in Téplis legendas: Quas tamen lóga dies quodammodò immutauit.

Qvoniam ergo typicum Reipublicæ corpus Sacerdotali ordine 16
constat velut mébro præcipuo, rectè tribuitur Politica ei Sacrorum curatio, qui Imperij habenas reneat, Ciuilísq; Gubernationis. Alioquin spreto* ἡγεμονικῷ, cú Republica periclitabitur Christianæ philosophiæ, terrestrísq; Hierarchiæ salus. Verùm hæc ita velim accepta, ne quis profani Principatus obtentu grassari audeat in Ecclesiasticá libertatem. Quo nomine Erricus. 2. Britanniæ rex piorum omnium execratione deuotus fuit, quùm sacratæ Anglorú immunitati bello indicto, Diuum Thomam Archiepiscopum Solio, solóque patrio exegisset iustum tenacémque Cantuariensis Ecclesiæ propugnatorem. At quantò Christianiùs tùm Galliæ rex, quanto reuerentiùs extorrem excepit, coluit? Heroïco etiam ore præfatus hoc Franco dignum Principe apophthegma, priscum id Fráco Diademari decus insitum esse, vt exules, sacrique præserrim Ministri Gallico fruantur asylo Regio, ac persecutorum faucibus erepti, immunésque protegantur. Hæc ex vetusto Libello, cui Titulus præfigitur, Vita et processvs. S. Thomæ cantvariensis martyris

In Actus quoque Sanctorum Apostolorum metro scripsit Arator Romanæ Ecclesiæ subdiaconus An. 540.

* synceræ de fide opinionis ac sententiæ.

* Martyrum genesin seu generationem ac vitam.

* de Coronis.
Philothei Patriarchæ Constantinopolit. extant Encomia Basilij Magni, Gregorij Theologi, Iohannis Chrysostomi, & in omnes Diuos.
Ptolomæus Lucensis historiam Pontif Romanorum pertexuit vsque ad Cœlestinum 5. Cuius temporibus inclaruit. An 1273. secundum Volaterranum.

Pontius diaconus B. Cypriani, volumen Vitæ & Passionis ipsius Cypriani reliquit qui cum nempe ad diem passionis eius exilium istinuit.
* Principali. seu Duce
Circa annum 1170 habito apud VVestmonasterium Angliæ gentis Concilio, simultas & odium antea inter Regem & Cantuariensem pontificem ortum cœpit feruere. Ná cùm Rex quotidie, sacerdotes min* idoneos aut eligeret episcopos aut ad alia perduceret sacerdotia ea præscripto Normanicarum Legum iure, vt ille aiebat, eum rectè monétem Cantuariensem, vt incœpto absisteret, Rex mulctauit exilio. Li. 13 Anglic. annal. apud Polydorum.
Ius asylorum apud Græcos sanctissimum fuit, adeo vt Agesila* victis Thebanis id etiá hostibus inuiolabile seruarit. Teste Xenophonte Lib. 4. Ἑλληνικῶν.

TYRIS SVPER LIBERTATE ECCLESIASTICA. Ex quo Lectori perpendere liceat, conatum fuisse Britannum, ab Ecclesia annuum vectigal, sactorúmque portionem redituum corradere: sacerdotes item, qui ob crimen Cœnobiorum septo clauderentur pœnæ causa Ecclesiastico iudicio, inde profanum ad Tribunal adducere, mox cruci suffigendos. Taceo sacrorum donationem Ministeriorum, quam sibi iam tùm impius Angliæ rex, inuitis Episcopis, adsciscebat. De quo prodirum est Alexandri 3. queribundi Rescriptum ad Thomam Cantuariensium pontificem, Cap. ex frequentibus, De Institut. Scelerate demùm interempto Thoma, Ecclesiæ athleta pugiléque strenuissimo, Alexander ille detestatur facinus, grauissima ad Oxoniensem Antistitem Epistola Decretali, Sicut dignum, §. Illi autem, qui animo occidendi, feriendi, aut capiendi illum Sanctum & reuerendum virum, quondam Cantuariensem Archiepiscop. &c. De Homicid. Vandalicum mehercle parricidium, neque iis planè dispar, quæ Vandali Arriani, Diaconis ante Aras occisis, barbarè perperrarunt. Ex Barbatiæ Africanæ Hist. Sacra apud Optatum, & Augustini Lib. 3. contra Crescon. Cap. 43. Sed iam instituta Voluntariæ Iurisdictionis munia absoluamus.

B. Thomas in Galliā profugus Alexandrū 3. P.P. qui tunc in Senonib. agebat, adiit, illincq; missu deinde ad Pontiniacum cœnobium se contulit, vt ibi eousque maneret, dum res inter ipsum & Henricum regem componeretur. Inibi Thomas accepto à Pontif. nouo amictu, monasticam vitam ducere instituit. Sed casu postea reuocatus in patriā, martyrio exinde est in cœlestem Patriam euectus.

17 NIL proponitur discriminis inter gratiosam plurium coniunctionem, & vnius partitionem sacerdotij Diplomaticam, quò minùs vtralibet voluntariæ adscribatur Iurisdictioni. Atque vt illa, (de qua dictum) sic ista legibus irrita damnatur Concilio Turonensi.

Vnio facta mensæ Episcopali, non facta mentione de beneficiis prius eidem vnitis valet Decis. Rotæ 442. In Antiq. Vide etiam Decisionem 511. vbi vnio facta sine causa non valet.

Vnio fieri potest de beneficio reseruato, sed vnio habebit effectum cessante reseruatione Decis. Rotæ 658. In Antiq.

Beneficium vnitum non potest permutari per eum qui illud tenet, antequam vnio sortiatur effectum, Decis. Rotæ 160 In Antiq.

Annullari potest vnio probata falsitate causæ, Decis. Rotæ 169. In Antiq.

Arrest du grand Conseil du 7 de Septembre 1604. prononcé le 4. d'Auril 1605. entre René Courtin pourueu du Pape, complaignant & incidemment appellant comme d'abus de l'union faicte par l'Euesque de Nantes du Prioré de S. Leonard d'Tfferon à la mense conuentuelle des Chartreux prés de Nantes, ledit Prioré dependant de l'Abbaye de S. Michel en Lair, & frere Iehan Chauueau Religieux audit S. Michel, pourueu par l'ordinaire, qui est le Vicaire de l'Abbe interuenant. Veu &c. Le Conseil quant audit appel comme d'abus a mis les parties hors de Cour & de proces, & a maintenu & gardé lesdits Chartreux audit Prioré vny, apres auoir veu les informations super cōmodo, & le consentement tant dudit Abbé que des Religieux de ladite Abbaye S. Michel.

Cap. Maioribus, Cap. Tuæ, Cap. Vacante, De Præbend. Quibus congruunt Anglicæ Romanorum Legatorum Sanctiones, Ottonis & Ottoboni, qui ex Apostolico Senatu Patres in Angliam missi, vicissim illas inibi condiderunt: Eo animi decreto, vt penè subuersum Britannicæ Ecclesiæ Statum iure sacræ legationis in pristinum decus reuocarent. Annum circiter 1230. & Calend. Maiis An. 1248. Piis enim hisce Constitutionibus prouisum fuit, ne in plures denuò sacerdotes, seu Vicarias functiones vna diuideretur Ecclesia: aliàs ipsius sectionem neglecta Episcopi auctoritate initam omninò rescissum iri. Salua tantùm Pontificali, solennique manente sacerdotiorum partitione. Haud pauca alia earumdem capita Legum extant, decretæ scilicet Numini supplicationes publicæ tota Anglia, Scotia, & Hibernia quotannis, Die Almi Spiritus afflationi, cœlestiq; Flammæ festo. Ne vllus rursum Episcopus sibi subditam

Die 1. Maij An. 1248. Celeberrimis hisce Statutis interpretationem addidit luculentem Iohannes *de Athon* Canonicus Linconiensis.

Processiones publicæ in Ecclesia Die sancto Pentecostes.

Ecclesiam adsignet alteri proprietatis iure, nisi ad id tractandum syncero Christianæ pietatis feruore incitetur. Sancitum, ad hæc, vacantia intestatorum bona Clericorum (quæ Regio Procerumque assensu Hierarchis relicta sunt) in pias causas impendi, nec alium in vsum conuerti à magnatibus Ecclesiæ viris oportere. Litium quoque disceptationem à Britannis Præsulibus nemini committi posse, nisi sacram Dignitatem obtinenti, aut Cathedralis, inferiorisue saltem Collegij canonico. Nemini item profano sacerdotiorum census locari debere. Tum ne quid à plebecula Clericus exigat hoc nomine, quòd Ecclesiasticum sacramentum ei subministrarit. Quia insuper Anglis nondùm inualuerat Tabellionum vsus, ab iisdem Legatis statutum fuit, vt sacrorum pontifices Collegiáque ecclesiastica cùm Vicariis suis Iuridicis vterentur in posterum signatorij annuli prærogatiua. Vetitum dehinc, ne sacerdos profanæ Iurisdictioni præesset, nevè in profanis litibus iudicandi munere fungeretur, assessuræ, vel aduocationis. Præterea ne testamentarius curator admitteretur ad obeundam supremorum mandatorum procurationem, antequam renunciasset priuilegio fori, & bona defuncti in testatum omnia redegisset: alioquin executorem hunc testamentarium à loci Episcopo grauiter mulctatum iri. Reliquas id genus Angliç sacras Leges euoluere est operæpretium: quibus Pontificij Legati Politiam Ecclesiæ mirum in modum instaurarunt. Lib. ita inscripto, CONSTITVTIONES LEGITIMÆ, SEV LEGATIVÆ REGIONIS ANGLICANÆ, &c. Ottobono huic Cardinali, qui postea Adriani. 5. nomine salutatus est Pontifex Max. dicatum fuit Speculum Iuris à Vilhelmo Durando, Mimatensi antistite. Circa annum. 1236. Feruntur & Anglicæ aliæ Sanctiones, in Prouinciali Concilio Oxoniensi editæ à Stephano Cantuariensi Archiepiscopo An. 1222. Aliæ itidem Constitutiones in Prouinciali Synodo Londoniensi, per Ianum Stratfordeum Cantuariæ pontificem. An. 1342.

Curati tamen ne de nocte exeant ad sacramentorum administrationem, nisi vocentur a bonis & notis hominibus, & propter necessitatem cautum fuit Normanico prouinciali Concilio habito An. 1581. quod publicatum fuit in Ecclesia Rothomagensi Die. 6. Nouēb. An. 1581.

Anglicos istos Canones tulit Otho. S. Nichei in carcere Tulliani Diaconus Cardinalis Apostolicæ Sedis Legatus ad reformandū Angliæ statum Ecclesiasticū.

Guliel. Dorādus Episcop *de Mande*.

Concilium *de Oxfort*, in Anglia.

BREVITER notandum, Episcopi vt duplicem esse Iurisdictio- 18
nem, ita sigillum multiplex: Curiæ alterum, quo contentiosa, alterum Cameræ Annulum, quo voluntaria Iurisdictio exercetur. Vsque adeo, vt Episcopalis etiam Canonicorum Familia radiis effulgeat Præfecturæ illius Pontificalis, indéque Cœnobiarchas honoris gradu antecellat in maiore vrbani Sacerdotij Congressu. Nam etsi Cœnobij præsul singulos Cathedralis templi canonicos præcedat dignitatis ordine. Argum. Cap. penult. De offic. vicar. Cap. Insinuante De offic. deleg. Cap. 2. De renunciat. Cap. Cum dilecti De elect. Cap. ex parte De verb. signific. Cap. decernimus De Iudic. Tamen in solemnibus votis publicísque precibus ab Ecclesiastico cœtu vniuerso fundendis, Canonici ideo dignitatis gradu præferuntur monasterij Primoribus, quòd Senatum Episcopalem Lituóque ornatum spectanti Christianæ Plebi repræsentent.

Prouinciali Normaniæ Consilio An 1581. non licet Episcopis sigillum suum ad certum pretium locare: Sed illud probo viro, nec indocto tamen Ecclesiastico committant.

Episcopos & Canonici Ecclesiæ Cathedralis constituunt vnum corpus, & maior est communio inter Episcopum & suū Capitulum, quam cū aliis corporibus, vel Ecclesiis inferioribus. Cap. Requisisti.

Felyn.

Felyn. in Cap. poſtulaſti De Reſcript. Et Cap. Meminimus De Accuſat. poſt Dominicum in Cap. Quamuis. §. quanquam De Præben. In. 6. Huc alludunt innumeræ apud Claſſeneum Iuris rationes, quibus eandem nobiſcum adſtruit ſententiam. In. 4. parte Catalogi gloriæ mundi Conſiderat. 32. & 33. Porro in minora Sacerdotum Collegia iudiciis deciſum fuit, cœnobiarchas honoris gradu anteire, & Eccleſiaſticis inferiorum ordinũ Sodalitiis anteferri Areſto Curiæ, pro monaſtico antiſtite & conuentu fani Albini Andegauenſis, contra Sodales vtriuſque Ædis Laudi & Martini, Regiæ fundationis, apud Andes. Quin & à Senatu ibi definitum eſt, Monaſterij præſulem in pompa ſacrorum publiciſque Eccleſiæ ſupplicationibus, aut ſeſſionibus primum locum obtinere, iuxta Andium pontificem, & cucullatos ſacerdotes incedere cum primarij Templi Canonicis oportere. S. Conſulto An. 1534. Boeleuo in Senatu Conſiliario litem enarrante. Vti ab eius Longolio collega ſcriptum eſt in domeſticis ſuis Areſtorum Miſcellaneis. Nam B. Albini Cœnobium, præter vetuſtatẽ originis, quæ Childeberto Regi accepta fertur, Monaſterij conditori An. 534. ſolutum fuit deinceps Epiſcopali Iuridica poteſtate, ac omni adeo ſacri Diœcetæ præfectura. Vt Andegaui Annales produnt, Tabulæquè memorabiles initarum quondam ab Epiſcopo Tranſactionum cum D. Albini cœnobiarcha An. 1180. & 1242. De antiquo huius Monaſterij Patre, legato Fulconis Andium Comitis, illata eſt mentio in Epiſt. 83. Fulberti Carnutum Epiſcopi, Lib. Epiſtol. Ac plurimi quidem Cœnobiorum Magiſtri Paſtoralem lituum præferunt, vtunturque his Pontificalibus inſigniis, anulo, baculo, mitra, ſandallo, & benedictione ſolemni: Siue ius iſtud conſuetudine partum ſit, ſeu Romanæ Sedis beneficio ſingulari. Cap. Abbates Cap. Vt Apoſtolicæ De priuileg. In. 6. Quod quidem minimè conceſſum inuenimus Canonicis, inferioribuſue aliis ſacerdotibus Templi. De quo Speculat. in Tit. De Priuileg. §. 1. Verſ. Abbas. Vtcunque ſit, Tridentina Synodus præcepit ſingularum diœceſum Epiſcopis, vt illas de præſeſſione controuerſias Eccleſiaſticorum hominum inter ipſos, ſubinde componant, prouocatione omni ſummota. Huiuſmodi emergunt identidem diſſidia in publicis precibus ſacrorumque hominum gregatim coëuntium proceſſionibus, in funere ducendo, vmbella deferenda & aliis id genus. Concilij Seſſione. 25. Decreto de regularibus & monachis Cap. 13. Quales publicas ſupplicationes vbi primùm indixerit Epiſcopus, omnia ſacerdotum Collegia tenentur agnoſcere, & adire cum reliquis ſacrorum miniſtris, nec exemptionis cuiuſuis obtentu ab eo munere excuſantur. S.C. Lutetiano. 5. Nonas Maias An. 1413. ſecundùm pontificem Cenomanorum, aduerſus Canonicos Ædis Petri in vrbe Cenomana. Huc pertinet Iohan. Galli Quæſtio. 326. Parte. 5. Areſtorum Pariſien. Cum Synodica Ro-

§. ſi verò De Teſtam. Et Canonici dicũtur fratres Epiſcopi Cap. Quanto De his quæ fiunt à Præl.

Capitulum Eccleſiæ collegiatæ *de S. Laud d'Angers*, eſt exemptũ a Iuriſdictione Epiſcopi, niſi in caſu exigente depoſitionem vel degradationem, vel matrimonij, ſacrilegij enormis, & in caſu negligentiæ iuris reddundi. Iſdem Epiſcopus habet præbendam 30. librarũ, & ius ſemel in anno eã viſitandi eccleſiam, ibique ſacrum celebrandi quoties cunque voluerit Concordato An. 1245. quod eſt in Chartario maioris Eccleſiæ Andegaueñ. His Tabulis An. 1180. conuentum eſt etiam Epiſcopum poſſe ſacros ordines conferre in medio S. Albani monaſterio, quotieſcunque ei ipſi viſum ſit. Legi Bullam . obao-ois. 7 a. P.P. 6 idus Apriles ſeu Die 8. April An. 4. Pontificatus, qua indulſit Abbati S. Leodegarij in vrbe Seſſionum ordinis S. Auguſtini, vt mitra, annulo, & aliis pontificalibus vtatur, cũ benedictione ſolemni in ſuis Eccleſiis, modò Epiſcopus vel Legatus Sed. Apoſtol. non adſit.

thomagensi sanctione An. 1581. quam Archiepiscopus, circumfusa populi corona, promulgauit in Templo diuæ Mariæ Rothomagens. Postridie Nonas Nouemb. An. 1582.

Die. 6. Noueb. 1582.

NOBIS etiamnùm in Foro Parisiensi adstantibus, similis occur- 19
rit contentio honoraria, vltro citroque discussa palam à Societate & Canonicis D. Andreæ apud Carnutes hinc, & à Carnutensibus, inde, Petri, ac Iohannis in Valle Cœnobiorum Magistris, qui à Senonum Archipræsule ceu ab abusu Curiam appellarant. Nam Ædis Petri præserrim cœnobitæ intendebant, sibi iam olim destinatum publici incessus ac sessionis ordinem cum Sodalibus maximi Car-

Arestum Curiæ, die. 3 Maij An. 1415. *sur le plaidoye du 1. de Septemb.* An. 1411. contra Canonicos ecclesiæ collegiatę S. Petri de Curia, in vrbe Cenomanẽsi. Prouinciali Concilio *de Roüen* Exempti omnes clerici tã regulares quã seculares ad publicas processiones vocati accedere compelluntur: His tamen exceptis, qui in strictiori clausura perpetuò viuunt.

Le mardy 16 jour de Iuillet 1602 en plaidãt du roolle de Chartres entre les Religieux, Abbé, & Conuẽt de la Magdeleine de Chastaudũ, pour lesquels appellans comme d'abus plaidoit Leferon: Et les Chanoines & Chapitre de l'Eglise collegiale de S. André de Chasteudun intimez, pour lesquels, Dole par Arrest a esté dit qu'il auoit esté mal & abusiuement procedé & jugé par le Chapitre de Chartres sede vacante, *au lieu qu'il auoit deu laisser faire & juger par son Official qui auoit instruit la cause pardeuant luy jusques en diffinitiue, touchant la preseance litigieuse entre lesdictes parties, & enioint audit Chapitre de Chartres d'auoir vn Iuge, & luy laisser la cognoissance & iugement des causes ecclesiastiques du Diocese, sans plus s'en entremesler par ledit Chappitre.*

Ainsi l'an 1602 y a eu procés de preseance deuant l'Official du Chappitre de Chartres, sede episcopali vacante, *entre l'Abbé, Prieur & Chanoines Reguliers de la Magdelaine, Ordre S. Augustin à Chasteaudũ, & les Doyen & Chanoines seculiers de S. André de Chasteaudun, sur leur Ordre & preseance ou preeminence aux processions & lieux publics. Auquel procés ledit Chappitre de Chartres en haine des proces d'entre luy & lesdits Chanoines reguliers, a adiugé ladite preseance audit Doyen de S. André, estant de leur collation, ou Episcopale, contre lesdits Chanoines, reguliers, de plus ancienne fundation (à sçauoir de Charlemagne) que ceux de S. André. De laquelle Sentẽce lesdits Chanoines reguliers sont appellans comme d'abus en Parlement.* Vide Chasseneum in Catalogo gloriæ mundi.

Touchant la preseance d'honneur en tous Actes publiques y a patentes du Roy, le dernier Febrier 1605. enregistrees au grand Conseil le 22. Mars ensuiuant, par lesquelles à la requeste des Valets de Chambre du Roy, Antichambre, Garderobe, Huissiers de Chambre & portemanteaux du Roy, ils sont preferez aux Generaux, Controolleurs, & Esleus sur les tailles & aides. Mais lesdites Patentes ont esté obtenues pendant & au preiudice du proces ia pendant entre lesdites parties audit grand Conseil sur ladite question d'honneur & preseance, & sans ouyr partie sur l'enregistrement desdites Lettres audit grand Conseil.

nurum delubri. Sed de toto hoc negotio Senatus decreuit pleniùs deliberandum. 10. Kal. Sextiles An. 1571. Durando, monachorũ: & Mario, Canonicorum causam orantibus. Abbates sanè dicuntur sponsi Ecclesiarum suarum, veréque Præfecti, vulgò *Prælati*: Non sic Canonici, in Collegiis saltem minoribus, nec Cathedra Episcopi insignitis. Cap. 2. De iudic. Cap. cùm ab ecclesiarum. Et Cap. Quanto De offic. ordin. Clem. 1. in ver. præsidenti De rescript. Gloz. & Innocent. in Cap. Quia propter De Elect. Sigillatim verò de Abbate D. Petri, ad Carnutum vrbem, luculenta fit commemoratio apud Fulbertum Carnutensem episcopum, Epist. 19. & 214. Lib. Epistol. Nec prætereunda est obiter pia generosáque Stephani Abbæ constantia, qui B. Ioannis Vallensis cœnobio in Carnutibus præfuit, quadringentos abhinc annos. Is voti soluendi causa, quùm sanctam Christiano nomini terram lustraret, illíc velut oraculo exceptus est, & Patriarcha Solymorum acclamatus. Balduino autem Syriæ rege sacri iuris latifundia occupante, ac Ioppen imprimis, quæ Ecclesiasticam in ditionem cesserat antea Dominicæ Resurrectionis titulo, excanduit mirificè Patriarcha, Balduinúmque hortatus est, ne Regij sceptri decus, quod Latinæ genti propensa in Christianam Rempub. studia compararant, is vnus spoliatæ Ecclesiæ manubiis contaminaret. Ast surdo canebat fabulam, paulò pòst etiam veneno sublatus. Teste Wilelmo Tyriorum pontifice, & in Syriaca Regia scrinij Magistro. Sacri belli Lib. 13. Cap. 25. Ceterum honoris

Appointé au conseil en la Cour die. 23. Iulij. 1571.

In prouinciali Normaniæ Synodo habita Rothomagi An. 1581. determinatum est, Canonicos Cathedralium ecclesiarum, quando capitulariter procedũt, Abbatibus esse præferendos. Item commendatarios inter Abbates recipiendos esse in Conciliis. Sed Abbates benedictos, & qui vsum mitræ habent, præcedere commendatarios: Post hos, locum obtinere dignitates & post dignitates collocandos esse procuratores. Et ita ad eius Concilij quæstiones consultus Papa respondit.

Abbas *de S. Pierre en Vallee de Chartres.*

Abbas *de S. Iehan en Vallee.*

Le Port de Iaffé pres Hierusalem.

VVilhelmus Tyrius Metropolitanus Archipræsul, & Hierosolymitani regni Cancellarius.

rum honoris gradus inter Germaniæ Archiepiscopos electores decreti sunt à Karolo. 4. Cæsare, maturo habito rerum ac locorum delectu. Nimirùm Cæsarea in Aula, maioribusque Germanici Imperij Comitiis, sedendi ius est Treuirorum Antistiti è regione Romani Principis, seu (Bullæ Aureæ verbis) ex aduerso, lineari directione versus Imperatoris faciem: Moguntino autem, in sua diœcesi ac Prouincia, & extra prouinciam in Germanica sua Iuris Præfectura, dempto Coloniæ in Vbiis territorio. Agrippinensis demùm pontifex, in sua Diœcesi, prouincia, & extra prouinciæ fines tota Italia Galliaque, vt Cæsari dextrà assideat, cautum est Bullato illo Diplomate Caroli. 4. Augusti, edito. 4. Idus Ianuar. An. 1356. Planè apud Delphinates Allobrogum, principem sibi locum vindicat in Conuentu Ordinum Gratianopolitanus episcopus, & ipsi secundùm Æteriarchus seu Abba Viennensis Cœnobij Antoniani. Sed Archipræsul Viennæ Allobrogum quæstionem mouit de eo honorum iure in Auditorio Principis An. 1584. Episcopus verò Ebredunensẽ nõ Viẽnensẽ archiepiscopũ agnoscit superiorẽ. Similiter patriis Burgundiç Comitiis honorificè sedent Heduensis, Antissiodori, Cabilonẽsis, & Matisconensiũ Episcopi: Quibus absentibus, sedis sententiæquè principatum tenent Cluniacensis & Cisterciensis cœnobiarchæ, ac secundùm eos, Abba sani Benigni Diuionensis. Vt est apud Petrum San-Iulianum Cabilonẽsem Decanum. In Lib. Antiquitatum Burgundiæ. Rursus præceptor D. Iohannis Insularis sedet proximè Archipriorem Templi, Episcopalia ibidem iura solitus exercere. In Sarmatia porro, Cracouiensis Episcopus sibi & successoribus impetrauit ab Innocentio. 3. P. P. loci suffragiísque prærogatiuam secundùm Archiepiscopum in Gnesnensi sacra prouincia. Vt Chromerus tradit, Polonic. Chronic. lib. 7. Quod ad Italos spectat, coacto Laterani Episcoporum concilio à Clemente Pontif. nouum est de præcessione inter illos certamen ortum. Cum enim Pontifex sedisset: ac Patriarcha Aquileiensis dextram, læuam Rauennas archiflamen occupasset, inclinante iam ad vesperum die Mediolanensis aduenit, dextramque sedem postulauit, Rauennate & Aquileiensi reclamante, ac vtroque eam sibi deposcente, Conuentus rem cognoscendam esse decreuit. Cum Mediolanens. aduocati consilium Symmachi P. P. commemora-

In Conuẽtu Moguntiæ percelebri An. 1184. quom Imperatori assideret Moguntinus à dextris, Coloniensis à sinistris, Abbas Fuldensis hunc locum sibi deberi prætendit. Multi enim meminere ab antiquo observantia in eo præsertim loco ita factitatum. Verum Coloniensis cedere renuit. Imperator interpellatus respondit, Veteres approbamus Imperij nostri consuetudines: quocirca maior, an minor, æquo nobis discrimine est. Quod maximas dedit turbas in Comitiis, adeo, vt Abbatem tandem iusserit cedere, sine tamen juris sui præiudicio. Krantzius in Saxonia, Lib. 6. Cap. 46.

* Par Arrest du grand Conseil du 19. Auril 1578. il a esté contradictoiremẽt jugé. (apres vn Arrest semblable du Parlement de Paris du 18. de Nouemb. 1566. à l'instation de l'Vniuersité de Paris) que quand le Clergé ira en procession, il sera du costé dextre, & l'Vniuersité du costé senestre du Chapitre de S. Estienne de Tholose.

Bulla Pij 2. An. 1459. Pridie Idus Iunij, quod protonotarij Apostolici in Consistoriis publicis, Sedi pontificiæ proximiores. In Capella autem, & alibi, post Episcopos sedeant, illosque sequantur. Ex Lib. Rom. sic inscripto. Collectio diuersarum Constitutionũ & literarum Rom. Pontif. à Gregorio 7. vsque ad Gregorium 13.

Archiep. de Treues

Moguntiæ Archiepiscopus, Archicancellarius Germaniæ. Coloniensis Archiepisc.

Bulla aurea Caroli 4. Imp. Dte. 10. Ianuar. An. 1356.

Episc. de Grenoble, Abbas S. Antonij de Viénois aux Estats du pays de Viennois.

Archiepisc. de Vienne & d'Embrun

In Statibus publicis Burgundiç honoraria sessio Episcoporum d'Austun, Auxerre, Chalon, & Mascon Abbas de S. Benigne. de Dijon. Palatino item Sacello Parisiensi præfectum (qui Thesaurarius vocatur) Pontificalia iura inter suos exequi ferunt.

Le Commandeur de S. Iehan en l'Isle sedens prope Magnum Priorem Franciæ, Ordinis Hierosolimit.

Italiæ Prælati. Archiepisc. de Rauenne. Milan.

In concilio Rothomagensi Normanorum An. 1581. cùm Sagiensis Episcopus Archiepiscopi Rothomagensis suffraganeorum vnus contenderet primas sibi deberi, tanquam antiquiori, ex priscis Cõcilijs, & Tridentino. Baiocensis vero se decanum Episcoporum in ista prouincia assereret. Responsum est a Papa in actibus Conciliorum Prouincialium attēdendum esse tempus ordinationis Episcoporum, non autem dignitatem aut ordinem Ecclesiarum.

Arestum Curiæ die. 26. Martij An 1579. *pour l'Euesque de Beauuois contre l'Euesque de Digne en Prouence.*

Iudicium Curiæ die. 16. Ianuar. Ao 1526. pro episcopo *de Langres contre l'Archeuesque de Lyon.*

rent, in quo Mediolanensis priorem sessionis gradum tenuisset, Rauennas Hunfridus cras protulit Iohannis Pontif. literas, qui Symmacho successerat: in quibus scriptum erat, id Petri Archiepiscopi Rauennatis submissione concessum Mediolanensi, ac Iohannem ipsum sanxisse, vt absente Cæsare, dextra Rauennati, præsente, sinistra tribueretur. Atque ita Patres sententias rogati cēsuêre. Annum circiter. 1050. Quemadmodùm à Sigonio relatum est, De Italiæ regno Lib. 8. Franciæ tamen Pares seu Patritij Episcopi, in Senatorio Parisiorū incessu vel sessione publica præcedūt cūctos alios tum Archiepiscopos tùm Episcopos antiquiores, qui sacræ Dignitati Patritialem minimè habeant coniunctam. Sic Curiæ Parisiensis iudicio euicit pontifex Bellouacorum Par Franciæ, sedendi incedendique cum Senatu ipso prærogatiuam, in Dignensem Episcopum, quamuis priùs inauguratum. Decreto. 7. Cal. Apriles An. 1579. quùm Bautruus pro Bellouacensi, & Becquetus pro Dignēsi episcopis vtrinque dixissent. Nec absimiliter iudicatum fuerat antea pro Lingonum Antistite, contra Lugdunensem Archipræsulem. 17. Calend. Februar. An. 1526. Sed de Ecclesiastico huiusmodi sessionis ordine nos viderimus aliàs, nunc quod instat, exequamur.

Hospitaux, maladeries leproseries, quæ regi debent per commissarios & administratores laicos *cõpta les de trois ans en trois ans.*

Regum Edicta Francica *du reiglement des Hospitaux.* Die. 17. Iunij An. 1544. Die. 7. Maij & 15 Ianuar. 1545. Die. 26. Febr. 1546. & Mense Augusto 1561.

L'hostel Dieu de Gonnesse, l'vne des. 7. preuostez du Chastelet de paris.

XENODOCHIA publica non eo modo in sacros ministros conferuntur, quo purè Ecclesiastica beneficia, sed profanis vicissim curatoribus regenda committuntur qualibet trieride: nisi aliud sit Hospitalis Ædis institutione sancitum. Ex Concilij Viēnensi Cap. Quia contingit De relig. domib. Et Regia Gallorum lege. 15. Calēd. Quintiles An. 1544. Nonis Maiis. & 18. Cal. Februar. An. 1545. 4. Cal. Martias An. 1546. & Mense Sextili An. 1561. De talibus autem piis Hospitiis in forum exiit quæstio huiusmodi. Valetudinarium Gōnesij Parisiorum Vici à Pet. Telliaco structum est vnà cum Sacello, Mense Ianuar. An. 1210. Lege fundationi sic dicta, vt Telliaco diem functo, Hospitale diuersorium, Sacellumque perpetuò erogarentur à Pontifice Parisiensi adhibito proborum virorum Gonnesij Pagi consilio. At nuper vacans possessore hoc egenorum Domicilium contulit Episcopus in quem visum est, inconsultis spretisque Vicanis, quorum consilio id negotij gerendum olim mandabatur. Tractatum est in Senatu, an Episcopi beneficiarius, ex bona fide probabile collationis ius obtineret. Ei non leue argumentum suffragabatur Cōstitutionis à Bonifacio. 8. editæ in Cap. 1. Ne sed. vacant. Qua non eò minùs sacerdotij verè collator diciturEpiscopus, quòd ei sacri muneris dispensatio competat, rogatis sententiam Canonicis. Instabant, contra, Gonnesij Vicani, Episcopum saltem, aut sacri muneris petitorem requirere ipsorum consilium debuisse, licet idem sequi minimè teneretur. Cap. cùm olim De arbitr. Cap cùm in veteri De Elect. A præscriptis rursùm profanæ fundationis legibus non esse, vel pilum quidem, recedendum. Causa palam actitata, P. C. diutiùs deliberandum pronuntiarunt. 4.

In Vtopiana Mori Politia, prima ratio ægrotorum habetur qui in publicis Hospitiis curantur. De quorum œconomia vide latiùs Morum Vtopiæ lib. 2. Tit. De Commerciis mutuis.

tiarunt, quarto Calend. Ianuar. An. 1574. Chauuelino, Epiſcopalis donatarij: & Hamelio Vicanorum cauſidicis. Quò autem rei ſumma pateat clariùs, Pariſiorum Antiſtitem priſcum audite, Fundationis illius verba recitátem. *Petrus Epiſcopus Pariſien. &c. Vniverſitati veſtræ notum facimus, quòd cum Petrus de Telliaco quoddam Hoſpitale & quādam Cappellā in parochia de Gōneſsia conſtruxiſſet, ne ipſa Parochia læderetur, in recompenſationem damnorum quæ poſſent presbytero ipſius parochiæ prouenire, idem Petrus dedit presbytero memorato vnum modium frumenti annuatim ad valorem bladi de decima de Gonneſsia in granchia ipſius Hoſpitalis reddendum, donec prædicto presbytero alium modium bladi ęquiualētis acquiſierit apud Gonneſsiam, vel infra tres leucas. Dedit etiam presbytero.* 12. *libras Pariſien. ad comparandam terram vel vineam, quæ Presbytero de Gonneſsia in perpetuum remanebit: & presbyteri dictę Cappellæ non recipient aliquem de parochianis de Gōneſsia in feſtis annualibus: videlicet in Paſcha, Pentecoſte, in Natali Domini, in feſto omnium Sanctorum, & in feſto Apoſtol. Petri & Pauli. Præterea non recipient aliquem de Parochianis de Gōneſsia ad ſponſalia, ad confeſsionem, ad purificationem, nec aliquem de ſeruientibus ipſius Hoſpitalis qui non fuerint fratres Hoſpitalis eiuſdem &c. Nos vero conceſsimus memorato Petro de Telliaco vt dum vixerit in ipſo Hoſpitali prouiſorem cum conſilio tamen noſtro habeat temporalem: poſt obitum autem pſius Petri, ad nos & ſucceſſores noſtros cum conſilio proborum virorum de Gonneſsia diſpoſitio dicti Hoſpitalis in perpetuum pertinebit &c. Menſe Ianuar. An.* 1210.

Die. 29 Decembr. An. 1574.

Ex Chartula iſti fundationis Hoſpitalis Domus Gonneſſiæ ab epiſcopo adprobatæ colliges obiter diſtincta & diſcreta iura Sacellani huiuſce Noſocomij, & Curionis loci ab Epiſcopo vtrique politicè præſcripta: Ne ſacri publicorum Hoſpitiorum œconomi, nē ve Parochi locorum de ſuis iuribus inuicem certent, & alter alterius iura aliquando ſibi ſumere audeat.

Eſt etiam Hoſpitalis domus D. Nicolai, in pōte Compendij oppid., cui Domui deſeruiunt Fratres quidam & monachi Ordinis S. Auguſtini. Quorum inſtitutio & correctio adiudicata eſt Abbati & Conuētui S. Cornelij *aud. Compiegne*, contra Bailliuum Seolinenſem. Areſto Parlamēti Ao. 1295. poſtridie Dominicæ dies Lætare Hieruſalē. Ved areſtis Ao. 1341. Eidie. 25. April. An. 1356. iudicatum eſt, quòd Prior fratrum dicti Hoſpitalis ab iis electus confirmabitur & inſtituetur quoad ſpiritualia tātùm ab Abbate S. Cornelij, & quoad temporalia, à magno Regis eleemoſynario loco dicti Baillini qui habebit directionem & adminiſtratiouē bonorum temporalium dict. Prioratus ſeu Hoſpitalis. Quæ de re Not. 1. Lib. 5. plenius Tit. 5. Nam & propriè ſub lege diœceſana Epiſcopi comprehenditur lex Iuriſdictionis. Fuerunt enim Vocabula iſta magiſtralia potius quàm Iuris. Vt. ſ. proxime dicetur In. 1. Annotat.

21 RELIQVOS voluntariæ Iuriſdictionis actus obeunt pontifices quodammodò Lege ſua Diœceſana. Cuius quùm plurima Legis capita effectuſque habeantur, eam nos ſeorsùm commodiùs explicabimus: vt Epiſcopali Iuriſdictioni propè ſubiuncta Diœceſana Lege Hierarchica Poteſtas ſuis numeris abſoluatur.

Titulus. VII.

DE LEGE DIOECESANA.

1. *In quibus ſigillatim conſiſtat Lex Diæceſana Epiſcopi.*
2.3. *De Cathedratico Epiſcopis debito.*
4. *Quædam extraordinariæ penſitationes iiſdē propter abuſum adēptæ.*
5. *Nûm liceat Epiſcopis* bānorum *eccleſiaſticorum diſpenſationem in matrimoniis concedere.*
6. *Item Decanis, vel Archidiaconis.*
7. *Quid ſi ſponſi ſine vlla* bannorum *proclamatione, connubiali ſe vinculo iunxerint?*
8.9. *Varia Cœnobia legi Diæceſanę Epiſcoporum eximi.*
10.11. *Moderati ſumptus viſitanti Diæceſano præſtandi.*
12. *An Diæceſanum ius viſitationis & procurationis præſcribi poſsit ab Eccleſiaſticis Epiſcopo inferioribus.*

Ff

13.14. *Cœnobia quædam à visitatione censuráque Episcopi libera.*

15. *Diœcesanæ visitationis exemptio Apostolica pro monachis Ordinis Præmonstratensis.*

16. *Cœnobiorum visitationes & Reformationes ex mandato regiorum Magistratuum.*

17.18. *Episcopales synodi.*

19.20. *Quarta funerum Episcopo debita, lege diœcesana.*

21. *Salarium ministrantium sacramenta Ecclesiæ.*

22. *Quibus delegentur matrimoniales causæ inter summos Principes.*

23. *Penes Episcopũ censura annalium Prognosticũn,vulgo* Almanacs.

24.25. *Ius efferendi funeris competátne rectori parochialis ecclesię primitiuo; an eius vicario perpetuo,an matriculariis Ecclesiæ.*

26. *Quanta Regij cum Ecclesiastico Imperio affinitas & consociatio.*

27.28. *Clericos alienarum litium procurationem gerere non debere.*

29. *Angliæ Statuta Ecclesiastica.*

30. *An sub Missa solemni parœciaca, speciales quædam alibi in Sacellis peragi debeant.*

Innoc in d.Cap.1.De statu regular & Panormit.in d.cap.dilectus De offic. ordin. scribunt vnicam esse legem Episcopi, scilicet diœcesanam, sub qua comprehenditur lex Iurisdictionis Sed quia iure cautum est, monasteria nõ subesse Episcopo quoad legem diœcesanam Can.1. Causa 10. Quæst. 1. Ideo dicimus ea, à quibus Monasteria reperiuntur à Iure exempta esse sub lege diœcesana. Reliqua verò spectabunt ad legem Iurisdictionis.

RIOREM HIERARCHIÆ partem explanauimus,quæ in Iurisdictionis lege consistit:nunc sequentem de Diœcesana Lege adgrediamur.Duobus enim his consumitur Ecclesiastica Præfectura: vt tradit Honorius.3. Cap. Dilectus De offic. ordin.ibique Panormit. & Innocent.in Cap.1. De statu regul. Diœcesano autem seu pontificali iure attributum est Episcopo CATHEDRATICVM munus,synodaticum,quadrans funerariæ mercedis,sacrarum libationum seu oblationum,ac decimarum.Bracharensi Concilio,Toletano,aliisque intertextis Decretorum Causæ.10.Quęst.3 Eodem iure peraguntur annuæ Episcopales Synodi, & collatitium æs Clero indicitur, Præsulis viaticum in Regiam iter facturi, vel ad publica Ecclesiæ comitia. Abbas in cit. Cap. Dilectus, secundùm Innocentium Pontificij iuris professorem,vbi supra. Sic Antistites olim publica vectura vtebantur in profectionibus Ecclesiæ causa susceptis, Romano sinente Pontifice. Cui rei argumento est publicæ vecturæ tessera à Constantino Cæs. concessa Miltiadi Romanorum Episcopo, ad Concilium Arelatense venienti. Nec multò post, euocati ad sacrum Niceæ Bithyniæ congressum Episcopi publicis vehebantur equis, iumentis, ac vehiculis: neque ipsi tantùm, sed etiã qui eos ministerij gratia comitabantur. Vt refert Tripartita Histor. & Nicephorus Ecclesiasticæ Hist.lib. 7. Cap. 43. & Lib.8.Cap.14.post Eusebium Lib. 10.Cap. Primitùs enim Fabiani Pontif. sanctione, Diaconi sex Episcopo asseclæ comitesque addebantur: seni itidem pontifices D. Germano vsquequaque assidebant, Præsuli Altissiodorensi. Id quod Heroïco scripsit 1

Nicenum Cõcilium.

Epis d'Auxerre.

Erricus,

Erricus, Benedictin' cœnobita Antissiodoré. Vitæ B. Germani Lib. 6.

Ne sine teste foret, sex assedisse feruntur
Sancto pontifices, meritoque & nomine clari,
Tempore continuo, seu cùm miracula mundo
Ederet, aut crucibus corpusque artusque domaret.
Hi testes operum multus mansêre diebus.

De hoc Hérico monacho, eiusque poetico Opere, Nos supra Tit. 5 huius Lib. 2. Artic. 14.

Porrò Episcopis plusquam 400. Arimini congregatis annonã & cellaria dari præcepit Valens Imp. Sed Episcopi Aquitani, Galli, Britanni sumptus eiusdem Cæs. repudiarunt, ac propriis victitate impendiis maluêre. Vt inquit Sulpitius, Sacræ Hist. lib. 2. Compertum est insuper, Episcopos, qui priuatis rationibus studiisque permoti longinquas oras pererrarent, nil aliud à suo Principe obtinuisse, quàm diuturnæ absentiæ libertatem. Sicuti Gottofredum Rothomagensem Archiepiscopum narrat Yuo Carnuten. impetrasse tandem à Principe suo Rege Anglorum, VT POSSET IN PROPRIA PERSONA SEDEM APOSTOLICAM VISITARE. &c. Epist. 256. ad Paschalem Max. Pontificem.

Hildeberti, Turonēsis Archiepiscopi Epist. 26. ad quandam Comitissam, Episcopo Carnotensi cōductum, sicut fertur prouidisti ad Conciliū profecturo: quod si ita est, præfatæ gratiç beneficiū mihi communices, exoro: in apeodice Bibliotecæ sanctorū patrū.

Archiepisc. de Rouen.

CATHEDRATICVM vectigal dicitur Sacris Legibus, quod Cathedræ debetur, id est, honori pontificali: sed Francicis motibus
2 non pensitatur, nisi vel indotatæ Ecclesiç Præfectis, vel aliis ex continuæ possessionis vsu Honorarium hoc episcopale corrogantibus. Clementis. 3. rescripto, Certificari De Sepult. Et Honorij. 3. Cap. Conquerente De offic. ordin. Ita venit interpteranda Gelasij. 1. P. P. hortatrix Epistola ad Lucanorum & Brutiorum Antistites Can. de quarta. 12. Quæst. 2. Dein Vrbani. 4. Sanctio, quæ incipit, Nullus Abbas. 1. Quæst. 2. Meldense rursus Gallici Clerici Consilium, ex quo decerpta est canonica Lex, Cauendum. 1. Quæst. 7. Ob id Niuernensiū præsule nuper. 25. asses æris deposcente à parocho in speciē Cathedraticæ erogationis, hic Senatū appellauit abusus nomine. Tales enim indictiones nummarias intendebat curio à patria consuetudine pendere, ac ita demùm probandas, si ex prisco Regionis ritu ab Hierarcha perciperentur. Vt notat Innocentius. Cap. cum venerabilis De religios. domibus. Quælibet enim prouincia, Hieronymi verbis, suo in sensu abundat, suisque legibus vtitur. diutino Pop. consensu firmatis. Vnde & Siculis Constitutionibus tenentur Ecclesiastici clientes, suo Antistiti, collato ære,

Cathedra Legibus Pontificum accipitur pro honore ac munere episcopali eo quòd Episcopi olim sedētes in solio & Cathedra docerent. Euseb. Lib. 7. Eccles. Hist. Cap. 26. Cap. 15. Tripart. Lib. 5. Cap. 26.

Ianus Barbonatus parœcialis templi sacerdos D. Valerij & D. Martini, Niuernensis diœcesis qui ad Curiam Parisien. tanquam ab abusu prouocauit in Episcopum suum Niuernensem.

D uos sollidos petere potest Episcopus à qualibet ecclesia suæ Diœcesis nomine Cathedratici, præterquam à Monasteriis. Can. Inter cætera 12. Quæst. 3. Quandoque appellatur hoc ius Synodaticum, quia in synodo datur. Cap. olim, de censib.

An. 1119. habito Rhemis Galliæ Concilio ex omnibus Christiani Orbis prouinciis à Calyxto 2. P. præsente inter alia sancitum est, vt refert Andericus Vitalis Anglus, S. Ebrulfi Lexouiorū Cœnobita, in Historico suorū temporū Codice authographo, Ne in Baptismatis sacri, & sepulturæ acceptione, & infirmorum visitatione vel vnctione vllum pretium exigatur.

suppetias ferre quintuplici casu. Primùm in sacrando eo & inaugurando: Tum si ad Ecclesiasticum Christiani Orbis conuentum accitus sit à Pontif. Summo. Ad hæc, si Principis vocatu in Aulam migrare necesse habeat, vel Regij exercitus castris immorari.

Boerius in Lib. Decisionum Senatus Burdigalensis.

Ex Concilio Basiliensi De Annatis.

Postremò, cùm Regi per fines Episcopatus eunti ac redeunti sumptus est publicè ab Episcopo faciundus. Constitut. Neapolit. De Adiutor. diu exigé. Et ibi Afflict. Num. 2. Sed posteriores has nummorum contributiones Gallica Ecclesia non admisit. Vt liquet ex Decis. Burdegalen. 134. apud Boërium. Proinde in huiusmodi insolitis casibus abusiuè coniuncta censeretur pecuniaria collatio. Synodico Canone De Annatis In Pragmat. Sanct. Eodémque Tit. In Concord. Dempto hoc, si eulogiæ Præsuli vltrò porrigerentur. Leonis. 4. constitutione De eulogiis. 18. Distinct. Sed quia Episcopis pontificio Cathedratici iure nitentibus, res illa vrgebat ad exemplum, eam *Patres Parisien.* consilij esse pronuntiarunt. Idibus Decemb. An. 1574. Ramato, Iani Barbonnati curionis: & Chandone Niuernensis episcopi causam agentibus.

Eulogię, benedictiones. idest, oblationes à Populo factæ quæ à presbitero benedicūtur.

Appointé au conseil in Pa lamento d. e. 13. Decemb. 1574.

8 At longè antea Senatus de consimili interlocutus est pensitatione quam Ambianorum pontifex sibi in curionem quemque vindicabat. Lis enim inficialiter S. C. constituta est, decretúmque, vt Antistes ex controuersi iuris formula continuam sacri census possessioné testium fide tabulísque adprobaret: vetita interim annuæ indictionis petitę exactione. In forensibus patronorum Actionibus. 7. Idus Ianuar. An. 1537. quùm Episcopus & Canonicorum Collegium maius inuicem certarent apud *Conscriptos Curiæ*, quos Canonici à Præsule ipso abusus causa appellarant. Nam & in appellatorio isto iudicio asserebat pontifex, nummarium se vectigal exigere à parochis solitum pro assidui ministerii relaxatione, vt illos scilicet ordinaria parochialis regiminis functione immunes solutósque declararet. Quod nonnullis planè duriusculum videbatur. Ex Pontificio rescripto Cum Apostolus. §. prohibemus De cēsib. In Aquitanica etiam Gallia, cœnobitæ Fani Romani ex abusu prouocarunt ad Patres Burdegalenses, quòd Archiepiscopus Burdegalen. 4. millia libellarum Francicarum Clero imposuisset pro suo in eam Prouinciam ingressu. Teste Boërio, In Decis. Burdegalen. 133. Lege quidem Canonica licuit Proceribus Ecclesiæ, moderatum populo indicere subsidium, quod *charitatiuum* nun cuparunt. Cap. vlt. De dilat. Cap. Quia plerique De immunit. eccles. Clem. frequens. §. in exigendo De excess. prælat. Abbas in Cap. conquerente De offic. ordin. At Francico vsu non idem, nisi talis vectigalis petitio veteri Præsulum possessione adiuuetur. Tametsi Bertrandus nostras I. C. pluribus defenderit, Viuariensi Episcopo ius esse, conuocato Clero pecuniarium iniungere subsidium ex causa: modò res tenues in eo subleuentur. Responso. 352. Volum. 1. In Italia quoque ipsa, interdictum est Florentino Archiepiscopo, ne vllam æris summam à Sacerdotio extorqueat, petátve præter septingētos florenos, titulo munifici cuiusuis auxilii, quod aliàs *charitatiuum* vocant. Bullatis Eugenii. 4. literis, quas recitat B. Antoninus Florentiæ Hetruscorum pontifex, Summæ Parte. 3. Tit. 20. Cap. 2. §. 10.

Interlocutoriū Arestū Curiæ *d'informer de l'ancienne possessiō des Euesques de l'exaction par eux pretendue* Die. 7. Ianuar. An. 1537. inter Episcopum, & Capitulum Ecclesiæ *d'Amiens*.

Dispensatio de non residendo per curatū in Ecclesia sua parochiali.

Abbatia *de S. Romain en Guienne*.

Bertrandus Carpentoractensis, edidit Consilium pro Iohāne De montecauato, episcopo Viuariensi.

S. Antonius Archiepiscopus Florētinus.

4 SORDIDAS

4 SORDIDAS verò ineptáſque nummorum penſitationes Epiſcopus tueri nequit quantalibet temporis præſcriptione. Vt putà, Ambianis inueterata fuit conſuetudo, vt ſponſi Epiſcopo dependerent nummos aliquot, vtì cum noua coniuge ipſis liceret geniali thalamo decumbere, ſacráque ſepultura excludebantur, qui inteſtati vita ceſſiſſent, nullo Eccleſiæ relicto legato. Hoc ampliùs, ſupremorum cuiuſque mandatorum procuratores, hæredéſque coactu Ambiani Præſulis ſubiiciebant ſe eius Tribunali, vt in eo ſolùm teſtamentariæ curationis rationes ipſi diſpungerent. Quamuis ea de re fori optio Eccleſiaſtici aut profani legibus permitteretur hæredum arbitrio, teſtamentariíque curatoris. Itaque tria hæc capita Ambianorum moris priſci aboleuit Senatus. 14. Kalend. Apriles An. 1409. Quorum certè primũ caput vel profanis Satrapis intolerabile fuit, niſi in Orcadum forſan Hebridúmque Inſulis & vltima Thule. Nam Scotorum Euenus rex. 16. initio legem promulgarat, qua virginis nouæ nuptæ primam libare pudicitiam poſſet Dominus territorij. Verùm aliquantò pòſt, illius ſucceſſor Malcolmus Cammor, ea lege abrogata, ſanxit nummum aureum in nuptias ſpóſæ pudoris redimẽdi cauſa Dynaſtę loci numerandum. Id quod hodie necnon ſeruari affirmat Boethius in Scotica Hiſt.

Executores teſtamẽtarij olim reddebant rationes ſuæ Executionis coram Officiali Epiſcopi *d'Amiens*, ex ſubmiſſione præcedenti quam fecerãt de procedendo corã eo.

S. Conſultum Pariſien. Die 19. Mart. An. 1409.

Inſulæ Hebrides & Orchades, Ditionis præſertim Schoticæ.

5 PORRO de Eccleſiaſtica ſponſalium illorum ſolemnitate, hactenus inoleuit variis Templis vſus, vt penſitato ære, trium præconiorum quæ in phanis tùm fieri aſſolent, legitimus ordo relaxaretur. De quo tamen eſt in Summa Curia expoſtulatum, ad prouocationem ex abuſu cognoſcente. Marliaco enim, qui Margaretam Almanicam duxerat vxorem, remiſſa fuerat ſponſalium ſolemnitas à Diœceſano Pariſiorum pontifice. Sed ilicò poſt celebratas nuptias, Marliaci tutor Ludouicus Bezanſonus, qui Senator Lutetianus erat, prouocauit in Regiã illã Curiã à gratioſa Epiſcopi diſpenſatione: qua minorannis idcirco ſoluẽdũ ſe iuſtis ſpõſalitiis curauerat, ne clàculùm geſta res propinquis innoteſceret, quorũ interceſſio præcipitis connubij curſũ remorari potuiſſet. In ea tamen altercatione forẽſi, ego pro Almanica coniuge ſic defendebã in Senatu, hucuſque receptum in Gallia morem vſitatúmque, vt minimo negotio Antiſtes ſponſaliorũ ſolẽnia relaxaret, poſtulantibus nuptiarum Candidatis: Nec propterea omninò irritũ eſſe matrimonij ſacramentũ ac vinculum quòd trina monitione publica proſcriptum non fuerit connubiale pactum inter cõiugii ſacris initiatos, ex cóque clam initas nuptias tutor quiritetur. Nam Laterano Concilio mulcta quidẽ Sacerdoti irrogatur, clandeſtinarum nuptiarum auſpici ſeu παρανύμφῳ: at non idcircò matrimonij ius ipſum ſtatúſque labefactatur. Vt Innocentius. 3. conſtituit. Cap. Cum inhibitio. §. vlt. De clandeſt. deſponſat. Ibíque Panormit. Demus enim clancularias nuptias Synodica Tridenti lege nullas eſſe, quas celebres nempe Eccleſiaſticarum nunciationum ritus minimè

Auctoris Oratio in Senatu Pariſien. aut. Epiſcopo liceat indulgentiam ac diſpẽſationem Eccleſiaſticorum bannorum in matrimoniis concedere. Ter enim fieri proclamationes debẽt tribuſque diebus Dominicis aut feſtiuis inter Miſſarum ſolemnia, ante celebrationem matrimonii.

Paranymphus à D. Hieronymo dicitur pronubus, ab antiquis auſpex. Antiqui enim pro nuptiis celebrãdis auſpicium capere ſolebant. Cui rei qui præ erat pro parte viri, paranymphus ſeu auſpex vocabatur, & pronuba pro parte mulieris adhibebatur. Itaque cum apud Chriſtianos auſpicia minimè capiantur, adhibentur ſacerdotes, qui & pronubi à noſtris appellãtur. ex Auguſtini Lib. 14. De ciuitate Dei.

præcesserint. Sessione. 24. Cap. 1. De reformatione matrimonij. Vixdùm certè hæc Synodus propalam inuecta est in Gallicæ vsum Ecclesiæ, necdùm saltem Aulicorum Franciæ Optimatum elogio comprobata. Quanquam Tridentinis Christianorum Præsulum decretis nil sanctius, nihil quod Apostolici pectoris vigorem efficaciùs exprimat. Quibus ex omnibus forensi Actione intendebam, haud ideo Episcopum potestate abusum videri, quia nuptialium proclamationum veniam spósis fecisset, nec propterea in irritum recidere sacra nuptialia oportere. Haud diffitebar vtique, pacta clã tutore coniugia raptus accusationi esse obnoxia, perinde ac si parentum iniussu coniugalia fœdera coïrentur. Sed his ne quicquam aliud consequens esse, quàm exhæredationem seu abdicationem paternam, vel in raptoris caput animaduersionem (quæ solæ profanis legibus pœnæ infligi capiti fortunisque reorum potuerint) non autem sacrosancti nuptiarum nexus solutionem, quæ Episcopalis imperii est solido iure. Causa perorata, censuit Senatus placere, antequam vltima sententia dirimeretur tutoris appellatio, harum vt instigator nuptiarum citaretur, ac Regii dotalium pactorum perscriptores, & qui Præsulis nomine præscriptionéque veniales confecerant tabulas, nuptialiúmque sponsionum Ecclesiastica solemnia remittentes. Aresto Curiæ. XI. Calend. Iunias An. 1572. Buyssone, Méque dicentibus. Planè à Francicis vsurpata iam olim connubiorum præconia, & edicta testatur Innocentius. 3. Decretali epistola ad Bellouacorum pontificem Cap. cùm in tua Diœcesi In vers. Bannis, vt tuis verbis vtamur, in Ecclesiis editis De sponsal.

Dispensatio Apostolica quamuis validet matrimonium, non tamen validat pacta dotalia Bald. in l. 1. Cod. de condict. ob caus. dat per l. qui cõtra Cod. De incest. nupt.

Iudicium Curiæ interlocutorium Die. 22. Maij An. 1572. quòd Notarij publici, qui expedierant cõtractum matrimonij, & is qui scripserat *la dispense des bans dud. mariage*, in Curia comparerent.

Arrest de la Cour du Ieudy 8. de Ianuier 1579. moy plaidant pour René Gaillart tuteur de Maistre Pierre Gaillart appellant cõme d'abus de l'Official d'Angers: & Loys Buisson plaidant pour Marie Buet fille du Lion, tenant particulier de Bourges intimee. Il a esté dit sur ledit appel, qu'il auoit esté mal & abusiuement &c. Et au principal, La Cour, pour raison du pretendu mariage, a mis les parties hors de Cour & de proces.

6 NVM vero nuptialium huiusmodi denuntiationum Ecclesiasticarum gratiam facere liceret inferioribus Episcopo, Decanis, vel Archidiaconis Ecclesiæ, disceptauimus palam apud Conscriptos Curiæ, pro Arnulpho Sorbino Nouioduni ad Ligerim episcopo. Hic enim abusus nomine Patres Parisien. appellarat ab indulgentia vnialíque dispensatione multiplici, quam Ianus Ruffignacus Nouiodunen. Ecclesiæ decanus multis impertierat suo Decanatui subditis: Nempe vtì connubia celebrare possent, modò absque trina monitione publica, modò extra tempora Canonibus præstituta. Differebam igitur pro Diœcesano illo Præsule, vnius Diœceseos vnum esse Episcopum seu Ecclesiæ Præfectum, non plures: ne Digamia quædam inducatur in hoc spiritale ac misticum Ecclesiæ cũ suo Præsule coniugium. Nam ab Ignatio literis proditum est, nec Episcopum sine Ecclesia, nec Ecclesiam sine Episcopo consistere, nullámque citra eum sanctam esse congregationem, vel sacram collectionem. Ac Magnesiani ad Smyrnenses scriptis, nemo quicquam absque Episcopo audeat eorum quę ad Ecclesiam pertinet. Ob id quoties Clerici in controuersiam vacarunt auctoritatem iurisdictionemque Episcopalem, ipsis Gregorius Magn. ita respódit: Si

Auctoris forensis Actio in Senatu An. 1585. pro Episcopo *de Neuers*, an coinferior Decanus Ecclesiæ Niuernen. iure suam Synodum cogat eique præsit, & inter sói quoque Decanatus subditos dispenset de matrimonialibus bannis Ecclesiæ & de celebrandis nuptiis extra tempora canonibus definita.

Hermanus Niuernensis Episcopus ob amorem & reuerentiam Dei omnipotentis & SS. Cirici & Geruasij martyrum dedit multas Villas & ditiones suæ Ecclesiæ Niuernensi, scilicet Patriniacom, Germaniacũ Saluiniacum, Virinegium, Varinseũ &c. Vt est in Chartario Ecclesiæ Niuerneu.

dit: Si ſua iuriſdictio Epiſcopo non ſeruetur, quid aliud agimus, niſi vt Eccleſiaſtica diſciplina, quæ à nobis retineri debuit, confundatur? Cyprianus etiam clamitat, Quæ eſt illa confuſio, vt laicis ſubiiciantur Epiſcopi, ceu familiæ ſuum non agnoſcant parentem? Ideo habemus laïcos minùs obſequentes, quòd videant Clericos minùs Epiſcopis obedire. In Gallia ſigillatim, conſtitutum fuit à Karolo Magn. vt qui ad Clericatum accederent, quam nos CANONICAM VITAM nominamus, ſecundùm ſuam Regulam viuerent, & Epiſcopus eorum vitam regeret, ſicut Abbas, monachorũ. Lib. 1. Cõſtitut. Karoli Cap. 69. Fatebar quidem, minores ſenſim Eccleſiæ præfectos, oſcitantibus epiſcopis, neglectimque forſan in officio verſantibus, Coëpiſcopos ſe facere, & Epiſcopalis muneris participes contendiſſe. Quod ſacris Canonibus taxatum eſt, Decretorum Diſtinctione. 69. Ad vltimum, Pontificias Leges minoribus Epiſcopo Præſulibus conceſſiſſe, vt longo vſu ſibi ſubditos quærerent in parte certa Diœceſeos, quibus iuriſdictione præeſſent: ſalua occupatione ſeu Præuentione Iuridica penes Epiſcopum præſidemque Eccleſiaſticum ſuperiorem. Cap. Auditis Cap. cum olim De Præſcript. Gloz. & Panor. in Cap. Paſtoralis Et in Cap. Irrefragabili De offic. ordin. Ioh. Andræas poſt Archydiac. in Cap. Cùm epiſcopus Eod. Tit. Lib. 6. At legimus quenquam vel canonibus ſoluere (quod vulgò *diſpenſare* dicimus) non eſt cuiuſuis, nec Epiſcopo inferioris. Numquam enim inferiores licitè canonum obſeruationem relaxant, etiã vbi relaxatio generatim à Iure permittitur, niſi nominatim ipſis attribuatur, nedùm epiſcopis. Cap. 2. De eo qui furtim ordin. recep. Ibique Innocent. Cap. Cùm illorum & Cap. 2. De ſenten. excommun. Innocẽt. in Cap. vlt. De poſtulat. prælat. Abbas in Cap. At ſi clerici. §. de adulteriis Num. 13. De iudic. Maximè verò D. Bernardi ad Eugenium. 3. verbis, Poſiti ſunt Eccleſiæ diſpenſatores, ſed in ædificationem, non in deſtructionem. Ex quibus ſingulis colligebam, Decanum Niuernen. Eccleſiæ ſua Indulgentia perperam remiſiſſe ſui Decanatus ſubditis nuptialium præconiorum ſolemnia, iuſtíve matrimonij extra canonica tempora non celebrandi. A parte verò Decani citabatur contraria poſſeſſio peruetuſta, quam non modò annorum centuria multiplex, ſed Curiæ etiam Decretũ confirmarit pridie Kal. Septembres An. 1396. Huic ſubiũgebat Decani patronus, Tranſactionem geminam de prædictis omnibus cõ-

Arreſt du Parlement de Paris du 10. iour de Feburier 1569. Veu le procès criminel faict & parfaict par le Preuoſt de Paris ou ſon Lieutenant criminel à la requeſte de Iacques de Paillart eſcuyer Sieur de Iumeauuille demãdeur en rapt cõmis en la perſonne de Iacques ſon fils aiſné, lors ieune eſcolier eſtudiant à Orleans fils de famille & aagé de 17. à 18. ans, par Perrete le Vaſſer veſue de Robert d'Anglebermes dict Peronis, Contre ladite le Vaſſer priſonniere en la Cõciergerie du Palais. La Cour, a mis les appellations verbales, & ce dont eſt appellé au neant, & faiſant droit ſur l'inſtance de rapt, a declaré ladicte le Vaſſer attainte & conuaincue d'auoir commis rapt en la maiſon dudit Maiſtre Iacques Paillart & pour reparation d'iceluy, la condamné faire amende honorable au ſiege du Bailliage d'Orleans à iour de plaids & iceux tenans, eſtant à genoux, ayant en ſes mains une torche de cire ardente, dire & declarer que temerairement & malitieuſement elle auoit induit & ſeduit ledit Paillart ieune eſcolier eſtudiant à Orleans, à luy faire promeſſe de Mariage, & pour l'effect d'iceluy traduit d'Orleans & mené en la ville de Gien, dont elle ſe repent & en requiert mercy & pardon à Dieu, au Roy & à Iuſtice: La peine de tous droicts & conuentions matrimoniales qu'elle pourroit pretendre. Et outre la condamné en 400. liures pariſis, moitié vers le Roy & l'autre moitié vers les priſonniers de la Conciergerie, & en pareille ſomme de 400. liures pariſis vers ledit Paillart, & és deſpens.

Præuentionalis iuriſdictio Epiſcopi in ſubditos inferiorum Prælatorum.

Diſpenſe de bans de mariage, ou de ſe marier hors le temps prefiny par l'Egliſe.

Areſtum prouiſionale contradictorum die vlt. Auguſti An. 1396. pro iuriſdictione Decani Eccleſiæ Niuernen intra fines & inter ſubditos ſacri territorij ſui Decanatus, ſalua penes Epiſcopum in omnibus præuẽtione. Cum duplici inter Decanum & Epiſcopum Concordato in Curia, in omnibus capitibus pro iuriſdictione Decani (ſalua præuẽtione) Die. 2. Iunij An. 1400. & die 22. Octo. Ao. 1408.

trouerſis iuribus inter Epiſcopum & Decanum, quam *Patres Conſcripti* ratam firmámque eſſe iuſſerint, poſtridie Calend. Iunias An. 1400. & 4. Idus Octobr. An. 1408. Ideoque tranſacti ſe negotij exceptione tutum aſſerebat, quò minùs ab eo acta geſtáque, auctore Senatu, iamiam abuſus ſpecie reſcindi valeant. Auditam cauſam *Patres* reuocarunt ad plenius deliberandi conſilium, atque interea Curiæ decretis, Pactionibúſque ipſi probatis ſtandum eſſe cenſuerunt. Areſto nonis Sextilibus An. 1585. quùm Nos pro diœceſano pontifice, & Lebellus pro Eccleſiæ Decano egiſſemus. Deniq; vltimo Curiæ iudicio deciſum eſt, antiqua illa Patrum Conſulta decretaque inter litigatores perpetuò obtinere ac cuſtodiri debere. Nonis Septembr. An. 1587. Dn. Igneo Regis Conſiliario litem collegis ſuis exponente.

Appointé au conſeil en la Cour die 5. Auguſti An. 1585. poſtea definitum Areſto die. 5 Septemb. An. 1587. *au rapport de M. Feu Conſeiller.*

Ecqvid modò ſi ſponſi, nulla nec proclamatione, nec procla- 7
mationis venia facta, prouolarint ad nuptias, an eas idcirco prorſùs infirmet Eccleſia? Minime, quùm teneant clandeſtina connubia Iure Pontificum etſi illa per presbyteros in Templis publicè propoſita non fuerint. Si tamen eiuſmodi coniugia reperirentur intra vetitum cognationis vel affinitatis gradum contracta, tunc matrimonium ipſum retractatur, nec liberi ex eo ſuſcepti legitimi habentur. Concilio Lateranẽſi, in Cap. vlt. §. ſi quis verò Et ibi glo. De clandeſt. deſponſat. Etſi autem Tridentina Synodus irritam decreuerit clandeſtinam ſponſorum coniunctionem, ex eáque Sinodo ius dixerit Vicarius Iuridicus Sueſſionenſis epiſcopi, ab iſto certè prouocatum eſt in Senatum abuſus ergô, & S. Conſulto partibus foro litequè prouocatória faceſſere iuſſis iniũctum fuit, adire Sueſſionum pontificem, quæque ab eo clandeſtinarum nuptiarum pœnæ infligerentur ex Canonicis ſanctionibus, eas luere ac perſoluere. 3. Iduũ December. An. 1576. Brouſſelio, appellantis: & Duboileo, aduerſarij cauſidicis. In forenſi volumine cauſarũ Veromãduarũ. Sed triẽnio pòſt, edixit Princeps noſter Lege Bleſenſi, iuſtas nuptias cõtrahi non poſſe, niſi trina monitione publica præcedenti. Art. 40. Id quod proximè accedit ad ſacras Tridentinorum Patrum conſtitutiones. Secundùm quas pariter, Rex Chriſtianiſſ. ſanxit Edicto Nouatores omnes hæreſumque aſſertores, quæ Tridentina Synodo damnatæ ſint ferro perſequendos, profligandos. Et hoc Principis Edictum nulla mora promulgauit Senatus. 12. Kalend. Sextiles An. 1588. Vtcunque ſit, ex Regia Bleſenſi Lege negarunt mariti hæredes ſuperſtiti coniugi bonorum communicationem: quæ eidem Patrio More competiiſſet, dirempto morte matrimonio, niſi clam iſtud nulliſque Eccleſiaſticis præconiis initum fuiſſet. Nam Lege Principe ve connubium vetante ſeu connubij formam, neque dos ſequitur neque donatio propter nuptias, aut legitima alia fortunarum ſocietas inducitur. l. qui contra, & Authen. Inceſtas Cod. De inceſt. nupt.

Areſtum Curiæ Pariſien *en plaidant du Roolle de Vermandois* Die. 11. Decẽb. 1576. ſuper appellatione à ſentẽtia Officialis Epiſcopi *de Soiſſons*, tamquam ab abuſu, qui matrimonium ex defectu trium bannorum Eccleſiæ nullum declararat iuxta Tridentinum Concilium.

Regium Edictum publicatum in Parlam. Pariſien. Die 21. Iulij An. 1588. Vbi fit mẽtio *du Cõcile de Trẽte.*

nupt. Ac de eo tandem S.C. factum eſt menſe Maio An. 1582. in prima Claſſe Curiæ inquiſitoria, ad appellationem ex Boiorum Prætura Molinenſi: Iuxta caput. 40. Bleſenſis regiæ Conſtitutionis, in Verb. *Ne pourront vallablement contracter.*

Iudicium in prima Cameral aquellar. en Curiæ Pariſien. ſuper appellatione à Seneſchalo *de Molins, en Bourbonnois.*

Par Arreſt du Parlement de Paris du 20. iour d'Aouſt 1602. au rapport de Monſieur Sanguin en la Chambre de l'Edict a eſté declaré le mariage nul & non valablement contracté entre Hieroſme de la Planche fils de famille d'Anthoine de la Planche accuſateur en rapt, ledit fils aagé de 22. ans, & Barthelemie Fleſcor- tum publicum, *laquelle eſt condamnee au fouet, & bannie pour 9. ans, &c.*

Arreſt du Senat de Chambery du 12. May. 1566. de defenſes aux Tuteurs & autres de marier les pupilles, qu'ils ne ſeront paruenus en aage competent: & peu apres à ſçauoir le 17. Decemb. 1566. y a eu Arreſt dudit Senat, ſur le faict des mariages, des enfans de famille, ſans licence des pere & mere, & des pupilles ſe mariant ſans la preſence & conſentement de leurs proches parens.

8 DIOECESANÆ Legi Monaſteria eximuntur in pleriſque Illerdenſi Concilio, vnde tranſlatus Gratiani canon, Si ex laïcis Cauſa. 10. Quæſt. 1. Nec enim cœnobiarcæ pecuniatiis oneribus ſubiiciuntur Legis Diœceſanæ: Cathedratico vt pote, ſynodratico, aliíve Epiſcopis lege addicto muneri. Ex Gregoriana ad Marinianum Præſulem Epiſtola. 18. Regeſti lib. 7. Can. quàm ſit. Et can. luminoſo. 18. Quæſt. 2. Verùm Monaſteria inuiſere ac colluſtrare oculis, ius eſt Ciuitatis Antiſtiti in ſacra Prouincia obeunda. Concilio Arelatenſi in Can. Monaſteria 18. Quæſt. 2. & Innocentij. 4. Reſcripto. 1. De cẽſibus. Apud Bonifacium. 8. P.P. Iuxta Honorium. 3. Cap. 17. De offic. ordin. Quo admonetur Rhemorum pontifex, ne dum Fani Remigij cœnobitas inuiſit, plebeïos, clerìosvè ſeculi in Monaſticam Ædem comites introducat. Eo modo narrat Sidonius Aruernorum Præſul, totam ſe Diœceſim peragraſſe, ac circumſpexiſſe diligenter. In Epiſtola ad Firmum. Haud aliter pontificale munus circumeundæ viſendæque prouinciæ deſcribiturà Poſidonio in vita Auguſtini, poſt Auguſtinum ipſum Lib. 1. contra Literas Petiliani. Vt omittam quod Tarraconenſi canone. 8. Epiſcopis præceptum eſt, ne vel annum elabi ſinant, quin ſacra Diœceſeos viſitatione defungatur. Vacuas rurſùm paſtore Eccleſias B. Gregorius iubebat actutùm inſpici ac perluſtrari: Agrigentinam à Petro antiſtite Trecalonitanó: Capuanam, à Gaudentio Nolano Præſule: Velinam, Vixentinam, & Blandanam à Felici Acropolis Epiſcopo: Turritanam & Crotonenſem, à Iohanne Squilatino pontifice: Cumanam, à Benenato: & Nepeſinam, à Iohanne Epiſcopis. Regeſti lib. 2. Epiſt. 19. 20. 26. 27. 29. Et regeſti lib. 4. Cap. 55. & 56. Multò minùs igitur Monaſteria cẽſoriam Diœceſani inſpectionem viſitationemque Præſulis poſſunt effugere.

Abbatia de S. Remy de Rheims.

Sidonius apollinaris.

9 COENOBIORVM itẽ Præfecti, quibus ſacra Populi curatio coniũcta eſt Lege tenentur Diœceſana ex curiali ſacerdotio, ſeu parœciaci templi regimine. Hinc tales quoque Abbates adire coguntur Epiſcopalem Synodum, licet pontificali immunes exemptíque poteſtate. Vt eſt apud Innocentium. 5. Cap. Quod ſuper his & infra. Abbates & ſacerdotes diœceſana tibi lege ſubditos, qui ad tuam ſynodum venire contemnunt De Maiorit. & obedien. Cap. Ex ore De

Abbates qui ſunt etiã curati, & habent beneficium curatũ, debent eius ratione ſoluere iura epiſcopalia, *& venir au Sanne de l'eueſque*: quamuis alioqui exempti eſsẽt tanquam Abbates.

priuileg. Innocentius Pontificij Iuris enarrator copiosè, in Cap. 1. De Statu Regular. Exemplis vt res dilucidior fiat, hoc saltem vno demonstrabimus. Mota est quondam recuperandæ possessionis quæstio à Parisiensi Antistite in cœnobiarcham D. Genouefes de parochiali iure obuentione quæ in Ædis Stephani curionatum, quã ille Diœcesana sibi lege competere Interdicto contendebat. Tametsi enim Monachi, Canonicíve regulares Diœcesanæ legi non subessent: quoniam tamen parœciæ Rectores & ipsi erant, animorumque curatores apud D. Stephanum De monte, parisiorum pontifex lege agebat diœcesana in cœnobitas, aut sacerdotes ab iis præpositos sacræ parœcorum gubernationi. Qua de re Innocentius. 3. P.P. respondit, Lutetianum episcopum Honorario parœciaco, cuius possessionem minimè adprobasset ius dicenti, spoliatum non videri. Cap. Olim De restitut. spoliat. At postero annò, res Transactione decisa est ab Odone Parisiensi præsule cum Cœnobij Magistro Diuæ Genouefes, in hanc phrasin. *Super querelis, quas dictus Episcopus mouebat de iure parochiali in parochia De monte, & procurationibus, quas in parochialibus ecclesiis canonicorum De monte petebat, & contra, Canonici De mõte aduersus Episcopum super capella S. Genouefæ sita in ciuitate Parisiensi, dictæ partes finaliter ita composuerunt: scilicet quod Episcopus habebit omne ius episcopale, seu parochiale in tota parochia De monte, & Presbyter qui illi parochiæ spiritualia ministrabit, ab eo curam recipiet animarum, & parochianos ipsius parochię ad mandatum Episcopi vel Archidiaconi citabit, vocabit, ligabit pariter & soluet: Chrisma & Oleũ ad opus parochiæ ab Ecclesia Parisiẽ recipiet, ad synodum etiam veniet, nec tamen circatam, vel synodaticũ reddet. Item licebit Episcopo & Archidiacono in singulos de prædicta parochia & omnes interdicti & excõmunicationis ferre sententiam, &c.* Ab hâc autem generalitate *exceptæ erũt & ab omni iurisdictione Episcopi & Archidiaconi, viginti personæ inter seruitores & gartiones intra ambitum Canonicorum habitantes, comedentes, cubantes, & leuantes, &c. In prædicta autem parochia De monte neque Episcopo sine consensu canonicorum, neque canonico sine Episcopo nouam Ecclesiam seu capellam ædificare licebit, &c. Prædicti quoque canonici S. Genouefæ capellam S. Genouefæ sitam in ciuitate Parisien. dederunt Episcopo, & successoribus eius in perpetuum liberam & quietam, nullo sibi in ea iure retento. Prebendam quoque, & vicariam, quas prædicti canonici in Ecclesia B. Mariæ Parisien. habebant, prædicto Episcopo & eius successoribus quitlauerunt, nihil omnino sibi iuris in prædicta prebenda, seu vicaria reseruantes.* Mense Iunio Anni ab Orbe redempto. 1202. Sed posteris huiusce Transactionis tabulas ignorantibus, vt opinor, versata est denuò in Senatu contentio Abbæ D. Genouefes cum Episcopo Parisiensi, an B. Stephani in Monte curionatus pontificali eximeretur potestati: nûm etiam Antistiti fas foret, quempiam sacra tonsura in libero solo, Episcopíque legibus soluto insignire. Quam Patres ambigui iuris quæstionem consilio commiserunt. 16. Calẽd. Apriles An. 1520. Nam hoc longè distat ab alio themate proposito de initiatis prima tonsura ab extraneo, sine

Abbati S. Genouefæ Alexander. 3. in Cap. 2. De Apost. Cap ex parte, De verb. signif.

Redintegrandæ interdictum inter Priorem Prioratus S. Stephani De mõte, mẽbri dependentis ab Abbatia S. Genouefæ, rectorem primitiuum Curę S. Stephani, Abbatem ac Religiosos abbatiæ ex vna parte, & Episcopum Parisiensem ex altera.

Concordatum inter Episcopum Parisien. & Abbatem S. Genouefæ de iure episcopali & parochiali, quod Episcopus in parœchia S. Stephani du Mont sibi arrogabat. Ao. 1202.

Circata, à circuitione & visitatione parochiæ & Diœcesis quã facit episcopus.

Appoincté au conseil de la Cour. Die. 17. Mart. An. 1520. An liceat Diœcesano sacros ordines in loco exempto conferre.

ſine commendatitiis literis proprij Epiſcopi: In Concilio Sardicẽſi, Carthaginenſi.(1.Cap.5.quod Syluestro.1.P.P.ſub habitũ, improbat talem clericalis characteris conceſſionem. Hoc ampliùs, Francico Edicto, quod Aureliæ latum eſt, An.1560. interdicitur Epiſcopis, (Artic.12.) ne quenquam ex aliena Diœceſi ad ordines Eccleſiæ prouehant obtentu dimiſſorij libelli, niſi iuſta grauíq; de cauſa dimiſſoriam teſſeram datam eſſe conſtaret. Sed vt Synodicos conuentus Diœceſeos, de quibus ſupra, explicem obiter ſolemne quidem ordinariúmque eſt, ſacerdotes, qui Eccleſias regunt, ad Synodum cõuocare, non etiam cæteros clericos & Abbates. Si tamen vrgens aliqua ratio Epiſcopum moueat, his etiam mandare poteſt, vt ad Synodum accedant. Putà ſi de reformatione morum agatur, nedùm de parœcialium curatione Eccleſiarum. cit. Cap. Quod ſuper his De maiorit. & obed. vbi Panormit. Can. vlt. 18. Diſtinct. Can. vlt. 28. Quæſt. 2. Cap. Ex ore De Priuileg. Ad hæc, licet inuiti adeſſe ſynodis non cogantur Cœnobiorum Patres, ij præſertim qui Epiſcopali imperio ſoluti ſunt, iiſdem poſtea Epiſcopi ſolent exponere, quæ in ſacro Concilio geſta conſtitutáque ſint. Can. Epiſcopus, & Can. decernimus. 18. Diſtinct. Nos autem de eo pluribus infrà, Attic.17.

De clerico tõſurato à non Diœceſano Epiſcopo, virtute literarum dimiſſoriarum.

Curati præcipuè tenentur adſiſtere aux Sannes, ou Synodes epiſcopaux.

10 IVRE Diœceſano ſacerdotes, qui ab Epiſcopo viſuntur ſacra curante regionatim, tenentur eum hoſpitio excipere, ac victum ipſi præbere familiæq; Epiſcopali. Cap. Cõquerente de offic. ordin. Cap. cum ex officij De præſcription. Et hæc illa eſt hoſpitalitas, quam noſtræ Religionis anteſignani tantopere nobis commendarunt. Can. 1. Diſtinct. 42. Speciatim verò Epiſcopi hoſpitis recipiendi formam rationémque præſcripſit ſacer Canon, placuit. 10. Quæſt. 1. Hócque munus Procurationem appellant Pontificij Iuris Conſulti, quòd Epiſcopum procurent Eccleſiæ ipſæ, alant, tueantur. Toto tit. De Cenſib. Sed quia ex facultatibus Eccleſiaſticis viuere conceſſum eſt non luxuriari, ſtatuitur familiari Præſulis comitatui modus, ſacram obeuntis Prouinciam. Concilio Lateranenſi Cap. cùm Apoſtolus De cenſib. Nimirùm vt modeſto contenti æquitatu famulatúque ſtudeant Eccleſiaſtici magnates celerrimè ſacram exequi viſitationem: ne inutilibus cuiquam impendiis graues onerosíque exiſtant. Quibus hoc adiecit œcumenica Tridenti Synodus, ne ipſi, aut ſuorum quiſpiam aliquid procurationis cauſa pro inuiſendi munere, aut alio quouis prætextu accipiat, contraria conſuetudine exploſa, mortalium etiam memoriã ſuperante: Excepto tantùm victu ſibi ac ſuis frugaliter moderatéque ſuppeditando. Eadémque Synodo in eos collata optio eſt, quorum templa inſpectum venerit Epiſcopus, malíntne pecuniariam indictionem pendere quotannis ex ritu patrio, an cibaria ipſa pontifici ſuggerere Diœceſim peragranti & recognoſcenti. Saluo item iure veterum conuentionum cum ſacris Cœnobiis, aliíſve piis locis, aut ſacerdotiis non curialibus con.

De paſtu viſitantibus Diœceſis Eccleſias Epiſcopis debito.

Tridentini Concilij Seſſione. 24. & 25. Quarum vltima ſub Pio.4.P.P. abſoluta eſt Die.4. Decembr. An.1563.

ſtituto, quod integrum inconcuſſumque permaneat. In iis verò Eccleſiis, aut prouinciis, vbi nec eſus potuſq;, nec pecunia, quicquam vè aliud ſumi conſueuit à ſacro Magiſtratu Diœceſim circumeunte, inibi gratuita vtique viſitatio ſeruetur. Tridentini Concilij Seſſione.24.Decreto De reformatione Cap. 3. Ac ſub id fermè tempus quo Tridenti peracta ſunt Chriſtianæ Reipubl. Comitia, Patres Pariſien.haud abſimilem Politiam cenſuerunt inuiſendis luſtrandiſque rebus Diœceſanæ Eccleſiæ adhibendam.

Auctoris Actio in Curia Pariſieo. pro Frat Guliel. *Du Port*, priore corato Fecitaris Gaucherij a, pellante tanquam ab abuſu, à Taxa pecunia ria Epiſcopi *de Meaux* pro iure viſitationis Diœceſanæ, reuera non factæ.

FACTI ſpecies hæc erat. Ianus Tilius Meldorum Antiſtes iuſ- 11
ſit Vihelmum *De Portu* ſibi decem libellas Francicas exolicere pro veteri inſtituto Meldenſis Diœceſis. Hinc autem Portuenſi illo Senatum appellante ceu ab abuſu, Nos pro eo, notatas fuiſſe iam olim Gallicorum aliquot Præſulum ſordes, qui à beneficiariis eccleſiæ clericis nummarias penſitationes exigerēt grauiſſimas, ſiue per cauſam Diœceſis luſtrandæ, ſeu alterius Diœceſanæ functionis. Hanc quippe Epiſcoporum Galliæ * φιλοχρηματίαν cohibuit Toletanum Concilium.4.quod Gratiani repetitum eſt Canone Inter cætera, Cauſa.10.Quæſt.3.Cui adſtipulatur Cabilonenſis Francicæ Eccleſiæ Cōuentus, de quo ſanctior extat canō Cauendū.10.Quæſt.3.Nulla enim iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ ſalubriter pro vtilitate hominum introducuntur, ea nos duriore vſus interpretatione contra ipſorum commodum producamus ad ſeueritatem. Itaque in Senatu dicebam, Meldenſem epiſcopum dupliciter negotio, quo de agebatur, abuſum imperio: videri tū quia appellātem diſtrictè vrſiſſet ad pecuniæ ſolutionem, adempta ei præſtandorum alimentorum optione, tum quòd Antiſtitem decuerit eo peragrandæ Diœceſeos munere præſentem defungi, antequàm ipſi vel indictiuum æs erogare hoc nomine, vel quaſi diurnæ operæ alimenta ſacerdotes tenerentur. Nam inter Eccleſiaſticas Leges Karoli Mag. & Ludouici Pij, quæ ab Anſegiſo Abba cōpoſitæ ſunt, hæc reperitur, Epiſcopos ſemel quotannis parœcias ſuas circumire debere. Lib.7.Cap.360.ſeu Additione.3.Cap. 66. Atque id cauſæ eſt potiſſimùm, cur Chorepiſcopos vetuſtas obliterarit. Hos enim antiquitùs Epiſcopi Vicarios ordinabant (auctore Damaſo Pontif.) & Χωρικοὺς, id eſt, ruſticos Epiſcopos: quia non in Ciuitate, ſed in mediis pagis ſacra tractabāt, Vicariūque Epiſcopi mun⁹ quadantenus gerebant. Ex Nicena Synodo, vnde ſumptus hic Canon, Eccleſiis Diſtinct. 68. Ancyrano item Concilio Cap.13. Neocæſarienſi Cap. 13. Antiocheno Cap.8.&.10. Can. quamuis Can. Chorepiſcopi.68. Diſtinct. Verùm Leo Magn. Epiſtola. 88. in Chorepiſcopos inuectus eſt, quaſi Epiſcopalia munia ſibi ambitioſè vſurpantes. Hinc Karoli Mag. Francica lege coacti ſunt in ordinem Chorepiſcopi, ne quicquam molirentur eius iniuſſu Epiſcopi, cuius in Parœcia degerent.

* Auaritiam, quam miſè vituperat D. Maximus in Homilia.2.

Concilium *de Chalon ſur la Saone.*

Pareil Arreſt donné le 22. Feurier l'an 1605. ſur apporté au Conſeil de l'appel comme d'abus interietté par Maiſtre François Elain Prieur de ſainct Pathus Ordre de ſainct Benoiſt, exēpt de la taxe de 7. liures, pro iure viſitationis *contre le Chapitre de Meaux,* ſede vacante, *& Maiſtre Iean de Vieuxpont nouuel Eueſque interuenant Dict que mal & abuſiuement &c.*

Chorepiſcopi.

Archipresbyteris hiſce ruralibus neque Epiſcopi nomen attributū eſt, neque aliud quicquam eorū, quæ Epiſcoporū propria ſunt: ne idem ſibi inſolenter arrogent, quod antea Chorepiſcopi, quos nunc Suffraganeos, vel Epiſcopos portatiles nuncupamus.

gerent. Lib.1.Cap.9 Ac poſtmodū in Chorepiſcopi vicem ſucceſſit quadam ex parte Archipresbyter *ruralis*, vel *Chriſtianitatis Decanus*; ad quem & Archidiac. Linconien. Gregorius. 9. reſcripſit Cap. Dudum De priuileg. Longè tamen prudentiùs Auguſtinus, qui pontificia munia alteri non priùs cōmunicauit, quàm ingraueſcente ætate ſucceſſorem ſibi deſignaſſet, vt tùm leuioris momenti cauſæ ad illum deferrentur, ipſe melioribus vacaret. Teſte Poſſidonio in vita Auguſtini. Atqui eximium eſt Diœceſeos viſitandæ munus, ſolidáque Epiſcopi cura digniſſimum, i. ſpeculatoris, exploratoris. In Romana autem Ethnica Politia, non modò Prætor aut Conſul, ſed priuati quoque mittebantur qui Prouincias viſerent, & quid de cuiuſque obſequio videretur, referrent. Trepidabantque gentes de æſtimatione ſingulorum. Vt ait Cornel. Tacitus. Annal. lib. 15. Quocirca diſſerebam in Senatu, annuum canonem Epiſcopo nō deberi procurationis titulo, niſi ipſe ſacrum viſitationis officium priùs expleuiſſet. Quinetiam Diœceſana Epiſcopi vectigalia honeſtiùs accipi quàm peti, indicio eſt priſca appellatio *Caritatiui* ſubſidij, quòd ἀπὸ τῆς χάριτος velut Chariſterium, ſponte offerebatur priſcis Epiſcopis, nec quaſi annua indictio extorquebatur ab his & exprimebatur. Loyſeus, ediuerſò, pro Meldenſi epiſcopo, hucuſque Meldis obſeruatum morem, vt fiduciaria quorumdam opera Antiſtes vteretur in viſendis Eccleſiis, & annua pecuniæ ſumma Præſuli viſitationis ergò appenderetur. Diuturnam igitur Eccleſiæ cuiuſuis conſuetudine eſſe cuſtodiendā. *Patres Conſcripti*, audita cauſæ actione, Præſulem imperio abuſum decreuerunt. Areſto pridie Kalend. Maias An. 1566. Nec aliter à Senatu pronuntiatum eſt. 4. Idus Maias An. 1583. ad prouocationem abuſus cauſa factam à nummaria taxatione pro iure viſitationis, quam ſibi adſcripſerat pontifex Cenomanorum, Pichonato, pro Abba & monachis *de Vaaſt*, & Fabro pro Antiſtite, dicentibus. Iuxta Francicam Aurelíæ Conſtitutionem, Art. 6. Et Bleſenſem Cap. 32. quibus monentur Archiepiſcopi & Epiſcopi, Diœceſana templa pagatim oppidatímque inſpicere, proprie ac perſonali, nec procuratoria alterius induſtria: tum ſacræ equitationis moderatum ſibi ſtipendium addicere. Quænam poſtremò Eccleſiarum ſpeculatori curanda ſint, ſpeciatímque exequenda in ſacris Ædibus vicatim ſpectandis & obſeruandis, ſcitè edocet B. Gregorius ad Leontium Epiſcopum ſcribens, Ariminenſis Eccleſiæ viſitatorem. Regeſti lib. 4. Epiſt. 86.

Epiſcopus Latinè interpre atur ſpeculator ab ἐπισκοπεῖν, quod ſpeculari ſignificat, quia eius præcipua functio ſit, gregis ſibi commiſſi vitam explorare.

Chariſterium, à gratioſo & ſtrouco munere dictum.

Decretum Senatus Pariſien. Die. vlt. April. An. 1566.

Areſtum Curiæ die. 12. Maij. An. 1583 *ſur l'ap. el comme d'abus de la taxe en deniers faicte pour le droict de viſitation & procuration par l'Eueſque Diœceſain.*

Edicta d'Orleans, & de Blois ad poſtulationem trium Statuum Franciæ.

12 Longa libertatis poſſeſſione aboletur viſitatio procuratióq; Eccleſiaſtica, quæ Priuilegij, Pactivè iure innixa erat ſingulari: vt pote Archydiacono competens vel Cœnobiarchæ. Cōmuni autem Iure ſancita, nullo temporis ſpatio depellitur. Quùm enim fani Maglorij Abba Lutetianus parere nollet Senonum Archiepiſcopo, qui pro ſua Metropolitici officij religione circumibat ſacrum Pariſienſe

Abbatia *de S. Maglo-re, à Paris.*

Gg

territorium, rescripsit Innocētius.3. Parisiorum Antistiti, sacræ visitationis immunitatem nulla acquiri præscriptione annorū potuisse. In Cap. Cum ex officij De Præscript. Vilelmus de Monte Lauduno, ad Cap. 1. De censib. In Concilio Viennensi. Quò pertinet Tolosana Decisio Ecclesiastica. 332. Et Iberica Alphonsi. 9. Constitutio, quam ex eius Codice ita excerpsimus, edito sub Æram. 1180. *De las procurationes & del censo, que dan à las Eglesias.* Vnus tantùm hinc demitur casus, si tertius aliquis longa temporum serie priuatim vsus sit eo iure visendi explorandíque per mediam Diœcesim Sacerdotij inferioris. Qua in specie ius illud præscriptione non tollitur quidē, sed in alterum licitè transfertur. Felyni sententia in cit. Cap. Cum ex officij Cap. Cum olim De priuileg. Cap. Cum personæ Eod. Tit. In. 6. Oldradi Responso. 172. & 243. Ioh. Andr. & Anton. Sicul. in Cap. cum non liceat De Præscript. Rota Romana in Decis. 43. Aufretius in Tholosana Decisione suprascripta. Nûm autem Episcopo inferior, longissimo vsu capiat Episcopalia istiusmodi iura, quæ sunt dignitatis & Iurisdictionis, vide Abbat. Sicul. & Felynum in Cap. cum contingat De foro compet. Abb. in Cap. vlt. De offic. Archyd. Eundem in Cap. literas De restitut. spoliat. vbi de Biturigum Archydiacono nūcupatim. Tum in Cap. Auditis De Præscript. & in Cap. 1. De consanguinit. & affinit. Quo in contextu Pontificio Cap. 1. liberum fit Archipresbytero, de nuptialibus controuersiis ex vetusta possessione, superiorisvè permissu cognitionem interponere. Ita Heduorum pontificis Heliæ concessu, Archydiaconi Belnenses ius dicunt summatim de lite connubiali intra septa sui Archydiaconatus. Vt refert Ioh. Blondellus in Statutis Ecclesiast. Heduæ. Rubr. 16. De appellationibus. §. 1.

Decisiones Capellæ Tholosanæ.

Codex Alphonsi. 9. Hispaniæ Regis. Hispanicarum Legū Pādectæ distribuūtur in partes sex, quarum singulæ varios Titulos complectuntur. Hac Hispanica operis inscriptione. *Las siete Partidas del sabio Rey Don Alfonso el nono.*

Archydiac. *de Beaulne, en l'Eglise d'Austun.*

APOSTOLICO item diplomate, visitationis Episcopalis vacationem habent Cœnobia nonnulla immunitatémque amplissimā. 13
Etsi enim Monasteria vulgò sint visitationi obnoxia pontificali, vt Lucius. 3. sanxit Cap. Sopitæ Et Honorius. 3. Cap. Venerabili De censib. Idem tamen Honorius Vindocinenses monachos Diœcesano visitationis imperio exemptos esse iussit. Authenticis Literis, quarū hoc fuit exemplum. AVCTORITATE PRÆSENTIVM INHIBEMVS, NE QVISQVAM ARCHYDIACONORVM VEL PRÆLATVS AB HVIVSMODI MONACHIS, VEL VOBIS IPSORVM OCCASIONE, PROCVRATIONES EXIGERE PRÆSVMAT: PRÆSERTIM CVM SACERDOTES, QVI EX VESTRIS REDITIBVS IN PRÆDICTIS VILLIS ET GRANGIIS SVSTENTANTVR, RATIONE PAROCHIÆ DEBITAS PROCVRATIONES EXOLVANT, &c. 15. Cal. Febr. Pontificatus An. 3. Cui quidē Vindocinensium exemptioni Pontificiæ causam dedit meo iudicio, controuersia de procurationis iure, paulò ante instituta ab Carnutēsi Archydiacono in Vindocinensem cœnobiarcham: quùm Innocētius. 3. Christianis Sacris præsideret. Vt testatū ipsemet reliquit in Cap. Causā quæ inter Abbatem & conuen-

Hic Honorius. 3. in d. Cap Venerabili, rescribit ad Abbatem *de Theron au Perche,* cuius prædecessori Ludouicus. 7. rex An. 1148. dedit feudum & Iustitiam in parte certa vrbis Lutetianæ. Iuxta quod donum Religiosi habuerunt Arestum Mense Iulio An. 1270. Et sententiam Thesauri Lutetiæ, Die. 13. Augusti Ao. 1379.

Bulla Pontificia pro exemptione Monasterij S. Trinitatis *de Vendosme,* à visitatione procurationisque iure Episcopali Die. 18. Ianuar.

conuentum Vindocinens. & Archidiaconum Carnutensem super quibusdam procurationibus vertitur De Iudic. In Antiq. Ad rem pertinent vetustiora exemptionum Priuilegia huic Cœnobio data à Calyxto. 2. Alexádro. 3. Vrbano, & Innocẽtio Pontif quæ Lateranense Concilium sub Innocentio. 3. confirmauit. Hanc Episcopalis fori vacationem agnouerunt Aimericus, & Milo Carnutum vicissim antistites. Solemnibus Instrumentis postridie Cal. Martias An. 1341. & 12. Cal. Iunias An. 1475. quæ in eius Cœnobij Scriniis aduersantur. pari immunitate fruitur Maius Turonum Monasterium ab egregio Cœlestini. 2. P. P. beneficio. 5. Cal. Ian. An. 1144. Ab Eugenio 3. 5. Iduũ April. An. 1145. Pontificatus An. 1. Tum à Gregorio. 9. Pridie Nonas Sextiles An. 1232. à Bonifacio 8. P. P. 16. Cal. Iulias An. 2. Pontificatus. Clemente 6. 3. Idus Septembris. An. 1. Pontificatus. Nicolao. 5. An. 1448. 13. Calend. Decembr. Quorum omnium Rescriptis hoc Turonense cœnobium, monasticæque Ædes ipsi contributæ liberantur Diœcesani potestate iuridica, nullóque intermedio, subiiciuntur Sedi Romanæ. Haud secus de Rothonensi cœnobio dicendum, quod in Armorica Britannia situm, vnicæ paret Apostolicæ Sedi. Quemadmodum Nicolaus. 5 P. P. secundùm antiquiores Pontificum tabulas declarauit insigni Diplomate. XI Cal. Aug. An. 1450. Idque antea Innocentius. 3. apertè ostendit Decretali Epistola Cùm venissent ad Apostolicam Sedem Electus & monachi Rothonenses De restitut. in integ. Lib. I. Decretal. In Vers. Nos igitur inspectis priuilegiis prædecess. nost. Leonis, Gregorij, & Clementis, quæ monasterium illud ad ius & proprietatem indicant Sedis Apostol. pertinere immediatè, &c. Eodẽ recidunt Pontificia exẽptionis priuilegia monastici Templi D. Benedicto sacti ad Ligerim flumen. Alexandro. 3. auctore, Kalend. Iuniis An. 12. Pontificatus, Innocentio. 3. & Clemente 4. 10. Cal. Augusti An. 3. Pontificatus. Addamus his Dolense in Biturigibus Monasterium, quod simili iure immunitatis suffultũ est ab Pontificio munere Lucij. 3. Cœlestini. 3. Idibus Iuniis An. 1. Innocentij. 4. 7. Kal. Augusti An. 8. Pij. 2. & Leonis Decimi. Kalend. Sextilibus An. 1515. Quinque igitur hæc Benedictini ordinis Monasteria, vt Pontificiis priuilegiis inuicem æquantur propemodùm, ita coïerunt sacram quandam vitæ morúmque societatem. Quinqueuirali velut Lege inter monachos constituta: Vt monasticus hic quasi Quinqueuiratus in priscam seueriorémq; disciplinam coalesceret, abiecta procul nostrorum temporum, vitiorúq; fæcis corruptela. Cal. Sept. An. 1581. Cuiusmodi Lex Romano stylo exarata nobis est in manu, è typographicis Lutetiæ officinis, hoc titulo, *Statuta & decreta reformationis cõgregationis Benedictinorũ exẽptorũ, abbatiarũ triũ prouinciarum, Senonensis, Turonẽsis & Bituricensis, à sãcta sede Apostolica & Romana immediate depẽdẽtium, aucta & recognita in Capitulo generali prædictæ cõgregationis, &c.* Isthæc, quidẽ, iuxta Cap. 27. Regij Edicti Blesensis, An. 1579. quo Monastici Conuẽtus, qui purè subsunt Pontificiæ Sedi, tenentur intra annũ piã sanctámq; sui Or-

Acta publica dic. 2. Mart. An. 1341. & 21. Maij. 1475.

Bulla Cœlestini 2 pro abbatia *de Marmoustier lez Tours*, die. 28. Decemb. 1144. Eugenij. Die 9. April. 1145. Gregorij 9. Die 4 Augusti 1232. Bonifacij 8 die 16. Iunij Clementis. 6. die 21 Septemb. Nicolai 5 die 19. Nouemb. 1448.

Abbatia *de Rhedon*, in Britannia minore, cui priuilegiũ dedit Nicolaus 5 Bulla die. 22. Iulij An 1450.

Pro Abbatia *de S. Benoist le fleury sur Loire.* Priuilegia Alexandri. 3. Die. 1. Iunij Et Clementis. 4. Die 26. Iulij.

Pro Abbatia *du Bourgdieux en Berry.* Priuilegia Cœlestini. 3. Die 13 Iunij. Innocẽtij 4. Die 26. Iulij. Leonis 10. Die. 1. Augusti. 1515.

Statuta reformationis quinque Abbatiarum hîc nominatarũ, facta, Die. 1 Septẽb. 1581. & impressa Lutetiæ.

Edictum de Blois, que tous Monasteres qui ne sont soubz Chapitres generaux, & qui se pretendent immediatement subiects au S. Siege, seront tenus dans vn an se reduire à quelque congregatiõ de leur ordre. En laquelle seront dressez Statuts & commis visitateurs.

Arestum Magni Consilij regis Die. 3. Octo. 1583. *sur l'appel comme d'abus desdits Statuts interiecte par les Abbez commendataires de Marmoustier & de Rhedon.*

dinis Sodalitatem inire, eiusdem cẽsorias leges scribere, instituerẽque censores, quos Visitatores appellant, vt eas leges sedulò curent obseruãdas. Verùm à monasticis illis Constitutionibus, quasi abusiuè latis, prouocarunt in Prætorianum Consilium Iohannes Rupifocaldus, & Paulus Hector Scotus fiduciarij cœnobiorum Rectores, ille Maiorismonasterij, hic Rothonensis, Britanniæ Celticæ. Tandem S. C. Prætoriano summatim definitum est. 5. Nonas Octobr. An. 1583. ea Constitutionum capita, quæ spiritalem rei Monasticæ curationem ac disciplinam spectatent, perpetuò obtinere: Quæ verò profanos Cœnobiorum prouentus, eorùmque dispensationem respicerent, ea velut abusiuè cõdita retractari. Multa alia minutatim eo Iudicio deciduntur Prætoriani Senatus, inter seculares cœnobiorum Præfectos, & cucullatos: sed quæ ad literam istûc transponere superuacaneum sit, nec ita Lectori commodum. Huic Benedictinæ Congregationis reformatæ albo se adscripsit Monasterij Cõuentus Almæ Crucis Burdigalens. An. 1583. Quo de Cœnobio S. Crucis loquitur Clemens. 5. Cap. 3. De Præbend. In Extrauagant. commun.

Abbatia *de S. Croix de Bordeaux.*

Svnt & plerique alij Monachorum Cœtus, in quos vt nihil pro 14
imperio decernunt Episcopi, sic Magistri Ordinis censorium munus obeunt, non solùm priuatis ac domesticis sacrarum Familiarum institutis, verùm & Principalibus Rescriptis, Senatúsque Consultis Monasticã vitam comprobantibus. Nam Cisterciensi cœnobitarum Sectæ indultum est à Pio. 2. Syxtõ. 4. & Innocẽtio. 8. Romanis Pontif. vt eius Patres Præfectíque Ordinis inuiserẽt inspicerẽntque singulos Cœtus monasticos, tùm viriles, tùm muliebres. Nempe Cistercij Abba, Princeps Ordinis, vel eo absente, alij Cœnobiarchæ, quibus eam ille prouinciam delegarit. Præcipuè autem visitantis partes sunt, antiqua regularis vitæ præcepta inter suos instaurare, suum monachis victum vestitúmque præscribere, ac singulis Conuentibus moderatum imponere æs annuum, quod in maiorũ Ordinis comitiorũ sumptus impendatur, in stipendia præceptorũ Monasticæ pubis, ac forenses controuersias de prædiariis profanisque rebus Cœnobiorum. Talia verò Pontificum priuilegia Gallus Rex districtè custodiri iussit. Binis codicillis. 4. Cal. Sextiles An. 1542. & postridie Cal. Aug. 1556. quos Lutetiana Curia promulgauit, *audito, consentiente & requirente Procuratore generali Regis.* 13. Kal. Nouẽb Eod. Anno. Rursus ecce tibi Cœnobium Casæ Dei in Aruerno agro, sui ordinis caput (sub regula tamen Benedictina) quod nullius censuræ obnoxium est, præterquã Romanæ Apostolicæ. Vt Iohãnes. 22. P P. adnotauit in Ca. Ad cuiuslibet De Præbẽd. In Extrauag. Versic. statuentes, vt Ecclesia Monasterij illius loci Montisalbani, Monasterij de Casa Dei ad Romanã Ecclesiã nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, Claremonten. Diœcesis, immediatè subiecta, &c. Ei Cœnobio, quod D. Robertus Abba fundauit, haud pauci subsunt Primatus Monastici, seu vulgò *Prioratus.* Atque huius vetustatem Casæ

Patres monastici cuiusque Ordinis reformatores.

Cisteaux.

Alexander 3. Cisterciensibus Cap. 1. De supplẽd. neglig. prælat. *dicit que* si Episcopus tertiò requisitus electos & confirmatos abbates vestros benedicere renuat, eisdẽ liceat proprios monachos benedicere & alia quæ ad officium pertinuẽt exercere Vid Tit 1 Lib. 2. Monastico Art. 7.

Literæ regiæ adprobationis Priuilegiorum Cisterciensiũ Die. 29. Iulij An. 1542. Et die 2. Augusti. 1556. Verificatæ in Parlam. Parisiẽ. Die. 20. Octo. Eod. An.

Abbatia *de la Case Dieu,* in Aruernia. Vide *de ceste Abbaye* Casæ Dei, Tit. 1. Lib. 1 Monasticon. Art. 7.

Casæ Dei testatur Innocentius. 3. P. P. qui annis iam paulò minùs quadringentis rescripsit monastico eius Casæ Præsuli. Cap. Veniens 38. De Testib. In Antiq. Quid dicam de B. Germani Æde monastica Lutetiæ suburbana? compertum est omnibus, Cœnobij Antistité non solùm cum cœnobitis eximi foro imperióque Episcopi Parisié. verùm & pari fascium insigniúmque pontificalium dignitate vti, in finibus quibusdá Lutetianæ vrbis ac suburbiorũ Quibus sacri Territorij finibus regundis arbitri dati litem diremerunt, positis constitutísque vicatim Diœceseon limitibus inter Episcopum, & Heteriarchá seu Abbam D. Germani. Honoraria Sententia Meldensis pontificis, Decani Ædis Marcelli, & Fr. Garini arbitrorum: quá Honorius. 3. P. P. confirmauit. 3. Kalend. Maïas, Pontificatus Anno 1. Et Philip. Augustus Galliarum rex An. 1211.

Innocentius 3. P. P. Romæ sedebat, An. 1200.

Sententia arbitra[illegible] de limitibus Diœc[illegible] pontificalis abbatiæ S. Germani de Pratis, quæ habet iura Episcopalia, Et Parisiensis Episcopatus.

15 Porro monastici alij Conuentus, qui Episcopis subiacent, detrectare nequeunt sacræ iugum visitationis, quam obeundam sibi statuerit vel Archydiaconum quidem intra suas metas, nedùm Episcopus, pro veteri Ecclesiæ vsu receptáque cósuetudine. Sicuti inter Abbam D. Petri Senonens. & Archydiaconum maximi Senonum templi, præiudicatum est ab Honorio. 3. P. P. in Cap. vlt. De offic. Archyd. Interdùm tamen Romani Præsules, victus ratione præfinita, moderati sunt Episcoporum procurationem, Cœnobia visentiũ pro officio, ne illorũ aduentus cœnobitas immodicis sũptibus oneraret. Ita Gregorius. 9. sumptuariæ rationis modum condixit in gratiam Præmonstratensium. Luculéto Rescripto, cuius inter plurima Priuilegij capita, sequentem periodum animaduerte. *Interdicimus episcopis, & alius ecclesiarum prelatis, nisi seruato euectionis numero in Lateranen. concilio constituto, in vestris monasteriis Hospitari. Ad grangias autem vestras, & ad curtes hospitandi gratia, non nisi in magna necessitate, diuertant: Et tunc contenti sint ipsarum mansionum cibariis consuetis, cum honestate & charitate exhibitis, &c.* 3. Iduũ Martiarũ An. 1228. Pontificatus Anno. 1.

Die. 29. april. An. 1211

Abbatiæ Ordinis *de Pramonstré* Et earum Priuilegium Apostolicum, publico Hospitium erogatorũ quod Episcopi & alij Prælati sibi assciebant Die 13 Martij. An. 1228.

Arrest de Visitation & reformation des Abbayes de S. Valery de Breteuil, de nostre Dame de Soyssons. Vide Tit. 2. Lib. 1. Monastic. Art. 12

16 De hierarchica visitatione satis, modò ei Ciuilem obiter, quam profitemur hoc Libro, Magistratus Politiam intermisceamus. Plerùmque enim Regij Præfecti vna eadémque Sententia committũt externam ac Politicam Magistratui, & intimam spiritalémq; Cœnobij inspectionem Archimanditæ morum censori ac emendatori. Illi quidem, vt de pio monasticorum prouentuũ vsu ac cœnobitarum alimentis decernat sigillatim: Huic autem à Principali iudice excitato, vt regularis disciplinæ neruũ tueatur, prauos mores corrigat, Monasticum cœtum paterno velut hortatu ad religionem innocentiámque extimulet, ac cætera prout locus, tempus, & occasio tulerit, ex sua prudentia constituat ad Religiosorum hominum vtilitatem. Eundem idcirco vetustas Patrem Abbatem vocabat, inferiorum Cœnobiorum reformatorem. In Cap. vlt. ibi, Patres Abbates De regular. Gloz. in Clement. Abbates De rescript. Sic Ampliss. Ordinis iudicio decretum est, D. Mauri-

Regiæ Curię statuũt. Abbatias à patre Abbate reformari tá in capite quá in mébris, & tá in téporali, *pour le faict du viure & vestiaire des Religieux*, quàm in spirituali, ratione regularis monasticęque correctionis & disciplinæ.

Iudicium Curię de reformatione Prioratus S. Mauritij, à *Senlis*. Arestum Curiæ Parisien. de reformatione Abbatiæ *d'Ourcamps*, in temporalibus & spiritualibus Die 18 Septemb. An. 1568. & die. 26. Maij An. 1569.

præcesserint. Sessione. 24. Cap. 1. De reformatione matrimonij. Vixdùm certè hæc Synodus propalam inuecta est in Gallicæ vsum Ecclesiæ, necdùm saltem Aulicorum Franciæ Optimatum elogio comprobata. Quanquam Tridentinis Christianorum Præsulum decretis nil sanctius, nihil quod Apostolici pectoris vigorem efficaciùs exprimat. Quibus ex omnibus forensi Actione intendebam, haud ideo Episcopum potestate abusum videri, quia nuptialium proclamationum veniam spósis fecisset, nec propterea in irritum recidere sacra nuptialia oportere. Haud diffitebar vtique, pacta clã tutore coniugia raptus accusationi esse obnoxia, perinde ac si parentum iniussu coniugalia fœdera coïrentur. Sed his ne quicquam aliud consequens esse, quàm exhæredationem seu abdicationem paternam, vel in raptoris caput animaduersionem (quæ solæ profanis legibus pœnæ infligi capiti fortunisque reorum potuerint) non autem sacrosancti nuptiarum nexus solutionem, quæ Episcopalis imperii est solido iure. Causa perorata, censuit Senatus placere, antequam vltima sententia dirimeretur tutoris appellatio, harum vt instigator nuptiarum citaretur, ac Regii dotalium pactorum perscriptores, & qui Præsulis nomine præscriptionéque veniales confecerant tabulas, nuptialiúmque sponsionum Ecclesiastica solemnia remittentes. Aresto Curiæ. XI. Calend. Iunias An. 1572. Buyssone, Méque dicentibus. Planè à Francicis vsurpata iam olim connubiorum præconia, & edicta testatur Innocentius. 3. Decretali epistola ad Bellouacorum pontificem Cap. cùm in tua Diœcesi In vers. Bannis, vt tuis verbis vtamur, in Ecclesiis editis De sponsal.

Dispensatio Apostolica quamuis validet matrimonium, non tamen validat pacta dotalia Bald. in l. 1. Cod. de condict. ob caus. dat. per l. qui cõtra Cod. De incest. nupt.

Iudicium Curiæ interlocutorium Die 22. Maij Ao 1572. quòd Notarij publici, qui expedierant cõtractum matrimonij, & is qui scripserat *la dispense des bans dud. mariage*, in Curia comparerent.

Arrest de la Cour du Ieudy 8. de Ianuier 1579. moy plaidant pour Rene Gaillart tuteur de Maistre Pierre Gaillart appellant cõme d'abus de l'Official d'Angers: & Loys Buysson plaidant pour Marie Bret fille du Lieutenant particulier de Bourges intimee. Il a esté dit sur ledit appel, qu'il auoit esté mal & abusiuement &c. Et au principal, La Cour, pour raison du pretendu mariage, a mis les parties hors de Cour & de proces.

Num vero nuptialium huiusmodi denuntiationum Ecclesia- 6
sticarum gratiam facere liceret inferioribus Episcopo, Decanis, vel Archidiaconis Ecclesiæ, disceptauimus palam apud Conscriptos Curiæ, pro Arnulpho Sorbino Nouioduni ad Ligerim episcopo. Hic enim abusus nomine Patres Parisien. appellarat ab indulgentia vnialíque dispensatione multiplici, quam Ianus Ruffignacus Nouiodunen. Ecclesiæ decanus multis impertierat suo Decanatui subditis: Nempe vti connubia celebrare possent, modò absque trina monitione publica, modò extra tempora Canonibus præstituta. Differebam igitur pro Diœcesano illo Pręsule, vnius Diœceseos vnum esse Episcopum seu Ecclesiæ Præfectum, non plures: ne Digamia quædam inducatur in hoc spiritale ac misticum Ecclesiæ cũ suo Præsule coniugium. Nam ab Ignatio literis proditum est, nec Episcopum sine Ecclesia, nec Ecclesiam sine Episcopo consistere, nullámque citra eum sanctam esse congregationem, vel sacram collectionem. Ac Magnesiani ad Smyrnenses scriptis, nemo quicquam absque Episcopo audeat eorum quę ad Ecclesiam pertinet. Ob id quoties Clerici in controuersiam vacarunt auctoritatem iurisdictionemque Episcopalem, ipsis Gregorius Magn. ita respódit: Si

Auctoris forensis Actio in Senatu Ao. 1585. pro Episcopo *de Neuers*, an eo inferior Decanus Ecclesiæ Niuernen. iure suam Synodum cogat eique præsit, & inter sui quoque Decanatus subditos dispenset de matrimonialibus bannis Ecclesiæ & de celebrandis nuptiis extra tempora canonibus definita.

Hermanus Niuernẽsis Episcopus ob amorem & reuerentiam Dei omnipotentis & SS. Cirici & Gernasij martyrum dedit multas Villas & ditiones suæ Ecclesiæ Niuernensi, scilicet Patriniacum, Germaniacũ Salsiniacum, Vitriniacum, Varmiacũ &c. Vt est in Chartario Ecclesiæ Niuernen.

dit: Si ſua iuriſdictio Epiſcopo non ſeruetur, quid aliud agimus, niſi vt Eccleſiaſtica diſciplina, quæ à nobis retineri debuit, confundatur? Cyprianus etiam clamitat, Quæ eſt illa confuſio, vt laicis ſubiiciantur Epiſcopi, ceu familiæ ſuum non agnoſcant parentem? Ideo habemus laïcos minùs obſequentes, quòd videant Clericos minùs Epiſcopis obedire. In Gallia ſigillatim, conſtitutum fuit à Karolo Magn. vt qui ad Clericatum accederent, quam nos CANONICAM VITAM nominamus, ſecundùm ſuam Regulam viuerent, & Epiſcopus eorum vitam regeret, ſicut Abbas, monachorū. Lib. 1. Cōſtitut. Karoli Cap. 69. Fatebar quidem, minores ſenſim Eccleſiæ præfectos, oſcitantibus Epiſcopis, neglectimque forſan in officio verſantibus, Coëpiſcopos ſe facere, & Epiſcopalis muneris participes contendiſſe. Quod ſacris Canonibus taxatum eſt, Decretorum Diſtinctione. 69. Ad vltimum, Pontificias Leges minoribus Epiſco-

Arreſt du Parlement de Paris du 10. iour de Feburier 1569. Veu le procès criminel faict & parfaict par le Preuoſt de Paris ou ſon Lieutenant criminel à la requeſte de Iacques de Paillart eſcuyer Sieur de Iumeauuille demandeur en rapt cōmis en la perſonne de Iacques ſon fils aiſné, lors ieune eſcolier eſtudiant à Orleans fils de famille & aagé de 17. à 18. ans, par Perrete le Vaſſor vefue de Robert d'Anglebermes dict Peronis, Contre ladite le Vaſſor priſonniere en la Cōciergerie du Palais. La Cour, a mis les appellations verbales, & ce dont eſt appellé au neant, & faiſant droit ſur l'inſtance de rapt, a declaré ladicte le Vaſſor attainte & conuaincue d'auoir commis rapt en la maiſon dudit Maiſtre Iacques Paillart & pour reparation d'iceluy, la condamné faire amende honorable au ſiege du Bailliage d'Orleans à iour de plaids & iceux tenans, eſtant à genoux, ayant en ſes mains vne torche de cire ardente, dire & declarer que temerairement & malitieuſement elle auoit induit & ſeduit ledit Paillart ieune eſcolier eſtudiant à Orleans, à luy faire promeſſe de Mariage, & pour l'effect d'iceluy traduit d'Orleans & mené en la ville de Gien, dont elle ſe repent & en requiert mercy & pardon à Dieu, au Roy & à Iuſtice: la priue de tous droicts & conuentions matrimoniales qu'elle pourroit pretendre. Et outre la condamné en 400. liures pariſis, moitié vers le Roy & l'autre moitié vers les priſonniers de la Conciergerie, & en pareille ſomme de 400. liures pariſis vers ledit Paillart, & ès deſpens.

po Præſulibus conceſſiſſe, vt longo vſu ſibi ſubditos quærerent in parte certa Diœceſeos, quibus iuriſdictione præeſſent: ſalua occupatione ſeu Præuentione Iuridica penes Epiſcopum præſidemque Eccleſiaſticum ſuperiorem. Cap. Auditis Cap. cum olim De Præſcript. Gloz. & Panor. in Cap. Paſtoralis Et in Cap. Irrefragabili De offic. ordin. Ioh. Andræas poſt Archydiac. in Cap. Cùm epiſcopus Eod. Tit. Lib. 6. At legimus quenquam vel canonibus ſoluere (quod vulgò *diſpenſare* dicimus) non eſt cuiuſuis, nec Epiſcopo inferioris. Numquam enim inferiores licitè canonum obſeruationem relaxanr, etiā vbi relaxatio generatim à Iure permittitur, niſi nominatim ipſis attribuatur, nedùm epiſcopis. Cap. 2. De eo qui furtim ordin. recep. Ibique Innocent. Cap. Cùm illorum & Cap. 2. De ſenten. excommun. Innocēt. in Cap. vlt. De poſtulat. prælat. Abbas in Cap. At ſi clerici. §. de adulteriis Num. 13. De iudic. Maximè verò D. Bernardi ad Eugenium. 3. verbis, Poſiti ſunt Eccleſiæ diſpenſatores, ſed in ædificationem, non in deſtructionem. Ex quibus ſingulis colligebam, Decanum Niuernen. Eccleſiæ ſua Indulgentia perperam remiſiſſe ſui Decanatus ſubditis nuptialium præconiorum ſolemnia, iuſtíve matrimonij extra canonica tempora non celebrandi. A parte verò Decani citabatur conrraria poſſeſſio peruetuſta, quam non modò annorum centuria multiplex, ſed Curiæ etiam Decretū confirmarit pridie Kal. Septembres An. 1396. Huic ſubiūgebat Decani patronus, Tranſactionem geminam de prædictis omnibus cō-

Præuentionalis iuriſdictio Epiſcopi in ſubditos inferiorum Prælatorum.

Diſpenſe de bans de mariage, ou de ſe marier hors le temps preſiny par l'Egliſe.

Areſtum prouiſionale contradictorium die vlt. Auguſti An. 1396. pro iuriſdictione Decani Eccleſiæ Niuernen intra fines & inter ſubditos ſacri territorij ſui Decanatus, ſalua penes Epiſcopum in omnibus præuētione. Cum duplici inter Decanum & Epiſcopum Concordato in Curia, in omnibus capitibus pro iuriſdictione Decani (ſalua præuētione) Die. 2. Iunij An. 1400. & die 12. Octo. An. 1408.

trouerſis iuribus inter Epiſcopum & Decanum, quam *Patres Conſcripti* ratam firmámque eſſe iuſſerint, poſtridie Calend. Iunias An. 1400. & 4. Idus Octobr. An. 1408. Ideoque tranſacti ſe negotij exceptione tutum aſſerebat, quò minùs ab eo acta geſtáque, auctore Senatu, iamiam abuſus ſpecie reſcindi valeant. Auditam cauſam *Patres* reuocarunt ad plenius deliberandi conſilium, atque interea Curiæ decretis, Pactionibuſque ipſi probatis ſtandum eſſe cenſuerunt. Areſto nonis Sextilibus An. 1585. quùm Nos pro diœceſano pontifice, & Lebellus pro Eccleſiæ Decano egiſſemus. Deniq; vltimo Curiæ iudicio deciſum eſt, antiqua illa Patrum Conſulta decretaque inter litigatores perpetuò obtinere ac cuſtodiri debere. Nonis Septembr. An. 1587. Dn. Igneo Regis Conſiliario litem collegis ſuis exponente.

Appointé au conſeil en la Cour die 5. Auguſti An. 1585. poſtea definitum Areſto die. 5. Septemb. An. 1587. *au rapport de M. Feu Conſeiller.*

7 ECQVID modò ſi ſponſi, nulla nec proclamatione, nec proclamationis venia facta, prouolatint ad nuptias, an eas idcirco prorſùs infirmet Eccleſia? Minime, quùm teneant clandeſtina connubia Iure Pontificum etſi illa per presbyteros in Templis publicè propoſita non fuerint. Si tamen eiuſmodi coniugia reperirentur intra vetitum cognationis vel affinitatis gradum contracta, tunc matrimonium ipſum retractatur, nec liberi ex eo ſuſcepti legitimi habentur. Concilio Lateranéſi, in Cap. vlt. §. ſi quis verò Et ibi glo. De clandeſt. deſponſat. Etſi autem Tridentina Synodus irritam decreuerit clandeſtinam ſponſorum coniunctionem, ex eáque Sinodo ius dixerit Vicarius Iuridicus Sueſſionenſis epiſcopi, ab iſto certè prouocatum eſt in Senatum abuſus ergô, & S. Conſulto partibus foro liteque prouocatoria faceſſere iuſſis iniũctum fuit, adire Sueſſionum pontificem, quæque ab eo clandeſtinarum nuptiarum pœnæ infligerentur ex Canonicis ſanctionibus, eas luere ac perſoluere. 3. Iduũ Decembr. An. 1576. Brouſſelio, appellantis: & Duboileo, aduerſarij cauſidicis. In forenſi volumine cauſarũ Veromãduarũ. Sed triénio pòſt, edixit Princeps noſter Lege Bleſenſi, iuſtas nuptias cótrahi non poſſe, niſi trina monitione publica præcedenti. Art. 40. Id quod proximè accedit ad ſacras Tridentinorum Patrum conſtitutiones. Secundùm quas pariter, Rex Chriſtianiſſ. ſanxit Edicto Nouatores omnes hæreſumque aſſertores, quæ Tridentina Synodo damnatæ ſint ferro perſequendos, profligandos. Et hoc Principis Edictum nulla mora promulgauit Senatus. 12. Kalend. Sextiles An. 1588. Vtcunque ſit, ex Regia Bleſenſi Lege negarunt mariti hæredes ſuperſtiti coniugi bonorum communicationem: quæ eidem Patrio More competiiſſet, dirempto morte matrimonio, niſi clam iſtud nulliſque Eccleſiaſticis præconiis initum fuiſſet. Nam Lege Principe ve connubium vetante ſeu connubij formam, neque dos ſequiturneque donatio propter nuptias, aut legitima alia fortunarum ſocietas inducitur. l. qui contra, & Authen. Inceſtas Cod. De inceſt. nupt.

Areſtum Curiæ Pariſien *en plaidant du Roolle de Vermandois* Die. 11. Decẽb. 1576. ſuper appellatione à ſentẽtia Officialis Epiſcopi *de Soiſſons*, tamquam ab abuſu, qui matrimonium ex defectu trium bannorum Eccleſiæ nullum declararat iuxta Tridentinum Concilium.

Regium Edictum publicatum in Parlam. Pariſien. Die 21. Iulij An. 1588. Vbi fit mẽtio *du Cõcile de Trẽte.*

nupt. Ac de eo tandem S.C. factum eſt Menſe Maio An. 1582. in prima Claſſe Curiæ inquiſitoria, ad appellationem ex Boiorum Prætura Molinenſi: Iuxta caput. 40. Bleſenſis regiæ Conſtitutionis, in Verb. *Ne pourront vallablement contracter.*

Iudicium in prima Camera Inqueſtarum Curiæ Pariſien. ſuper appellatione à Seneſchalo *de Molins, en Bourbonnois.*

Par Arreſt du Parlement de Paris du 20. iour d'Aouſt 1602. au rapport de Monſieur Sanguin en la Chambre de l'Edict a eſté declaré le mariage nul & non valablement contracté entre Hieroſme de la Planche fils de famille d'Anthoine de la Planche accuſateur en rapt, ledit fils aagé de 22. ans, & Barthelemie Flé ſcortum publicum, *laquelle eſt condamnee au fouet, & bannie pour 9. ans, &c.*

Arreſt du Senat de Chambery du 11. May. 1566. de defenſes aux Tuteurs & autres de marier les pupilles, qu'ils ne ſoient paruenus en aage competent: & peu apres à ſçauoir le 17. Decemb. 1566. y a eu Arreſt dudit Senat, ſur le faict des mariages, des enfans de famille, ſans licence des pere & mere, & des pupilles ſe marians ſans la preſence & conſentement de leurs proches parens.

8 DIOECESANÆ Legi Monaſteria eximuntur in pleriſque Illerdenſi Concilio, vnde tranſlatus Gratiani canon, Si ex laïcis Cauſa. 10. Quæſt. 1. Nec enim cœnobiarcæ pecuniariis oneribus ſubiiciuntur Legis Diœceſanæ: Cathedratico vt pote, ſynodratico, aliíve Epiſcopis lege addicto muneri. Ex Gregoriana ad Marinianum Præſulem Epiſtola. 18. Regeſti lib. 7. Can. quàm ſit. Et can. luminoſo. 18. Quæſt. 2. Verùm Monaſteria inuiſere ac colluſtrare oculis, ius eſt Ciuitatis Antiſtiti in ſacra Prouincia obeunda. Concilio Arelatenſi in Can. Monaſteria 18. Quæſt. 2. & Innocentij. 4. Reſcripto. 1. De cēſibus. Apud Bonifacium. 8. P.P. Iuxta Honorium. 3. Cap. 17. De offic. ordin. Quo admonetur Rhemorum pontifex, ne dum Fani Remigij cœnobitas inuiſit, plebeïos, cleriosvè ſeculi in Monaſticam Ædem comites introducat. Eo modo narrat Sidonius Aruernorum Præſul, totam ſe Diœceſim peragraſſe, ac circumſpexiſſe diligenter. In Epiſtola ad Firmum. Haud aliter pontificale munus circumeundæ viſendæque prouinciæ deſcribitur à Poſidonio in vita Auguſtini, poſt Auguſtinum ipſum Lib. 1. contra Literas Petiliani. Vt omittam quod Tarraconenſi canone. 8. Epiſcopis præceptum eſt, ne vel annum elabi ſinant, quin ſacra Diœceſeos viſitatione defungātur. Vacuas rurſùm paſtore Eccleſias B. Gregorius iubebat actutùm inſpici ac perluſtrari: Agrigentinam à Petro antiſtite Trecalonitano: Capuanam, à Gaudentio Nolano Præſule: Velinam, Vixentinam, & Blandanam à Felici Acropolis Epiſcopo: Turritanam & Crotonenſem, à Iohanne Squilatino pontifice: Cumanam, à Benenato: & Nepeſinam, à Iohanne Epiſcopis. Regeſti lib. 2. Epiſt. 19. 20. 26. 27. 29. Et regeſti lib. 4. Cap. 55. & 56. Multò minùs igitur Monaſteria cēſoriam Diœceſani inſpectionem viſitationemque Præſulis poſſunt effugere.

Abbatia *de S. Remy de Rheims.*

Sidonius Apollinaris.

9 COENOBIORVM itē Præfecti, quibus ſacra Populi curatio coniūcta eſt Lege tenentur Diœceſana ex curiali ſacerdotio, ſeu parœciaci templi regimine. Hinc tales quoque Abbates adire coguntur Epiſcopalem Synodum, licet pontificali immunes exemptíque poteſtate. Vt eſt apud Innocentium. 5. Cap. Quod ſuper his & infra. Abbates & ſacerdotes diœceſana tibi lege ſubditos, qui ad tuam ſynodum venire contemnunt De Maiorit. & obedien. Cap. Ex ore De

Abbates qui ſunt etiā curati, & habent beneficium curatū, debent eius ratione ſoluere iura epiſcopalia, *& venir au Sanne de l'eueſque*: quamuis alioqui exempti eſſēt tanquam Abbates.

Abbati S. Genouefæ Alexander. 3. in Cap. 2. De Apost. Cap ex parte, De verb. signif.

priuileg. Innocentius Pontificij Iuris enarrator copiose, in Cap. 1. De Statu Regular. Exemplis vt res dilucidior fiat, hoc saltem vno demonstrabimus. Mota est quondam recuperandæ possessionis quæstio à Parisiensi Antistite in cœnobiarcham D. Genouefes de parochiali iure obuentione quæ in Ædis Stephani curionatum, quã ille Diœcesana sibi lege competere Interdicto contendebat. Tametsi enim Monachi, Canonicíve regulares Diœcesanæ legi non subessent: quoniam tamen parœciæ Rectores & ipsi erant, animorumque curatores apud D. Stephanum De monte, parisiorum pontifex lege agebat diœcesana in cœnobitas, aut sacerdotes ab iis præpositos sacræ parœcorum gubernationi. Qua de re Innocentius. 3. P.P. respondit, Lutetianum episcopum Honorario parœciacô, cuius possessionem minimè adprobasset ius dicenti, spoliatum non videri. Cap. Olim De restitut. spoliat. At postero annô, res Transactione decisa est ab Odone Parisiensi præsule cum Cœnobij Magistro Diuæ Genouefes, in hanc phrasin. *Super querelis, quas dictus Episcopus mouebat de iure parochiali in parochia De monte, & procurationibus, quas in parochialibus ecclesiis canonicorum De monte petebat, & contra, Canonici De mõte aduersus Episcopum super capella S. Genouefæ sita in ciuitate Parisiensi, dictæ partes finaliter ita composuerunt: scilicet quod Episcopus habebit omne ius episcopale, seu parochiale in tota parochia De monte, & Presbyter qui illi parochiæ spiritualia ministrabit, ab eo curam recipiet animarum, & parochianos ipsius parochię ad mandatum Episcopi vel Archidiaconi citabit, vocabit, ligabit pariter & soluet: Chrisma & Oleũ ad opus parochiæ ab Ecclesia Parisiẽ recipiet, ad synodum etiam veniet, nec tamen circatam, vel synodaticũ reddet. Item licebit Episcopo & Archidiacono in singulos de prædicta parochia & omnes interdicti & excõmunicationis ferre sententiam, &c. Ab hac autem generalitate exceptæ erũt & ab omni iurisdictione Episcopi & Archidiaconi, viginti personæ inter seruitores & gartiones in [illegible]ambitum Canonicorum habitantes, comedentes, cubantes, & leuantes, &c. In prædicta autem parochia De monte neque Episcopo sine consensu canonicorum, neque canonico sine Episcopo nouam Ecclesiam seu capellam ædificare licebit, &c. Prædicti quoque canonici S. Genouefæ capellam S. Genouefæ sitam in ciuitate Parisien. dederunt Episcopo, & successoribus eius in perpetuum liberam & quietam, nullo sibi in ea iure retento. Præbendam quoque, & vicariam, quas prædicti canonici in Ecclesia B. Mariæ Parisien. habebant, prædicto Episcopo & eius successoribus quictauerunt, nihil omnino sibi iuris in prædicta præbenda, seu vicaria reseruantes.* Mense Iunio Anni ab Orbe redempto. 1202. Sed posteris huiusce Transactionis tabulas ignorantibus, vt opinor, versata est denuò in Senatu contentio Abbæ D. Genouefes cum Episcopo Parisiensi, an B. Stephani in Monte curionatus pontificali eximeretur potestati: nûm etiam Antistiti fas foret, quempiam sacra tonsura in libero solo, Episcopíque legibus soluto insignire. Quam Patres ambigui iuris quæstionem consilio commiserunt. 16. Calẽd. Apriles An. 1520. Nam hoc longè distat ab alio themate proposito de initiatis prima tonsura ab extraneo, sine

Redintegrandæ interdictum inter Priorem Prioratus S. Stephani. De mõte, mẽbri dependentis ab Abbatia S. Genouefæ, rectorem primitiuum Curę S. Stephani, Abbatem ac Religiosos Abbatiæ ea vna parte, & Episcopum Parisiensem ex altera.

Concordatum inter Episcopum Parisien. & Abbatem S. Genouefæ de iure episcopali & parochiali, quod Episcopus in parœchia S. Stephani du Mont sibi arrogabat. An. 1202.

Circata, à circuitione & visitatione parochiæ & Diœcesis quã facit episcopus.

Appoincté au conseil en la Cour. Die. 17. Mart. An. 1520. An liceat Diœcesano sacros ordines in loco exempto conferre.

ſine commendatitiis literis proprij Epiſcopi: In Concilio Sardicẽſi, Carthaginenſi. (1. Cap. 5. quod Sylueſtro. 1. P. P. ſub habitũ, improbat talem clericalis characteris conceſſionem. Hoc ampliùs, Francico Edicto, quod Aureliæ latum eſt, An. 1560. interdicitur Epiſcopis, (Artic. 12.) ne quenquam ex aliena Diœceſi ad ordines Eccleſiæ proueh ant obtentu dimiſſorij libelli, niſi iuſta grauíq; de cauſa dimiſſoriam teſſeram datam eſſe conſtaret. Sed vt Synodicos conuentus Diœceſeos, de quibus ſupra, explicem obiter ſolemne quidem ordinariúmque eſt, ſacerdotes, qui Eccleſias regunt, ad Synodum cõuocare, non etiam cæteros clericos & Abbates. Si tamen vrgens aliqua ratio Epiſcopum moueat, his etiam mandare poteſt, vt ad Synodum accedant. Putà ſi de reformatione morum agatur, nedùm de patœcialium curatione Eccleſiarum. cit. Cap. Quod ſuper his De maiorit. & obed. vbi Panotmit. Can. vlt. 18. Diſtinct. Can. vlt. 28. Quæſt. 2. Cap. Ex ore De Priuileg. Ad hæc, licet inuiti adeſſe ſynodis non cogantur Cœnobiorum Patres, ij præſertim qui Epiſcopali imperio ſoluti ſunt, iiſdem poſtea Epiſcopi ſolent exponere, quæ in ſacro Concilio geſta conſtitutáque ſint. Can. Epiſcopus, & Can. decernimus. 18. Diſtinct. Nos autem de eo pluribus infrà, Attic. 17.

De clerico tõſurato à non Diœceſano Epiſcopo, virtute litterarum dimiſſoriarum.

Curati præcipuè tenentur adſiſtere aux Sannes, ou Synodes epiſcopaux.

10 IVRE Diœceſano ſacerdotes, qui ab Epiſcopo viſuntur ſacra curante regionatim, tenentur eum hoſpitio excipere, ac victum ipſi præbere familiæq; Epiſcopali. Cap. Cõquerente de offic. ordin. Cap. cum ex officij De præſcription. Et hæc illa eſt hoſpitalitas, quam noſtræ Religionis anteſignani tantopere nobis commendarunt. Can. 1. Diſtinct. 42. Speciatim verò Epiſcopi hoſpitis recipiendi formam rationémque præſcripſit ſacer Canon, placuit. 10. Quæſt. 1. Hócque munus Procurationem appellant Pontificij Iuris Conſulti, quòd Epiſcopum procurent Eccleſiæ ipſæ, alant, tueantur. Toto tit. De Cenſib. Sed quia ex facultatibus Eccleſiaſticis viuere conceſſum eſt non luxuriari, ſtatuitur familiari Præſulis comitatui modus, ſacram obeuntis Prouinciam. Concilio Lateranenſi Cap. cùm Apoſtolus De cenſib. Nimirùm vt modeſto contenti æquitatu famulatúque ſtudeant Eccleſiaſtici magnates celetrimè ſacram exequi viſitationem: ne inutilibus cuiquam impendiis graues oneroſíque exiſtant. Quibus hoc adiecit œcumenica Tridenti Synodus, ne ipſi, aut ſuorum quiſpiam aliquid procurationis cauſa pro inuiſendi munere, aut alio quouis prætextu accipiat, contraria conſuetudine exploſa, mortalium etiam memoriã ſuperante: Excepto tantùm victu ſibi ac ſuis frugaliter moderatéque ſuppeditando. Eadémque Synodo in eos collata optio eſt, quorum templa inſpectum venerit Epiſcopus, malíntne pecuniariam indictionem pendere quotannis ex ritu patrio, an cibaria ipſa pontifici ſuggerere Diœceſim peragranti & recognoſcenti. Saluo item iure veterum conuentionum cum ſacris Cœnobiis, aliíſve piis locis, aut ſacerdotiis non curialibus con-

De paſtu viſitantibus Diœceſis Eccleſias Epiſcopis debito.

Tridentini Concilij Seſſione. 24. & 25. Quarum vltima ſub Pio. 4. P. P. abſoluta eſt Die. 4. Decembr. An. 1563.

ſtituto, quod integrum inconcuſſumque permaneat. In iis verò Eccleſiis, aut prouinciis, vbi nec eſus potuſq;, nec pecunia, quicquam vè aliud ſumi conſueuit à ſacro Magiſtratu Diœceſim circumeunte, inibi gratuita vtique viſitatio ſeruetur. Tridentini Concilij Seſſione.24. Decreto De reformatione Cap. 3. Ac ſub id fermè tempus quo Tridenti peracta ſunt Chriſtianæ Reipubl. Comitia, Patres Pariſien. haud abſimilem Politiam cenſuerunt inuiſendis luſtrandíſque rebus Diœceſanæ Eccleſiæ adhibendam.

Auctoris Actio in Curia Pariſien. pro Frat Guliel. *Du Port*, priore curato Feritatis Gaucherij appellante tanquam ab abuſu, à Taxa pecuniaria Epiſcopi *de Meaux* pro iure viſitationis Diœceſanæ, re vera non factæ.

FACTI ſpecies hæc erat. Ianus Tilius Meldorum Antiſtes iuſſit Vihelmum *De Portu* ſibi decem libellas Francicas exoluere pro veteri inſtituto Meldenſis Diœceſis. Hinc autem Portuenſi illo Senatum appellante ceu ab abuſu, Nos pro eo, notatas fuiſſe iam olim Gallicorum aliquot Præſulum ſordes, qui à beneficiariis eccleſiæ clericis nummarias penſitationes exigeret grauiſſimas, ſiue per cauſam Diœceſis luſtrandæ, ſeu alterius Diœceſanæ functionis. Hanc quippe Epiſcoporum Galliæ * φιλοχρηματίαν cohibuit Toletanum Concilium. 4. quod Gratiani repetitum eſt Canone Inter cætera, Cauſa. 10. Quæſt. 3. Cui adſtipulatur Cabilonenſis Francicæ Eccleſiæ Côuentus, de quo ſanctior extat canô Cauendû. 10. Quæſt. 3. Nulla enim iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ ſalubriter pro vtilitate hominum introducuntur, ea nos duriore vſus interpretatione contra ipſorum commodum producamus ad ſeueritatem. Itaque in Senatu dicebam, Meldenſem epiſcopum dupliciter negotio, quo de agebatur, abuſum imperio: videri tû quia appellâtem diſtrictè vrſiſſet ad pecuniæ ſolutionem, adempta ei præſtandorum alimentorum optione, tum quòd Antiſtitem decuerit eo peragrandæ Diœceſeos munere præſentem defungi, antequàm ipſi vel indictiuum æs erogare hoc nomine, vel quaſi diurnæ operæ alimenta ſacerdotes tenerentur. Nam inter Eccleſiaſticas Leges Karoli Mag. & Ludouici Pij, quæ ab Anſegiſo Abba côpoſitæ ſunt, hæc reperitur, Epiſcopos ſemel quotannis parœcias ſuas circumire debere. Lib. 7. Cap. 360. ſeu Additione. 3. Cap. 66. Atque id cauſæ eſt potiſſimùm, cur Chorepiſcopos vetuſtas obliterarit. Hos enim antiquitùs Epiſcopi Vicarios ordinabant (auctore Damaſo Pontif.) & Χωρικὸς, id eſt, ruſticos Epiſcopos: quia non in Ciuitate, ſed in mediis pagis ſacra tractabât, Vicariûque Epiſcopi munꝰ quadantenus gerebant. Ex Nicena Synodo, vnde ſumptus hic Canon, Eccleſiis Diſtinct. 68. Ancyrano item Concilio Cap. 13. Neocæſarienſi Cap. 13. Antiocheno Cap. 8. & 10. Can. quamuis Can. Chorepiſcopi. 68. Diſtinct. Verùm Leo Magn. Epiſtola. 88. in Chorepiſcopos inuectus eſt, quaſi Epiſcopalia munia ſibi ambitioſè vſurpantes. Hinc Karoli Mag. Francica lege coacti ſunt in ordinem Chorepiſcopi, ne quicquam molirentur eius iniuſſu Epiſcopi, cuius in Parœcia degerent. II

* Auaritiam, quam mirè vituperat D. Maximus in Homilia. 2.

Concilium *de Chalon ſur la Saone*.

Pareil Arreſt donné le 12. Feurier l'an 1605. ſur appointé au Conſeil de l'appel comme d'abus interietté par Maiſtre François Elain Prieur de ſainct Pathus Ordre de ſainct Benoiſt, exêpt de la taxe de 7. liures, pro iure viſitationis *contre le Chapitre de Meaux*, ſede vacante, *& Maiſtre Iean de Vieuxpont nouuel Eueſque interuenant Dict quemal & abuſiuement &c.*

Chorepiſcopi.

Archipresbyteris hiſce ruralibus neque Epiſcopi nomen attributû eſt, neque aliud quicquam eorû, quæ Epiſcoporû propria ſunt: ne idem ſibi inſolentes arrogent, quod antea Chorepiſcopi, quos nunc Suffraganeos, vel Epiſcopos portatiles nuncupamus.

gerent. Lib.1.Cap.9 Ac poſtmodū in Chorepiſcopi vicem ſucceſſit quadam ex parte Archipresbyter *ruralis*, vel *Chriſtianitatis Decanus*, ad quem & Archidiac. Linconien. Gregorius.9. reſcripſit Cap. Dudum De priuileg. Longè tamen prudentiùs Auguſtinus, qui pontificia munia alteri non priùs cōmunicauit, quàm ingraueſcente ætate ſucceſſorem ſibi deſignaſſet, vt tùm leuioris momenti cauſæ ad illum deferrentur, ipſe melioribus vacaret. Teſte Poſſidonio in vita Auguſtini. Atqui eximium eſt Diœceſeos viſitandæ munus, ſolidáque Epiſcopi cura digniſſimum, i. ſpeculatoris, exploratoris. In Romana autem Ethnica Politia, non modò Prætor aut Conſul, ſed priuati quoque mittebantur qui Prouincias viſerent, & quid de cuiuſque obſequio videretur, referrent. Trepidabantque gentes de æſtimatione ſingulorum. Vt ait Cornel. Tacitus. Annal. lib. 15. Quocirca diſſerebam in Senatu, annuum canonem Epiſcopo nō deberi procurationis titulo, niſi ipſe ſacrum viſitationis officium priùs expleuiſſet. Quinetiam Diœceſana Epiſcopi vectigalia honeſtiùs accipi quàm peti, indicio eſt priſca appellatio *Caritatiui* ſubſidij, quòd ἀπὸ τῆς χάριτος velut Chariſterium, ſponte offerebatur priſcis Epiſcopis, nec quaſi annua indictio extorquebatur ab his & exprimebatur. Loyſeus, ediuerſò, pro Meldenſi epiſcopo, hucuſque Meldis obſeruatum morem, vt fiduciaria quorumdam opera Antiſtes vteretur in viſendis Eccleſijs, & annua pecuniæ ſumma Præſuli viſitationis ergô appenderetur. Diuturnam igitur Eccleſiæ cuiuſuis conſuetudine eſſe cuſtodiendā. *Patres Conſcripti*, audita cauſæ actione, Præſulem imperio abuſum decreuerunt. Areſto pridie Kalend. Maias An.1566. Nec aliter à Senatu pronuntiatum eſt. 4. Idus Maias An.1583. ad prouocationem abuſus cauſa factam à nummaria taxatione pro iure viſitationis, quam ſibi adſcripſerat pontifex Cenomanorum, Pichonato, pro Abba & monachis *de Vaaſt*, & Fabro pro Antiſtite, dicentibus. Iuxta Francicam Aureliæ Conſtitutionem, Art. 6. Et Bleſenſem Cap. 32. quibus monentur Archiepiſcopi & Epiſcopi, Diœceſana templa pagatim oppidatímque inſpicere, propriè ac perſonali, nec procuratoria alterius induſtria: tum ſacræ equitationis moderatum ſibi ſtipendium addicere. Quænam poſtremò Eccleſiarum ſpeculatori curanda ſint, ſpeciatímque exequenda in ſacris Ædibus vicatim ſpectandis & obſeruandis, ſcitè edocet B. Gregorius ad Leontium Epiſcopum ſcribens, Ariminenſis Eccleſiæ viſitatorem. Regeſti lib.4. Epiſt.86.

Epiſcopus Latinè interpretatur ſpeculator ab ἐπισκοπεῖν, quod ſpeculari ſignificat, quia eius præcipua functio ſit, gregis ſibi commiſſi vitam explorare.

Chariſterium, à gratioſo & ſtroneo munere dictum.

Decretum Senatus Pariſien. Die. vlt. April. Ao.1566.

Areſtum Curiæ die. 11. Maij. An.1583 *ſur l'ap, el comme d'abus de la taxe en deniers faicte pour le droict de viſitation & procuration par l'Eueſque Diœceſain.*

Edicts d'Orleans. & de Bloss ad poſtulationem trium Statuum Franciæ.

12 Longa libertatis poſſeſſione aboletur viſitatio procuratióq; Eccleſiaſtica, quæ Priuilegij, Pactíve iure innixa erat ſingulari: vt pote Archydiacono competens vel Cœnobiarchæ. Cōmuni autem Iure ſancita, nullo temporis ſpatio depellitur. Quùm enim fani Maglorij Abba Lutetianus parere nollet Senonum Archiepiſcopo, qui pro ſua Metropolitici officij religione circumibat ſacrum Pariſienſe

Abbatia *de S. Magloire, à Paris.*

territorium, rescripsit Innocētius.3. Parisiorum Antistiti, sacræ visitationis immunitatem nulla acquiri præscriptione annorū potuisse. In Cap. Cum ex officij De Præscript. Vilelmus de Monte Lauduno, ad Cap. 1. De censib. In Concilio Viennensi. Quò pertinet Tolosana Decisio Ecclesiastica. 332. Et Iberica Alphonsi. 9. Constitutio, quam ex eius Codice ita excerpsimus, edito sub Æram. 1180. *De las procurationes & del censo, que dan à las Eglesias.* Vnus tantùm hinc demitur casus, si tertius aliquis longa temporum serie priuatim vsus sit eo iure visendi explorandíque per mediam Diœcesim Sacerdotij inferioris. Qua in specie ius illud præscriptione non tollitur quidē, sed in alterum licitè transfertur. Felyni sententia in cit. Cap. Cum ex officij Cap. Cum olim De priuileg. Cap. Cum personæ Eod. Tit. In. 6. Oldradi Responso. 172. & 243. Ioh. Andr. & Anton. Sicula in Cap. cùm non liceat De Præscript. Rota Romana in Decis. 43. Aufrerius in Tholosana Decisione suprascripta. Nûm autem Episcopo inferior, longissimo vsu capiat Episcopalia istiusmodi iura, quæ sunt dignitatis & Iurisdictionis, vide Abbat. Sicul. & Felynum in Cap. cum contingat De foro compet. Abb. in Cap. vlt. De offic. Archyd. Eundem in Cap. literas De restitut. spoliat. vbi de Biturigum Archydiacono nūcupatim. Tum in Cap. Auditis De Præscript. & in Cap. 1. De consanguinit. & affinit. Quo in contextu Pontificio Cap. 1. liberum fit Archiptesbytero, de nuptialibus controuersiis ex vetusta possessione, superiorisvè permissu cognitionem interponere. Ita Heduorum pontificis Heliæ concessu, Archydiaconi Belnenses ius dicunt summatim de lite connubiali intra septa sui Archydiaconatus. Vt refert Ioh. Blondellus in Statutis Ecclesiast. Heduæ. Rubr. 16. De appellationibus. §. 1.

Decisiones Capellæ Tholosanæ.

Codex Alphonsi. 9. Hispaniæ Regis. Hispanicarum Legū Padectæ distribuūtur in partes sex, quarum singulæ varios Titulos complectuntur. Hac Hispanica operis inscriptione. *Las siete Partidas del sabio Rey Don Alfonso el nono,*

Archydiac. *de Beaulne, en l'Eglise d'Austun.*

Apostolico item diplomate, visitationis Episcopalis vacationem habent Cœnobia nonnulla immunitatémque amplissimā. 13
Etsi enim Monasteria vulgò sint visitationi obnoxia pontificali, vt Lucius. 3. sanxit Cap. Sopitæ Et Honorius. 3. Cap. Venerabili De censib. Idem tamen Honorius Vindocinenses monachos Diœcesano visitationis imperio exemptos esse iussit. Authenticis Literis, quarū hoc fuit exemplum. AVCTORITATE PRÆSENTIVM INHIBEMVS, NE QVISQVAM ARCHYDIACONORVM VEL PRÆLATVS AB HVIVSMODI MONACHIS, VEL VOBIS IPSORVM OCCASIONE, PROCVRATIONES EXIGERE PRÆSVMAT: PRÆSERTIM CVM SACERDOTES, QVI EX VESTRIS REDITIBVS IN PRÆDICTIS VILLIS ET GRANGIIS SVSTENTANTVR, RATIONE PAROCHIÆ DEBITAS PROCVRATIONES EXOLVANT, &c. 15. Cal. Febr. Pontificatus An. 3. Cui quidē Vindocinensium exemptioni Pontificiæ causam dedit meo iudicio, controuersia de procurationis iure, paulò ante instituta ab Carnutēsi Archydiacono in Vindocinensem cœnobiarcham: quùm Innocētius. 3. Christianis Sacris præsideret. Vt testatū ipsemet reliquit in Cap. Causā quæ inter Abbatem & conuen-

Hic Honorius. 3. in d. Cap. Venerabili, rescribit ad Abbatem *de Thiron au Perche*, cuius præcessori Ludouicus. 7. rex An. 1138. dedit feudum & Iustitiam in parte certa vrbis Lutetianæ. Iuxta quod donum Religiosi habuerunt Arestum Meosē Iulio An. 1370. Et sententiam Thesauri Lutetiæ, Die. 13. Augusti An. 1579.

Bulla Pontificia pro exemptione Monasterij S. Trinitatis *de Vendosme*, a visitatione procurationisque iure Episcopali Die. 18. Ianuar.

conuentum Vindocinens. & Archidiaconum Carnutensem super quibusdam procurationibus vertitur De Iudic. In Antiq. Ad rem pertinent vetustiora exemptionum Priuilegia huic Cœnobio data à Calyxto.2. Alexãdro.3. Vrbano, & Innocẽtio Pontif quæ Lateranense Concilium sub Innocentio.3. confirmauit. Hanc Episcopalis fori vacationem agnouerunt Aimericus, & Milo Carnutum vicissim antistites. Solemnibus Instrumentis postridie Cal. Martias An. 1341. & 12. Cal. Iunias An. 1475. quæ in eius Cœnobij Scriniis aduersantur. Pari immunitate fruitur Maius Turonum Monasterium ab egregio Cœlestini. 2. P.P. beneficio. 5. Cal. Ian. An. 1144. ab Eugenio 3. 5. Iduũ April. An. 1145. Pontificatus An. 1. Tum à Gregorio. 9. Pridie Nonas Sextiles An. 1232. à Bonifacio 8. P.P. 16. Cal. Iulias An. 2. Pontificatus. Clemente 6. 3. Idus Septembris. An. 1. Pontificatus. Nicolao. 5. An. 1448. 13. Calend. Decembr. Quorum omnium Rescriptis hoc Turonense cœnobium, monasticæque Ædes ipsi contributæ liberantur Diœcesani potestate iuridica, nullóque intermedio, sub iiciuntur Sedi Romanæ. Haud secus de Rothonensi cœnobio dicendum, quod in Armorica Britannia situm, vnicæ paret Apostolicæ Sedi. Quemadmodum Nicolaus. 5 P.P. secundùm antiquiores Pontificum tabulas declarauit insigni Diplomate. XI Cal. Aug. An. 1450. Idque antea Innocentius. 3. apertè ostendit Dectetali Epistola Cùm venissent ad Apostolicam Sedem Electus & monachi Rothonenses De restitut. in integ. Lib. 1. Decretal In Vers. Nos igitur inspectis priuilegiis prædecess. nost. Leonis, Gregorij, & Clemẽtis, quæ monasterium illud ad ius & proprietatem indicant Sedis Apostol. pertinere immediatè, &c. Eõdẽ recidunt Pontificia exẽptionis priuilegia monastici Templi D. Benedicto sacti ad Ligetim flumen. Alexandro. 3. auctore, Kalend. Iuniis An. 12. Pontificatus, Innocentio. 3. & Clemente 4. 10. Cal. Augusti An. 3. Pontificatus. Addamus his Dolense in Biturigibus Monasterium, quod simili iure immunitatis suffultũ est ab Pontificio munere Lucij. 3. Cœlestini. 3. Idibus Iuniis An. 1. Innocentij. 4. 7. Kal. Augusti An. 8. Pij. 2. & Leonis Decimi. Kalend. Sextilibus An. 1515. Quinque igitur hæc Benedictini ordinis Monasteria, vt Pontificiis priuilegiis inuicem æquantur propemodùm, ita coïerunt sacram quandam vitæ morúmque societatem. Quinqueuirali velut Lege inter monachos constituta: Vt monasticus hic quasi Quinqueuiratus in priscam seueriorémq; disciplinam coalesceret, abiecta procul nostrorum temporum, vitiorúq; fæcis corruptela. Cal. Sept. An. 1581. Cuiusmodi Lex Romano stylo exarata nobis est in manu, è typographicis Lutetiæ officinis, hoc titulo, *Statuta & decreta reformationis cõgregationis Benedictinorũ exẽptorũ, abbatiarũ triũ prouinciarum, Senonensis, Turonẽsis & Bituricensis, à sãcta sede Apostolica & Romana immediate depẽdẽtium, aucta & recognita in Capitulo generali prædicta cõgregationis, &c.* Isthæc. quidẽ, iuxta Cap. 27. Regij Edicti Blesensis, An. 1579. quo Monastici Conuẽtus, qui purè subsunt Pontificiæ Sedi, tenentur intra annũ piã sanctámq; sui Or-

Acta publica die. 2. Marti. An. 1341. & 21. Maij. 1475.

Bulla Cœlestini 2. pro Abbatia de Marmoustier lez Tours, die. 28. Decemb. 1144. Eugenij. 3 Die 9. April. 1145. Gregorij 9. Die 4 Augusti 1232. Bonifacij 8 die. 16. Iunij Clemẽtis. 6. die 11 Septemb. Nicolai 5 die. 19. Nouemb. 1448.

Abbatia de Rhedon, in Britannia minore, cui priuilegiũ dedit Nicolaus. 5 Bulla die. 22. Iulij An 1450.

Pro Abbatia de S. Benoist le fleury sur Loire. Priuilegia Alexandri, 3. Die. 1. Iunij Et Clementis. 4. Die 26. Iulij.

Pro Abbatia du Bourgdieux en Berry. Priuilegia Cœlestini. 3. Die 13 Iunij. Innocẽtij 4. Die 26. Iulij. Leonis 10. Die. 1. Augusti. 1515.

Statuta reformationis quinque Abbatiarum hîc nominatarũ, facta, Die. 1. Septẽb. 1581. & impressa Lutetiæ.

Casæ Dei testatur Innocentius. 3. P. P. qui annis iam paulò minùs quadringentis rescripsit monastico eius Casæ Præsuli. Cap. Veniens 38. De Testib. In Antiq. Quid dicam de B. Germani Æde monastica Lutetiæ suburbana? compertum est omnibus, Cœnobij Antistitē non solùm cum cœnobitis eximi foro imperióque Episcopi Parisiē. verùm & pari fascium insigniúmque pontificalium dignitate vti, in finibus quibusdā Lutetianæ vrbis ac suburbiorū Quibus sacri Territorij finibus regundis arbitri dati litem diremerunt, positis constitutísque vicatim Diœceseon limitibus inter Episcopum, & Heteriarchā seu Abbam D. Germani. Honoraria Sententia Meldensis pontificis, Decani Ædis Marcelli, & Fr. Garini arbitrorum: quā Honorius. 3. P. P. confirmauit. 3. Kalend. Maïas, Pontificatus Anno 1. Et Philip. Augustus Galliarum rex An. 1211.

Innocentius 3. P. P. Romæ sedebat, An. 1200.

Sententia arbitra[…] de limitibus Diœc[…] pontificalis Abbatiæ S. Germani de Pratis, quæ habet iura Episcopalia, Et Parisiensis Episcopatus.

15 Porro monastici alij Conuentus, qui Episcopis subiacent, detrectare nequeunt sacræ iugum visitationis, quam obeundam sibi statuerit vel Archydiaconus quidem intra suas metas, nedùm Episcopus, pro veteri Ecclesiæ vsu receptáque cōsuetudine. Sicuti inter Abbam D. Petri Senonens. & Archydiaconum maximi Senonum templi, præiudicatum est ab Honorio. 3. P. P. in Cap. vlt. De offic. Archyd. Interdùm tamen Romani Præsules, victus ratione præfinita, moderati sunt Episcoporum procurationem, Cœnobia visentiū pro officio, ne illorū aduentus cœnobitas immodicis sūptibus oneraret. Ita Gregorius. 9. sumptuariæ rationis modum condixit in gratiam Præmonstratensium. Luculēto Rescripto, cuius inter plurima Priuilegij capita, sequentem periodum animaduerte. *Interdicimus episcopis, & alius ecclesiarum prelatis, nisi seruato euectionis numero in Lateranen. concilio constituto, in vestris monasterijs Hospitari. Ad grangias autem vestras, & ad curtes hospitandi gratia, non nisi in magna necessitate, diuertant: Et tunc contenti sint ipsarum mansionum cibariis consuetis, cum honestate & charitate exhibitis, &c.* 3. Iduū Martiarū An. 1228. Pontificatus Anno. 1.

Die 19 April. An. 1211

Abbatiæ Ordinis de Pramonstré Et earum Priuilegium Apostolicum, publico Hospitiorum erogationis quod Episcopi & alij Prælati sibi asciscebant Die 13 Martij. An. 1228.

Arrest de Visitation & reformation des Abbayes de S. Valery de Breteuil, de nostre Dame de Soyssons. Vide Tit. 2. Lib. 1. Monastic. on Art. 12.

16 De hierarchica visitatione satis, modò ei Ciuilem obiter, quam profitemur hoc Libro, Magisttatus Politiam intermisceamus. Plerùmque enim Regij Præfecti vna eadémque Sententia committūt externam ac Politicam Magistratui, & intimam spiritalémq; Cœnobij inspectionem Archimanditæ morum censori ac emendatori. Illi quidem, vt de pio monasticorum prouentuū vsu ac cœnobitarum alimentis decernat sigillatim: Huic autem à Principali iudice excitato, vt regularis disciplinæ neruū tueatur, prauos mores corrigat, Monasticum cœtum paterno velut hortatu ad religionem innocentiámque extimulet, ac cætera prout locus, tempus, & occasio tulerit, ex sua prudentia constituat ad Religiosorum hominum vtilitatem. Eundem idcirco vetustas Patrem Abbatem vocabat, inferiorum Cœnobiorum reformatorem. In Cap. vlt. ibi, Patres Abbates De regular. Gloz. in Clement. Abbates De rescript. Sic Ampliss. Ordinis iudicio decretum est, D. Mauri-

Regiæ Curię statuūt, Abbatias à parte Abbate reformari tā in capite quā in mēbris, & tā in tēporali, pour le faict du viure & vestiaire des Religieux, quàm in spirituali, ratione regularis monasticęque correctionis & disciplinæ.

Iudicium Curię de reformatione Prioratus S. Mauritij, à Senlis. Arestum Curiæ Parisien de reformatione Abbatiæ d'Ourscamp, in temporalibus & spiritualibus Die 18 Septemb. An. 1568. & die. 26. Maij An. 1569.

tij *Prioratum* Syluanectensem adiri, sanctéque restitui: adiecto eo, vt lite de *Prioratu* pendente, sacra ipsius administratio Clericis duobus, profana laïcis totidem mandaretur. Aresto Dic. 16. Decemb. An. 1521. Quiritantibus rursùm Orbesij cœnobij monachis aduersus fiduciarium Abbam, itum est in Orbesium istud Belgicæ Campaniæ monasterium. Ex auctoritate Senatorij decreti. 14. Kalend. Octob. An. 1568. & 7. Kalend. Iunias An. 1569. Loysello, Abbatis: & Ameloto cœnobitarum patronis. Quùm autem Conscriptus Curiæ profanam Cœnobij reformationem executus esset mandato Senatus. 3. Nonas Nouemb. An. 1570. ab eo prouocauit cœnobij Præfectus, litémque prouocatoriam Diplomate trãstulit in cognitionem Prætoriani Consilij. Nos igitur apud Prætorianos Iudices pro appellãte, legem formulámq; fuisse Parisiensi S. C. præscriptam Monastici Cõuentus visitationi, cuius executoré fines prætergressũ multis nominibus ostendebamus. Proin à tali executore prouocãtem meritò esse audiendum. l. Ab executione Cod. Quor. appell. non recip. Bartol. in l. Ab executore D. eod. Tit. Morellus, contra, pro Cœnobitis, multa ex facto ferebat in Cœnobiarcham, eũque malæ tractationis monachorum insimulauit. Rem vtrínque concertatam Prætoriani Patres reuocarunt ad deliberationem pleniorem. 12. Kalend. Nouembres An. 1573. Ex quibus planè liquet, Hierarchicam piorum locorum visitationem restitutionémque à Regio etiam magistratu * πολιτικῶς procurari. Imò & perpetuum Stephano Pannoniæ regi institutum fuit, ter quotannis sacras Basilicas, & Cœnobia inuisere, ibidem Ecclesiastici Status Politiãm tractare, ad Aras omnes pias preces sacráque facere, vt summo Numini supplicia debita exoluere putaretur. Auctore Bomfinio, Hungaric. Rer. Decade. 2. lib. 1. Cedò igitur, quàm feruido Pietatis æstu Christianissimum Regé obseruare deceat sacrarum opum dispensationem, vt hæ Politico ritu Maiorum à Clericis administrentur? Nam Principi Franco imprimis tutela Ecclesiasticarum rerum à Gregorio. 1. commédatur, sanctissimo illo Christiani Orbis parente, qui Põtificum primus se seruum seruorum Dei nominauit, ac scripsit. Eius verba ad Asclepiodotum Patritium Gallorum ita recitantur. Quòniam ab excellentissimis Regibus Francorum filiis nostris poscimus, vt ipsum Ecclesiæ patrimonium sub sua cura habere dignentur, vobis adminiculantibus impleatur, vt vestrum possit esse quod poscimus: Quatenus & gratias referentes, pro gloriæ vestræ incolumitate orare enixiùs valeamus, & bonorum vestrorum vicissitudinem Deus vobis omnipotens, & hic & in futuro recompenset. Ex Regesti Lib. 12. Cap. 17.

Reformatio facta die. 3. Nouemb. An. 1570.

Auctoris Oratio in Magno Regis Consilio, *& la cause appointée au conseil* Die. 21. Octob. An. 1573.

Audio fuisse postea definitam omnino reformationem huius Abbatiæ *d'Orbais sise vers Chasteauthierry*. Aresto Magni Consilij Die. 2. April. Ao. 1574. & Die. 16. Maij Ao. 1575.

Monachorum correctio, quum Abbæ cõmendatario negetur, necessariò exequẽda est à Patre Abba religioso. Ordinis capite.

* ciuiliter.

Gregorij vitam descripsére Fr. Iohan. Laziardus Cælestinus in Historia vniuersali, & Platina in Vitis Pontif.

Extat Libellus Henrici Botrei Brissant De Synodis Episcopi, & Statutis Episcopi synodalibus.

EPISCOPALES sacerdotum conuentus habentur Lege Diœcesana. 17
Vt tradit Innocentius Canonici Iuris scholiastes, in Cap. 1. De statu monac. Gloz. in Cap. dilectus De offic. ordin. Planum est enim, cres-

Quadruplex est Synodorum seu Conciliorũ genus. Vniuersale Ecclesiæ cõcilium

cente

cente paulatim Ecclesiastica Republ. singulos Antistites in singulis prouinciis extitisse, & quasi magistros Collegij, qui suos collegas, velut senatum in sua Ciuitate cogerent. Quod Concilium prouinciale appellabant, in quo cuncti de prouinciæ suæ Ecclesiasticis negotiis cognoscerent. Per hunc modum Episcopalis clericorum Synodus annua decreta est Concilio Toletano. In Can. annis singulis Can. decernimus. 18. Distinct. Secundùm Pontificiam Leonis sanctionem. Epist. 84. septimo Capit. Antiochenū Conciliū. Capit. 20. Rhegiense itē. Canone. 7. ac Innocentij. 3. Rescriptū, in Cōcilio Lateranen. Cap. sicut De Accusat. Sed patriis interesse Synodis nō compelluntur Cœnobiotum prçsules, neque ob id comitiales Dies condictos attentiùs explorare. Vt suprà admonuimus Articul. 8. Idquè fulcitur Innocentij. 3. Cap. 17. De Priuileg. ac Gregorij. 9. Cap. Nimis De excess. prælat. Vnde duplex tamen excipirur casus: Prior, quoad synodicas Constitutiones, quibus Monasteria pari cum cæteris iure alligantur. Vti à Toletano Ecclesiæ Conuentu sancitum est. Can. vlt. 18. Distinct. Posterior casus, si cucullati sacerdotes cum Cœnobio coniunctum habeant regimen Ecclesiarum parochialium, seu Curialem morum populi præfecturam. Auctore Innocentio. 3. in Cap. 9. De Maiorit. & obed. Quocirca Iohannes. 23. Pontifex vetuit sacris Codicillis Prçmonstratenses ad Episcopalem synodum acciri, nisi iidem vnà essent Rectores parœciarum animorúmque curatores, hac scriptura Codicillari. *Volumus, & Apostolica auctoritate vobis præsentium tenore ex abundanti cautela concedimus, quòd nisi Canonici ordinis vestri, qui huiusmodi curam animarum earumdem parochialium Ecclesiarum exercebunt pro tempore præsentes & posteri, ipsarum Ecclesiarum quas actu regunt & illarum etiam quas eos gubernare contigerit, ratione per ipsos Diœcesanos & alios Ordinarios existentes pro tempore vocari aut citari debeant ad ipsas synodos, aut dicti Abbates, Priores, Præpositi, & alij Prælati, quos per eosdem Diœcesanos & alios Ordinarios forsan citari aut vocari contigerit, coram eis, seu in ipsis synodis comparere minime teneantur, nec ad id compelli possint inuiti. &c.* 5. Calend. Maias Pontificatus An. 3.

de quo in 16. Distinct. & Can. multis 17. Distinct. Prouinciale, Can. scitote 6 quæst. 3. Et 18 Distinctio. Episcopale seu synodale, de quo hic in Texto. Religiosorū concilium Cap. in singulis Can. Ea quæ de statu monach.

Antiocheno Concilio statutum est, vt per singulas quasque prouincias bis in anno Episcoporum cōcilia celebrentur propter vtilitates Ecclesiasticas, & absolutiones earum rerū quæ dubitationem controuersiamque recipiunt. In Tomo. 1. Conciliorum.

Romanæ Sed. Codicilli priuilegiarij secundum Præmonstraten. monachos, ne Conuētum Episcopi Diœcesani adire cogantur Die. 27. Aprilis.

18 INTEREA sciendum, Gallicas præsertim Synodos & à nostris excitatas Principibus, & Politico ipsorum Ciuilíque imperio stabilitas fuisse, ac reuerenrissimè cultas. A Childerico, Suessionensis. An. 744. Vernensis, à Pipino. An. 755. Rhemensis, à Carolo Mag. 813. Arelatensis. 4. 814. Turonensis. 3. & Cabilonensis. 2. ab eodem Cæsare: Parisiensis, à Ludouico Pio, & Lothario Augg. An. 829. Vtì deinceps Caluus Synodum in Medardi phano ad Suessionas celebrandam curauit An. 853. Valentinam Allobrogum Lothatius princeps. 855. Pistense item cōncilium ad Sequanam amnem coactum, Regiis Calui auspiciis An. 863. Nannetense, cuius meminit Yuo Carnutensis, Decreti Parte. 2. Cap. 122. Exin apud Compendium acta Francici Cleri Comitia prçdicantur legibus Pontificiis. Cap. 1. De Presbyt. non baptiz. Vti Rhemense Concilium (cuius

Leguntur inter Prouincialia Concilia Canones seu Capitula synodalium Decretorum Laurentij Archiepiscopi Strigoniensis, & 10. suorum Episcoporum, tempore Colomani regis edita, qui viuebat An. 1100.

Francica etiam Prouinciarum Concilia nouissima, Rothomagense An. 1581. Rhemense, Turonense, & Burdigalense An. 1583 Bituricense An. 1584. Aquense An. 1585.

meminit Decretalis Epist. De pignor.) Tum penul. De pecul. cleric. est Arelatensis facet congressus, in Cap. 1. &. 2. De pecul. cleric. & Cap. 1. De institut. Turonensis Synodus Cap. non magnopere Ne cler. vel. monachi. Meldensis Synodus, Cap. 1. De raptor. Parisien. Cap. maritis, De adulter. Pictauense concilium, ex quo Cap. 1. de præbend. & Cap. 1. de ætat. & qualit. Aurelianense Concilium Cap. 1. de bigam. non ordinand. Bellouacense, Cap. 1 Deprecar. & Cap. 2. de rer. permut. Patrum autem memoria, prouinciales tres habiti sunt Ecclesiæ conuentus in Europa percelebres: Senonensis Galliarum, An. 1528. Agrippinensis Theutonum, An. 1536. & Sarmatarum Petricouiensis. An, 1551. Nam de Synodo in Vbiis apud Coloniam peracta, iustum volumen editum est, déque sacerdotalis vitæ emendatione à Laurentino Cardinali, Pontificio in Germaniam Legato, Cum synodicis constitutionibus Valentini Episcopi Hildesemẽsis, quę iisdẽ Libris attexuntur. Petricouiensem verò Poloniæ sacrum Consessum indixerunt Gnesnensis & Leopoliensis Archiepiscopi: Cuius pariter Synodi canones scriptis mandauit Stanislaüs Osius Cardinalis Episcopus Varmiensis, in Concilio deinde Tridentino præses. Nec ita dudùm Synodalia Diœcesis Atrebaticæ decreta collegit Franciscus Richardotus Atrebatum pontifex An. 1570. In quibus præcessorum Artesiæ Præsulum constitutiones sacræ inueniũtur, conditæ in Atrebatica Synodo Martini Episcopi An. 1410. Reliqua de solemni Ecclesiasticorum Procerum congressu elicies ex Sacræ Historiæ monumentis, & Pandectis Conciliorum, quæ in Tomos. 4. digeruntur. Vnum hoc subdam, è Christiana Reque publica sancitam olim Constantiæ Harudũ legem, vt post decennium renouata œcumenica Synodo, sacrati viri totius Europæ conuenirent: vti controuersiæ de diuinis placitis morúmque censura suprema disputatione finirentur. Ex Constantiano Concilio, & Basiliensi, Titul. De auctoritate sacrorum Conciliorum. Simili quippe exemplo Synodum Nicænam, trophæum vocauit aduersus hæreses æui sui Athanasius, in Epistola ad Epictetum. Quin & Profani sacris Conciliis interesse possunt nonnunquam, siue de ipsorum negotiis agatur, iuxta Hostiens. in Cap. graue De Præben. siue eorum cõsilium sit toti Cœtui necessarium. Can. ad sedem. 35. Quæst. 5. Vbi Pontifex laïcos Iurecoss. acciuit ad Synodum Lateranen. de matrimonij quęstione responsutos. Quod verò attinet ad Episcopales synodos, hæ bis quoquo anno, semelvè saltem debent celebrari. Can. habeatur, Can. Quoniam 18. Distinct. Si quid tamen grauius occurrat in Conuentu Episcopi & presbyterorum, quod maioris & amplioris Congressus iudicium postulet, aut si quis ab illo iniuria se affectum conqueratur, id deferendum est ad Prouinciale Concilium. Can. Si quis à proprio. 21. Quæstion. 5. & Francica Lege Caroli Mag. Lib. 1. Cap. 13

Colonicose in Germania Concilium.

Concilium Ecclesiasticum, Petricouiæ, in Polonia

His Synodalibus deceteris Diœcesis Atrebatensis inseritur Concilium Compẽdiense actum per Rhemensem Archiepiscopum.

Constantiense Concilium An. 1415.

Lege Francica Caroli Mag. sancitum, vt comprouinciales episcopi cũ suo metropolitano bis in anno propter causas Ecclesiæ concilia celebrẽt.

QVADRANS funerei salarij Episcopo attribuitur Lege Diœce- 19
sana. Vt

sana. Vt placuit Honorio.3. Cap. conquerente De offic. ordin. Ac Tridentinæ Synodo, Sessione. 25. Cap. 13. Quartam hanc funerariam vulgò nuncupant seu eorum quæ funeris occasione moriens Ecclesiis testamento reliquerit. Cap. Officij Cap. Requisisti De Testam. Etsi enim * misoliturgi quidam improbent cum funebribus sacris Honorarium pendi solitum Ecclesiasticis ministris: verius est tamen, iusta manibus ex fide persoluenda, nec iusta ritè persolui, ni pium simul sacrificuli laborem funeratio stipendio remuneretur. Nam quod ad funebres Christianorum ritus spectat, restis est D. Augustinus, ad veterum sepulchra solemnibus inferiis parētatum, exequias celebratas, illósque, dum viuerent, de humandis suis corporibus filiis mandauisse. Tobias etiam Deum promeruisse dicitur quòd supremum hoc pij officij munus defunctis exoluerit. Ipse quoque Dominus die.3. resurrecturus, religiosæ mulieris bonum opus deprædicat, quia pretiosum vnguentum super membra eius effuderit, atque hoc ad sepeliendum eum adpararit. Nec incelebres feruntur in Euangelio, qui corpus eius de Cruce susceptum diligenter tegendum curarint, ac tumulo condendum. De quo plura B. Augustinus, Lib. 1. De Ciuitate Dei Cap. 13. Vnde & Clericis efferentibus funus, piósque funebres hymnos canentibus pēsitari debet sacræ operæ merces: Sed Honoraria quidem ea potiùs, quàm ad exactam sordidi quæstus rationem comparata. Nam alioquin Triburiensi Concilio, quod Arnulphi Cæsaris seculo peractū est, damnatur quæstuarius Christianis mos irrepens, vetitaqúe hæc imprimis * αἰσχροκέρδεια: ne sepulturæ ius mortuis debitum venundetur, neu gratia Dei promercalis in posterum fiat. Secus de vltronea propinquorum erogatione in funebres sacerdotum preces pro manibus defuncti, quæ non modò probata est Synodicis comitiis, verùm & iudicio omnium collaudata, Triburien. Concilij Cap.16. Eóque Montis Pessuli barbarum visum hoc Innocentio. 3. expiscandæ pecuniæ genus, quo tumulandis decedentium corporibus

Quarta autem parochialis non debetur nisi ex iis quæ obueniunt ratione funeris & de legatis factis Ecclesiæ, apud quam defunctus elegit sepulturam. Cap. 1 & ibi glo. Cap. certificari De sepul. Archyd. in Cap. 1. Eod. Tit. in. 6.

* Osores sacrorū, seu liturgiæ nostræ Christianæ.

Auctore B. Augustino, iustorū antiquorum funera officiosa pietate curata sunt & sepultura prouisa.

Sepulturæ tanta cura vel Ethnicis ipsis, vt Romæ quorumdam scelerum reus, Lege insepultus abiici deberet. Et Cic. pro Milone, infœlicius dicit cadauer publij Claudij fuisse quòd cōsueto funeris honore caruerit.

* turpis lucri cupiditas.

Quarta parochialis, quæ ex funerariis legatis & obuentionibus huiusmodi deducitur, non minuit legata vel soluta Frāciscanis vel Dominicanis Sodalibus, qui tali quarta immunes sunt. De quo Angelus Clauaſ. In Tit. De canonica portione. §. 14. Aufrerius in Decis. Capel. Tholos. 213.

Arrest du Parlement de Rennes du 11. Feburier 1566. entre Les Chanoines & Chapitre de S. Malo, d'vne part, & les habitans dudit S. Malo d'autre. Defenses faictes ausdites gens du Chapitre d'exiger ne prendre aucune chose pour les sepultures qui se feroient en ladite Eglise de S. Malo seule & vnique. Depuis par Arrest de ladite Cour du 21. Feburier. 1567. en corrigeant la Sentence du Seneschal de Rennes du 19. Iuin 1565. donnee en l'execution de la premiere Sentence confirmee par ledit Arrest du 11. Feburier. 1566. que la distribution des sepultures en ladite Eglise se fera par les Doyen, Chanoines, & Chapitre: & pour ce faire esliront vn d'entre eux, auquel lesdits habitans se pourront adresser à ceste fin, & en l'absence d'iceluy un plus ancien Chanoine de ladite Eglise, & defences de prendre argent pour enterrer suyuant l'Arrest cy dessus.

Arrest des Chambres du Parlement de Rennes du dernier Auril 1561. entre les parroissiens de Sarzeau demandeurs en Lettres prohibitiues, & le Curé defendeur. La Cour a maintenu ledit Curé en possession d'auoir pour droit de nopces, ou de bailler congé aux demandeurs de s'espouser ailleurs, 3. sols de ceux qui ont 50 Liures en meubles, & au dessoubz, rien. Item en possession de prendre tant pour l'extreme Onction 8. deniers, pour le droit de premices de chasque mesnage de labeur vne gerbe de bled, & de 10. Agneaux vn Aigneau &c. Item en possession de prendre les oblations du baisemain en Eglise. Item les dismes des terres nouales. Et quant aux autres droicts pretendus par ledit Curé, absoubs. Dufaïl.

haud antea effodiebatur humus, quàm ipsius pretium Ecclesiæ repræsentaretur. In Cap. Abolendæ De sepult. Quinimò Nereïda apud B. Gregorium expostulante, quòd Ianuarius Sardiniæ Præsul ab ea centum æris asses non vereretur exigere pro iustis natæ suæ funebribus, increpuit hunc acerbe Gregorius, prolato in medium

* Filii Emor hoc est, Ephron, filij Seor.

Abrahamo, ſtirpe ſancta: Quia dum Abrahamus à filiis *Emor ſepulchri terram pretio, ad humandũ vxoris corpus, poſtularet, pręmium accipere recuſarit, ne quid ex cadauere videretur lucrifeciſſe. Sed ſi quando (inſit Gregorius) aliquem in Eccleſia veſtra ſepeliri conceditis, ſiquidem parentes ipſius, proximi vel hæredes pro luminaribus ſponte quid liberaliterque offerre voluerint, accipere nõ vetamus. Peti autem vel extorqueri aliquid omninò prohibemus. Regeſti lib. 7. Epiſt. 55. Ac propterea Andium & Cenomanorum municipum vniuerſitas præſtrenuè defendit olim, vnà cum Regionum principe Ludouico, aduerſus plebanos Eccleſiarum vtriuſque Diœceſeos, admittendam non eſſe iſtorum poſſeſſionem, luminaria ſibi vſurpantium, tædas ferales, & feretri linteola, quæ in funebri pompa efferuntur. At parochis, cõtra, aſſerentibus, iuſta hæc funebria ſibi ipſis pendi conſueuiſſe loco perſonalium minutarúmque decimarum, quæ idcirco à Plebe præſtari deſiiſſent: Tandem lis tranſactione dirempta eſt ſecundùm libertatẽ immunitatémque parœcorum, ita vt luminaria huiuſmodi, tædæ, ac lintea ſarcophagi tegmina in ædes defuncti ab hæredibus licitè referantur. Saluo tantùm ac integro penes curiones parœciaco ſuo iure ibidem æſtimato. Quales tranſacti negotij tabulas probauit Curia Pariſienſis, apud quam ea controuerſia agitabatur. Septimo Idus Iunias An. 1390. Nouo dehinc Pacto mutata quædam, & reliqua diſſidiorum materies planè ſopita eſt. 5. Calend. Martias An. 1396. Qua de re nonnihil ſubnotaſſe videtur Ioh. Gallus Quæſt. 63. Parte. 5. Areſtorum Parlamenti Pariſien. Sed Trãſactionis prædictæ ſeriem totam inſerere his eſt operæpretium.

Tranſactio ſeu Concordatum in Curia, die 7 Iunij An. 1390. & Die. 25. Februar. 1396.

Entre les Habitans d'Aniou, & la veufue Duchesse auant pays tutrice de Loys, & Charles ses enfãs, d'vne part. Et le Clergé d'Anjou d'autre, Omologues en Parlement, touchant les luminaires, torches, & linges estans sur le cercueil du trespassé, & autres droicts par les Curez pretendus.

Carolus Dei gratia Francorum rex, &c. Notum facimus, quod de licentia & auctoritate noſtrę Parlamenti Curiæ inter partes infraſcriptas ſeu earum procuratores tractatũ & concordatum extitit, prout in quadam cedula per procuratores dictarum partium inferiùs nominatos dictę Curiæ noſtræ vnanimiter & concorditer tradita continetur. Cuius tenor ſequitur in hunc modum. Comme certains plais & procez feuſſent ia pieça meuz & pendants en la Court de Parlement entre feu monſieur Loys Duc de Touraine & d'Aniou, Conte du Maine & deſpuis Roy de Sicile & de Hieruſalem: Les Habitans deſdits pays de Touraine, d'Aniou, & du Maine, Et le procureur du Roy adioinct auec eux demandeurs d'vne part. Et les gens d'Egliſe deſdits pays, defendeurs, pour raiſon entre autres choſes des ſepultures des treſpaſſez, que leſdits gens d'Egliſe ſpecialement les Curez s'efforçoient de prendre. En demandant aux hairs, executeurs ou ayans cauſe d'iceux treſpaſſez la troiſieſme partie de leurs biens meubles, ou compoſition à leur volunté. Diſans que leſdites ſepultures leur eſtoient deües en lieu des diſmes perſonnelles & des menues diſmes reelles, comme de pommes, poires, foing, choux, poree, & autre menues choſes, dont les habitans ne leur payoient rien. Les demandeurs diſans au contraire, que ce n'eſtoit que abus & entrepriſe ſur les ſubiectz du Roy & dudit Prince Loys, veu la maniere comme leſditz gens d'egliſe procedoient. Depuis ledict Prince eſtant mort, ſa veufue tant

ue tant

ue tant en son nom, que comme Bail de ses enfans a reprins le procés, & depuis a faict assembler en la maison Episcopale d'Angiers Amaury de Clisson Seneschal d'Aniou & du Maine, Maistre Estienne Trochart procureur general de ladite Dame en Aniou & au Maine, Thibault Lenrault Iuge ordinaire d'Aniou & du Maine, & autres, d'vne part: Messire Hardoyn à present Euesque d'Angiers & autres du Clergé d'Aniou. Finalement est accordé, que chasque paroissien d'Aniou faisant chef d'hostel sera tenu offrir chacun Dimanche vn denier tournois à son Curé, duquel il pourra aller à l'offrande; excepté pauures mendians. Et partant les Curez seront tenuz de enterrer les paroissiens, qui ce auront payé & offert. Sans ce qu'ilz puissent demander ne exiger des Hairs ou executeurs, ou ayans cause des trespassez ne d'autres, aucune chose pour ne à cause desdites sepultures, ne pour le droict de funerailles. Et parmy ce aussi, lesdictz paroissiens seront quictes des dismes personnelles & de toutes menues dismes reelles: Comme des choux, pommes, poires, & autres menues choses, dont on n'a pas accoustumé payer dismes audit pays d'Aniou. Mais pource ne serõt pas quictes lesdictz paroissiens de payer le iour de Pasques les. 5. deniers tournois pasquaux, que on a accoustumé de payer ou offrir en aucunes festes en l'an en plusieurs des paroisses dudict pays: Dont ilz seront tenuz payer & continuer. Et est à entendre, que en ceste matiere homme & femme conioinctz par mariage, & ceux qui seront à leurs despens, ne seront que vng chef d'hostel. Et parmy ce present accord, lesdites parties en tant que touche le pays d'Aniou, & lesdites sepultures & funerailles seulement, se departent desdictz proces sans amende & sans despens: Et sera ce present Accord leu & publié en chacune paroisse dudit pays. Et pour sçauoir, si chacune paroisse vouldra accepter l'accord, la Cour de Parlement deputa Commissaires pour faire assemblee desdictz habitãs. Datum Parisiis in Parlamento die. 7. Iunij 1390. signé &c. Concordatum in Curia. Et par l'assemblee suyuante est accordé, que au lieu du denier par chacun dimenche mentionné esdites lettres, & pour demeurer iceux Paroissiens & leurs successeurs quictes enuers lesdictz Curez & leurs successeurs de toutes les choses mentionnees esdites lettres, homme & femme tenans feu & lieu en ladite paroisse conioinctz ensemble par mariage, payeront doresnauant par chacun an deux solz tournois ausdictz Curez & leurs successeurs au termes de pasques & Toussainctz par moictié. Et si l'vng des deux mariez meurt, delaisse l'autre en vie, lesdictz Curez ne leurs successeurs ne pourront demander au suruiuant que la moitié des. 2. solz, assauoir. 12. deniers. Et aussy homme ou fẽme non mariez tenans feu & lieu en ladicte parroisse, ne seront tenuz payer ausdictz Curez que les. 12. deniers pour tous droictz. Et ne sont point comprises en cet accord les offrandes, que lesdictz paroissiens doiuent à Pasques, à la Trinité, à la Toussainctz, & à Noel. Ne le Cheuelice pour chacun trespassé, que lesdictz paroissiens seront tenuz payer, comme ilz ont accoustume payer. Passé soubz les seaux des contractz d'Angiers, & de la Court de l'Official d'Angiers, Le. 25. Feburier l'an. 1396.

Hardoynus de Bueil episcopus Andegauens. Ex Chronicis Andegauorum.

Hæc tamen Transactio in materia alimentorum curato Ecclesiæ debitorum, aut æquipollenti, non habet perpetuam authoritatem, aut vim perpetuæ exceptionis. Vt dicit Bartol in l. Cum his ff. De Trãsact. Argum. Cap. Cũ secundum Apostolũ, qui altari seruit, de altari viuere debeat. De Præbend. Transactio præsertim non omologata ab ecclesiastico superiori, cum causæ cognitione, nõ afficit successores. Cap Veniens De Transactioo. Extra.

Secũda Pactio prioris appẽdix, Die. 25. Februar An. 1396. signata. *Iehan Tabureau procureur d'Aniou.*

Cheuelice. Expensæ funeris alicuius Prælati an fiãt de spoliis, puta sepulchrum marmoreum, vestes lugubres pro sãguineis & seruitoribus eius, Neapolit. noua Decis. 284. Antonij Capicij, *où il dit que* impensæ quæ tendunt ad viuorum amicorum solatia, & apparatus funeris, structura sepulturæ, pretiosa exequiarum pompa, quod multi induantur vestibus luctuosis, & in his Ecclesia non tenetur. Abbas ita distinguit in Cap. Vt præteritis, De elect. Sed impensæ funerum quæ tendũt ad remedium seu solatium animæ defuncti, vt impensa quæ fit circa clericos confluentes ad officium sepulturæ, & in similibus, & in illis tenetur Ecclesia, etiamsi defunctus aliũ hæredem habeat in patrimonialibus, & ita censuit Antoo. Capicius Regius Consiliarius in sacro Consil. Neapolit. Vide monasticon lib. 2. Tit. vlt. art. penult.

Qvamobrem Francica Curia sacrorum Canonum vindex 20 decreuit insigni quondam S. Consulto, Ecclesiasticos Sodales Ædis Maximi Chinonensis, nihil amplius exacturos funeraria actione, quàm vicenos ad summum asses æris à locupletissimo quoque oppidi ciue: à mediocrirer opulento, duodenos: à tenuioribus sex: ab egenis, asses rres dunraxat. Mense Mart. An. 1411. Vt Curiæ Commentariis proditum est. Quibus non malè conuenit Scoticum Edictum à Kennetho Rege latum in Ciuili sacrorum Politia adstruenda. Defuncti funus habita facultatum ratione curato. Apud Boethium Scotiæ Chronographum Lib. 10. Idque ad morem patrium, & solitam funerariæ mercedis præstationẽ redigendum docuit olim Clemens. 3. P. P. Cap. Certificari De sepulturis. Et Decius nuper Responso. 215. ex facto consulto possessionis, inter Priorem Montis Chizij & eius parœcos controuersæ in pontificio Viennę Allobrogum tribunali. Omninò autem abrogantur Gallica Constitutione actiones eiusmodi, iudiciariæque petitiones sacræ sepulturæ causa, vel ministrati sacramenti cuiusuis. Nam Caput. 15. Pan Celtij Aurelianensis de ecclesiastico Sratu, reliquit plebis arbitrio mercedem ecclesiastici ministerij. An. 1560. Pari ratione sacris ordinibus ab episcopo conferendis, Senatus nummarium lucellum abiudicauit ordinatori quantulumcumque. Parisiensium enim Senatotum Iudicio vetitus est Andium Pontifex, vel teruncium capere pro iure infularum tribuendo, nec signatorij quidem annuli intuitu. 4. Iduum Martiarum. An. 1522. Poyeto, pro Ioh. Magistro qui prouocarat: & Aligreto, pro Andensi Præsule dicentibus. His conforme citatur Curię decretum aliud, An. 1508. contra Cenomanum antistirem, tum in Carnurensem Episcopum: Saluo eo, vt quibus sacerdotia mandarint, ab iis Episcopi numum aureum signatorij annuli nomine possint accipere. Iamdudùm quoque censuit Senatus consulendum Principem, quòd immodicum pontificij annuli quæstum multi criminarenrur: vt tali emolumento modus tandem aliquis præscriberetur: Aresto. 16. Cal. Septembr. An. 1571. quùm à Summa Curia comprobaretur Regia constitutio lata. 16. Cal. Maias Eod. An. His successit Blesense Edictum An. 1579. cuius Artic. 20. prohibitum est Ecclesiasticis Præsulibus, ne quicquam vel vltrò oblatum sumant pro collatis ordinibus Ecclesiæ, sacra tonsura, libellis dimissoriis, assertoria vè chartula, quam *testimonialem* vocant. Dempta causa publici Actuarij, cui moderatè taxanda venit mercedula pro dimissoriis litteris, & assertoria syngrapha, quam pro officio conscripserit. Hæc planè de Latina Ecclesia, quid de Græca? Isaaci Commeni lege sancitum fuit, Bizantij Augusti, ne in ordinandis sacerdotibus Antistes caperet ampliùs, quàm Cæsareæ monetæ septenos aureos numos. Vnum nempe, quum simplicem Papam institueret, seu * ἀρχιγραφήν·

rres

Ecclesia collegiata de S. Mesme de Chinõ.

In Ecclesiasticis obseruationibus & ceremoniis sequenda cuiusque Regionis mos. Can vt oam. 76. Distinct. Can. illa 12. Distinct. Can. Quæ contra mores Distinct. 8. Edictum Aurelianense ad supplicationem trium statuum Regni. Arestum curiæ die 22. Mart. 1522.

Litteris Episcopi sigillatis ita demùm fides habetur in præiudicium tertij, si habeat subscriptionem duorũ testium Pano. in cap. Post cessionẽ De probat. Vbi multa alia de sigillo Episcopi, Et in cap 2. De fide instrum. Idẽ cautum Francico edicto. An. 1550. De qua Nos sup. Lib. 1.

Decretom Senatus die. 17. Augusti 1571. in modificando Edicto diei. 16 April præcedentis.

Taxa expeditionum pro Graffario curiæ ecclesiasticę.

Ordinatio Constantinopolit. Imperat.

Quo sensu Papæ vocabulum à primis Christianis vsurparetur, dicemus Lib. 3.

* Lectorem.

tres, quando diaconum: totidem, quando sacerdotē, seu presbyterum absolueret. Ex Codice Iuris Orientalis. In Gallia porrò, Episcopis infœcundus nō est anuli signatorij vsus, præter ecclesiasticas functiones, de quibus suprà. Vt notat Innocentius. 3. Cap. Cum dilectus De fid. instrum. Cap. post cessionem De probat. Interdùm tamen pontificale ius istud minuitur cōtraria profani magnatis possessione longissima. Tum enim ex publico sacræ Ecclesiæ anulo minùs emolumenti ad ipsum redit Antistitem. Vt putà, Burgundionum Dux præfractè disseruit in Senatu aduersus Heduorum Præsulem, quaslibet supremarum voluntatum tabellas Ducali anulo obsignare sibi licere, auctoréque ipso Pactionum instrumenta omnia inter sacratos etiam viros perscribi consueuisse, nullo Episcopali signo adhibito. Quam in partem Curia, ex vetusto rerum vsu, pro Burgundiæ Regulo iudicauit. Atesto. 12. Kal. Decēb. An. 1372. Quod in Acta Curiæ regestum inuenimus.

Lis inter Ducem Burgundiæ, & Episcopū d'Austun de sigillandis Instrumentis.

Curię decretum die. 20. Nouemb. 1372.

21 SACRAMENTA certè ministrantes, abiicere debent quæstus lucriq; hinc faciēdi cogitationē omnē, nec sacrosancta cœlestis vitæ adminicula poscentibus negare. Verbi gratia, Berseij in Carnutibus tēpli sacerdos abnuit parœco suo gratuitum sacræ Pœnitentiæ & Eucharistiæ sacramentum, celebri illo Resurgentis Domini festo Die. Repulsæ autem obtendit postmodùm Curio adulterij crimen, quo sus ille curialis notabatur. Hic proinde, quū à famosa sacrorū repulsa prouocasset in Senatū abusus ergò districtè cōtendit, quē leuis suspicio sceleris aspergeret, ei nō esse protinùs aqua & igni interdicēdū: Nisi Lege Iulia adulterij dānatus, ab Episcopo arceretur à Christianæ Synaxis Diuiníque epuli communione. Contrà, plebanus de parœci sui delicto antea factam * ἀνάκρισιν, remq; testibus diligēter inquisitā fuisse. Quoniam tamē appellās nondū adulterij reus peractus fuerat Ecclesiastica sententia, neque piorū consortio eiectus, huic P.C. abusiuè negatam Sacramētorum administrationē decreuerunt. Iudicato. 12. Kal. Apriles An. 1552. Sammelorio, appellantis: & Chauuelino, parochi causidicis. Aliàs presbytero Ecclesiæ licitum est, parochianum suum ex causa ingressu Templi prohibere. Cap. omnis. Et ibi Panor. De Pœnit. & remiss. Cap. 1. De offic. ordin. Can. administratores. 23. Quæst. 5. Porrò in solēnibus Nuptialis sacramēti auspiciis, quæ à plebano fiunt ex ritu Ecclesiastico, propositū est ipsi stipēdiolum quoddam pro variis Regionum moribus ac institutis. De eo quippe olim disputatum est in Senatu à Pōtifice Ambianensi contra Abbæuillanæ vrbis decuriones. Tandem iudicio definita res, ita vt sponsi pro chartula nuptialium præconiorum, assem numerarent: pro libello matrimonij assertorio, duos: Vnum item pro libellis ad alienam παροικίας dimissoriis celebrandi connubij gratia: tantumdem pro sacra genialis lecti lustratione: tredecim teruncios, pro nuptiarū solemnibus: duos, pro re diuina, sacróque ministerio tunc peragendo. Hæc & alia S. Consulto præs-

Quæstiones de sacra Pœnitentia, quas non attigerunt Canonistæ vberius explanat D. Thomas In 4 Sent. In omnibus Art. illarum Quæstion.

Eucharistia sacrosancta.

* interrogationem testium & questionem de facto habitam.

Iudicium Curiæ, die. 21. Mart. An. 1552.

De iure parochiali, & rectoriali salario nuptialium Ecclesiæ solemnitatum Lis mota inter Episcopū d'Amiens, & les Escheuins d'Abbeuille.

Banna matrimonij.

Litera attestationis seu certificationis nuptiarum.

Arestum Curiæ die. 2. Mart. An 1401. du salario Episcopi, & sacerdotum, nuptias Christiano more inter sponsum & sponsam celebrantium.

Hh

cripta sunt * πολιτικῶς, prudentérque constituta. Calend. Martiis An. 1401. Verùm de sacro ipso matrimonij vinculo, tanquam vno è septem legis Euangelicæ sacramentis, propria est Episcoporũ cognitio: Vt superioribus Titulis edocuimus. 22

Diuortij quęstio inter Henricum. 8. Angliæ regem & Elizabetam Castulonensem eius coniugem discussa est à Decio I.C. In Consil 699.

INDE etiam principes viri, si cupiant coniugij nexu ex causis canonicis solui, nouúmque amplecti Hymenæum, necesse habent Episcopum suũ pro tribunali interpellare. Reges enim ac monarchæ talibus in controuersiis fasces submittunt prouinciali Antisti-ti, aut à Romano Episcopo iudices petunt, maiorum nempe ordinum Clericos, Hierarchiæque Insignibus præcellentes. Sicuti Bonifacius. 8. animaduertit in Cap. vlt. De offic. deleg. Lib. 6. Ita diréptũ legimus connubiũ Ludouici. 7. Gallię regis & Leonoræ Aquitanæ, habito Frãcicorũ Præsulũ conuẽtu apud Belgentiũ Aureliorũ oppidũ. An. 1152. Huic autẽ Sacro Iudicio præfuêre Sanson Rhemorũ Archiepiscopus: Hugo, Rothomagi: Gottofredus, Burdigalæ: ac Lingonum pontifices. Nec multò aliter, Ludouico. 12. postulãte in Ianam Francicam vxorem, primi nominis Sacerdotes iudicare iussi à Sede Apostol. de cõiugalis inter ipsos fœderis solutione. Quemadmodùm hisce Codicillis expressum est. *Alexander Episcopus &c. Venerabilibus fratribus Ludouico Albiensi, & Fernando Septen. Episcopis &c. Humilibus supplicum, pręsertim Regia dignitate pollentium votis libenter annuimus. Exponi siquidem nobis nuper fecit charissimus in Christo filius noster Ludouicus. 12. Rex Francoaum illustris, quòd olim eo existẽte Duce Aurelianẽsi, & in duodecimo vel circa, suæ ætatis anno constituto, ac patre orbato, claræ memoriæ Ludouicus tunc Francorum Rex. 11. nobilem mulierem quondam Mariã* de Cleues *eiusdem Ludouici moderni Regis genitricẽ, vt ipsum Ludouicum moderum Regem cum dilecta in Christo filia nobili muliere Iohanna De Francia eiusdem Ludouici. 11. Regis nata, quæ eidẽ Ludouico Regi moderno quarto cõsanguinitatis gradu coniuncta, & ad concipiendum prolem impotens erat, prout adhuc existit, matrimonium contrahere faceret minis & terroribus compulit. Et deinde matrimonio huiusmodi per eundem Ludouicum modernum Regem, quem dictus Ludouicus. 11. Rex in humanis agens de sacro fonte leuauit, cum eadem Iohanna, nulla super quarti gradus consanguinitatis, & quod ex leuatione huiusmodi prouenit cognationis spiritualis impedimentis dispensatione eis suffragãte, nulliter & de facto contracto & inualido existente. Ac eodem Ludouico Rege. 11. præfato Ludouico Regi moderno effecto puberi, vt ipso matrimoniũ cum præfata Iohanna de nouo cõtraheret pręcipiente, ipse Ludouicus Rex modernus propter minas & terrores sibi per eundẽ Ludouicũ Regẽ. 11. & ab eius parte illatos, nimio mortis pauore, ac aliás per vim & metũ, qui cadere poterant in constantem virum, compulsus matrimonium cum eadem Iohanna, quanquam etiam super impedimentis huiusmodi cum eis, vt præfertur, per Sedem Apostolicam dispẽsatum non foret, de nouo contraxit. Et dicto Ludouico Rege. 11. claræ memoriæ, Carolo etiam dum in humanis agebat, rege Francorum eiusdem Iohannæ fratre relicto, interim vita functo, postquam dictus Ludouicus modernus Rex ad Britanniæ partes se contulerat, & hostiliter captus, ac per triennium vel circa*

Quòd Archidiaconi quidam iudiciũ exercent de lite connubiali, vel criminali, (vt in Cap. Literas De restitut. spoliat.) id habent ex consuetudine pręscripta, quę tribui iurisdictionem. Glo. in Cap. accedentibus De excess. prælat. Cap. Auditis De præscrip. Cap. Irrefragabili De Off. ordin.

Diploma Apostolicæ delegationis certorũ prælatorum in causa separationis matrimonij inter Ludouicum. 12. regem, & Ianam Ludouici. 11. regis filiam, coniugem suã Die. 30. Iulij An. 1498.

circa carceribus detentus & tandem ab ipsis carceribus liberatus fuerat, ipse qui vi & metu prædictis durantibus per. 25. aut. 26. annos vel circa, eidem Iohannæ cohabitauerat, quique in eandem Iohannam mente & voluntate nunquam consenserat, dicto Carolo Rege vita functo, & vi ac metu prædictis cessantibus, contra huiusmodi matrimonium statim reclamauit. Quare pro parte dicti Ludouici moderni Regis nobis fuit humiliter supplicatum, vt matrimonium huiusmodi nullum declarari mandare, aliásque præfato Ludouico moderno Regi, & Statui suo in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostol. dignaremur. Nos igitur &c. Fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus coniunctim per vosmetipsos vbicunque fueritis procedentes, vocatis dicta Ioanna, & aliis qui fuerint euocandi, de præmissis omnibus & singulis auctoritate nostra vos diligẽter informetis. Et si per informationem eãdem vobis legitimè cõstiterit, quòd dicti Ludouicus modernus Rex, & Ioanna fuerint quarto consanguinitatis gradu coniuncti, vel quòd dictus Ludouicus Rex. 11. dictum Ludouicum modernum Regem de sacro fonte leuauerit, nulláque dispensatio fuerit subsecuta, seu præfatus Ludouicus modernus Rex per vim & metum matrimonium cum præfata Iohanna contraxerit, visque & metus huiusmodi vsque ad obitum præfati Caroli Regis ipsius Iohannæ fratris perdurauerint, aut præfatus Ludouicus modernus Rex per tempus à Iure statutum præfata Iohannæ cohabitauerit interim, consummationi matrimonij operã dando, quódque dicta Iohanna liberos parere non possit, aut de aliquo alio legitimo impedimento, propter quod inter ipsos Ludouicum modernum Regem, & Iohannam matrimonium canonicè subsistere non potuit, matrimonium horum nullum fuisse & esse dicta auctoritate declaretis, prout de iure fuerit faciendum: facientes quod declaraueritis per censuram Ecclesiasticam firmiter obseruari. Et nihilominus, si declarationem huiusmodi per vos, vigore præsentium fieri contigerit, vt prefertur, eidem Ludouico moderno Regi cum alia muliere, quam de iure poterit ducere in vxorem, matrimonium aliàs ritè contrahendi licentiam dicta auctoritate largiamini &c. 3. Kal. Aug. An. 1498. Pontificatus An. 6.

Inter baptisatum, & filiam baptizãtis oritur cognatio spiritualis impediens & dirimens matrimoniũ inter eos contrahendum Cap ex literis De cognat. spirit. Et filiæ suæ filium quem de sacro fonte suscepit, nullus tradere audeat. Can. Non oportet. 30. Quæst. 3.

Die. 30. Iulij. An. 1498.

Quibus ex Põtificiis literis obiter elicito, alterius cõiugum sterilitatem, iustam fuisse Gallis rescindendi causam matrimonij: Quã aliàs Romana Ecclesia vulgò nõ admittebat. Vt planum facit Alexandri. 3. Epistola Decretalis ad Ambianorum Episcopum, quæ recens èdi-

Cap. Quod Sedem Apostolicam consulis, Tit de frigidis & maleficiat.

Le Lundy 12. iour d'Aoust 1602. à l'audience de la grand Chambre entre 2. Mariez Tourangeaux, Robert plaidant pour la femme appellãte comme d'abus d'vne Sentence de l'Official de la Primace de Lyon. & Baaffant, pour le mary pretendu impuissant intimé. Sur ce que en matiere de nullité de mariage pour l'impuissance dudit Mary, apres la Visitation & congrez des parties ordonné & executé, ledit Official de la Primace, en amendant les Iugemens des precedens Officiaux, qui apres ladicte visitation & congrez auoient declaré ledit mariage nul, il auroit dit, que suyuant la disposition canonique, lesdits mariez qui auoient demeuré 2. ans ensemble paracheueroyent leur triennium, (ex Cap. Laudabilem, De frigidis & malef.) *ensemblement, se confesseroient, & prendroient le S. Sacrement, pour apres l'an faisant la fin dudit* triennium *estre pourueu ausdites parties, sur l'annullation ou confirmation dudit mariage. Dont appel comme d'abus, comme n'estant plus ledit* triennium *vsité en l'Eglise Gallicane,* post notoriam mariti impotentiam *par ladite visitation & congrez prealables. La Cour dit qu'il a esté mal & abusiuement &c.*

Pareil Arrest a esté donné en la grand Chambre à l'audience le Lundy 19. iour de Ianuier 1606. plaidant, Moreau pour Damoiselle Suzanne de Vslatte appellant comme d'abus d'vne Sentence du triennium, *donnee par l'Archeuesque de Rheims en matiere de mariage, & Lambin Aduocat de Iehan d'Auernal escuyer intimé. Il est dit mal & abusiuement, parce que, sur la frigidité & impuissance de l'intimé, il y auoit eu visitation de l'intimé & iugement du congrez donné par l'Euesque de Noyon, sur l'execution duquel il auoit esté demandé deluy, duquel esté debouté il appella dudit congrez, sur lequel appel en emendant le Iuge de Rheims ordonne que le Chap. Laudabilem pour le* triennium *sera obserué.*

tæ ignotarum Decretalium Collectioni inseritur, hoc verborũ schemate. Quod Sedem Apostolicam consulis super iis quæ dubia tibi existunt, gratum gerimus, &c. Verùm licet Ecclesia Romana nõ cõsueuerit propter naturalem frigiditatem, nec propter alia maleficia legitimè coniunctos diuidere: si tamen Cõsuetudo generalis Gallicanæ Ecclesiæ habet, vt huiusmodi matrimonium dissoluatur, Nos patienter tolerabimus, si secundùm illam consuetudinem eidem mulieri, cum voluerit, nubendi in Domino concesseris facultatem. Sicut enim puer, quia non potest reddere debitum, non est aptus coniugio, sic quoque qui impotentes sunt minimè apti ad contrahenda matrimonia reputantur. Cap. 3. De frigid. & malefic. Eum verò Galliæ morem altiùs repetere possumus, non ex Caruiliano Ethnicæ Romæ diuortio, sed ex Francica lege Karoli Mag. ita concepta. *Si vir & mulier iunxerint se in matrimonio, & postea dixerit mulier de viro, non posse nubere cum eo, si poterit probare quod verum sit, accipiat alium: eo quod iuxta Apostolum non potuit illi reddere debitum.* Lib. 6. Capitulorum. 91. Eamque Karoli constitutionem exscripsit ad literam Fulbertus Carnutum episcopus, quingentos ante annos Epistola. 48.

Sp. Carbilius vxorem suã primus apud Romanos repudiauit, quòd ex corporis vitio sterilis esset: cùm iu.tet virum & vxatẽ à condita Vrbe ad. 523. annum vsque nullum repudium fuisset. Auctore Halycarnass. li. 2. Et Valerio Max. lib. 21. Cap. 2.

Ex Capitulari Karoli Mag.

AlManach, Arabica voce quasi articulos dinumerare. In Calendario enim numerantur menses & dies.

VBICVNQVE Pontificia sanctio nominatim cauit de lege 23
Diœcesana Episcopi, hanc videtur eatenùs secernere à lege Iurisdictionis voluisse. Aliàs vnica Antistitis Lex fertur Diœcesana cuius ambitu continetur lex Iuridicæ Potestatis. Vt ait Innocentius Romanarum Decretal. Interpres, in Cap. 1. De statu monach. Panormit. in Cap. dilectus De Offic. ordinar. Exin meritò Diœcesanæ Legi tribuerimus eorum libellorum censuram, qui annalium Prognosticõn titulo venales circumferuntur. Edixit enim Princeps noster, annarias huiusmodi Ephemerides publicas, nec formis excudi nec venum exponi antea oportere, quàm ipsarum censori, Episcopo probarentur. Regia Constitututione Aurelianensi, An. 1560. Art. 26. & Blesensi An. 1579. Art. 36. Quinetiam Romæ vetita est Scripti cuiusuis editio nisi priùs à Vicario sacríque Palatij Magistro subsignati: vel extra Vrbem, ab Episcopo seu Inquisitore. Vt Bullato diplomate Leonis. 10. cautum fuit. 4. Nonas Maïas An. 1515. quod in Bullario Romano lectitatur. Agedùm, quid si chalcographus illa Anni Calendaria mandarit typis, & in prometcio habuerit, inconsulto ciuitatis pontifice, An quasi spreto huius imperio, pœnali in illum lege animaduertetur? Puniendum decreuit Præfectus Vrbi Parisien. At Senatum appellantis Nos ita causam publicè tuebamur forensi patrocinio, non fuisse prorsùs Annariæ Prædictionis vsu ac commercio Lege interdictum, nisi quid tali Prognosi vltra statutos Mathematum limites adscriberetur: Vt pote de Statu Regni, deque Reipub. summa quam fatidicos Vates minimè decet animo præsumere, sed anni solùm distinguere tempestates ad opportuna rustico operi tempora, aruorum fruges, corporúmve salubritatem

Bulla Leonis. 10. P. P. die. 4. Maij An. 1515. quæ est in Libro Literarum Papalium à Gregorio. 7. vsque ad Gregorium. 13. Collectaneo, nuper impresso An. 1579.

Qui Homerum allegoricè exponunt, per illam Icari fabulam, qui factitiis pennis cœlo tenuiore se cõmittens in mare præcipitatus est, Astrologos aiunt designari, qui pẽnis temerariæ professionis in cœlũ se sustollentes, cùm de cœlestibus suis dogmatis quibus sublimari videntur, quid sint

ſalubritatem temperiémque obſeruandam. Atque idipſum ſolum anni prognoſtes Viartus Libello complexus fuerat, de quo iſthîc agebatur. Quod & Agricolæ veteres ex ſyderum fixorum ortu & occubitu factitabant. Vt Heſiodi ἔργοις traditum eſt, quæ Ephemeridum loco à priſcis mortalibus habita fuêre. Proin duarũ artium Agriculturæ & Mercaturæ regulam eſſe Aſtronomiam teſtatur Maro in Georgic. Concedebam vtique, Mathematicos, genus hominum cenſeri Principibus infidum, credentibus fallax, ideóque Romana ciuitate exploſum fuiſſe. Varronis rurſùs ſententia, omnium ſuperſtitionum vanitatem ex Aſtrologiæ ſinu profluxiſſe. Verùm iſta in eos detorquenda qui de ciuili Prouinciæ, Regnorũque Politia ex Aſtronomicis dogmatis diceptent, qui futurorum euẽtus, ceu Diuinæ prouidẽtiæ decretorũ prædicturos ſe auſint polliceri. Sicuti M. Tullius ſcribit Põpeio, Craſſo, & Cæſari à Chaldæis prædictũ, neminẽ eorũ niſi ſenectute, niſi domi, & cũ nominis claritate morituũ. Quod tamẽ lõgè ſecus euenit. At lõgè diuerſũ de ſyderalis ſcientiæ peritis, qui corporum valetudinem, agrorumque fertilitatem ex cœli temperie probabiliter coniectarent. Hos enim penitùs ſpernendos non eſſe, Thales Mileſius quaſi digito commonſtrauit, indice rerum euentu. Nam quùm ex aſtrorum inſpectione ſequẽtem annum oleis vberrimum fore proſpexiſſet, venditores præoccupauit, diu ante olearum eius anni fructibus viliore pretio comparatis: quòd ſuperioribus iã aliquot annis vber olearũ prouentus extitiſſet. Itaque eo anno, vt ipſe præuiderat, oleis affluente, poſteróque viciſſim infœcundo, ingens lucrum ex coemptis aſſecutus oſtendit perſpicuè, quantùm ex ea arte conſequi poſſent, qui rei familiaris amplificationem animis deſtinarent. Vt inquit Ariſtot. in Politic. Nec improbata ſunt Laurentij Miniatenſis ſtudia, qui primus abhinc ſeculum publica anni Vaticinia condere cœperit in Vrbe Roma, pietatis ſanctitatíſque ſeminario. Quem poſtea ſcribendi ritum imitati ſunt compluſculi. Vt refert Volateranus. Anthropologiæ Lib. 21. Cap. vlt. Quinetiã multis antè ſeculis, Oenopides Chius in ea, quam Olympiis dicauit, Legum tabula deſcripſit Aſtrologiam vndeſexaginta annorum, affirmans hunc fore magnum annum. Teſte Æliano. Variæ Hiſt. lib. 10. Citabam inſuper eximium Periclis de eo iudicium, qui obſcurato repente Sole, cùm inuſitatis perfuſæ tenebris Athenæ ſollicitudine angerentur, interitũ ſibi cœleſti obnũciatione portendi credentes, proceſſit in medium, & quæ ab Anaxagora præceptore de Solis, Lunæquè curſu acceperat, luculentè diſſeruit, nec vlteriùs trepidare ciues ſuos inani metu paſſus enarratur à Valerio Lib. 8. Cap. 11. Per hunc modũ Agathocles, Solis eclipſi conſpecta, rationẽ eius milites edocuit, ne vano pauore perculſi, à ſuſcepto bellicæ expeditionis curſu reuocarẽtur. Nil penè abſimile de Sulpitio Gallo prodidit

prædicturi, cogitant, in pelagus ruunt mẽdaciorum. Tamen D. Hieronymus in Hexameron, cum ante, inquit, dies aliquot eſſet ſermo de pluuia quæ forte vtilis diceretur, ait quidam, ecce Neomenia dabit eam. Sed nullus imber effuſus eſt; donec precibus Eccleſię ſcilicet, imber datus manifeſtaret, non de initiis Lunæ cum ſperandũ eſſet de prouidentia miſericordiáq; creatoris.

Pino Ordelapho Principi Foroliuienſi, cui Lucretia Ioh. Pici Mirandulæ ſoror nupſerat, quo anno obiit, omnimodam vitæ incolumitatẽ fuerat pollicitus Hieronymus Manfredus aſtrologus ſingularis. A quo tamen nil mirandum minùs præuiſam aliorum mortẽ, qui nec ſuã ipſe præuiderit. Nã cùm proxima poſt æſtate vita ſit functus, in eius tamen anni Prognoſtico, qui ſcilicet ei fuit fatalis multa, & mira ſequenti anno dicturum ſe ſpondebat. Vt refert Ioh. Picus In Aſtrologiam lib. 2. Cap. 9.

vetustas, qui serena nocte oborto Lunæ defectu, ex quo perterrita Romana acies manus cum hoste conserendi fiduciam amiserat, peritè adeò de cœli ratione disputauit syderúmque natura, vt alacrem exercitum in confertissimas hostium turmas immiserit. Ac parta mox victoria, fecit cœlestium corporum cognitio, vt victrices Aquilæ, & Romani milites triũphali lauro cõspicui spectarentur. Auctore Plinio, Natural. Hist. Lib. 2. Cap. 12. Dicebam ergo, inuidendã nõ esse clienti meo Prognostecῶn anni editionem atque cõmerciũ, quibus aliud nihil ex astrorum motu & obseruatione prænuntiarit is, quàm vel frugum sterilitatem, vel morbos hominibus pecorivè imminẽtes, terræ motus, exortus cometæ, fructuũ etiã vbertatem alicubi, ac inũdationum tempora. Cuiusmodi Astrologicæ Ægyptiorum Prædictiones à Diodoro celebrãtur. Rer. Antiq. Lib. 2. Cap. 2. Nam & Aristoteles docet, mũdum hunc inferiorem superioribus motibus esse contiguum, vt inde necessariò eius virtus gurbernetur. Sic Aurelius quoque trãdit Augustinus, per subtiliora corpora regi crassiora hæc atque moueri. Galenus necnon duplicem memorat Lunarẽ influentiã quarũ altera sit à Sole, cui9 accipit Luna lumẽ, altera à signis reliqui Orbis, quæ motu proprio singulis mensibus permeat Luna. Tum ponit ex sententia Astrologorum, quasique experientia comprobatum, in oppositis locis atque quadrangulis, magnas à Luna corporum & humorum commotiones excicitari. Lib. 3. De diebus criticis. Nec tamen inficiabar, consultiùs facturum fuisse clientem nostrum, si Prognostica, de quibus contentio erat, Præsuli dispicienda probandáque exhibuisset, antequàm Typographicis operis committeret. Verùm ipsa re ne tãtillũ quidẽ dispendij ad Rẽpublicã ex libelli publicatione redundare, neq; aduersarij etiam interesse, nisi ex immodico priuati quæstus studio, quod talium librorum typographiam commerciúmque is sibi vni Regio diplomate assereret. Quare, Ameloto licet aduersæ partis causam agente, *Patres* secundùm appellantem pronuntiarunt, litigatoribus dein foro & curia facessere iussis. Decreto. 5. Idus Febru. An. 1569. in pomeridiana fori concertatione inter Gulielmum Niuertum, pro quo Amelotus, & Magdalenen Berthelinam viduam Theobaldi Bessaudi chalcographi, pro qua egimus, inuicem altercantes.

Porphirius verò scribit, Plotinum, qui in Platonica familia primæ ferè auctoritatis habetur, cum diligẽtem Astrologiæ operam dedisset, comperisse diuinatricis eius artis vanitatem & prędictionũ Astrologis fidẽ abrogasse. Quare libro quoque dicato, cui titulus de Stellarum efficientia, dogmata Astrologorum risit, & confutauit. Itẽ Nicolaus Oresmius summus Philosophus & Mathematicus, Astrologicam superstitionem peculiari Cõmentario insectatur.

Arestum Curię die. 9. Februar. An. 1569. *en plaidant aux apresdinees, par lequel l'appellation & sentence mis au neant, & les parties hors de court & de proces.*

NVMERATVR inter capita Legis Diœcesanæ ius ad exequias, 24
conuocandi Cleri. Moribus enim quarumdam Ecclesiarum comparatum est, vt Præsul celeberrimis honestatus exequiis sepulchro inferatur. Panormitano teste in Cap. Dilectus De offic. ordin. Et in Cap. vt præteritæ De elect. Tum Innocentio Pontificiarum Legum professore, & in Cap. 1. De statu monach. Sed funerarios sumptus ita distinguit Aufrerius in Decis. 497. Capellæ Tholos. post Abb. Sicul. in sua Disputatione, quæ orditur. *Sempronius &c.* Alia impẽdia solemnes inferias respiciũt ad defucti manes expiãdos, seu vt aiunt,

In Chartario Ecclesiæ Andegauen. extat Bulla Adriani 4. P.P. confirmans antiquã eius Ecclesiæ consuetudinem quòd mor-

in solatium

in ſolatium ac remedium animæ, tunc hæ impenſæ fieri debent ex ærario ſacræ Eccleſiæ. Argum. Cap. Apoſtolicæ De donat. Can. bonæ rei. 12. Quæſt. 2. Alij verò ſumptus fiunt in ſolatium & pompam viuorum, vt inſignis lugubrium veſtium apparatus, & hoc genus, alij, tunc è bonis Epiſcopatus ſumendi non ſunt, verùm ex priuato demortui peculio ac patrimonio. Iam de eo dubitatum eſt, hûm in parœciaca Æde, quæ Canonicorum Societate aucta ſit, ius efferendi funeris penes hanc foret Societatem, an verò penes Æditaos, aut vicarium templi parochum, ſeu fiduciarium animorum curatorem, qui à pragmaticis Vicarius perpetuus nuncupatur. Nam Sodales fani Mederici Pariſien. mouerunt retinendæ poſſeſſionis interdictum aduerſus Æditaos ſeu *Matricularios*, triplici de cauſa. Quòd iſti ducendi funeris ad tumulandum cadauer ſibi poteſtatem arrogarent, ſacrandæque diebus Dominicis aquæ, ac libaminum capiédorum, quæ ſanctiſſimis Aris in dies offerebantur. Senatus decreuit, interdicto Vti poſſidetis, ex controuerſiis hiſce capitibus locum eſſe, eóque ad Præfectú Vrbi reiecta poſſeſſoria cognitio. 9. Kal. Martias An. 1538. Thuano, Magiſtro, & Capello litigatorum patronis. In promptu ratio eſt, Canonici primarios ſe ferebant parœciæ Rectores, quorú auctoritate Eccleſia Capiceriis duobus curanda mandabatur. Iuxta Eccleſiaſticum morem Canonicorum regularium Eboracenſis Angliæ diœceſis, ad quos Alexáder. 3. reſcribebat. Ca. Auaritiæ. Cap. de monachis De Præben. Idque à Clemente 4. ſancitum fuit. Cap. 1. de Præben. In. 6. Et à Clemente. 5. in Concilio Vienneſi Cap. 1. de iure patron. Obiter tamen animaduerte (quod à Bohico nominatim relatum eſt) Ædis Mederici Canonicos, Stephani, & Benedicti Pariſien. tanquam ſingulares haberi ſacerdotes, non certi velut corporis ac Sodalitij collegas. Quippe qui ſummo Lutetianæ Eccleſiæ Collegio purè ſubiiciantur. Henr. Bohic. in Cap. 1. De Elect,

tui Caunnici funeri ducendna deſſe alıns nporter, & Epiſcopū, ſi ſit ın vrbe, rē diuinā facere, aut abſentcen, Abbatem quendam, & in eorum abſentia, Canouicū Eccleſiæ.

Eccleſia Parochialis ſimul & Collegiata.

Areſtum Curiæ die 22 Febr. An. 1538, *entre les Chenetiers & Chanoines de l'Egliſe de S. Merry à Paris, & les Marguilliers de ladits Egliſe.*

HiCapicerij duo ſunt cannnicorum collegę & hoc amplius, Parœcianotum curinnes,

Diœceſis *Diorck* in Anglia.

S. Eſtienne des Grez.

Bulla Gregorii P. apud vrbem veterem 10. Calend. Auguſti. An. 1. Pōntific conſtat hos cannnicos S. Benedicti habere capitulū, *en ces mots,*

Ad audientiam noſtram peruenit, quod dilecti filij Capitulum Eccleſiæ S. Benedicti Pariſien. *Qui eſt une confirmation des baux à rente, & alienations licitement faites par ledit Chapitre, pour monſtrer que leſdits Chanoines* habent Capitulum.

15 Nostra itidem memoria, in Senatum venit ſimilis Canonicorú quæſtio Ædis Germani Pariſien. cum Ren. Benedicto fani Euſtachij parocho, tanquam merè vicario curialis eius phani ſacerdote. Hic enim abuſus nomine prouocarat in Curiam, quod ſacer Magiſtratus Lutetiæ addixiſſet illi canonicorum Collegio ſacras libationes, & alia parœciaci iuris emolumenta pleráque, An. 1519. Sed à Canonicis ad ea opponebatur, primarios ſe eſſe templi Euſtachij curiones, variorúmque templorum Pariſienſium. Appellantem fiduciario tantùm rectoris munere defungi in parœciaco Euſtachij delubro quale perpetui Vicarij obire ſolent. Inde ſacros Iuridicos eadem curialis functionis præmia ſibi olim adiudicaſſe contra fiduciarium Ædis Euſtachij preſbyterum, ſeu Vicarium. An. 1200. 1224.

Ab hac collegiata & parochiali eccleſia S Germani *de L'auxerrois* in vrbe Pariſ. ſemoti ſeparatique ſūt hodie quodammodo Habitantes ſuburbia D. Honorati, quorū poſtulatione Epiſcopus erexit Capellam, ſeu Eccleſiam auxiliariam, vulgò ſuccurſalem titulo S. Rochi, cum onere tamen agnoſcendi matricem illam Eccleſiam rectoralem. Sententiā erectionis Die. 18. Auguſti An. 1578.

Appoincté au Conseil en Parlement, die 2. Mart An. 1570. inter Canonicos Ecclesiæ collegiatæ S. Germani *de l'Auxerrois, à Paris*, & eorum Vicariũ in alia Ecclesia S. Eustachij.

1354. & 1380. Has de hinc sententias in pari controuersia secutum Ordinem Ampliss. Iudicato An. 1505. & 1537. pro Canonicis phani Germani: Capello aduocato Fisci dicente. Senatus causam vtrinq; actam in consilium misit. Postridie Cal. Martias An. 1570. Mancheuello, appellantis: & Chiparto sacri Collegij causidicis. Sed paulò post, obuentiones illas parœciacas iudicio euicit sacrum Sodalitium D. Germani, decretúmque est, res antiquitùs iudicatas, pendente noua ista prouocatione, quæ abusus titulo interposita erat, executioni mandari: iuxta vetus inter eosdem Patrum Consultum. 14. Cal. Martias An. 1503. Vindiciario Curiæ placito. 3. Idus Martias An. 1570. Templi quidem administer ex prouentu Ecclesiæ alendus est, Alexandri 3. rescripto Ad audientiam in Vers. obuentiones ecclesiasticas percepturum De ecclesi. ædific. Cap. Cum clerici de pact. & Clementis Epistola 2. ad Iacobum In Can. Ecclesias per congrua & vtilia facite loca, quas diuinis precibus sacrari oportet, & nõ à quoquam grauari. Causa. 16. Quæst. 7. Isthîc tamẽ Senatui placuit, sacras oblationes, quæque à Christiana plebe sanctis Altaribus porriguntur, ad matricem Ecclesiam curionemque primarium pertinere; vel Vicarium perpetuum exoluere quotannis debere matrici Ædi trecentas libellas Parisien. quas antea I. Gallus Canonicis pactus fuerat, quùm Vicario illotum munere in D. Eustachij Basilica diuinis operaretur. Quòd si Sacellum aliquod sit intra parœciam Ec-

Curiæ placitum die 16. Febr. An. 1503. Prouisionale iudiciũ Curiæ, die 13. Mart. *& du 2. Sept.* 1570. quòd oblationes pertineant ad primitiuã Ecclesiam parochialẽ. non ad succursalem, quam vocãt *le secours ou annexe*. Vel pecuniaria quædam compositio soluenda est primitiuo rectori à Vicario in succursali Ecclesia deseruiente.

Sentence contradictoire du Preuost de Paris, du 18. May 1396. entre le Chappitre de S. Germain de l'Auxerrois demandeur en complainte, & M. Iaques Petit, Curé de S. Eustache defendeur. Veu, &c. Au demandeur appartiendra toute la cire de l'Eglise S. Eustache, en fournissant tout le luminaire necessaire. La moitié des reuenus & oblations de S. Eustache appartiendra au Curé, & l'autre moitié aux demandeurs, auec celles des 4 grandes festes de l'an, du Vendredy benest. & de la feste S. Eustache, &c. Sentence possessoire conforme, du 3. Feurier 1519. par Iuges delegues de l'Euesque de Paris. Sentence de l'Archeuesque de Sens confirmatiue, du 16. Decembre 1539. Auec M. Iean le Coq Curé de S. Eustache successeur de M. Iean Balue curé lors dudit an. 1519. Le tout conformement à la sentence de Reginaldus Ecclesiæ Parisiensis minister *de l'an 1240. tant d'ans.*

Autre Sentence du 7. Septembre 1504. confirmee par Arrest du 14. Ianuier 1504. auec M. Antoine Paris, Conseillier de la Cour, curé de S. Eustache, la sentence conforme aux autres, donnee en execution d'Arrest du 16. Feurier 1503.

De la parroisse de S. Germain de l'Auxerrois, les limites anciens estoient depuis le Pont au change, iusques à sainct Cloud, de S. Cloud, à S. Ouin, de S. Ouin à la Croix du Lendit, & de ceste croix à la chaussee reuenant au pont au change, au dedans desquels limites fut construite vne Chappelle S. Agnes, qui depuis a esté erigee en Parroisse de S. Eustache: & vne chappelle de la Tour, qui depuis aussi a esté erigee en parroisse de sainct Sauueur.

Sentence arbitrale die Iouis proxima ante festũ B. Magdalenæ, *l'an 1223. donnee par Guillaume Euesque de Paris. Iean de Montmiral & Hebert Chanoine de Paris, entre le Chappitre de S. Germain de l'Auxerrois. Et Simond prestre de S. Eust. &c. Veu, &c.* Sic ordinando pronunciamus, vt Decanus S. Germani Autissiodorens. Parisiens. habeat idem ius in Ecclesia sancti Eustachij in prædictis oblationibus & obuentionibus, quod habet in Ecclesia S. Germani Autissiodorens. Parisiens. eundem Decanum ab impetitione præfati presbyteri super his absoluentes.

Partition solenelle faite par le Chappitre de S. Germain de l'Auxerrois à Paris l'an 1565. de tous les benefices, comme Chappelles, Cures, Vicaireries, parauant appartenans à la Collation dudit Chappitre en commun: Et par ceste partition le droict de nomination desdits benefices vacans est attribué & annexé à certaines Chanoinies & prebendes, & la collation audit Chappitre. Ladite partition omologuee par Arrest de la Cour du 24. Iuillet 1566 apres la patente du consentement & approbation du Roy Patron & fondateur de ladite Eglise de S. Germain. Il y a eu aussi omologation du Pape, & de l'Euesque de Paris.

clesiæ, sacra libamina illîc donata non cedunt Sacello, sed Ecclesiæ parochiali. Vt Innocentius. 3. constituit, Cap. Pastoralis De his quæ fiunt à prælat. Lapus allegat. 58. Panor. In Rubr. de Paroch. Et in cit. Cap. Pastoralis. Quo loci sensit etiam Abbas, sacra facienti intra Ecclesiam alterius oblationes factas, cedere pastori ecclesiæ, non autẽ ei qui rem diuinam celebrarit. Argum. Cap. requisisti De Testam. Nec immeritò, quùm presbyter Ecclesiæ plebeia illa munera solemni benedictione consecret, sacratorúmque portionem parœcis distribuat. Quas idcircò Eulogias seu benedictiones vocarunt antiqui.

Earum vsum inuexit Nannetense Concilium, Cap. 9. de Eulogiis populo à presbyteris dandis, vt de oblationibus, quæ offeruntur à populo & consecrationi supersunt, vel de panibus quos offerunt fideles ad Ecclesiam, vel certè de suis presbyteris conuenienter partes incisas habeat in vase nitido, vt post Missarum solemnia qui cõmunicare nõ fuerunt rati, Eulogias in diebus festis exinde accipiãt, & illa vnde eulogias presbyter daturus est, antè in hæc verba benedicat &c. De quo etiam Yuo Carnutensis. Decreti parte. 2. Interdũ tamen, ciuili modò patiuntur sacras oblationes Canonici matricis Basilicæ sacræ, cùm eorum Vicario perpetuo in eadem parœciaca Æde, vt Dominicis Festisque aliis diebus ordinatiis ibidem factæ extra Chorum canonicorum, spectent ad Vicarium: solemni autem Paschate, Pentecostæ, Diuorum omnium, Natalitio Christi, patronoque Templi festo Die oblata Aris munuscula, competãt Decano & Canonicis, tanquam primariis Parœciæ rectoribus. Ita transactum est olim negotium à Sodalitio canonicorum D. Germani Parisien. cum suo eiusdem Parœciaci phani Vicario perpetuo. An. 1224. Quam Senatus Transactionẽ custodiri præcepit, donec forensis litigatorum illorum controuersia postremò definiretur. 6 Idus Martias An. 1573.

Concil. de Nantes, in tom. 3. eulogiæ benedictiones.

Curiæ Arestũ prouisionale entre les Chanoines de S. Germain de l'Auxerrois à Paris, & leur Vicaire perpetuel de ladite eglise parochiale de S. Germain die 10. Mart. An. 1573.

26 PERSPICVVM fit ex hoc præcedentibúsque rerum iudicatarũ exemplis, quàm propensa sit Regij Senatus in Sacerdotalem ordinem voluntas, quanta & ciuilis Magistratus cum Ecclesia in mutuũ auxilium conspiratio. Sicuti enim Hierarchæ, spiritalis, ita Monarchæ, profani gladij ius habent. Vt Nicolaus P.P. scripsit Albino cuidam Archiepiscopo Can. Inter hæc Causa. 33. Quæst. 2. Et Gelasius 1. Pontifex Anastasio Cæsari, in Can. Duo sunt quippe Imperator Auguste, quibus principaliter hic mundus regitur, auctoritas sacra Pontificum, & Regalis potestas, &c. Distinct. 96. Huc vergit quodammodò vetus Græcorum apophtegma,* πρὸ πάντων σέβου τὸν θεὸν, βασιλέα τίμα. Quinimò. D. Bernardus vtrumque Imperium verè attribuit Eugenio. 3. Præsuli Max. Sed ita, vt sacrum modò retineat vsu, possessione, seu executione ac exercitio. Quare (infit ille) denuò vsurpare gladium tentas, quem semel visus es reponere in vaginam? Quẽ tamen, qui tuum negat, non satis videtur attendere verbum DOMINI, sic dicentis, conuerte gladium tuum in vaginam. Tuus ergo est, etsi non tua manu euaginandus. Hæc Bernardus, De Consideratione Lib. 4. ad Eugenium. Proin diuisi sunt inuicem Potestatis vtriusque executores ac Magistratus, auctore Nicolao Pontifice, ad Michaëlem Græcum Cæsarem. Can. Cùm ad verum ventum est. Distinct. 96. Quò fit, vt optimi Antistites minùs ægrè ferant suorum aliquandò Iudicum sententias abusus nomine infirmari Principalibus Senatusconsultis, si quid à Pontificio Iuridico in profanæ auctoritatis iura priscósve Canones decretum sit: ne promiscuis actibus humanorum negotiorum functiones conturbentur. At-

Tanta est inter Regnũ & Pontificatum affinitas atque coniunctio, vt Homerus itaceciuerit, Rex vnus cui scepira dedit, veneranda que iura Iuppiter. Idem Diotrephis vocat Reges, quasi à Ioue nutritos. Hinc & scitum illud Romanorum Imp. Principatus nonnisi fato dari.

* Imprimis Deum cole, Regem autem honora.

gum. Legis Iustinianeæ Consulta Diualia De testam. Et l. repetita Cod. De episcop. & cler. Quanquam mihi hercle parùm arridet Libellus de Duplici illa Iurisdictione, dicatus olim Karolo. 5. Francorum regi: eo quidem scriptoris animo, vt Pontificij imperij maiestate depressa, Regiam subueheret altiùs latéque diffunderet, non sine graui Aulicæ assentationis suspicione. Codex iste, continua Militis & Clerici dialogo, Iuridicam excutit Pontificis simul ac Regis potestatem, addita huius Tituli *Somnium Viridarij*, præscriptione. Nec me quidem fugit, Caroli illius Principis seculo, ac paulò superiori euersam fuisse propemodùm in Gallia omnium Ordinum disciplinam, cœtúsque Ecclesiastici mores planè deprauatos. Vt passim enarrat non modò Frossartus, (Hist. Lib. 1. Cap. 211.) sed & Ianus Pineus Medicæ quódam artis professor, qui Francicam morum corruptelam perosus, Volumen Gallico stylo composuit. An. 1340 hac epigraphe, *Mandeuie*, seu, *Le châp vertueux de bonne vie*. Huius Libro. 5. debacchatur Auctor in sacrorum Ministrorum vitam, Fratcorúmque delicta præsertim sacerdotum: Tanta exacerbati animi contentione, vt is relicta Gallia, variísque pererratis regionibus, vltimas mortalis curriculi sedes in Eburonibus delegerit. Leodij demùm tumulatus in monastica Æde Vilhelmitana. Anno Virginei partus. 1372. Vt Guicciardinus memorat in Belgica Chorographia. Nec longè antea solutiores Francici Cleri mores notauit Innocentius. 3. P. P. Cap. Inter dilectos In verb. iuxta consuetudinem Gallicorum Clericorum De excess. prælat. Vbi aleatores ac fœneratores Clerici nostrates increpantur: ne talem viuendi rationem sectatus quis ordinetur à Pictauensi Cantore succentor in maximo Pictonû téplo, quem Græci [Greek] appellant. Non eò tamen vetera hæc memoria repetútur à nobis, vt de Leuitici Ordinis moribus iudiciû Principis esse, nedùm Ecclesiæ, cuiquam persuasum velimus: Verû vt si quid à sacerdote admissum sit interim, quo Politica vitietur externáque priscorum Canonum obseruatio, idipsum vindice assertoréque Senatu Regio, in integrum restituatur.

Hic Liber Christiane censura damnatus est, vetitaque eius lectio à Tridentina Synodo Catholicæ Ecclesiæ.

Isthic Frossartes narrat *les prophetses du Cordelier d'Auignon, frere Iean de Rochetaillade* de futuris Galliæ ærũnis ob corruptos Sacerdotum, & procerum mores, An. 1346.

Pictauensis Cantoris beneficio Succentoriam dignitatem in Cathedrali Pictonû Ecclesia deferri.

Exhinc celebri S. C. prohibitum est, ne Clerici alienarum litium 27
procurationem gerant, séque forenses præbeant prophanæ controuersiæ institores. Postridie Idus Sextiles. An. 1551. Ex Carthaginensi Concilio. 1. & 4. cum Cypriani Epistola. 9. lib. 1. ad Clerum Furnensem Can. credo Can. placuit, & Can. sequenti. 21. Quæst. 3. Item Innocentij 1. Epist. 4. Can. 3. & Epist. 24. Can. 2. & 4. Secus dicendum de propria Sacerdotis causa vel Ecclesię suæ, cuius mandatu sacratus vir haud illicitè forensi tractat negotia in publico prophanóque Tribunali. Ca. 11. Tarraconensis Concilij in Can. Monachi. 16. Quæst. 1. Eugenius. 3. in Cap. insuper De testibus Innocentius. 3. Cap. cum deputati De iudic. Cap. 2. De postul. Argumenti causa Archiepiscopali Turonum Collegio ius est Pontificio diplomate, Vicarios deponere, méstruo spacio absentes, à Templo quorum

S. Consultum Parisiê. Die 14. August. An. 1551.

Adde quòd forenses institutores seu pragmatici (vulgo Sollicitatores) non habent priuilegium fori Requestarum Palatij Parisien. vt vocaot. Iudicio Curiæ Die 23. decemb. An. 1521.

Maior Toronensis vrbis Ecclesia, olim S. Mauritij postea S. Gatiani dicta.

rum nempe fiduciaria opera Canonici vti ſoleant in obeundo Eccleſiæ miniſterio. E Vicariis vnus Lutetiam proficiſcitur, nulla petita à Canonicis venia. Iſtîc communem vicariorum litem collega procurat aduerſus Sodalitium Canonicorum. Tranſacto menſe, illi Vicarium hoc munus abrogatur à Canonicis, quòd tantiſper ſacris precationibus non adſtitiſſet in principe illa Turonum Æde. Tandem Senatus, ad quem fuerat ab huiuſmodi Vicariæ functionis abdicatione facta prouocatio, abuſiuè abdicatum pronũtiauit. Decreto pridie Calend. Maïas. An. 1537. Vniuerſim verò Bizantia ſacri primatis Sanctione indultum eſt presbyterorum Ordini, vt in plebeïo ciuilíque foro aduocatione libera defungantur. Eam Lucas Bizantiorum Patriarcha Legem condidit, ad hæc tempora ſcripto tranſmiſſam à Balzamone Antiocheno Primate in Legũ Oriẽtalis Eccleſiæ Libris, quibus Titulum fecit, *Θεσμοὶ Ἀρχιερατικοὶ τῶν Κωνσταντινουπόλεως Ἀρχιεπισκόπων καὶ Πατριαρχῶν. Mahumetana porro Lex generatim vetat, pro cauſis agendis iudicandíſque rebus pecunias accipi. *Alcorani* conſtitutione De Homicidiis. Quas Muhamedis Pſeudoprophetæ Leges quattuor contextas Libris ex Arabico trãſtulit in Romanum ſermonem Robertus Ketenenſis ex Anglo-ſaxonibus Britannus, Petri Abbæ Cluniacenſis hortatu: quo tempore Adelfonſus Imp. Cauriam in Hiſpania expugnauit. Deinde Ioh. Segobienſis, vocatis ex Hiſpania Legis Arabicæ magiſtris *Alcoranum* in noſtram linguam conuertit ex integro, ac Libri ineprias ſummis rationibus exploſit. Annum circiter. 1450. Vt auctor eſt Æneas Pius, in Europæ deſcriptione. Eſt quoque Mahometis illius Abdallæ filij Theologia Arabicis mãdata literis, & Dialogo explicata, Hermauno Nellingaunenſis interprete. Sed Chriſtianos noſtros repetamus.

Iudicatum Curiæ die vlt. Aprilis, Ao 1537.

In Vtopienſi Repub. Cauſidici omnes excluduntur, ſed ibi ſuam quiſque cauſam agere debet eademque referre iudici, quæ narraturus ipſe patrono fuerat: vt minus ambiguũ ſubſit, & facilius veritas eliciatur lib. 2. Vtopiæ Mori.

* Leges ſacræ & Hieratticæ Conſtantinopolitanorum Archiepiſcoporum, & Patriarcharum.

PLANE de Clerico litigioſo ſupradictos Patrum Canones mihi
28 fraudi nolim eſſe, quòd iam multò alia facies ſit Eccleſiæ ac regni noſtratis, cuius ſupremæ Curiæ tot habent clericos grauiſſimos Senatores, imò ſine quibus tot ampliſſimi Senatus ne conſtant quidem, aut perfecti ſunt: Quùm multæ indies cauſæ incidant, quæ citra tales nequeant abſolui. Narrat Eſpencæus Theologus Pariſienſis, (Digreſſionum Lib. 2.) fuiſſe illi proaui materni fratrem Ianum Iuuenalem Vrſinum, Laudunenſem tum Epiſcopum, qui ad Vilhelmum Vrſinum fratrem Scriniorum Galliæ magiſtrum ſcripſerit, è Republica noſtra fore, ſi ſummus Lutetiæ Curio (quem primũ Præſidem vocant) Epiſcopus eſſet modò ſelectiſſimus: Quòd hominem ſacrum, quàm profanum labi magis puderet, ac cœlebs lapſus, minore periculo ſummoueretur, quàm maritus re familiari grauatus. Addebat, capitalia iudicia in primæua illa Claſſe pauca contingere, & quæ obtingerent, ad decuriam Tholenſem, ſeu *Tornellam* reiici, transferríque poſſe. At diu poſt, alia mens fuit Gabrieli Marillaco patrono Regio, rigido ſanè ac tetrico Iuſtitiæ ſatelliti, qui

An. 1316. Philippina Gallorum conſtitutione. 10 iudices in prima Curiæ claſſe cautterunt, eorumque princeps Cancellarius fuit. In ſecunda iudices bini epiſcopi, Abbateſque, ac cum his tredecim alij, renunciatores octo. Epiſcopi fuerunt Mimatenſis & Sueſſionen. Abbates diuorum Dionyſij & Germani ad vrbem, ſed poſteriore Iani. 2. regis Edicto emiſſi ſunt è Curia Epiſcopi, & ad obſequium diuinum ablegati, cautumque ne vltra in Curiam adſciſcerentur. De quibus vide Budæum in Annotat in Pandectas.

amico multos annos inquisitoriæ Classis consiliario, post etiam principi, sed Præsuli inaugurato magistratum deponendum perorauit: haud leui argumento, quod summus in Episcopatu Sacerdos, in Senatu princeps, sedulum assiduúque deberet ministerium, vtrumque simul præstare non posset. Iuxta Philippinæ abrogatoriam legem Iani. 2. Regis, nobis ex Budæo contra Pastores absentes allegatam, qua pontifices Senatu exiguntur. Bud. in l. vlt. ff. De Senator. Doluit idem Claudio Seyssellio non ita pridem, qui maximis Reipubl. negotiis gestis sub Ludouico 12. à Curia se tum ac foro remouit, quum Massiliæ Episcopus factus esset: ac Francisco 1. Regi recens creato suasit ne Hierarchici ordinis viros pateretur Regio in Senatu iudicandi munere distineri. Seyssellij lib. 2. De Francica Monarchia Cap. 14. Sanè olim malè audiit Apostata Iulianus, quòd inter multa quæ dolo malo constituerat, in Cleri ordinem allectos Senatorium munus obire iussisset. Vt est apud Nicephorũ, Ecclesiast. Hist. Lib. 10. Cap. 13. E contrariò autem, bene audit Syluanus monachus in sacra Historia, qui Episcopus primùm Philippopolitanus, deinde Troianus, cum sacerdotes in forensibus litigantium causis quæstum sectantes velutíque nundinátes animaduerteret, instituit, ne quis ex Clero causam in posterum diiudicaret. Clericum certè neminem Iudiciis accommodauit, sed acceptos supplicantium libellos, accito ex fidelibus profanis vni, quem iusti æquíque studiosum sciret, tradidit, cognoscendíque munus commisit ingentem ob id apud omnes gloriam consecutus. Auctore Socrate, Lib. 7 Eccles. Hist. Cap. 37. Tum ex Tripartitæ Lib. 12. Cap. 8. Nicephori Lib. 14. Cap. 39.

Ea ferme ratione statutum est Lege Orientalis Ecclesiæ, ne clerici fiant turpilucres, aut medici seu Archiatri, neq́ ferendum, vt qui cũ infulis, & capsulis sacra tractant, secularibus vestibus induantur, & cum laicis medicis, scilicet incedant. Apud Theodorum Ballamonem In Volum. Iuris Orientalis.

CÆTERVM, vt Politicam Franciciæ Curiæ censuram in abutentes 29
imperio Clericos persequamur, Pontificio Rescripto iudex datus est Pollioni Vicarius Iuridicus Antissiodorensis Episcopi, eam in causam, vt si Pollio sacramentum monasticæ sodalitatis vi metúq; iniisse probaretur, is votiuo eo liberaretur sacramẽto. Ab executione Rescripti Senatus fuit abusus ergò appellatus, ob Diplomaticã hanc clausulam, *Nostra*, seu, *Apostolica auctoritate*. Placuit ampliss. Ordini rectè prouocatum. Aresto pridie Cal. Februar. An. 1552. Lauergno ac Mesnilio, priuatorum litigatorum: & Seguerio, fisci, aduocatis. Sed quia vulgaris ista est Pontificiorum diplomatum formula, ne cuiquam mandetur causarum notio ac disceptatio, nisi Pontificia Maxima auctoritate, non leuis nostratibus quibusdã cautio est, forensis Vsus callentissimis, vt primo quoque die contestentur, velle se duntaxat Rescriptum exequi ordinaria auctoritate, non Apostolica. Aliàs quippe à Pontificio delegato prouocans Romam commeare teneretur ad delegantem: quod Basiliensi Concilio antiquarum est. Quinetiã Anglica Lege peruetusta, sacerdos qui Romæ litẽ instituerit Ecclesiastica de re, cuius nomine ius peti debuitã sacris Britanniæ Insulæ Magistratibus, coërcetur pœnali iudicio;

Rescriptum demonstrationis directum, ad Episcopum *d'Auxerre*, vel eius officialem, in formam commissoriam, iuxta Ca. Perlatum De his quæ vi metusvè causa.

Iudicium Curiæ die vlt. Ianuar. An. 1552. cõtra abusũ vulgaris Clausulæ Rescriptorum, *Nostra*, seu, *apostolica auctoritate*.

Anglica lex.

Eàmque

Eámque Angli Constitutionem vocant STATVTVM DE PRÆMVNIRE. Quo pariter Edicto Britannico mulcta irrogatur litigatori, qui de prophanis Regiísque imperij negotiis Ecclesiasticum iudicem interpellarit. Sic Gallicus etiam Senatus Pontificiis codicillis abusum fuisse impetrantem cum suprascripta clausula pronunciauit. Decreto 3. Kalend. Decembres. An. 1575. Quùm Lomedeus, sacri Rhemorum Collegij appellantis, & Marius aduersarij causam egissent. In Catalogo causarum Veromanduarum. Quo tamen Curiæ iudicio partibus liberum factum est, Recuperatores exposcere à Roma. Pontifice, modò ne extra Rhemens. Diœcesis septa litis disceptatio alicui committeretur: Licet Pontificio exoratori res esset contra Rhemense canonicorum Sodalitium Archiepiscopale. Nā etsi casus iste viam Rescripto pararet ad vicinæ diœcesis Præfectos Ecclesiasticos: Bonifaciana Lege statutum §. cùm verò De Rescrip. Et Tit. De Causis, in Synodo Basiliensi. Nihilominùs ex eo tùm mota est Supr. Curia, quòd intra fines Diœcesani Rhemorum Præsulatus, qui latissimè patent, multi Pontificiæ delegationis capaces extarent, Ecclesiastica nimirùm præditi dignitate: Quod Rhemense item canonicorum Collegium accessionis vice tantùm liti adesset priuatorum Sacelli competitorum.

Senatus Arestum Die 29. Nouemb. An. 1575. *en plaidant du Roolle de Vermandois.*

Regula communis de causa in Diœcesis finibus delegaoda cessat (secundum Bonifacium. 8 v.v.) quando Episcopus litigat contra suum Diœcesanum, vel priuatus contra Capitulū, aut Vniuersitatē Ciuitatis, villæ, vel castri, siue actor Ciuitatē aut Diœcesim metu aduersarij intrare non audeat.

30 INSVPER Ciuilis politiæ custos Senatus curationem bonis, ne partes ad arma prosilirent, abusiuè datam à pontificio Præfecto iudicauit. quippe quùm de vi & armis, déque profanarum adeò sequestratione possessionum haud alius ritè decerneret, quàm Principis magistratus. Aresto Curiæ. 6. Kalend. Decemb. An. 1537. Magistro, prouocantis: & Marliaco, Nouiomensis Episcopi causidicis. Ponamus, ad hæc profanum aliquem sinente prætore regio, Ecclesiastica vsum monitione ac denunciatione. Quæro, nûm in huius executione monitionis pontificius Iuridicus sibi rectè sumpserit vel quátulamcúmque causæ notionem? Senatus, qui ex tali controuersia per appellationem aditus fuerat, abusiuè cognitum pronuntiauit. Dempto eo, quòd in Clericos liceret pontificio iudicatum exequēri ius dicere in profano etiam Territorio. Vt Curiæ sentētia definitum est AN. 1536. Barioto prouocantis ceu ab abusu causam orante. His apprimè congruunt dictata in Magistri Decision. Cap. 4. & 9. Tractatus De Appellationibus ex abusu conceptis. Ibidem Cap. 3. citatur Senatorium Parisiense decretum. 7. Idus Martias AN. 1541. ad prouocationem abusus formula interpositam aduersus forensia acta Vicarij Andium Iuridici Episcopalis. Nam eo decreto P.C. cēsuerunt, pendēte raptus accusatione coram Regio iudice, quæstionem connubialis pacti coram pontificio silere, ac suspendi debere. Idē nobis palàm dicentibus in primario Curiæ Auditorio, decisum est aduersus Mariam Bietam, pro qua Buissonus vicissim orauerat. Acta enim gestáque in sacra sede Andium iuridiciali aduersus clientem nostrum Petr. Gaillardum rescidit Senatus, velut abu-

Decretum Senatus die 26. Nou m An. 1537. *sur l'appel comme d'abus de la saisie & sequestre de biens ordonée par l'Euesque de Noyon.*

Iudicatum Curiæ die 9. Mart An. 1541. Inter Petr. Tintentacum appellantē *comme d'abus de l'Official d'Angiers,* & Renatū *d'Orleans* intimatum.

siuè tentata in fraudem criminosi iudicij de raptu contestati à tutore Gaillardi adolescentis.

Placitũ Curiæ die 8. Ianuar. An. 1579.

Aresto 6. Idus Ianuar. An. 1579. quod Aquisgranensi Concilio satis consentaneum est, raptorem cũ rapta connubio iungi non debere. Can. Placuit Causa. 36. Quæst. 2. Neque id longè abest à Iustinianea Lege Nouella De raptis mulier. quæ raptor. nub. Collat. 9. Tametsi Iure Pontificio, secùs. Cap. penult. & vlt. De raptor. Scio vtique, Gallicos sacrorum Præsides obtinuisse à Principe, ne raptus obtẽtu in prophanis subselliis agitari, supersedeatur in Ecclesiasticis lite cõnubiali: nisi fortè ex grauissimis quibusdam circunstantibus causis. Quo casu raptus quæstio annalis sit, elapsóque anno nuptialis controuersiæ cursum nequeat remorari. Artic. 25. Melodunensis Edicti. An. 1580. Sed hoc aliáque edicti capita multa nec conscripti Curiæ purè admiserunt, nec Vulgatus Fori vsus obseruauit.

Edictum pro Ecclesia Francica Meloduni cõgregata An. 1579. conditum Mense Febr. 1580.

Imo, quod magis mirêre, Senatus ex prouocatione abusus titulo facta cognouit, nûm in Lutetianis parœciarum templis ciui liceret priuatum sibi sacrum celebrandum curare, & audire eo temporis puncto, quo publicum ibidem celebraretur festis diebus à Pastore Ecclesiæ parochialis. 3 Vt putà, Claudius Becquetus Archipresbyter ac curio Ædis Magdalenes apud Lutetiam, quærulo libello petiit à Pontificio Iudice Parisien. interdici, vetari, ne Ymbertus Pugetus sacra faceret in Paridis Hesselini gratiam, tantisper dum parochialis liturgia Dominicis Diebus à parocho ipso perageretur. Sed cum omnibus Lutetiæ phanis contrarius mos increbruisset, actor petitione summouetur. Senonum autem magistratus superior Ecclesiasticus cẽsuit malè iudicatum. Sententia dicta postridie Nonas Septembres. 1578. A qua Hesselinus, eiusque sacel-

Duo Archipresbyteri sunt Lutetiæ, B. Magdalenes, scilicet. ac D. Seuerini Curiones.

Sententia Officialis Archiepiscopalis *de Sens*, die 6. Sept. An. 1578.

Marcus in Decis. 158. par. 2. *dit qui* Missa magna durante, Missa bassa seu peculiaris cessare debetur, ne forte post paruam Missam dictam populus recederet ante finẽ magnæ Missæ Can. & hoc attendendum, De consecr. Dist. 1. sed ibi secundũ Archidiaconum loquitur de Missis in diebus solemnibus, vt in festo Natalis Domini, Paschæ, Pentecostes, & aliis enumeratis in Can. si quis de consecr. Distinct. 1. & Ca. Alma mater. §. in festiuitatibus, De sentent. excommunic. in 6. Alias quando celebraretur magna Missa in festo S. Petri Apostoli in aliquo monasterio, non deberentur cessare paruæ Missæ, quia monasteria non subiiciuntur Diœcesano quoad legem diœcesanam Cap. 1. De stat. monach. & ibi Innoc. & per Gloss. in Cap. dilectus. de officio ordin.

Theodulphi Aurelianensis Episcopi, ad fratres & compresbiteros suos Aurelianens. Parochiæ, Epistola publicè edita. art 45. vt Missæ, quæ per dies Dominicos peculiares à sacerdotibus fiunt, non ita in publico fiant, vt per eas populus à publicis Missarum solemnibus abstrahant: Quia pessimus vsus est apud quosdam, qui in diebus Dominicis, siue in quibuslibet festiuitatibus mox vbi Missam celebrari, etiamsi pro defunctis sit, audierint: abscedunt, vt per totum diem à primo mane ebrietati, & comessationi potius quàm Deo deseruiant.

Panorm. in Cap 1. de vit. & honest. cler. quòd durante magna Missa paruæ seu priuatæ, aut peculiares Missæ debẽt dici locis secretis, ita quod populus non abstrahatur ab audiendo Missam solemnem.

lanus Pugetus ceu ab abusu Senatum appellarũt. Inde Nos pro appellantibus, apud Conscriptos Curiæ, rata ac firma esse cuiuslibet instituta Ecclesiæ cõsuetudinésq; peculiares. Pragmatica Francorũ sanctione, Tit. Quomodo diuin. offic. sit celebran. In fi. Ver. saluis consuetudinibus & statutis Ecclesiarum. Et Tit. De tenentibus capitula tempore missæ maioris. Singulæ enim Ecclesiæ, singulares habent priuatósq; ritus sacrorum, quibus vtantur modo publicæ œcumenicæque doctrinæ nullatenùs aduersentur. Concilio Agathensi sub Cœlestino. 1. PP. Can. in his. Can. palam. Can. Ecclesia-

sticarum

ſticarum traditionū Diſtinct. xi. Can. ſi quis. quem Cauſa 1. Quæſt. 7. Iuxta ea, quæ D. Paulus de ſtatis ſolemnibúſque ceremoniis Chriſtianæ Eccleſiæ ſcripſit. 1. Corinth. 11. & Galat. 1. Ac deinceps B. Auguſtinus, Epiſt. 86. ad Caſulanum presbyterum, & Epiſt. 118. ad Ianuar. Atqui in Eccleſia Pariſien. vulgò receptum eſt ob infinitam penè ciuium incolarúmque multitudinem, vt *Miſſæ* nonnullæ priuatim ac ſummiſſa voce celebrentur, quandiu ad Aram maximam Templi eiuſdem ſacerdotes operentur publico maioríque ſacro. Nec verò negabam, D. Auguſtinum liturgiæ illi peculiari adhibuiſſe modum, ne ita propalam fieret, vt eius occaſione populus à publicis *Miſſarum* ſacris abſtraheretur. Id quod retulit in ſanctiores Canones Gratianus De Conſecratione Diſtinction. 1. Can. & hoc attendendum. Item Agathenſis Synodi Can. ſi quis etiam Diſtin. eadem. Prouinciali quoque Senonum Concilio fuit cautum An. 1528. ne ſub ſolemni *Miſſa* parœciaca, ſpeciales quædam alibi in Sacellis peragerentur. Sed hæc ciuiliter accipienda dicebam in eos duntaxat, qui extra parœciacam Ædem priuatum ſactum peragerent in Sacellis quibuſdam, hora ipſamet publicæ Liturgiæ parochialis: Ita, vt eadem opera, vtrique ſacro vacare non poſſent. Cap. 15. De Decreto morum. Improbatam quoque fatebar Triburienſi Concilio eorum conſuetudinem profanorum, qui particulares *Miſſas* ſibi curarent, perpetuò vniformes, nomine Almæ Trinitatis, aut Diui cuiuſdam priuatim ſolùm inuocato, nec mobilibus anni Feriis dicatam *Miſſarum* ſolemnitatem, variante temporum viciſſitudine, ſedulò obſeruarent. Cap. Quidam laicorum De celebrat. miſſar. Verùm hoc à lite propoſita alienum prorſus, nec tale quicquam moliti ſunt appellantes. Moguntina quidem prouinciali Synodo ac Colonienſi ſtatutū fuit An. 1549. ne concionis tēpore, aut ſub ſolenni *Miſſa*, ſpeciales aliæ celebrentur, ſed concionem & inſignius Sacrum præcedant: ne in diuerſa populus diſtrahatur, ſed ex Pauli verbis, omnia ritè & ſecundùm ordinem in Eccleſia fiant. In Tomo 4. Conciliorum. Aſt vtrobíque exceptum eſt, niſi aliud patrio Eccleſiarum more ac vſu comparatum ſit, quem Senonum magiſtratus ſacer infringere non debuit, Pragmatica vetante ſanctione. Eſcorceueus contra, pro curione ſuggerebat, huic vni in ſuo Templo benedicere licere, nec minori presbytero, maiore præſente. Can. denique. 19. Diſtinct. Parœcis nefas eſſe proprio contempto parocho, alium adire ſacerdotem. Cap. 2. De Paroch. Quòd ſi Baſilienſi Concilio prohibitæ ſunt horariæ ſingulorum preces Canonicorum, pendente communium Chori precationū officio, longe potiùs interdici tùm debet auguſtiſſimo omnium Sacrificio, à priuatis clericis & priuatorum cauſa peragendo, quùm ſacram liturgiam publicè celebret Rector parœciæ curatórque animarum. Tit. quomodo diuin. offic. ſit celebran. & Can. neceſſe De conſecratione Diſtinct. 1. Tandem Conſcripti Curiæ in

Mos populi Dei & Inſtituta maiorū pro lege tenenda ſunt.

Qui extra Parœcias habent oratoria ſolēnibus diebus & feſtiuitatib ad Parœcias redire coguntur. Ex Agathenſi Concilio.

Sic propemodū Normanica in Synodo Prouinciali decretum fuit. An. 1581. haud facile admitti fundationes & erectiones Capellarum & Fraternitatum, in quibus ordinetur celebratio Miſſæ Domini eo die ea potiſſimum hora qua pop. vniuerſus cōuenire debet ad audienda Dei & Eccleſiæ præcepta In Miſſis verò Charitatum, aliarúmque Fraternitatum ab antiquo eo die conſtitutarū, nec aqua, nec panis benedicantur. Quiſquis etiam presbyter in alia Miſſa, quam Parochiali, aquam & panē benedixerit, ſit ſuſpēſus à diuinis.

Decretum Curiæ die Veneris, hoſtiis clauſis. 16. Ian. An. 1579.

Si quæ (inquit Synodus) sint Missæ, quæ ex tenore fundationis dici debeant die Dominico in Ecclesia Parochiali, aut ex deuotione, non dicantur nisi ante aut post missam parœcialem, aut saltem post communionem factam. Item in Ecclesiis quæ simul Collegiatæ sũt & Parœciales prohibemus eadẽ hora cãtari Missas Canonicorum, & Parœcianorũ, nec corpora mortuorum inferri Dominicis inter missarum solemnia, sed si fieri potest, post vesperas seruari.

prouocationis articulo litigatores foro facessere iusserunt: salua quæstione summa, quam pleniori deliberatione commisêre, Aresto 17. Kalend. Februar. An. 1579. Ad rem pertinet decretum nouissimæ Rothomagensis Synodi. An. 1581. de priuati cum publico Sacri concursu, Dominica luce non ferendo.


AC de secularium Ecclesiæ magnatum præfectura satis, nunc Regularem seu Monasticam, pro suscepto ordine, expediamus.

Titulus. VIII.

DE COENOBIARCHIA, SEV REGVLARI MONACHORVM PRÆFECTVRA.

1. *Ciuilis Politiæ in monachos, vt in seculares clericos æqua potestas.*
2. *Generali Iacobinorum Magistro non licere, patria & finibus vni eorum interdicere.*
3. *Dominicanæ Congregationis Priuilegia.*
4. *Carmelitarum institutio.*
5. *Vetus Monastici instituti formula.*
   Bulla priuilegij Præmonstratensis Ordinis monastici.
6. *Quantũ à Clericis olim Monachi distarent.*
7. *An & quatenus Religiosis Parochialem functionem ius sit exercere.*
8. *De iure sepulturæ inter Curatũ, & Mendicantium Ordines cõtrouerso.*
9. *De triplici Franciscanorum Ordine.*
10 *Bulla Priuilegiorum monasticæ Franciscanorum Familiæ.*
11 *Capita Statutorum Ordinis D. Iohannis Hierosolymitani.*
12. *Quo casu Abbates possint ab inferiori Prioratu annuam Pensionem exigere.*
13. *Priorem commendatarium in monachos correctione non vti.*
14.15. *Quibus cedat defuncti monachi peculium.*
16.17.18 19. *Catalogus monachorum doctiss. de literis scribentium.*
20.21. *Varij cœnobitarum Ordines, cum Bulla Priuilegiorum Ordinis Vallisscholarium.*
22. *De Monasteriorum visitatione per Prælatos Diœcesanos.*
23.24. *De Abbatis in monachos iurisdictione seu coërcitione.*
25.26.27.28. *Cœnobiorum reformatio per superiores Ecclesiæ Præfectos.*
29.30. *Eandem Reformationem auctoritate Magistratus sæpiusculè promoueri.*
31 *Epilogus Libri. 2.*

SVA

1 VA EST quodammodò Cœnobij Præsuli in monachos, vt pontifici in Clericos Præfectura, de qua à nobis paulò antea disputatum fuit. Sicuti autem Senatus publicè disciplinæ vindex non sinit Pontificium Iuridicum lineas transilire, sanctioribus Canonibus præfinitas: Ita crebrò ad appellationem ex abusu cognoscens rescindit acta decretáque à monastico Magistratu.

An correctio monachi primo loco spectet ad Abbatem, distinguendum. Aut agitur de his quæ pertinent ad officium Abbatis & regulam monasticam, tunc ad solum Abbatem pertinet cognitio & correctio. Cap. Cum ad monasterium §. Abbates de statu monach. Cap. Quantò De offi. ordi. Aut agitur in figura iudicij, & de his quæ sunt delicta quo ad omnes: tunc ad Episcopum solum spectat cognitio. Can. Hoc tantum & Can. Abbates. 18. Quæst. 2. De his percusse Decisi. Capellæ Tholosanæ. 408.

2 EXEMPLI causa, Seraphinus Cauallius Dominicani ordinis princeps sacra visitatione lustrauit Parisiensem Diui Dominici familiã An. 1573. Inibi de Conuentus sententia Fr. Nicolaum Bourrinũ criminis reum ablegauit in Claromontanum Bellouacorum monasterium, reditu in Vrbem eiusque Dominicanam Ædem prohibito. Relegatus Curiam Supr. appellat vulgari abusus titulo. Res in foro accuratè disceptata à Cauchonio prouocantis patrono, qui abusiuè iudicatum mordicùs asserebat. Nos autem pro Dominicana Societate defendebamus, eiusce Magistrum iusta in Monasticum cœtum potestate præditum fuisse. Quandoquidem duplex sit Prædicatorij Ordinis Sodalitium, seu Congregatio, laxior altera, quæ peruulgata est, altera strictior, arctiorísque instituti votiua professione religiosior. Sicuti enim inter Benedictinos monachos longè austerior cæteris habetur Secta Casæ Benedicti: ita Prædicatorios inter Fratres decreta fuit speciatim Longobardica Congregatio (quam vocant) à Pio. 2. & Paulo. 2. Pontif. Max. An. 1459. & Mense Nouemb. An. 1464. Cuius instar monasticæ Sodalitatis, coïta est paulò post Dominicana Batauorum Societas, Xisti. 4. auspiciis, Mense Sextili An. 1484. Præposito demùm vtriusque exemplo Gallicanam instituit Congregationem Leo. 10. P.P. Diplomate An. 1513. & 1518. ad demissas preces Ludouici 12. regis qui Sanctam Sedem eo primùm nomine exorarit. Quùm ergo Parisiensis Dominicanorum cœtus teneatur lege religiosissimæ huius Societatis, quales alij in Gallia plerique, eò grauiùs animaduerti potuit à Magistro Societatis in Dominicanum peruicacem, nec morigerum sacræque familiæ præceptis obsequentem. His consequenter, dicebam in Senatu, nihil ab huius Præfecto Sodalitij abusiuè actum gestúmque, sed eundem districtè Religiosi Conuentus Leges custodiri voluisse. Obiicienti verò ius proscribendi è territorio, quòd huic Societati Præfectus sibi vsurparat, vni competere Ciuili Magistratui, respondebam licere sacratis Proceribus, flagitiosos è media Christianorum communione depellere. Quo facto, hi tacitè aqua & igni interdicti videntur, nedùm Ciuitate, ac Lutetiano Fratrum congressu Prædicatorum, extra quem alioqui media vrbe vagari, cucullato cuique vetitum sit sacerdoti. Patres Conscr. abusiuè iudicatum pronunciarunt, graui adiecta Curiæ contestatione nil

Ordo Iacobinorum quem & Cherubicum Ordinem nonnulli appellant.

Chezaubenoist.

La Congregation de Lombardie, & de Hollãde, entre les Iacobins.

Est nobis præ manibus Liber S. Dominici titulo inscriptus, in quo continetur regula B. Augustini Episcopi, Constitutiones Fratrum ordinis prædicatorum, cum suis Declarationibus insertis, editis à M. Vincentio Castronouano huius quondam Ordinis Ministro generali: Constitutiones Monialium Ordinis Prædicatorum. Regula ac priuilegia fratrũ ac sororum de pœnitentia B. Dominici. Item Liber de instructione fratrum ordinis Prædicatorum. Ad hæc, Formulariũ electionum cõfirmationum, & absolutionum Priorum, visitationũ conuentuum & iudiciorum ad omne propositũ. Item modus celebrandi Capitula generalia, & Prouincialia, eligendi Magistrum Ordinis, & Priores prouinciales.

præiudicij hoc S.Consulto Dominicanis Constitutionibus allatum iri, seu regulis Monasticæ disciplinæ. Aresto 3.Nonas Iun. An. 1574.

Arestum Curiæ die.3. Iunij An. 1574. cum expressa ibi Curiæ declaratione & protestatione de non præiudicando Statutis regularibus Iacobinorum.

3 PERÆQVE apud sacros Auctores reprehēsus fertur Synadæ Theodosius Præsul, quòd Macedonianos hæreticos vrbe patriisque finibus summoueri iussisset, nedùm Christianorum consortio: Ecclesiasticum hac in re morem prætergressus. Quod ipsimet postremò infœliciter cessit, vt narrat Socrates Eccles.Hist.Lib.7.Cap.3. At prudentiùs multò Dionysius Alexandriæ pontifex, qui Samosatenum ad saniorem mentem redire primùm admonuit, quia de diuinitate Christi parùm Christianè sentiret: tum nil proficiens abdicādum curauit ex ritu Ecclesiæ Antiochena Sede Episcopali. Dein iudicato parere cùm nollet his, sacróque abire Magistratu, res ad Aurelianum Imp. defertur, tametsi Ethnicum: Ita, vt censuerit Augustus Paulum Samosaten. non esse ei præficiendum Religioni, à qua solus maximè dissentiret. Proinde Antiochenam Cathedram alij mandari præcepit, cui suffragantium Ecclesiæ Patrum consensus eam destinarat. Vt est apud Eusebium, Lib.7. Ecclesiast. Annalium, & lib.6. Nicephori Cap.27.& 28. Quocirca nil mirū, à nostrate Senatu rescissa esse & expuncta, quæ Dominicanorum Antistes (Principalis territorij iura) sibi cognoscens arrogarat licētiùs, Regia manu scilicet minimè implorata. Territorio enim carere Ecclesiasticos iudices, pluribus confirmat Ægid. Magister in Lib. Decision. Cap.5. Tractatus De appellation. Ad hæc, Curia Parisien. studiosè adeo tueri solet Dominicana Francicæ Congregationis priuilegia, vt quod à Dominicanis Primatibus dudùm admissum fuerat tentatumvè contra Pontificias Regiásque tabulas immunitatū huiusmodi, illa extemplò ob abusum infirmarit. Decreto. 6. Caléd. Septembres An.1540. quùm Brodeus & Portanus, Dominicanorū alternis, & Capellus Fisci patrocinium gessissent. Iuxta S. C. factum postridie Idus Decemb. An.1536. Trouillarto, Magistro, pro suis clientibus vicissim, & Raymundo, pro Actore Fiscali dicentibus.

Synada Phrygiæ pacatianæ ciuitas, cuius Theodosius Episcopus, quum Macedonianis, quasi magistratum gereret, manu armata, vrbe patriáque interdixisset, ipse tandem sua sede ab Agapeto Macedonianorum Præsule ipsam occupante deiectus est.

Il y a des Religieux Augustins mendians de la congregation de Narbonne en France.

Arestum Curiæ die 27. August. An.1540. inter Iacobinos inuicem de suis Statutis litigantes.

Placitum Curiæ die 14. Decemb. An.1536.

4 SIMILITER Carmelitanæ Societatis monasticæ iura sanxerunt Conscripti Curiæ Parisien. ac ne quid in ea magistri Ordinis quicquam aggrederentur, multis decretis prohibuerunt. Quod vt pateat apertiùs, obseruandum duplicem esse, vt Prædicatorum Fratrū sic Carmelitarum Congregationem. Quùm paulò liberior prima videretur, Eugenius.4.P.P. alteram instituit arctiorem, in Mantuano primū Italicæ Vrbis Conuentu: Quam idcirco *Mantuæ Congregationem* dictam, iussit vacuam liberámque manere superiorum Ordinis Præsulum coërcitione, præterquam summi Præfecti, quem *Generalem* vocant. Dehinc Sixtus. 4. non modò Eugenianum diploma comprobauit, sed plusculis etiam Priuilegiis speciatim ornauit reformatam hanc Carmelitici instituti Sodalitatem monasticam, cui Mantuanæ congregationis nomen inditum erat. Eiusdem insuper professionem complexi sunt Franci Carme-

Les Carmes de la Congregation de Mãtoue, en Italie, & de la Cōgregation d'Alby, en France.

Carmelitæ, titulo *Congregationis Albienſis*, cui Georgius Amboſius Cardinalis legatus paria Mantuanæ priuilegia irrogauit. An. 1501. Mandáte & hanc rem promouente Alexandro. 6. P. P. Exin Lutetiæ paulatim & Rothomagi Conuentus Carmelitani rediguntur in ordinem, ſub legéſque Albienſis Congregationis, ac Melodunenſis. Bullato Vnionis reſcripto Amboſij Legati An. 1503. quod Leo. 10. (poſtulante Ludouico. 12. rege) cófirmauit An. 1513. Indéque Adrianus. 6. An. 1522. repetitis omnibus Congregationis huiuſce Priuilegiis. Quùm igitur eadem Senatus promulgaſſet, excitante Literis ſuis Principe, non dubitauit iuxta ea inter Carmelitas litigantes ferre ſententiam. Nam Fr. Ludouicus Lyranus Congregationis eiuſce Vicarius in Gallia, egit ſupplice libello apud Conſcriptos Patres, ne Frat. Mathurinus Clemens Carmelitanus Prouinciæ Franciçæ princeps (quem *Prouincialem* dicunt) ſacris cenſuris præpediret reformationem Carmelitanæ Pariſiorum ſectæ. Ex quo, partibus auditis, Senatus actori cauſam adiudicauit. Decreto. 7. Iduum Iuliarú An. 1507. cui affinia duo ſequuntur. 6. Calend. Nouemb. 1559. & 4. Idus Maïas An. 1575. de immunitate exemptionéque Pariſien. Carmelitarum ab imperio Præfecti Prouincialis. Omnes autem Carmelitæ D. Baſilij ordinem amplexi ſunt, qui cœnobiticas primus Regulas in noua lege conſcripſerat.

Congregation d'Alby, & de Melun, inter Carmelitas.

Iudicia Curię Pariſien. Die. 9. Iulij An. 1507. Die. 29. Octob. An. 1559. & Die. 12. Maij. An. 1575.

5 INITIO quidem Monachis in Ægypto exortis vſitata nó erat ſacra inuicem Præfectura, quòd ſolitariam vitam agerent, nominiq; ſuo congruentem. Etſi enim ſtatis horis ferè in vnum locú eos conuenire moris eſſet, haud ſimul tamen commorabantur, ſed domúculas circúmquaque per colles & ſaltus extructas incolebant. Ex quo Monachi, Eremitæ, Anachoretæ, Heſicaſtæ vocabantur, id eſt à cæterorum conſortio mortalium ſegregati. Vt eſt apud Iuſtinianú, Nouel. 5. Hinc quoque priuatas eorum Ædiculas Phrontiſteria nominat Euſebius, à commentationis ſtudio: vt Philo Hæbræus Aſceteria, quòd illîc animi diuinis in rebus veráque Philoſophia exercerentur. Atque huiuſmodi Ægyptiorum vitas Patrum, doctrinam ac regulas pluribus libris expoſuit Caſſianus, quem Byzantiorum Eccleſia Iohannes Chryſoſtomus eiecerat. De quo Sigebertus, in Chronico. An. 427. Aſt temporum ſucceſſu, decentius viſum, iiſdem eos ſedibus habitare ſimul in poſterum, omnia habentes inter ſe communia, & ſacram paupertatem cum caſtitate, votiuáque obedientia profitétes. Vtì D. Hieronymus ſcripſit ad Ruſticú monachú. Can. ſi clericatu. 16. Quæſt. 1. Quod Agathenſi, & Aurelianа Synodis confirmatú eſt. Ac de iis omnibus ſigillatim B. Hieronymus in Regula monachorú. Exhinc in Cœnobiis (velut ciuili quodá ſacræ Familiæ cœtu) ſancita eſt Politĩa regularis, creati ex eo ordine Præfecti, cum Iuridica poteſtate monaſterij Primoribus attributa. Eius formulá in Præmonſtratenſi cœnobitarú Familia obſeruare eſt, ex Pótificiis literis Gregorij. 9. ita deſcriptis. *Gregorius Epiſ-*

Tria fuêre in Ægypto Monachorum genera. Primum cœnobitę quod illi Sauſes gentili lingua vocabant. Secundum Anachoritæ, qui ſoli habitabát per deſerta. Tertium genus, quod ipſi Remoboth dicebát, deterrimum atque neglectum. Hi bini vel terni, nec multò plures ſimul habitabant, ſuo arbitrio & ditione viuentes.

Priuilegium Ordinis Præmõstratẽsis, cuius Statuta in vnum cõposuit Martin. Mourotus decanus Christianitatis De Ligueyo, proposita quarumdam Distinctionũ serie, quarum singulæ rursus in certa Capita diducũtur. Eiusmodi statuta Ordinis Præmonstraten. Iulius. 2. An. 1505 secundùm alios Pontifices comprobauit. Vt supra edocuimus.

copus, &c. Dilectis filiis Abbati Præmonstratensi, & cæteris Abbatibus & Canonicis Præmonstratensis Ordinis, &c. Ad hæc quoniam Præmonstratensis Ecclesia prima mater est omnium Ecclesiarum totius Ordinis, & patrem super se alium non habet, sicut ad custodiam Ordinis statutum est, per tres primos Abbates, Laudunensem, Floresfiensem, Cuißiacensem annua ibidem visitatio fiat, & si quid in ipsa domo corrigendum fuerit, absque maiori per eos audientia corrigatur. Quòd si Abbas in corrigendo tepidus, & fratres sæpius moniti incorrigibiles permanserint, ad generale Capitulum referatur, & sicut melius visum fuerit consilio generalis Capituli, emendetur. Nulla etiam Ecclesiarum, ei quam genuit, quamlibet tenuem exactionem imponat. Sed tantùm Pater Abbas curam de profectu tam filij Abbatis, quàm fratrum domus illius habeat, & potestatem habeat secundùm ordinem corrigendi, quæ in ea nouerit corrigenda, & ei tanquam Patri reuerentiam filialẽ humiliter exhibeant. Præterea omnes Abbates Ordinis vestri singulis annis ad generale Capitulum Præmonstratense cõueniant: illis solis exceptis quos à labore viæ corporis retardauerit infirmitas, qui tamen idoneum pro se delegare debebunt nuncium, per quem necessitas, & causa remorationis suæ Capitulo valeãt nunciari. Porro de omnibus quæstionibus tã spiritualibus, quàm tẽporalibus, quæ in ipso Capitulo propositę fuerint, illud teneatur & seruetur, quod Abba Præmonstratensis cum iis qui saniori consilio, & magis idonei apparuerint, iustè ac prouidè iudicabit. Si quis etiam ex vobis canonicè electus in Abbatem Diœcesano Episcopo semel & iterum per Abbates vestri Ordinis præsentatus benedictionem ab eo non potuerit obtinere, officio & loco Abbatis plenariè secundùm Ordinem fungatur in ea, tam in exterioribus prouidendis, quãm in interioribus corrigendis: donec aut interuentu generalis Capituli vestri, aut præcepto Romani Pontif. seu Metropolitani benedictionem suam obtineat. Præterea inter aliquas Ecclesias vestri Ordinis de temporalibus quęstio emerserit non extra ordinem Ecclesiastica vel secularis audientia requiratur, sed mediãte Præmonstratensi Abbate, & cæteris quos vocauerit, aut charitatiuè inter eos componatur, aut auditis vtrinque rationibus cadẽ controuersia iusto iudicio terminetur. Ad maiorem quoque Ordinis vestri pacem cõseruandam districtiùs prohibemus, ne aliquis Prælatorũ vel subditorum vestrorum, in his quę ad disciplinam & instituta Ordinis spectant, audeat, prout statutum est in Lateranensi Concilio, appellare. Sed si quisquam appellare tentauerit, nihilominus illi, quorum interest, regularem disciplinam exercere debebunt. Prohibemus insuper, ne aliqua persona fratrum Ordinis vestri audeat ad secularia iudicia prouocare, sed si quis aduersus eos aliquid sibi crediderit de iure cõpetere, sub Ecclesiastici examine iudicij experiendi habeat potestatẽ. Præterea duximus inhibendum, ne quis Archiepiscopus, vel Episcopus, aut eorũ Officiales, Ecclesias vestras seu regulares personas eorum absque manifesta & rationabili causa interdicere seu suspendere præsumat: Sed si quid in eis fuerit corrigendum, ad audiẽtiam generalis Capituli Præmonstratensis referatur, & ibi prout iustitiæ & honestati congruerit, emendetur. Porrò nulla persona Ecclesiastica pro Chrismate, aut consecrationibus, ordinationibus, aut pro sepultura pretium, aut pro benedicendo Abbate, & deducendo in sedem suam pallefridum, aut aliquid aliud à vobis exigere, nec vllus vestrum

Gregorianum hoc monasticorum Priuileg. Diploma repetitum est, probatumq; posterioribus Innocentij. 4. codicillis. 3. Idus Apriles seu Die xi. April. An. 1249. Pontificatus An. 6.

strum etiamsi exigatur dare præsumat, &c. 3. Iduum Martiarum An. 1228. Pontificatus An. 1.

Die. 15. Mart. An. 1228.

6 COENOBITIS verò quantumuis præsit Abba Pater, quasi domesticus magistratus, huic interdicitur sacerdotalis in plebem functio, aliísque id genus, qui rebus se abdicantes humanis monachos induerint. Clerici enim munus, est populum docere, & pascere: monachus verò non doctoris, sed plangentis habet officium. Vt asserit Hieronymus in Vigilantium Can. Alia Can. monachus Can. hinc est. 16. Quæst. 1. Quam ob causam nulli antiquitùs cernebantur in Monasteriis sacerdotes, sed tanquam cæteri ex populo, qui Laïci Græcè appellantur, commune omnium Templum adibant, singula ibidem sacramenta suscepturi. Panor. In Cap. Dilectus De Capel. monach. Idque à Iustiniano videtur adnotatum, Nouell. 133. Nonnumquam & ab iis presbyter accersebatur, vt sacram liturgiã perageret, quam nos *Missam*, Iustinianus ἁγίαν προσκομιδὴν nuncupat. Idẽ à Scythiæ monachis factitatum enarrat Hieronymus Ripario sacerdoti. Proinde suberant olim monachi, eorúmque Antistites presbyteris sacræ Ecclesiæ, quibus & longè inferiores habebantur. Vt dispicere est in citat. Cap. Dilectus De Capel. monac. Ex Romana Synodo B. Syluestri In Can. à subdiacono Distinct. 93. Can. Generaliter. 16. Quæst. 1. Nam & Hieronymus in Commentariis ad Cap. 3. Esaiæ refert, Ecclesiam habere Senatum cœtum presbyterorum: sine quorum consilio nihil monachis agere liceat. Can. Ecclesia. 16. Quæst. 1. Verùm vt illa se molestia liberarent monachi cœperunt ex iis complures in suis Cœnobiis presbyteri ordinati: sed ita, vt in cœtu tantum suo ministrarent sacramenta, & quandam velut Ecclesiam inter se constituerent, nec alias deinceps petere Ecclesias, aut alienos presbyteros aduocare cogerentur. Ex auctoritate Paschalis. 2. & Calyxti Roman. Pontif. In Can. Peruenit, & Can. Interdicimus etiam Abbatibus & monachis publicas " pœnitentias dare, ægros visitare, & vnctiones facere, missas publi-" cas cantare: Chrisma & oleum, consecrationésque altarium, ordi-" nationes clericorum ab Episcopis accipiant, in quorum parœciis " manent. 16. Quæst. 1. Quapropter inhibentem omnino Episcopum ne liturgia in certo Monasterio celebraretur, acerbè exagitat Gregorius. 1. Pontifex, Regesti Lib. 1. Epist. 12. Can. Agapetus Abbas 16. Quæst. 1. Nec desunt exempla in veteris Ecclesiæ monumentis, quibus eundem simul gessisse pastoris doctorísque officium, & monachi appareat. Tripart. Histor. Lib. 8.

Sic parentes Seneca domesticos Magistratus appellat. Lib. 2. De Beneficiis. Monachum pariter Hieronymus edocet ipsum, non suo arbitrio relinquendum, sed viuere debere in monasterio sub vnius disciplina patris consortioque multorum, vt ab alio discat humilitatẽ, ab alio patiẽtiã. In Tract. De Regula Monachorum.

Il y auoit en Septembre 1602. differend entre le Curé de S. Sauueur à Paris, & l'Hospital de la Trinité, sur ce que ledit Curé veust empescher que les Prestres & Chappelains dudit Hospital ne puissent cõmunier, ny administrer les Sacremens, aux malades & Pauures de ladite maison, cõme estãt vn droit parochial à luy seul appartenant en sa paroisse. Mais ledit Hospital est fondé au contraire par plusieurs anciens priuileges Apostoliques.

De l'office de predication des Religieux Mendians Vide Tit. 2. Lib. 2. Monasticon. Art. 16.

Des priuileges Royaux des Cordeliers & de leurs statuts, & arrest de la Cour. Vide Tit. 1. Lib. 2. Monastic. Art. 30. 34. 35. 36.

Bullæ Alexandri 4. P. *contre les Ordinaires & Curez, empeschans lesdits Religieux de prescher & confesser.* 5. Idus April. An. 2. 3. Calend. April An. 3. & 3. Idus Mart. An. 5.

Bulla Pij 5. P. An. 1567: 17. Calend. Iulij, Pontificat. An. 2. *contenant plusieurs modifications du Concile de Trente en faueur des Religieux Mendians, mesmes* quo ad libertatem prædicandi licẽtia ab Ordinariis petita, licet non obtenta. *La dite Bulle est imprimée auec plusieurs autres touchant lesdits Ordres mendians, au Liure intitulé* Ocularia, siue manipulus fratrum minorum &c. *Le tout confirmé par Bulle de Gregoire 13. du 20. May. 1575.*

Compendium Priuilegiorum Fratrum Minorum per Chrystophorum de Capite Fontium Generalem Ordinis, *imprimé l'an 1578.*

INSOLENS planè ac inepta quondam duorum Ordinum audacia Humilium, ita se vocitabant, & Pauperum de Lugduno: de quibus nominatim egit Gregorius. 9. Cap. penult. De hæretic. Ij enim humilitatis nomine munia, quibus curatores animarum sacerdotes iure funguntur, sibi arrogabant, confessiones arcanas audiebãt, ac velut ipsi expiandi ius haberent, noxa soluebant, concionabantur, regiménque animorum sibi vindicabant. Conditor huius superstitionis pauperum fertur Valdo Lugdunensis. Vtrumque ordiné abrogauit Lucius. 2. Rom. Pótifex, vtralibet secta dãnata annũ circiter. 1182. Contra Valdenses Librum contexuit Archiepiscopus Taurinorum. Haud multò post, recepti sunt Prædicatores Fratres, qui literis se excolerét, sacris concionibus erudirét Christianos, ius alienum minimè vsurparent. Sensim deinde parœciaci iuris munia sibi asserentibus Cœnobitis, temperata res est, prudéti ac politica Bonifacij. 8. sanctione, *Super Cathedram eminentię pastoralis.* De sepultur. In Extrauag. Eã verò licet sustulisse videretur Benedicti. xi. constitutio, Inter cunctas De Priuileg. In Extrauagant. innouauit tamé Clemens. 5. in Concilio Viennensi, Cap. Dudum De sepult. Iuxta Innocentij. 3. præscriptum in Concilio generali, Omnis vtriusque sexus De pœniten. & remission. Ætatũ verò progressu, ingés emersit Sacræ Scholæ Parisiorum contentio cum Carmelitici sodalitij Theologis, qui publicum sacerdotij ministerium in Christianam Plebeculã sibi passim adsciuerãt, freti Pótificio Nicolaï. 5. diplomate. Lis postremò iis legibus cõposita, vt sacri Mendicorum Cœtus Apostolico priuilegio nuncium remitterent: eius nempè derogatorios Codicillos à Calyxto. 3. P. P. impetraturi, quadã velut Palinodiæ cãtione, Mense Februar. An. 1456. Auctoribus celebris pa... Vrsino Rhemorũ Archipræsule ac Præfecto Iuris apud Gallos, Arthuro Equitũ Magistro, & Antistite Parisiensi. Verùm Vrbani Pontif. cõcessu ius est Helisesæ Carmelitarum Familiæ, sacram audire delictorum confessionem & exomologesin, Diœcesano Præsule assentiéte. Tanta quidé Pontificij muneris indulgentia, vt si quis parœcus sua cõmissa patefaceret Carmelitano sacerdoti, inuito etiam curione, eximeretur ab illo criminum noxa, ob clanculariam hãc admissorum communicationem. Cuiusmodi Priuilegiarium diploma exscripsit ad verbum Oldradus, Responso. 230. Idem Heremitas D. Augustini commemorat, Heremiticũque institutũ. Consil. 190. Sed Carmelitarum Regulam totã recenset Albertus Patriarcha Hierosolymit. qui sub annum. 1286. extabat in viuis. 7

Ex hac Dominicana familia sãctissimi viri prodiêre scriptorésque clarissimi, Thomas Aquinas, Petrus de Palude, Vincentius Bellouacensis, Nicol. Pratensis Ioh. de Turrecremata, Petr.* Martyr, Valẽtin.*, Antoninus, Catharina Senẽsis, & alij de quibus Volateranus Anthropolog. lib. 21.

Iuuenalis *des Vrsins* Archiepisc. *de Rheims*, & Cancellarius Franciæ. *Artus de Bretagne Connestable de France, & l'Euesque de Paris.*

Fratrum de Monte Carmelo Priuilegiũ.

De Carmelitarum institutione Nos etiam Lib. 3. De Domanio Franciæ Tit. 1 t. Art. 6. cum nostra ibidem Annotat.

Augustiniani Mendicantes

AGEDVM quid de sacra sepultura, ad eãne licebit monasticis Mẽdicantium Collegiis funus ducere per mediã * παροικίας elata Cruce, cum aliis eiusmodi Christianis Insignibus? Secundùm eos responderis prima frõte, quòd defunctus, in Sodaliũ Mendicãtium Æde mandari sepulturæ corpus voluerit, iusserit. Argũ. Decretalis Epistolæ Alexãdri. 3. Cũ liberũ sit De sepult. vbi loquitur de Cœnobiis D. Vincentij, 8

* per omnes Parochialis Ecclesiæ fines & limites.

Si defunctus sepulturæ locum in Minoritanæ familię templo delegerit eo casu Panormit. scribit. Franciscanos nec teneri quidem prius deferre parœciani corpus ad parochialem Ecclesiã nisi fuerit consuetudo In Cap. Cum liberum De sepult.

Vincentij,& D.Martini Laudunens.apud Veromanduos. Bertrandus I.C.Consil.242.Parte.2.In contrarium autem pro parocho dicetur Franciscanos,cæterósque eiusmodi sepulturæ ius non habere, nec Vrnæ mortuis dandæ. Vt sensit Innocentius Pontificiæ Legis scoliastes.In Cap.1.De sepult.ibíque Hostiens.Et Cap.Fraternitatem Eod.Tit. Archydiac.in Cap.1.De Pact.In 6.Nemini præterea fas esse,parœciacos alterius fines ingredi ad diuinum ministerium obeundum,nisi exorato priùs Episcopo,vel curialis Templi sacerdote.Can.Episcopi.7.Quæst 1.Can.Nullus.9 quæst.2. Can.scriptũ. 6.Quæst.3.Rursus parocho sacris Constitutionibus purè attributa est mortuorum tumulandorum potestas.Sicuti & Regius Senatus maturo iudicio declarauit.Sexto Idus Apriles An.1535.Demus ergo,sepulchreti ius esse Franciscanis Sodalibus,ex canonica Bonifacij.8.Sanctione,Super cathedram:Nonnullis tamen visum est,curionem iis per parœciacum agrum transeuntibus impunè Crucem auferre posse.Rescripto Innocentij.3. Cùm ad sedem De restitut. spoliat.Vbi Cenomanorum pontifex suo se iure vsum intendit, quùm sacram crucem Fratribus Hospitalis Hierosolymit. eripuisset:Quam in sententiam alia multa promuntur ab Oldrado I.C. In Responso.82.Nihilo seciùs,consimili in Curiam adducta controuersia,Patres ære mulctarunt Benedictini fani curionem Lutetianum,quòd Franciscanis ex ea parœcia funus efferentibus crucẽ cereósque vi ademisset.Eodem S.C. Seraphicis hisce Fratribus addictæ sunt nouem vnciæ,seu quadrantes tres funerariæ supellectilis,cereorum nempe, de quibus contendebatur, reliquo quadrante curiali sacerdoti adiudicato: partibus ad extremum commonitis, vt Viennensis Synodi canonem de funerario iure ad amussim obseruarent. Clem. Dudum De Sepult. Decreto Curiæ Pridie Idus Maias & 12. Kal.Septembr. An. 1535. Additur his S.C.aliud pro minoribus Fratribus contra D.Seuerini Archipresbyterum,quo liberè illi velut animæ medici accersuntur,vt de contractis noxiis Christiano ritu confessionem edant apud eosdem.Ministrant & ipsi pœnitentiæ sacramẽtum parœcianis,dempta cœlestis Hostiæ Diuinísque epuli communicatione,perunctione summa,& demigrantis animæ commendatione.Qua de re tota certus inter eos & parœciæ rectorem modus legésque præscribuntur.Aresto postridie Iduum Sextilium An.1531.Ac de iis omnibus consule Calderinum,Responso.37.Cum Xysti.4.P.Constitutione. 2.In Extrauagant.communib.Tit.De Treuga & pace.In Dania certè,graues seditionum faces inde exortæ sunt,quòd Monachi cæsei (vulgo Griseos appellant) mortuam viduam in suum intulissent cœnobium,venia ab eius parocho non petita.Ideóque Lubecensem ciuitatem sacro anathemate perculit Episcopus,& Collegium Sacerdotum vrbe pulsum:donec ea lis à Iacobo Colum-

De constitutionibus Fratrum Eremitarum D. Augustini Vide Tit 2 Lib. 1. Monastic.Art.9.Tit 1 Lib. 2.Art. 32.33. Monast.

Des Priuileges des Religieuses des Carmes Vide Tit.1.Lib. 2. Monastico Art.58.

Decretum Senatus die 8 April. Ao. 1535. Inter curatum Ecclesiæ S. Benedicti Parisico & Religiosos S. Francisci.

Cap Super Cathedrã De Sepultur. Io Extrauagant. commun.

De vrbis Parochialibus scripsit Iohan. Baptista Attestinus.

Aresta Curiæ die 14. Maij, & 21. Augusti. 1535.

Medicis corporis præceptum fuit ab Innocen.10.5.& Bulla Pij.5. die. 11. Mart. 1560 vt ægros ante omnia moueant de animarum medico euocando, oe tardior ægroti admonitio eũ in desperationis articulum addocat. Nempe vt is maturè delicta cõfiteatur, sumat Eucharistiam, & vnctionem extremam.

Placitum Curiæ, Die Assumptioni B. Mariæ profesto An.1531. Ao saeri Mend corũ cœtus aliive possint concionari, confessiones audire, sacramenta ministrare extra suas Ecclesias, lege Calderinum Consil. 37.

In Hispania olim erãt tantùm. 5. Prouinciæ Ordinis Frãciscanorũ Scilicet Conceptionis, S. Iacobi, Castellæ, Aragoniæ, Portugalliæ Nunc autem sunt 12.

na pacaretur, Legato Pontificio Cardinali. Vt ait Hermanus
Bonnus, Lib. 2. Chronicô, Lubeci Danicæ aut Danis proximæ
vrbis.

PLANE singulari Pontificum beneficio adiuuantur Francis- 9
cani in gerendo sacræ sepulturæ officio liberéque exercendo. Qua-
le est Clementis. 4. priuilegium, cuius præcipuas clausulas recitabi-
mus, de toto hoc Minoritarum genere priùs nõnulla præfati. Nã
Minoritanæ familiæ pars vna Obseruationis, altera à Conuentu pu-
rè dici cœpit. Ex eóque Fratrum Minorum ordine existunt Familiæ
aliquot reformatæ, in Prouincia S. Bonauenturæ, cuius & illæ Mi-
nistro Prouinciæ parent. Eiusmodi est Conuentus Barri ad Albam
flumen, & Castilionis. Eam Legatus Ambosius reformationẽ exe-
cutus est An. 1509. Mandatis Iulij. 2. Pontificatus An. 6. & Regiis co-
dicillis postridie Kalend. Octobr. Anno quo supra. Habentur etiam
in Parisiensi Minorum Conuentu regularis Obseruationis Consti-
tutiones, editæ ab Ægidio Delphino Amerino in emendationem ac
reformationem eiusce Conuentus An. 1502. Aliæ dehinc à Fr. Paulo
Parmensi An. 1533. ad Kalend. Ianuar. Tum à Fr. Francisco Lunelo
4. Idus Iunias An. 1539. Et à. Fr. Iohanne Caluo pridie Nonas De-
cemb. An. 1543. totius vicissim Ordinis Præfectis, quos Ministros
generales vocant. Interea Leo. 10. P. P. Vnionis legem scripsit Mino-
rum Obseruationis regularis, cum reformatis. Diplomate. 4. Kal.
Iunias An. 1517. De sacra autem censoriáque potestate Mãgistri Or-
dinum in singulos Franciscanos, factum est sanctum Consul-
tum 3. Idus Quintiles. 1579. ex Regiis Codicillis. 3. Iduum Iu-
niarum eiusdem Anni. Porrò inter Minoritas huiusmodi triplex
celebratur Ordo, primus omnium Fratrum Minorum. de quo Nico-
laus. 3. P. P. in Cap. Exiit qui seminat De verb. significat. Lib. 6. Et Cle-
mens. 5. In Concilio Viennensi Cap. Exiui de paradiso Eod. Tit. Hu-
ius Priuilegiorum Ordinis laudantur auctores Honorius. 3. Grego-
rius. 9. Nicolaus. 3. Innocentius. 4. & Alexander. 4. Pontifices summi.
Secundum Ordinem pauperes eæ fœminæ tenent, quæ in sacro
Parthenone educatæ sint votiua virginitate: antiquo titulo S. Da-
miani, aut Coletanarum in nomen S. Claræ postmodùm commu-
tato. Cui Ordini Innocentius. 4. priuilegia irrogauit. In tertio Or-
dine B. Francisci numerantur Fratres & Sorores *de Pœnitentia*, qui-
bus leges reguláſque imprimis dictauit Nicolaus. 4. P. P. Bullatis ta-
bulis, quæ voluuntur in veteri Codice sic inscripto, *Firmamenta trium
ordinum beatissimi patris nostri Francisci.* Ei Pontificio diplomati For-
mula intexitur votiuæ professionis Iurísque iurandi Monastici
Fratrum ac Sororum eiusce Ordinis tertij, hoc modo. *Forma com-
munis professionis Fratrum & Sororum. Ego frater. &c. Voueo & promitto
Deo, & B. Mariæ, & B. Francisco, & omnibus Sanctis, & tibi Pater, seruare
mandata Dei toto tempore vitæ meæ, & satisfacere, vt conuenit, transgressioni-
bus contra Regulam & viuendi modum tertij Ordinis de Pœnitentia institu-
tum per*

De sepultura Monachorum, & quibus expensis fiat. Vide Tit. 5. Lib. 2. Art. vlt.

In Francia, 4. Prouinciæ Frãciscanorũ: Prouincia Frãciæ, Turoniç, D. Bonauẽturæ & Aquitaniæ.

Literæ patentes Galli regis Die 2. Octob. Ao. 1509.

Statuta & Ordinationes Generalium Ordinis Ministrorum pro reformatione Conuentus Parisien Cordigerorum. Die. 1. Ianuar. 1533. Die. 10. Iunij. 1539. & Die 4. Decem. 1543.

Bulla Volonis Fratrũ Minorum Obseruantiæ regularis cum reformatis. Die. 29. Maij An. 1517.

Arestum Curiæ die. 13 Iulij An. 1579. iuxta Regias literas patentes die. 21. Iunij Eod. An.

Franciscanorum secũdus Ordo B. Claræ.

Les Freres & Seurs grises du tiers ordre de S. François.

tum per B. Franciscum, & per Nicolaum.4. P.P. confirmatum, cùm de hoc interpellatus fuero ad voluntatem Visitatoris nostri, &c. Si autem fuerit frater vel soror collegialiter viuens, & tria vota Religionis emittere volens, faciat professionem in manibus Ministri sui localis, vel Matris seu Ministræ suæ quoad sorores, aut Visitatoris ipsorum vel ipsarum, siue Prouincialis Ordinis Minorum, aut eorum vel alterius ipsorum Vicarij vel Vicariæ, aut Commissarij, & dictæ professioni addat hæc verba: Viuendo etiam in obedientia, sine proprio, & in castitate. Quam ego monastici voti formã huc trastuli nuncupatim, vt diuersorum Curiæ Decretorũ velut antinomiã diluerem de successorio huiusmodi cœnobitarum iure in bona propinquorum. Iampridẽ enim Senatus Familiæ herciscundæ iudicio summouit Ianam Rufam, quæ Franciscanæ sectæ Ordinem tertium professa fuerat in Choleto Andium oppidulo. 6. Cal. Febr. An.1552. Ianæ fratre Ludouico Ruffo victore. At lõgo post interuallo, Conscripti Curiæ hæredem parentis vtriusq; pronũciarunt Annã Moussonã, quæ tertij illius Ordinis voto apud Mirebellũ Andiũ oppidũ se obstrixerat. Vnde ei⁹ Ysabella soror aduersaria, cõiũx Frãcisci Martelli succubuit iudicio diuidundæ hæreditatis. Aresto. in 3. classe Inquisitionum Curiæ prolato 7. Idus Quintiles An. 1583. Ac deinceps Ludouica Clarembaldis, licet tertij illius Ordinis Monacha, obtinuit in hac status quæstione opposita, quasi preiudicio simul partiundę communis parentum hæreditatis. Decreto aduersus Hardyum Clarembaldum Ludouicæ fratrem, Dn. Moleo Consiliario litem collegis renũciante in maiori Curiæ Auditorio. 16. Cal. Nouemb. An.1587. Ne altiùs refricem Senatusconsultum de eo factum. 13. Cal. Sextiles An.1558. ex appellatione à sententia Salmurij Andiũ Iudicis regij, dicta. 8. Cal. Octobr. An. 1557. Eo quippe S. Consulto ad legitimarũ hęreditatum iura admissæ sunt Vida & Ludouica *de S. Iouyn*, quæ tertio D. Francisci Ordini addictæ fuerant ex professo, apud Mirebellum, victo Vrbano Gerbelone. Vt ergo rem summatim dirimã, Aut moniales istę Cœnobio includũtur, vouẽtes cũ obediẽtia & castitate, abdicationẽ *proprij* seu profanarũ facultatum. Hoc casu, nemini vel matrimonio iũgi possũt, vel ciuilẽ de rebus suis priuatis prædiariisq; formulã intẽdere. Sin autẽ Virgines illæ monastici Collegij septis minimè adstringãtur, vulgareque modò Religionis suæ iusiurãdũ præstiterint, tũc neq; propriis excludũtur, & æquo cũ cæteris mortalibus vtũtur ciuili iure. Quemadmodũ notat Iohãnes. 22. In Extrauagan. Sancta Romana De religios. domibus. In Vers. Nonnulli etiam ex ipsis asserentes se esse de tertio ordine B. Francisci Pœnitentiũ vocato &c. Ac inibi Gloza præsertim, In verb. obedientia Cum Gloz. Cap. penul. De. senten. excommunic. In Ver. Fratres & Sorores de Ordine tertio, quem B. Franciscus instituit, existentes. In Clement. Ludouicus Romanus Consil. 367. Num. 14. Post Bartolum in 6. & 7. distinct. Tractatus Minoricarum. Promiscuè

Arestum Curiæ die. 27. Ianuar An. 1552. *Pour messire Louys le Roux cõtre sa sœur religieuse du tiers ordre, à Cholet en Aniou, demandant partage.*

Iudicium Curiæ die. 9. Iulij. 158 in 3. Camera Inquestarum Curiæ *pour Anne de Mousson.*

Placitum Curiæ in magna Camera Die. 17. Octobr. 1587.

Aliud Senatus decretum, die. 20. Iulij. An. 1558. *pour Guyenne & Loyse de S. Iouyn, contre leur coheritier* sud per appellatione à Sententia *du Lieutenant de Saulmur* dicta, die. 24. Septemb. An 1557.

Bullæ Apostolicæ Die 30. Mart. Pontificatus Gregorij. 9. Die. 5. Augusti, Innocentij. 4 Die. 15. Decemb. Syxti. 4. Die. 20. Nouemb. Die. 3. Decemb. Eiusd. Papæ Die. 22. Ianuar. Innocentij. 8. Die. 15. Octobr. Iulij. 2.

> Bulla Pij. 5. P.P. die. 3. Iulij An. 1568. qua reformatur tertius Ordo S. Francisci de Pœnitentia. Subijciatur Generali & Prouincialibus Ministris Ordinis Fratrum Minorum de obseruantia, & eius officia extinguuntur.

tamen Romana Sedes in tertium hunc Ordinem priuilegia contulit eximia: Gregorius. 9. 3. Kal. Apriles Pontificatus Anno. 2. Innocētius. 4. Nonis Sextilibus, Apostolici Præsulatus An. 4. Iohannes. 22. An. 2. sui Pontificatus. Martinus. 5. An. 10. Xystus. 4. Anno. 1. Pōtificatus. 18. Cal. Ianuar. Item. 12. Cal. Decemb. An. 3. Ad hæc, Calend. Decemb. An. 10. Innocētius. 8. Añ. 3. Pontificatus. xi. Cal. Februat. Iulius. 2. Idibus Octobr. An. 4. Romani sui Episcopatus. Cum multis aliis Pontificum Bullatis Literis, quæ in armatio Frācifcanorum adseruātur. Deniq; Pius. 5. præcepit tertium Diui Francisci ordinem emendari ac restitui, ideoq; Generali & Prouincialibus subiici Ministris Ordinis Fratrum Minorum Obseruationis regularis. Apostolico rescripto. 5. Nonas Iulias. An. 1568.

> Minoritanæ familiæ Priuilegia, quæ Franciscani vulgò *Mare Magnum* vocant.

Definito igitur multiplici Frāciscanorū Ordine, repetamus singulare ipsorū ius, libetæ sepulturæ Christianorum, (de quo suprà) & 10 quæcūq; iis alia largiti sunt Pōtifices Priuilegiatiis codicillis. En tibi in procinctu Clem. 4. diploma, nullo quidē vocabulo immutato. *Clemens Episcopus &c. Dilectis filiis Generali, & Prouincialibus Ministris ac vniuersis fratribus ordinis Fratrum Minorum &c. Sepulturam in Ecclesiis vestris liberam concedimus ad voluntatem & deuotionem morientium, nisi excommunicati, vel vsurarij publici fuerint: salua tamē iustitia illarum Ecclesiarum, à quibus corpora mortuorum assumūtur. Vobis etiā inuitis nemo audeat sepelire, vel celebrare in Ecclesia vestra. Inhibemus Fratribus vniuersis, ne aliquis eorum, nisi vrgente articulo necessitatis, alij quàm Prælatis suis peccata confiteri præsumat, vel aliis eiusdem ordinis sacerdotibus. Item Prælatis inhibemus, ne confessiones vestras vobis inuitis audire, vel compellere vos ad Synodos suas accedere, vel cum eis extra ciuitatem, vel intra processionaliter exire, aut suis constitutionibus subiacere, vel capitula, scrutinia, & inquisitiones in locis vestris vel alibi de vobis facere aut fidelitatem iuratam & obedientiā manualem à ministris, custodibus vel gardianis exigere, vel de eorum institutione seu destitutione se intromittere præsumāt, neq; prohibere, ne ad ciuitates vel villas à populis euocati accedere, & ibi cōstruere Ecclesias possitis. Nulli canonicā portionem exhibeatis de legatis vobis factis, vel de domibus, prædiis, vel hortis. Nullatenùs in delictis vel contractibus Episcopum agnoscatis iudicē. Per literas Apostolicæ Sedis, aut legatorū, seu delegatorū ipsius cōueniri à quoquam minimè valeatis, & ad pecuniam colligendam cogi non possitis: quódque nullus vestrùm correctionis, visitationis, vel inquisitionis officiū Monasteriis, Ecclesiis vel personis impendere, & ad cognitionem causarum & denuntiationes sententiarum excommunicationis & interdicti, aut recipere curam monialium aut aliorum religiosorū teneatur. Nullus legatus, nisi de latere nostro missus, nullusq; Prælatus de fratribus eiusdem Ordinis ad sua, vel Ecclesiæ sua negotia procuranda, vel secum manēdum aliquos assumere valeat, nisi quos Generalis vel Prouincialis minister sibi duxerit adsignandos. Illos verò qui ad prædicandum crucem, vel inquirendum contra hæreticos, vel aliàs à Papa deputati fuerint, tu fili Generalis Minister &c. remouere, seu penitus transferre, alióque substituere, cùm expedire videritis, liberè valeatis, & eos excommunicare. Ac quilibet Prouincialis idem in sua prouincia facere potest.*

> Complures sunt aliæ clausulæ Pontificij huius Diplomatis infra relatæ: Cum nihil habeatis præter domos & hortos cum virgultis, nulli decimam de dictis hortis & virgultis exhibebitis. Liceat vobis in excommunicatorum terris liberè commorari, & ab eis necessaria vitæ deposcere ac recipere. Excommunicati vel irregulares qui se aggregant vestro collegio, priùs absolui poterunt à vobis, & in fratres recipi, si tamē propter debitū excommunicati priùs satisfaciāt. Nulli item fratrum est licitum populo prædicare, nisi à Generali ministro vestri ordinis examinatus & approbatus fuerit cum prædicatorij officij concessione.

> Statuimus autem, vt singuli prouinciales ministri in suis prouinciis cū diffinitoribus in Prouincialib⁹ capitulis congregatis fratres in sacra Pagina erudi-

poteſt. Apoſtatas quoque veſtri Ordinis excõmunicare, capere, ligare, incarcerare, & alias ſubdere diſciplinæ rigori poſſitis, in quocunque ſint habitu, inuocato auxilio ſeculari. Eiectos de Ordine veſtro, vel Egreſſos pro ſuis culpis & alios fratres eiuſdẽ Ordinis ex rationabili cauſa, ad quoſcũque Ordines ad probatos,

tos examinare, approbare, & eis officium prædicationis committere valeant, ſicut ex forma regulę Miniſter Generalis poterat.

Iiſdem Clementinis Literis adſcribitur ita. In generali interdicto locorum, pueri veſtris ſeruitiis deputati, negotiorum quoque veſtrorum procuratores & operarij, qui in veſtris locis eorum operibus perſonaliter continuè inſtiterint, non interdicuntur. Rurſus poſtquam Generalis Miniſter electus fuerit ſecundùm regulam & conſtitutionem Ordinis qui amouere valeat à prouincialibus miniſtris & cuſtodibus in generali Capitulo congregatis, eo ipſo ille Generalis Miniſter curam animarum Fratum ipſius ordinis habeat liberè, & auctoritate propria liget & ſoluat, & ea faciat in eo ordine, quæ ipſi Miniſtri & Deffinitores ad hoc electi eidem ordini & fratribus ſecundùm Deum viderint expedire. Cuſtodes verò & Gardiani, qui ſecundum Statuta Ordinis aliter quàm per electionem inſtituũtur, curam animarum fratrum ſibi ſubditorum ipſius ordinis habeant, Ipſoſque ligare ac ſoluere poſſint iuxta inſtituta Ordinis. Eadem hæc fratrum Minorum Priuilegia applicantur Syxti. 4 diplomate Prædicatorij ordinis Fratribus, & Monialibus D. Claræ, ſacriſque Virginibus iuxta D. Franciſci inſtitutum, & S. Damiani.

præterquã ad B. Auguſtini, Tẽplariorũ, Hoſpitalariorũ, & aliorum Religioſorum arma portantium, Generalis vel Prouincialis Miniſter licentiandi liberã habeant facultatem. Datum Peruſij. Pontificatus An. 1. Hos Clementis. 4. Codicillos probauit Eugenius. 4. Menſe Nouembri An. 1439. cũ Xyſtus. 4. Sextili menſe An. 1474. adiectis à Xyſto de tumulandorũ corporum prærogatiua, quæ ſequuntur. *Libertas ſepeliendi apud fratres intelligitur etiam quoad hoc, vt fratres nullius ſuper hoc petita licentia parochias in quibus corpora forent, cum cruce proceſſionaliter ingredi, ac corpora ipſa leuare, & ad eorum eccleſias ſepelienda deferre poſſint, vbi moris erat, vel presbyteri de hoc requiſiti recuſarent. Quod ſi non apud eos, ſed apud aliorum ordinum fratres fiat ſepultura, ipſi fratres Minores nullam canonicam, aut parochialem portionem dabunt de his, quæ illis obuenient de bonis defunctorum, quorum funera proſequentur. Concedimus etiam fratribus Minoribus, vt eiſdem perſonis eis confeſſis, quibus rectores eccleſiarum ſine cauſa rationabili denegarint vel diſtulerint Euchariſtiæ ſeu Vnctionis ſacramẽta miniſtrare, eadem iis adminiſtrent. Super quo eorumdem Confeſſorum aſſertioni ſtabitur &c. Indulta etiã poteſtas Generali & Prouincialibus Miniſtris dicti ordinis & vicariis illorum, diſpenſandi cum dicti ordinis Minorum profeſſoribus defectum natalium ex adulterio, ſacrilegio, inceſtu; & quouis alio coitu prouenientem patientibus: Necnon cum iis, qui ex quauis cauſa, præterquã homicidij, bigamiæ, & mutilationis membrorum, irregulares forent, poſtquam ordinem ipſum profeſſi fuerint &c.*

Syxti. 4. Reſcriptum priuilegiarium pro religioſo Ordine Fratrum Minorum.

11 His ſuppari Pontificum beneficio ſuffulti ſunt Hieroſolymitáni Xenodochii fratres pro libero ſacræ ſepulturę munere obeundo. Apud Innocentium. 3. Cap. in noſtra De Sepult. Quo loci tractatur funerarii iuris quæſtio inter fani Præfectum Montisferrandi Aruernorum, & σύνδικον ſeu defenſorem Hoſpitalis cuiuſdam Hieroſolymorum Familiæ, quę curialis illius Templi parœcos indiſcriminatim ſacro ſepulchro componebat. Militari huic ordini D. Iohannis Hieroſolymit. data eſt multiplex alia immunitas à Gregorio. 8. Bonifacio. 8. Innocentio. 4. Clemente. 5. Syxto. 4. & Clemente. 7. quorum ſua quiſque ætate terrarum Orbem ſacro Imperio gubernauit. De quibus plura Nos Lib. 3. Interdum autem

Iohannitæ Hoſpitalarij, olim Rhodij, nũc Melitenſes, ordinis Auguſtiniani: De quorum cœlibe vita ac cœlibatus profeſſione ſcripſit Alexander. 3. ad Priorẽ & fratres S. Iohannis. Cap. vxoratus De Cõuerſ. Coniugat.

Pontificiis istis Codicillis Gregorij. 8. 9. 10. & aliorum P.P. liberantur Hospitalarij milites Hierosolymitani ordinariorum Presulum foro, imperio, ac Iurisdictione.

singulari Cœnobio, nec toti Ordini conceditur Priuilegium à Romano Antistite. Cuiusmodi illud Gregorij Mag. in monasticam Ædem B. Medardi Suessionen. cui nominatim indultum fuit, vt nó nisi totius Côuentus suffragiis cœnobiarchia cuiquá deferretur, Ecclesiasticos itê gradus susciperêt cœnobitę, & lustralium consecrationem fótium, scrutiniíque solemnia in ipso Monasterio celebrarent: Chrismatis pariter, olei, altaris, calicis, corporalis benedictionem peterent à primo quoque sacrorum pontifice, nec alij omninò parerêt, quàm Rom. Sacrosanctæ Potestati. Vt tradit Gregorius, Regesti Lib. 12. Epist. 32. Huic consentaneum priuilegium Paschalis & Alexander. 3. PP. impertierunt cœnobio D. Martini apud Hunnos. Teste Innocentio. 4. Cap. Veniens De præscript. Quo refertur & singulare ipsius Alexandri Diploma in Martinianam Turonum Ecclesiam, hoc verborum tenore. *Sane chrisma, oleum, ordinationes canonicorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi, à Turonensi suscipietis Archiepiscopo, siquidem ea gratis vobis voluerit exhibere: alioquin ea à quocunque malueritis Catholico suscipietis Episcopo. Canonicus autem vester si ecclesiarum, quæ ad ius Episcopi pertinent, canonicus fuerit, beneficio refutato, excommunicandi eum Archiepiscopus non habeat facultatem* &c. 7. Cal. Maias An. 1170.

Priuilegiaria Bulla Alexandri. 3. pro Canonicis Ecclesiæ collegiatæ S. Martini Turonen. Die. 25. Aprilis. An. 1170.

Primum (ait D. Hieronymus) tractádum est, vtrum solus, an cú aliis in monasterio viuere debeas. Mihi placet, vt habeas sanctorum contuberniú: ne absque ductore eá ingrediaris viam, statimque tibi in partê alteram declinandum sit, & errori pateas, plusque aut minus ambules, quàm necesse est, & currens lasseris, moráque faceros obdormias. In solitudine citò surrepit superbia. Et si paulisper ieiunauerit, hominemque non viderit, putat se alicuius esse momenti.

COMMVNE verò istud omnibus penè est Cœnobiis, vt annuum 12
æs quoddam, monasticæ velut præfecturę symbolum tesseramque à monachis exigant, inferiorum Cellularum Primoribus. Nam antiquitùs monastici Præsulis missu singuli vicissim cœnobitæ cómigrabant in Primatus regulares eiusdê Cœnobij vt horum Primates seu *Priores* illis vterêtur tanquam sacri monasterij sociis. Ex Decretali Epistola Innocentij. 3. ad Burdigalensem Archiepiscopum Cap. vlt. De capel. monach. Et Lateranensi Côcilio in cap. 2. cap. Quod Dei timorem De statu monach. Eò spectât côcinnè dicta à bHieronymo, In Regula Monachorum Cap. De periculo vitæ solitariæ. At succedente têpore, nummaria pensitatio indicta est *Prioratuum* præfectis, quæ in locum alimentorum socij monachi sufficeretur. Sic Maioris monasterij Turonens. vsu receptum fuit, vt minores hi regularium Templorum antistites certum æs quotannis Cœnobio depêderêt. Hæc quidem in monasticos præfectos, quid de secularibus, quĩs regularia hæc sacerdotia in fiduciá perpetuá commédantur? Ná à parte istorum suggeretur, tale vectigal exolui pro symbolo & æris collatione in sumptus publicorum Cœnobij comitiorú, quæ semel anno quoque, *Prioribus* istûc conuocatis, habentur. Id quod de cucullatis tantùm Primoribus conuentuum monasticorum intelligitur, non de secularibus fiduciariis, qui ad ea Comitia acciri non solent: ne disparis professionis homines indecora rerum facie consocientur. Vt inquit Clemens. 5. in Concilio Viennensi Cap. 1. De. Elect. Quùm igitur Comitialibus hisce diebus principis Cœnobij, minimè adsit secularis monasticorum primatuú præfectus, nec idcircò vlli sit oneri aut sumptui Cœnobiarchæ, grauandus non videtur annua illa pecuniæ indictione, qua monastici alij

Abbas *de Charroux, en Poictou* obtinuit Bullam Gregorij. 9. de pensione annua nummaria sibi danda ab omnibus Prioribus dependentibus ab ea Abbatia tum paupertate. Idque Nicolaus. 3. & Alexander. 4. sanxerunt pro dicto Abbate. Tamen Prior *d'Angel*, & alij de eo litigarunt nouissimè contra Abbatem coram Consiliariis Requestarum Palatij Parisien.

alij *Prioratuum* Magiſtri. Atq; vt in lumen fori prodeamus, diſceptatum id fuit in Curia Pariſien. quam Michael Bonamorius Chambonij *Prioratus* Primas appellarat à Bleſenſi Prætore. Pro iſto Tuſſierus cauſidicus, Abbates nullum imperij ius habere in fiduciarios *Prioratuum* Præfectos, at ſolummodò in cœnobitas, communis religione voti obligatos. Ego in cōtrarium pro Maiori monaſterio, ſecularium conditionem quàm monachorum potiorem eſſe non debere, in dirigenda ſaltem ac præſcribenda Regularis Primatus adminiſtratione. Illis quippe monaſticos Primatus non niſi contracta fiducia commendari tanquam extraneis: Pontificia ſcilicet indulgentia veniáque impetrata. His autem ſcripto Iure *Prioratus* monachis deſtinari, velut intimis ac domeſticis familiare Ædis ſummæ Cellulas, appendices, & acceſſiones. Publice vtiliſſimum fore, ſi ad exactas priſcæ Eccleſiæ rationes, Monaſtici Ritus auctore Senatu reducerentur. Perpetuas ſacerdotiorum fiducias odio dignas videri, nec legum fauore, aut ampliori priuilegio adiuuandas. Vnde & Innocentius.6.P. ſuo tempore *Cōmendas* omnes in irritum reuocauit. Vt eſt in Extrauag. Paſtoris. Denique ſeculi clericus, hoc nomine quòd monaſticum primatum teneat fiduciarium, quaſi tacito pacto obligatur legibus moribuſque in ſuperiori Cœnobio receptiſsimis. Cœnobiarchæ autem ius fuit olim conſtitutum, vt ex inferioribus monaſticis Conuentibus annuum aliquid perciperet ob procurationem ſacramque ipſorum viſitationem. quemadmodum Benedictus.12. disertè adnotauit. In Extrauag. vnica De cenſib. §. Abbates. His vltro citroque agitatis, negotium conſilio permiſſum eſt à *Conſcriptis Curiæ*, tertio Nonas Iunias An.1575. Tuſſiero, Meque dicentibus. Porrò in ſimili antea, ſed poſſeſſorio iudicio, datæ ſunt à Senatu pro libertate vindiciæ, aduerſus Cœnobij Magiſtrum, quādiu ſeculari clerico regulare huiuſmodi ſacerdotium commendaretur. Decreto.3. Nonas Martias Anno ſeſqumilleſimo.69. ſecundū Cheualerium *Priorem* Champgenetej Tepli fiduciariū aduerſus præſulē Ebronenſis Monaſterij, in Cenomana diœceſi. Cuius vetuſtam Cœnobij memoriam à nobis refricatur Lib. 1. Andegauenſ. Legum Cap.37.art.9.

Arnolph. Rugæus in ſuo Tract. Commendatarum excuſſit xx. quæſtiones de beneficiis datis in commendam. [illegible] autem Capitulum ſede vacante poteſt comm[illegible] beneficia quæ habent [illegible], licet ea conferre nequeat: ſed [illegible] ad cuſtodiam [illegible], non ad titulū perpetuum. Arch d. in Cap. .De inſtitut. li. 6 Idem in Can. presbyteri.44. Diſtinct.

Appointé au conſeil in Curia die.3 Iunij An. 1575.

Areſtum Curiæ *de maintenue en complaincte* pro Priore commendatario *de Champgeneteux membre dependant de l'abbaye d'Evron.* Die. 5. Mart. An 1569.

Benedictinę Conſtitutionis (à Benedicto 12. P. nomen ſortitæ) Cap. 32. cautum eſt Beneficia, Officia, ſeu Adminiſtrationes quaſdam in Abbatiis Benedicti Ordinis obtinentes ex prouiſione Apoſtolica, ſicut cæteros, ſubiici ſuperioribus, & ex cauſis rationabilibus poſſe amoueri.

13 Exin fiduciarij Prioratuum præfecti grauioribus premendi non ſunt idcircò Abbatum mandatis quòd defuerint Synodicis religioſorum Patrum conuentibus: niſi ibidem collatitia pecunia numerari ab iis conſueuiſſet. Iudicato Curiæ.5. Idus Maias An.1515. Pari argumento, propinquos habent hæredes fiduciarij regularium Primatuum præfecti, non Hæteriarcham ſeu Abbam ſuperiorem: ſacris opibus exceptis, quæ Monaſtici Conuentus miniſterio eccleſiaſtico de more addicuntur. Sic definiente Senatu.10. Kalend. Apriles. An.1526. pro agnatis Iani Pigearti (cui monaſticus Primatus Villænouæ commendatus fuerat) aduerſus S. Columbæ cœnobiarchā. Vice verſa, fiduciarius cœnobij Antiſtes nō vtitur ſacra in monachū poteſtate, nec in eius peculium demortui ſuccedit. Hoc quippe vt

S. Conſultum die xx. Maij.1515. pro prioribus commendatariis, *touchant l'aſſiſtēce aux Synodes en Chapitres generaux & aſſemblees monachales.*

Decretum Curiæ die. 2. Mart. An. 1526. de ſucceſſione bonorum Prioris commēdatarij ſecularis. Viuus etiam talis Prior ſuper redditibus beneficij commendati tranſigere ac eos vendere poteſt. Dominicus de S. Geminiano, in Cōſil.17. Anton. Capyc. In Deciſ. Neapolit. Quæſt. 3.

Abbati commendatario perinde potest delegari causa a Rom. Pontif. tanquam vero Abbati, sicut Abbati titulario. Barbat. Concil. 2. Quod in Francia seruari ait Chassaneus in consuet. Burgund. Tit. *De la succession des bastars* §. 2. Num. 58.

Romanis legibus paterni erat in liberos imperij, aut dominici in seruos: Ita Christianis decretis haud alij competit, quàm Abbæ patri in cœnobitas. Thuanus, ob id, patronus regius in media Fori actione prouocauit ad Senatum ceu ex abusu à Pontificij Iuridici sententia, qui peculiare æs cucullati sacerdotis fiduciario adiudicarat cœnobiarchæ, tanquam monachi in peculium successori. Quam publici Actoris prouocationem amplexa est Curia, diemque præstituit prouocatoriæ liti peragendæ. Danesio tùm, & Fillolio summæ causæ, cui hæc incidit appellatio, aduocatis. 3. Calend. Decemb. An. 1571. Argutati quidem poterunt seculares Abbates, facete se omnes Monasterij fructus suos, in quibus numerari debeat obuentio illa peculiaris, seu in peculium cœnobitæ successio. At enim probabiliùs dicitur, aduentitiã hanc rerum mobiliũ successionem fructibus Cœnobij minimè accensendam, quæ diuino potiùs fato fatalíque monachi casu obtigerit, quã ordinario rerũ Monasterij prouentu. Argũ. Bartoli in l. fruct⁹ §. si vir in fũdo. D. solut. matri. Sed peculiaria monachi bona quærũtur Monasterio, nõ Abbati, nisi purè religioso, suiq; bonorũ Cœnobij tantũ curatori. Nihilo seciùs Prætoriani Senatores hoc genus aduentitiæ bonorũ successionis addixerunt Cardinali Ferratiensi, fiduciario Abbæ Catoliloci Cisterciensium cœnobij. Possessorio Decreto Postridie Kalend. Decembr. An. 1546. aduersus Conuentũ Monachorum. Citatur pariter Lutetianæ Curiæ Sentẽtia, iãpridẽ pro Lotharingo Cardinali dicta, fiduciario Antistite Maiorismonasterij Turonensis aduersus Griseum Crispinum. Isthìc enim Senatus dimidium bonorum assem, Ecclesiæ fabricæque templi, reliquum Abbatis esse pronuntiauit. Aresto. 3. Kal. Maïas. An. 1553. Iis tamen superuenit Apostolicum Pij. 5. rescriptum, quod Gregorius. 13. P. P. confirmauit, hoc Bullæ argumento. *Ne vllus commendatarius, cuiuscunque dignitatis existat, siue Primas, siue Cardinalis, se intromittat in bona mobilia monachorum sub pœna latæ sententia excommunicationis ipso facto incurrendæ.*

Die 29. Nouembr. 1571.

Arestum Magni Consilij regis Die. 2. Decemb. An. 1546. pro Abbate commẽdatario Abbatiæ *de Chasles*, ordinis Cisterciensis prope Pontisaram *touchant la despouille d'vn religieux decedé.*

Iudicium Curiæ Parlamẽti Paris. Die 28. April. An. 1553. pro Abbate commendatario *de Marmonstier lez Tours.*

Vetus Arestum Curiæ Die. 23. Iunij An. 1479 *touchant la despouille d'vn Religieux euesque de Valence.*

14 De religioso autem cœnobij Præsule nemo amigir, quin ei monachi peculium, licet Episcopi, sit adsignandum. Iudicato Curiæ. 9. Cal. Quintiles An. 1497. de Valentini pontificis peculio, qui monasticæ vitæ instituto iuuenis se dicarat. Monachus enim ad Põtificatũ euectus, permanet monachus votiuóque obstrictus regulari sacramento. Vt sanxit Bonifacius. 8. Cap. si religiosus Cap. si Abbatem De Elect. In. 6. Et Causa. 18. Quæst. 1. Apud Gratianum. Vnde nec cœnobita Episcopalis dignitatis adeptione liberatur à monastici habitus gestatione, vel si Cardinalis quidem euaserit. Panor. in Cap. clerici officia De vita & honest. cleric. Item quoad vota sacratæ attinet Religionis, dubium non est, quin monachus, etsi Episcopali incũbens officio, regulæ monasticæ perstet obnoxius, & sactam paupertatem cum castitate debeat obseruare. Can. de monachis. Cuius 16. Quæst. 1. Cap. Nullus religiosus De Elect. In. 6. Clement. 1.

Clement.1.de Elect. Secus de perpetui obsequij voto censendum, cui eatenùs eximi monachus erga Abbatem videtur, quatenùs Episcopali propter illud munere fungi liberè nequiret: Quãdo & Episcopus factus sit è filio pater. Gloz. in Can. statutum est. 18. Quæst. 1. Cæteroquin monasticam conditionem inabdicabilem ostendens Sidonius, Nil (inquit) ab Abbate mutatus per sacerdotem: Quippe quùm nouæ dignitatis obtentu rigorem veteris disciplinæ non relaxaueris. Lib. 9. Epist. 3. ad Faustum. His consonat lex Caroli Magni cuius verba sic referuntur. MONACHVS, SI AD CLERICATVM PROVEHATVR, PROPOSITVM MONACHICÆ PROFESSIONIS NON AMITTAT. Leg. Francicæ Lib. 1. Cap. 27. Nonnullis tamen placet distinctio isthæc, bonorúmq; defuncti Monachi separatio, vt quæsita ab eo ante collatum Episcopatus sacerdotium, Monasterio attribuantur: posteriora vero, mensæ Episcopali. Opinione specular. De statu monach. Vers. 23. Bald. & Salycet. in l. Inter antiquam Cod. De vsufr. Iason. in Authent. Ingressi Cod. de sacros. Eccles. Argum. Nouellæ Constitutionis. De sanctiss. Episcop. §. si verò monachis Collat. 9. Gloz. in Can. statutum. 18. Quæst. 1. Austerius eleganter in Tholosana Decis. 39. Sed hoc demùm obtinere puto in partis ex opera cœnobitæquè industria, quæ penes Cœnobium remanent, in quo fuerint quæsita ea & comparata. Can. vnic. 18. Quæst. 1. Aliàs monacho in secundum Cœnobium ritè translato, vel ad inclytum quod teneat Sacerdotium, quicquid acquisierit ex re noui seu monasterij, seu Sacerdotij, totum huic cedit, ex consequentia personæ translatæ, nilquè hoc casu ad prius redit Monasterium. Vt pulchrè distinguit Bartol. in cir. l. si seruus communis De stipulat. seruor. Quòd si monachus Cœnobio exeat noxali de causa, vtpote ob crimen ad aliud Monasterium traducatur, sacram acturus Pœnitentiã, ipsius bona debentur secundo monasterio, vsufructu tenus. Naturaliter autem mortuo eo, reuertuntur bona ad prius Cœnobiũ, consolidato cum proprietate illorum vsufructu. Can. de lapsis, cum Gloz. 16. Quæstione 1. Canone si quis rapuerit 27. Quæstion. 1. Roges interim, quid de eius peculio defuncti, qui è sacra Mendicãtium Familia subuectus sit in apicem Episcopatus? Dubirandi argumentum est, quòd sacri Mendicorum Cœtus ne communi quidem nomine hactenùs capaces profanorum patrimoniorum sint habiti. Concilio Viennensi Cap. Exiui De verb. signifi. Vnde nec ille ex inopis Conuentus gaza quicquam videtur comparasse. Iam forensis de eo controuersia producatur in medium. N. Fourreus Prædicatorij Ordinis frater apud Carnutes, promouetur ad Cabilonensis Ecclesiæ Præfecturam. Qua in Præfectura gerenda is rem auxit splendidè, opulenta ditatus supellectile ac pinguibus aruis. Eo morte absumpto, partas opes sibi vindicat Dominicanus Carnutum Conuentus. Propinqui, contrà, eas ad se reuocant iure legitimarum hæreditatum: quasi defunctus, votiua paupertate solutus

An obedientiæ voto erga Abbatem soluatur Religiosus per promotionem huius ad prælaturam Episcopalem.

De Monacho facto Episcopo qui remanet Monachus. Vide Tit. 3. Lib. 1. Monasticon. Art. 5.

An monachus factus Episcopus ab eo acquisita pendente Episcopatu transmittat ad suum monasteriũ an ad successorem Episcopũ, an ad suos hæredes sanguinis.

De Monacho translato ad aliud Monasterium, veri acquirat. Vide Tit 3 Li 1. Monastic. art. 24.

Acquisita ex nummis Ecclesiæ. Iure Canonico pertinent ad Ecclesiam, licet prælatus suo proprio non Ecclesiæ nomine acquisierit. Cap inquirendum. De pecul. cleric. De vsu autem in ea re Gallico vide inst. scripta Li. 3. Tit. 1. Art. 22.

fuerit superuentu pōtificalis Sacerdotij. Huic bonorum quæstioni interuenit Collegium Cathedralis ecclesiæ Cabilonensis, sibíque controuersas res asserit, tanquam ex fundis ac reditibus pōtificalis sui Templi acquisitas. Senatus tandem, Dominicanos, velut ex professo Mendicantes exclusit illa profanorū bonorum petitione, eáque agnati demortui hæredibus, non Episcopali Collegio adiudicauit. Vnde elicias Senatui placuisse (quod nobis mirum fuit) monachum factum Episcopū, voto paupertatis, vti obedientiæ solui, & ad consanguineos bona transmittere hæreditario iure. S. Consulto à Præside palàm recitato Diebus Paschatis profestis, seu. 16. Cal. Maias. An. 1585. Vice versa, religioso Equiti sacræ Militiæ Hierosolymitanæ licet profanam cognatorum hæreditatem capescere, dummodò venia ipsi gratiáque à Magistro Ordinis facta sit successorij futuri iuris, cùm eam in Militiam adscriberetur. Quemadmodùm à Diuionensi Burgundiæ Senatu pronuntiatū est. 9. Cal. Martias An. 1582. pro Iacobo *De diou* Melitensis sacræ Religionis milite, qui à Philiberto fratre institutus fuerat hæres: aduersus Claudium *De diou* Baronem *de Monperroux*, communem vtriusque fratrē: Hierosolymitani quippe Ordinis Constitutionibus, quicquid acquirit cœnobita, Cōuentui quærit, nisi à summo Ordinis Præfecto rei suæ disponendæ copiam obtinuerit liberámque facultatem. Pro quo Abbatis permissu, modò citra Pactum à monacho in ingressu contractum, opinatur Cynus in Authent. Ingressi Cod. de sacrosan. Eccles. Baldus in Consi. 116. Volum. 1.

Arestum Curiæ solēniter pronuntiatum Die 16. Aprilis An. 1585. de successione *d'vn Iacobin du Conuent de Chartres, fait Euesque de Chalon, en Bourgongne.*

Decretum Curiæ Parlamentaris *de Digeon*, die. 21. Febr. An. 1582 *pour le Commandeur de Dieu, heritier testamentaire de son frere President aux enquestes à Paris.*

Pingvivs ædepol his omnibus veterum Monachorum peculiū, qui erudité opes industriæ suarúmque lucubrationum hæreditaté ad posteros Christianos transmiserunt, quouis auro pretiosiorem. Isuardus enim monachus, Benedictini ordinis, edito volumine pertexuit sanctorum Confessorum & Virginum res gestas, eorúmque omnino, qui parta martyrij laurea Christianis pectoribus stimulos addiderant ad bene beatéque viuendum. Circiter annum. 770. Sic Ionas cœnobita, D. Columbani Abbæ vitam in litteras redegit, sub annum 630. Effren monachus carmine planxit Nicomediæ lapsum. Item Arator S. R. E. Cardinalis composuit in Apostolorum Acta Carminum Libros. 2. A Theoderico cœnobiarcha scriptā habemus Vitam S. Hildegardis. An. 1200. Hæc Monasterij Antistita floruit in monte B. Roberto sacro ad Bingam in Germania: Quùm Eugenius 3. sederet in Cathedra Petri. Eadem tempestate, D. Bernardus emicuit cœnobita, quercuum secessuumque discipulus, & nullo præeunte magistro doctissimus: qui è solitudine in celebritatem, ex vmbra in solem, sanctitatem, eruditionémque importauit. Is tam hercle* πολύγραφος quàm * αὐτοδίδακτος: Quod paucis admodùm id genus scriptoribus Origeni, Augustino, Ambrosio cernimus contigisse. Bernardi vitā monumētis prodidit Arnulphus Bonæuallis Carnutū Abba, illius coætaneus. Quem ad Arnoldum Carnotensem emisit Bernar-

Ionas monachus genere Scotus.

Quidam extat Codex hoc titulo, Regula S. Benedicti explicata ab Hildegarde, quæ inibi grauissimè sorores suas exhortatur ad seruandam regularis vitæ disciplinam.

* multa scribens.
* à seipso edoctus.
Circonfertur & alter Arnoldi Bonæuallis Abbæ Tractatus De vltimis septem verbis Domini.

Bernardus Epistolam 310. In Tomo Epistol. Vti ad Hernaldum Bonæuallis Abbam extant scriptæ Literæ ab Arnulpho Lexouiorũ pontifice, in Lib. Epistol. Ac Paulò antea de Bonæuallensis, & Blesensis Abbatum lite Ecclesiastica mentionem intulit Yuo Carnutensis, iudicióque decisam Floriacensis Concilij percensuit. in Epi. 218. Sed ad rem. Prædictis ætate maior Rabanus Abba Fuldensis, Tractatum edidit in Libros sapientiæ, & Ecclesiasticum, quem Otgario Archiepiscopo nuncupauit. Vt Sigebertus etiam attestatur, in Chronico An. 827. Vbi Ansegisus quoque Abbas Lobiẽsis duobus Lib. digessisse perhibetur Edicta Caroli Mag. & Ludouici filij Impp. quæ ad rem Ecclesiasticam pertinerent. Leguntur præterea Ruperti Abbæ Tuitiensis monasterij Libri. 12. De diuinis officiis, & Commentar. in Euangelium Iohannis Libri. 14. Subdo huic Radulphum Flauiacensem, ordinis Benedictini, qui Librorum. 12. in Mysticum Mosis Leuiticum auctor inclaruit. Circa annum Christi millesimum. Hubaldus sanè monachus Eluonensis cœnobij, ex Benedictino ordine, texuit sacram Historiam Christianorum Patrum, qui pietatis commendatione in Superos relati fuerant, nominatimque D. Lebuini res gestas Historico opere decãtauit. Caluo Cæsare scriptoris huius Mœcenate ac patrono. Sub annum 880. Commemorem nè Lanfrãcum Cantuariensem, ex Abba Archiepiscopum? qui de Christianæ hostiæ communione librum euulgarit in Berengarium Turonensem. An. 1060. Contra eundem Berengarium, qui Sacramentariam impietatem sparserat, stylum distrinxit Guitmundus Auersanus archipræsul triplici condito de Corpore & sanguine Christi Volumine. Berengarij quidem errorem damnarat Leo. 9. Pontifex, Vercellensi coacto Præsulum cõcilio. At Nicolao 2. Leonis successore, Berengarius ingenuè mutauit sententiam: ea sanatæ mentis pęnitentisque animi publica testificatione; vt inopibus mox cuncta erogans, victum sibi dehinc stipemque diurno manuum labore quæritarit. Id quod auctor est Yuo Carnutum Antistes. 16. Parte Decretor. Et Can. Ego Berengarius indignus Ecclesiæ S. Mauritij Andegauensis diaconus De Consecrat. Distinct. 2. ac Platina in Iohanne. 14. P. P. Sub quæ tempora, Abbo Floriacensis monachus Celta conscripsit Edmundi martyris vitam. An. 1063. Idem Calculum Victorij Commentariis illustrauit. Quod & Sigebertus enarrat, In Chronico An. 994. Ad Abbonem quoque diui Benedicti Floriacensis Abbam, scripsit Fulbertus Carnutum pótifex Epist. 1. Lib. Epistol.

16 INNVMEROS prætereo Ecclesiasticos scriptores cœnobitas cùm Orientalium partium, quos B. Hieronymus, tùm Occidentalium, quos Baleus è Britannia insula, Ado Viennensis è Gallia, aliíque ex

Lanfrancus, genere Italus, patria Ticinẽsis Cadomensem in Normania Abbatiam tenuit perdiu, quousque Cantuariẽsis Archiepiscopus creatus est.

In Cistertio floruerunt Abbates sancti Robertus, Albericus, Stephanus Raynaldus, Gozuinus, Alexander, Conradus, cuius digiti sacrati nocte studendo pro candela lucebant. Hugo Pontigniaci Abba in frigido monte, Helinandus monachus solemnis Historiographus, &c. Sconaugia, Hildegundis, quæ in habitu virili se fratrem Iosephnominans, ibi sub habitu nouitiatus spiritum Domino impollutum reddidit.

Berengarij huius piè abiurantis Tumulus visitur in Tẽplo Prioratus D. Colmæ apud Turones, cum insigni Epitaphio posito 10. 1088. Distichis septẽ infrascriptis.

Quem modo miratur, semper mirabitur Orbis, Ille Berengarius non obiturus obit. Quẽ vero fidei vestigia summa tenentem, iam prima dies abstulit ausa nefas Illa dies, damnosa dies, & perfida mundo, qua dolor & rerum forma ruina ruit: Qua status & virtus, qua spes, qua gloria

demum. Quaecunque fuerit, tunc ruente ruit. Quaecunque Philosophi, quicquid cecinere Poetae, ingenio cessit eloquioque suo. Cui vestis texturarum, cui non fuit unquã, antesitam potius, nec ciõem ante jamem. Quem Natura parens, tum munão consulit, inquit, Degenerant alij, nascetur iste mihi.

aliis passim Regionibus eduxêre in memoriam posteritatis. Quibus haud temerè Honorium adiungas, Heduensem presbyterum & Scholasticum, qui de *Luminaribus Ecclesiæ*, sacrisque scriptoribus Codicem exarauit, & Offendiculum De Sacerdotibus. An. 1120. Ac longa post temporum intercapedine, Sibertus Bela, Carmelitani instituti, Regulam sui Ordinis pertractauit. Publicato Opere circa annum. 1320. Deinde Burellus Diuionensis Carmelita depinxit Heliadem, id est, Heliæ Encomium, Carmelitarum Patriarchæ, virorumque illustrium Carmelitanæ professionis. An. 1494. Præter hæc cucullati sacerdotes honesti otij partem impenderunt Reipub. cuiusque Annalibus concinnandis. Nam vt Iornandem monachum sileam, rerum Gothicarum, aliósque exteros memoriæ scriptores, Franci imprimis nostratem debemus Historiam Gregorio Turonensi, qui ex monacho, discipulus quondam S. Auiti Præsulis Aruernorum, decus promeruit sacratæ Turonum mitræ. Debemus itẽ rerum nostrarum monumenta Rheginoni monacho Prumiensi Aimoyno, Glabro Radulpho Cluniacensi, Suggerio Præfecto cœnobij Dionysiani, Sigeberto Gemblacensi cœnobitæ, Vilhelmo Nangisio. Rob. Gaguino Patri Magistróque Ordinis Sacræ Triadis Mathurinorum. Hannones rursus Iohanni Cuysio monacho, Britones Anachoretæ Marco, Germani imprimis Tritemio Abbæ Spanheimensi, Vrspergensi Abbæ, & reliquis eiusmodi. Subnecte his Adonem seu Viennæ Archiepiscopum, seu Episcopum Treuirensem, qui insignes rerum antiquarum Libros composuerunt. Radeuicus, ad hæc Frisigensis Ecclesiæ canonicus, Friderici. 1. Cæsaris res gestas complexus est duplici Libello. Freculphus insuper, monachus Benedictinus inexhausto labore collegit Orbis totius Chronica, ad Bonifacij. 1. vsque Pontificatum, & Phocæ Augusti Imperium. Neque igitur defuêre interim, qui Pontificum Rom. vitas publicis chartis consignarent. Damasus videlicet ad suam vsque ætatem, inde ad Nicolaum. 1. Anastasius S. R. E. Bibliothecarius. Exin ad Alexandrum. 2. & ab eo, ad Honorium. 2. Pandulphus Pisanus, postmodùm Theodoricus Niemus, Platina cum neotericis aliis.

Aimoynus seu Annonius monachus S. Germani de Pratis ad vrbem Parisien.

Fratris Vincentij Belnacensis, Ordinis S. Dominici Speculum Historiale.

Fr Vvilhelmus Nangisius Dionysianæ Ædis monachus in agro Parisien. Carolo 5. Rege.

In hac Britonum Historia Anachoretæ Marci, frequens mentio de D. Germano, & De Patritio episcopo.

Freculphus Rabanus Abbas multa volumina dedicarunt.

Theodoricus à Nien.

Benedicti Pererij Valentini, è Societate Iesu, tertius tomus Commentariorum in Genesim. An. 1590. Vincentij Bruni, Societatis Iesu, in Passionem & Resurrectionem Christi meditationes.

Iohannis Maldonati, Societatis Iesu, Commentarij, in 4. Euangelistas.

Disputationum Roberti Belarmini, è Societate Iesu, de controuersiis Christianæ fidei, aduersus huius temporis Hæreticos.

Francisc Montani Apologia pro Societat. Iesu in Gallia. contra Anton. Arnoldum causidicum Parisiensem.

Summæ Theologiæ moralis, Tomus 1. per Henricum Henriquez Societat. Iesu.

Iohannis Osorij è Societate Iesu, Sylua variarum concionum, Tomos 4. & 5.

Iacobi Ledesimæ. Societat. Iesu, de scripturis diuinis, quauis passim lingua non legendis, Missæ sacrificio, cæterisque officiis, & precibus in Ecclesia Christi tantum Hebræa, Græca aut Latina lingua celebrandis, Liber vnus.

Loys Richeome de la Compagnie de Iesus, trois discours de la Religion Catholique, des miracles des Saincts, & des Images, l'an 1597.

TANTVS religiosi otij fructus constat cœnobitis, vel rusticana 17
quiete, vel tranquillo (licet in Vrbe) secessu perfruentibus. Quin profanæ functionis homines rus digressi paulisper commentantur condunt-

condùntque liberiùs, quæ in communem dein poſterorum vſum edantur, ciuilémque humani generis ſocietaté. Hinc M. Tullius, hæc (inſit) loca venuſta ſunt, abdita certè, & ſi quid ſcribere velis, ab arbitris libera. Epiſt. ad Atticum Lib. 15. Ex eo necnon Academicæ quæſtiones dictæ, ab Academia Ciceronis villa, quam Latiæ Muſæ immortalitati conſecrarunt, Hoc Laureæ Tullij ipſius liberti Epigrammate.

Laureæ Tullij liberti Carmen de Aquis in Academia Ciceronis villa erumpentibus, quæ remedium ægris oculis adferebant. Apud Plinium Lib. 31. Cap. 2.

Quod tua Romanæ vindex ſuauiſſime linguæ
Sylua loco meliùs ſurgere iuſſa viret;
Atque Academiæ celebratam nomine Villam
Nunc reparat cultu ſub potiore vetus.
Hinc etiam apparent lymphæ non antè repertæ,
Languida quæ infuſo lumina rore leuant.
Nimirum locus ipſe ſui Ciceronis honori
Hoc dedit, hac fontes cùm patefecit ope.
Vt quoniam totum legitur ſine fine per Orbem,
Sint plures oculis quæ medeantur aquæ.

Nobis ſanè forenſium rerum vnda penè obrutis emergere ſi licuerit aliquádo, decretus eſt pariter reditus in natale noſtrum Andium ruſculum: vt illìc deuexa ætate, quaſi veſpere, taciti Pythagoræorum inſtar, repetamus memoria, ſcriptíſque communicemus poſteritati, quæ rota die. i. in Reipub. luce iuuenes idétidem percepimus. Iam ergo, vt ad Cœnobitas reuertar, perenni laudum præconio digni hi mihi videntur, quicunque ſolitudinis otiíque ſui commoda piis ſtudiis ac commentatione rei literariæ metiantur. Nec enim temerè ſacram illam ſolitudinem celebrarunt maiorum gentium Auctores D. Ambroſius, in Opuſc. De fuga ſæculi: Baſilius Magn. in Tract. De abdicatione rerum, ſeu renunciatione ſeculi: B. Hieronymus in Cap. De laudibus & vtilitate Eremi, quod Libro attexitur Regulæ monachorum. Tùm Eucherius Lugdunenſis epiſcopus Opere luculento De laude Eremi, ad Hilarium epiſcopum Arelatéſem. Dein S. Bernardus, De vita ſolitaria ad fratres De monte Dei. Ne Francis Petrarcham illis permiſceam, qui de Vita ſolitaria Lib. duos edidit, ác præterea Tractatum De otio & ſolitudine clarorum quorundam virorum.

MISELLA etiam hac tempeſtate excitatus eſt à Superis nouus Re-
18 ligioſorum hominum Ordo, qui vt à Ieſu Societate nomen obtinent ſic aſſidua ſacræ Paginæ lectione, concionibus, ſcriptorúmque editione nutantem fulciunt Chriſtianam Rempub. rara ingenij doctrinæque munera ad ornatum Templi Dei. i. Eccleſiæ conferentes. Id manifeſtè prodit luxurioſa recentium tot librorum ſeges, præclatáque Caniſij monumenta. Fran. Turriani, Antonij Poſſeuini, Theodori Peltani, Ioh. Pelecyi, Roberti Bellarmini, Georgij Va-

Peltanus Societatis Ieſu Theologus dudū ſcripſit de Origenis peccato, & de Satisfactione, ac Maieſtate Chriſti.

lentini, Franc. Toleti, aliorúmque, qui in sacrum hoc allecti sunt consortium. Id quoque indicat Emanuelis Acostæ Lusitani Historia rerum à Societate Iesu in Oriente gestarũ ab An. 1541. ad vsque 1568. Ignatius Loiola parens conditorque fuit sacri eius Sodalitij, qui Romam cum Sociis venit ad obedientiam Paulo. 3. P. deferendam. Quo tempore apud eundem Pontificem Petrus Mascarenius legatione fungebatur pro Iano Lusitaniæ Rege. Is cognito eorum vitæ genere atque instituto, quod ita in mandatis habebat à Principe, qui de ipsorum virtute piísque moribus ex literis multorum acceperat antea, egit cum summo Pontifice, vt ex iis aliquot promulgãdi Euangelij causa mitterentur in Indiam. Cuius Prouinciæ ab Idolomania ad Christianam fidem traducendæ magno desiderio Rex tenebatur, orthodoxæ Pietatis assertor egregius. Missi ex decem, qui tùm erant, Sociis Franciscus Xauerius Nauariensis, & Symo Rodericus Lusitanus Vlyxipponem attigêre. An. 1540. Qua in Regione ita probari, ac suspici variis actionibus cœpta est pia sedulitas ipsorumq; industria, vt vulgò Apostolorum nomine nuncuparentur, seu Christi Legatorũ. Inde hoc Societatis in Lusitania cognomentum à populo est inditum. Xauerio India prouincia destinata, Rodericus in Lusitania retinetur, vt quoniam ad Ignatium alij se indies adiungebant, is literaria professione in Conimbricensi Academia præesset ipsorum Diatribæ scholasticæ, velut Seminario cuidam illorum qui deinceps in Indiam supplementi causa legarentur. In India igitur Xauerius perinde ad Ethnicos Christianis præceptis imbuendos adiecit animum, vti ad Christianos incolas Lusitanósque in fide ac officio continendos. Declarant id præter Acostæ Historiam, Epistolarum Lib. 4. de Iaponicis rebus, & Epistolares Codices Rerum Indicarum An 1568. 69. 70. ad vsque 1586. Exin Societatis Iesu fæliciter iactis fundamentis, exurgũt subinde Maldonatus, Ogerius, Sociique id genus haud pauci, qui Euãgelicæ prædicationis munus implerent, frequenti concione cælestẽ doctrinam admirante, cum summa pietate coniunctam. Potiuntur certè hi parta ex optimis studiis insigni gloria, quæ nixa veræ virtutis radicibus nunquam deflorescet. At enim prudentiùs Dij immortales, quùm nouum hunc Ordinem instituerent, suum velut Athletam renascentibus opponendum hæreticis, videntur attenti Patrisfamilias munus obseruasse: cui Oeconomicam hanc cautionem Vates Heroico suggerebat.

Recitata fuit Brauosbergæ in Collegio Societatis Iesu Palinodia seu reuocatio Fabiani Quadrantini, cùm factus esset ex Lutherano Catholicus An. 1571.

Lisbonne in Portugalia.

Xauerius diem supremum obiit in Regno Sinarũ. Die 2. Decẽb. An. 1552. in monte deserto, in tugurio paleis & arborum ramis raptim extructo

Ei Iesuitarum Collegio Conimbricensi Lusitanos rex annuorũ vectigalium quod satis esset ad Socios centum alendus, doctrinaque sacra ac profana instituendos attribuit.

Nunc aliam ex alia generando suffice prolem:
Semper enim refice, ac nè post amissa requiras,
Anteueni, & sobolem armento sortire quotannis.

Eamque ob rem Iesuitarum Ordo probatus est Paulo. 3. Romano Pontif. Codicillis. 5. Calend. Octob. An. 1540. Pridie Idus Martias. 1543.

Rescripta Apostolica Die 27. Septẽb. 1540 Die 14. Mart. 1543.

1543. Calend. Nouemb. An. 1549. & Iulij. 3. diplomate. 12. Calend. Sextiles. An. 1550. Receptus etiam à Pissiacensi Gallicorum Præsulú conuentu, postridie Idus Septembres An. 1561. Cuncta hæc promulgante Senatu Parisiensi, iis legibus, vt recens creata Societas sacrum agnosceret Diœcesani imperium, superiorémque Episcopi Præfecturam, nec eadem parochorum iura sibi vsurparet, seu Ecclesiastici Collegij cuiusuis. Idibus Februar. An. 1561. Post binas Curiæ de eo negotio Interlocutiones. 3. Nonas Sextiles An. 1554. & 8. Kal. Martias. An. 1560. Rem totam promouente in Iesuitarum gratiam Christianissimo Rege. Solemnibus ad Senatum Rescriptis Mense Ianua. An. 1550. & 7. Kalend. Maïas An. 1560. Imò & œcumenica Synodus Tridentina merito elogio comprobauit Religionem Clericorum Societatis Iesu, & à sancta Sede priùs admissam attestatur. Concilij Sessione. 25. quæ absoluta est pridie Nonas Decẽbres An. 1563. Cap. 16. de Regularibus & Monialibus. Sub Pio. 4. primario Ecclesiæ Magistratu.

Die. 1. Nouẽb. 1540. & die 21. Iul 1550. Colloquium de Poissy die 14. Septẽb. 1561. Verificatio facta in Parlamento, cũ modificationibus die 15. Febr. An 1561. post duo Interlocutoria Atesta die 1. Augusti An. 1554. Et die 22. Febr, An 1560. Regiæ Litteræ die 25. April. An 1560. Trid Conc. cõclusio die 4. Decẽ. An 1563.

19 Nec verò me latet, sacri huius Ordinis nouitatem inuidiosam fuisse nonnullis, quasi antiquitùs receptas liceret non nouas sancire monasticæ Religionis Familias, quadam velut Politica Thesi. Vt Innocentius. 3. constituit in Concilio generali Cap. vlt. De religios. domib. Ac Iohannes. 22. in Extrauagant. 1. De Religios. domib. Idemque à Paulo. 3. P.P. decretum aiunt in Nicensi Narbonensis Prouinciæ oppido. An. 1538. Pari ratione Petrus Aliacensis Romanus purpuratus scripto contendit An. 1416. nouas monasticorum collegiorũ institutiones arceri prohiberíque oportere. Sed fractis inuidiæ repagulis, Iesuitarum Ordo radices egit, velut de cælo missus: quò fortissimi Christi milites rediuiuam veterum hæresim oppugnarent æquè strenuè vti impiis Albiorum erroribus obiecti sunt à Numine quodam cucullati Dominicanæ normæ sacerdotes. Nouas tamen eiusmodi regularium Sodalium coïtiones Græci Augusti videntur improbasse. Nicephorus enim Phocas Bizantiorum Cæsar legem tulit, ne Cœnobia vlla excitarentur in posterum, vel Xenodochia, aut Nosocomia, aliáve pia loca, sed iam extantium vt res negotiáque procurarentur. Cuilibet autem vltrò concessum est eadem Lege, cellas, & quæ appellantur Lauræ, in Eremis condere, quæ non ad possessiones alienosque porrigerentur agros, sed Monastico cultui soli addicerentur. Vt est apud Theodorum Balsamonem in Pandectis Legum Orientalium. In vrbibus autem, ne priuati Oratorij domos sibi quisquam struat vel constituat, vetitũ est etiam Concilio Chalcedonensi sub Martiano Principe: nisi huic negotio Ciuitatis Episcopus auctoritatem præstiterit. Eodem Concilio reliqui omnes qui oppidatim aut vicatim degunt in Monasteriis, Episcopo subiiciuntur. Quod & Fulbertus Carnutum Præsul commemorat, Epistola 56. ad Richatdum Abbam D. Me-

Nice en Provence.

Petrus de Aliaco. Episcopus Cameracensis, Cardinalis qui floruit tẽporibus Caroli 6. Franciæ regis.

Alter Iesuatorum Ordo refertur à Volaterrano, anthropolo. Lib. 21. cœptus sub Vrbano. 5. apud Senã Hetruriæ vrbẽ Auctore ordinis Ioh. Colũbino Senensi ciue, circa annũ 1360 Socij verò eiusdẽ Ordinis, Nicolai 5 cõcessione, ædem S. Ioh. & Pauli Romę in Cœlio monte inhabitant.

Lex Constantinopolitana de hospitalib. Ægrorum, domiciliis publicis, aliisque piis locis.

dardi Suessionen. scripta. In Lib. Epistol. Francica necnon Lege Karoli Mag. cautum inuenimus, Monachos singularum Ciuitatum aut Regionum, Episcopali imperio adstringi, profanis abstinere commerciis debere, nec monasteria deserere, nisi vt mandatū forsan ab Episcopo Ciuitatis opus exequantur. Lib.5.Cap.25. Capitulorum, & Legum Francic. quæ ab Ansegiso Abbate & Benedicto Leuita sunt concinnatæ.

Voluūtur quæstiones seu disputationes Camaldulenses De vita cōtemplatiua & actiua, præscriptæ à Christophoro Landino Florentino, ad Fœdericū Vrbinatiū principem in *Camaldula sylua*, vbi æstiuabat cū Marsilio Ficino, Baptista Alberto, cum Camaldulensi Antistite, & Laurentio Medice.

AMPLEXA est porrò sacra Ecclesia, præter vulgatos cœnobitarum Ordines, quorum scriptores meminêre, monasticam Sodalitatem Frisonariæ seu Lateranensis, S. Iustinæ, Eremitarum D. Hieronymi, Cruciferorum cum stella, B. Petri confessoris de Magella, S. Sepulchri de Calatambio, Camaldulensem, Vallis caulium, Florētis, Syluestrinorum, De Montefano, S. Victoris, De Sepinguam, Pauli primi Eremitæ, De pœnitentia beatorum Martyrum: Societatem & conuentum Marianorum Teutonicorum, Sacrum ordinem Militiæ Calabricæ, Militiæ Iesu Christi apud Lusitanos, Militiæ B. Iacobi de Alto passu, Militiæ Hospitalis D. Thomæ, Militiæ B. Mariæ de Montesia, Liuoniensis militiæ Christi quam Albertus Liuonum Episcopus instituit: Ordinem Marianorum militum (ad Theutonicam formam) qui à Bræmæ & Lubecæ ciuibus excitatur in Ptolemaïde. 13. Calend. Decemb. An. 1190. Magnis sumptibus ædificato ibi Xenodochio in vsum eorum qui tali Familiæ insererentur. Sunt & pleráque alia regularium Sacerdotum Collegia, quæ cælesti afflatu prodita mortalibus multiplex piorum operum specimen edidêre. Romualdus planè Eremitica studia persecutus, in agro Aretino consedit, circiter Annum. 1009. Vbi cuiusdam casam Maldi in Eremo incoluit. Vnde Camaldulensis monachorum Mandra congregatióq;, ab eo statuta emanauit. De quo post Volaterranū scripsit Sigonius, Li.8. de regno Italiæ. Extat pariter Martini. 4. Cōstitutio *extrauagās*, Ca.1. Tit. De Regularib. in Ver. Camaldulensis, Vallis vmbrosæ, &c. Vallisscholariū verò Ordinem Honorius. 3. ac Ioānes 22. Pontifices optimis munierunt & institutis & Legibus, quæ earū probatorio Pij. 2. diplomate continentur, in hanc formulam. *Pius Episcopus, &c. Ex ore dilecti filij Iohannis Perroti Prioris Prioratus Vallisscholarium sub Regula S. Augustini, Lingonensis Diœcesis, nobis nuper exhibita petitione accepimus, quòd olim nonnulli probi Fratres in eodem prioratu, domibus & membris ab eo dependentibus sub regulari obseruantia viuere cupientes, de licentia Episcopi Lingonensis ipsius Prioratus fundatoris infrascripta fecerunt & assumpserunt, quæ ab Honorio deinde & Iohanne 22. prædecessoribus*

Hic Albertus Militaris Societatis Christi apud Liuones auctor, eidem tertiā redituū partem Rigensis Episcopatus attribuit. Ex Chromero Polonic. Annal. lib.7.

Marianorum militū Ordo Institutus Die 19. Nouēb. An. 1190.

Rescriptum Pij. 2. PP. pro ordine *du Val des Escholiers*, & eius priuilegiis.

Monasticus Ordo Charitatis B. Mariæ supra fluuium *de Roignon*, Cathalaunen. Diœcesis, nempe religiosorum virorum, magistri & fratrum Hospitalis super fluuiū *de Reignon*, quod Charitas B. Mariæ vulgò nuncupatur, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, ac de vico Iardinorum Parisiens. & beati Ludouici Syluanecten. cæterorūq; Hospitalium, Hospitalis eiusdem dicti Charitas, membrorum, *priuilegié & exempté de tous Ordinaires par Boniface 8. instituant ledit Ordre de Religieux*, sub Regula tertij Ordinis S. Francisci cum triplici voto monastico, *depuis le Pape Clement 6. le met soux la reigle de Sainct Augustin.* Datum Auenioni 6. Calend. augusti an. 5. Pontificat. *Iehan Euesque de Chalons executeur de ceste Bulle* 13. *Auril*, 1347.

Romæ erectum Polonorum Collegium.

bus noſtris approbata ſunt. Videlicet quòd Fratres Ordinis Valliſſcholarium vitam regularem ſecundùm Deum, & B. Auguſtini regulam poſt annum probationis, & non citius, expreſsè profiterentur, & geſtum habitum & officium obſeruarent more Fratrum loci B. Victoris extra muros Pariſienſ. Viſitationes vero & capitula more Ciſtercienſium celebrarent. Et ſi Ordo ipſe Valliſſcholarium intantum propagaretur, vt multitudinem pareret filiarum, Prior ipſius Prioratus Valliſſcholarium omnes filias viſitaret, & filias filiarum, in quibus poſſet Priores & cæteros officiarios ponere, & deponere, ſecundùm quod domorum vtilitati & inhabitantium ſaluti congruentius eſſe reperiret: Treſque primæuæ filiæ Patrem viſitarent, & obeunte alicuius domus Priore, obitum huiuſmodi Priori Valliſſcholarium nunciarent, qui licentiam daret eis eligendi fratrẽ Priorem, electionémque Prior confirmaret. Electionem verò Prioris Valliſſcholarium tres primarum filiarum priores confirmarent, & Epiſcopus Lingonenſis, de cuius licentia id fieret, electionem ipſam adprobaret, & quod nullus ad profeſsionem ante nouem annorum ætatem admitteretur, &c. Numerum vero fratrum in qualibet domo præfixerunt, qui præteriri non deberet, vt Eccleſia capitalis triginta fratribus Priore præſidente, qualibet vero aliarum. 12. Fratribus clericis & tribus conuerſis, Priore etiam præſidente contenta eſſet. Quòdque fratres in communi omnino viuerent ſub eodem tecto, &c. Quod carnibus non, niſi debiles, & ægroti veſcerentur: Quòdque camiſiis lineis non vterentur, nec culcitras in dormitorio haberent. Necnon fratres certis horis orationi, certis horis lectioni, & certis manuum labori vacarent, &c. Quòd Prior & cæteri officiarij in aduentu viſitatoris compotum de totali adminiſtratione ſua conuentu præſente redderent. Quòd Prior alicuius domus Ordinis prædicti mutuum recipere non poſſit ſine aſſenſu conuentus vltra ſummam 100. *Solidorum, nec aſſentiente conuentu, vltra decem libras, niſi de viſitatoris vel capituli generalis, aut Epiſcopi Diœceſani licentia. Quòd Prior eiuſdem prioratus, & ſui ſucceſſores in omnibus Eccleſiis eiuſdem Ordinis de more Ciſtercienſium, ſine vlla temporalium exactione, officium viſitationis impenderent, & tres dicti ordinis primæuæ filiæ viſitandi matrem ſecundum morem eundem haberent poteſtatem. Priores quoque forinſeci ſemel in anno tempore ſtatuto apud Eccleſiam eiuſdem prioratus conuenientes in vnum, celebrarent more Ciſtercientium capitulum generale, ipſeque Honorius P.P. illud ſtatutũ, vt fratres ipſius Ordinis, niſi debiles, carnibus non veſcerentur, addidit: Iohannes quoque P.P.* 22. *præfatus Valliſſcholarium, cæteriſque eiuſdẽ prioratuũ prioribus in ſingulis domibus eis inobedientes præmiſſa cognitione ſũmaria corrigendi appellatione non obſtante poteſtatem conceſsit: & etiam voluit, quod* 12. *fratres eiuſdem Ordinis dociles ad ſtudium Pariſienſe mitterentur, & fruerentur ſumptibus Ordinis totius, ita quod quilibet prior ſecundum ratã ſuorum prioratuum contribueret, ac diffinitores Capituli generalis præfati ordinis, priores prioratuum, & domorum huiuſmodi ad ſolutionem ſibi impoſitæ ſummæ compellere haberent, prout in ſingulis Honorij & Iohannis prædeceſſorum eorundem litteris ac ſtatutis præfatis continetur. Quę omnia & ſingula ratificamus, & approbamus,* &c. 13. Calend. Ianuar. 1463. Hiſdem tabulis Pius 2. iuridicos talium Statutorum immunitatúmque Seruatores dele-

Eſt & alius Valliſumbroſæ Ordo Monaſticus, auctore Ioh. Gualberto Florẽtino An. 1070 Quẽ Greg. 7. Ordinem adprobauit, vitæ diſciplina ſub norma S. Benedicti, & amictu Veneti coloris inſtituto.

Die 10. Decemb. An. 1463.

Conſeruatores apoſtolici ſeu iudices à Papa selecti religioſorum Valliſſcholariũ cauſis decidendis. Nempe abbates *de Cleruaux* S. Geoouefæ apud Lutetiam, & S. Martini *de Laon.* Innocentij 3. Reſcriptum in ſingulis De ſtatu Monach. Quod ita intelligitur, vt quælibet religio mo-

nastica faciat per se concilíũ prouinciale. Atque ita seruari de facto abbas testatur in d. Cap. In singulis. Nam Carthusienses per se conueniunt, itẽ Cistercienses per se, & Mendicantes: Non autem vt omnes omnium Ordinum abbates eadem simul habeant comitia.

git Clarouallensem, D. Genouefæ, & B. Martini Laudunensis cœnobiarchas: quorum sententiis iudiciariæ Vallisscholarum lites dirimerentur.

Quid si monasterium & monachi exempti sint à iurisdictione Episcopi? Tunc respondebunt in criminalibus & ciuilibus coram suo superiore, si hoc ei competat de cósuetudine legitimè præscripta, vel ex tenore Priuilegij. Gloz. in Auten. Causa quæ Cod. De Episc. & cle. Vel coram Papa aut Legato Cap. quod translationẽ de Off. leg. Cap. 2. de Restit. in integ.

21 ITEM Pius. 2. prædictis Codicillis adiecit, monachos Vallisscholarium sacræ visitationis lege posthac non teneri, adempta Episcopis ipsos inuisendi potestate. Sed hoc quodammodò est Tridentina Synodo temperatum, cautumque, vt Cœnobia vni S. R. E. subiecta, quolibet triennio cogerent sacros conuentus, ex formula Innocentianæ Sanctionis (In singulis) atque inibi Visitatores constituerentur: Sin minus, illa iam tunc Diœcesano præsuli submittuntur, tanquam Apostolico delegato. Trident. Concil. Sessione. 25. Cap. 9. Præclarè. Nam & in primæuo illo Sacræ Reipub. flore viguit Episcopalis censura in Monachatum, obnoxiíque erant Episcoporum animaduersioni cucullati Sacerdotes. Legimus enim Theodosium cœnobitam Monasterio pulsum, & ex publica traductione camelo vectum fuisse iussu Diodori pontificis Diœcesani, tanquam famosum & ignominiosum. Monachos rursùs cum Theodosio conatos fuisse vi minisque eò Iuuenalem adigere. Hierosolymorũ Antistitem, vt in Chalcedonensi concilio acta decretáque infringeret, aboleret. Martiano Romanis imperante. At Cæsar, re cognita, rescripsit Dorotheo Palestinæ prætori, vt Iuuenalem sacrorum gradu à monachis deiectum curaret restituendum, abrogata iis Ecclesiastica dignitate, qui eã à seditiosis monachis accepissent: edixítq; huiusmodi munus ad Episcopos pertinere, de monachis demùm habendam esse ex legibus quæstionem. Teste Euagrio, Hist. Eccl. Lib. II. Cap. 5. & Nicephoro, Libri 15. Cap. 9. Haud dispari ratione Curia, visitationis lite pendente inter Pictonensem Episcopum, & Menigousti phani cœnobitas, illi addixit fiduciariam controuersi iuris possessionem. Vindiciario Patrum decreto An. 1391. Apud Gallum Quæst. 220. Argum. Cap. Cum personę De Priuileg. in 6. Quémadmodùm & Parisiensi pontifici adiudicata est visitandi possessio aduersus D. Mauri Archimandritam seu Abbam, & monasticum Præfectum D. Eligij Parisien. qui Ædis Mauri Abbæ subiiciebatur S. Consulto An. 1387. quod Gallus retulit Quæst. 196. Imò & Episcopo attribuitur Tridentinis Ecclesiæ Comitiis ius inuisendi inspiciendíq; sacra Hospitalitatis diuersoria, Collegia quæcunque, pias profanorum hominum Sodalitates, seu quæ vulgò *Confraternitates läicorum* nominantur, & pia loca omnia: Tametsi vel eorum curatio plebeis competat, vel ea ipsa eximantur ordinaria Diœcesani præsulis potestate. Tridentini Concilij Sessione. 22. Cap. 8.

Prouisionale decretũ Curiæ An. 1391. pro Episcop. *de Poictiers* contrà abbatem & conuentum *de Menigouste.*

Curiæ Arestum pro Episcopo Parisien. *contre l'Abbé de sainct Maur des fossez, & le prieur de S. Eloy à Paris, membre dependant de ladite Abbaye.*

Confrairies.

22 SYNODICÆ huic legi conuenit magna ex parte Regia Francorum Constitutio Aureliæ lata An. 1560. Qua Abbates & monacharum Magistræ Diœcesano obsequi iubentur, sacram Prouinciam circumeunti: posthabita quauis exemptione Pontificia, & sacro-

Abbates & abbatissæ visitationi Episcopi subditi sunt, Francica Ordinatione *d'Orleans.*

sacrosanctæ Potestatis vacatione. Edicto tantùm demuntur cœnobiarchæ, Ordinis sui principatum obtinentes. Artic. 11. Franciscæ Legis Aurelianen. Inibi tamen salua relinquitur cœnobiorum Rectoribus monasticæ visitationis functio. Bisnè verò, an pluries monasteriorum Præfectus maior adire possit lustrareque oculis monasticas inferiores Ecclesias, id nullo certo est axiomate definitum. Vnum dico, Martinianos Lutetiæ cœnobitas à Senatu summotos liberæ possessionis exceptione, qua mordicùs defendebant, se Cluniacensis Abbæ visitationi, præterquam bis anno, minimè subiacere. Aresto Curiæ. An. 1387. quod recenset Ioh. Gallus, Quæst. 138. Ecquid de monachis certo Ordinis capite Magistróque carentibus? Audi legislatorem Principem, qui de eo ita prospexit, illos quédam in Ordinem adscribere se teneri, & in Monasticæ familiæ regulas certas: ex quarum modulo ac pede, Abba monachos inuisens restituat instauretque monasticã inter eos disciplinam. Artic. 7. Fráncici Edicti. 16. Kalend. Maias. 1571. quod promulgauit Curia Parlamentaris. 7. Idus Septemb. Eod. Anno. Tum Artic. 2. Melodunensis Edicti. An. 1580. Sacrarum quidem Virginum cœnobia, quatenus regerentur Episcopali imperio expeditum est à Tridentino Ecclesiæ vniuersæ congressu. Sessione 25. Artic. 9. De monasteriis Sanctimonialium. Has Ægyptij olim, & Africani vocabant Nonnas. Vt cernere est apud Arnobium, & D. Hieronymum. Cui rei quoque fidem conciliat Ambrosij dictum Lib. 1. de Virginitate, asserentis moniales ex multis infra vltráque Mauritaniæ partibus deductas Mediolanum, sacrari ab Ambrosio ipso gestiisse. Quod spectat ad Equites monasticam professos militiam Ordinis Hierosolymitani, constat eos lege solui Diœcesana, & Iurisdictionis ordinariæ Episcopalis. Hanc tamen immunitatem ad parœciaca Equitum sacerdotia non produci ostendunt Bullatæ tabulæ Pij. 5. An. 1571. 10. Kalend. Octob. quarum summa est hæc: *Quomodò Episcopi, & alij superiores possint S. Iohannis Hierosolymitani Ecclesias, in his quæ curam concernunt animarum & administrationem sacramentorum, visitare.* In Bullario Romano; seu diuersarum Constitutionum & Literarum Collectione, Romanorum Pontif. à Gregorio. 7. vsque ad Gregorium. 13. quæ abhinc decennium Romano prælo excusa prostat. Vnde nihil moror quod iactitant sacri illi Equites, Cardinalem Borboniũ Laudunensem Episcopum iure visitationis procurationísque in curialia ipsorum templa exclusum fuisse, Parisiensi S. Consulto secundum Præceptorem Ædis parœciacæ *de Boncourt*, in diœcesi Laudunensi, An. 1536.

Hi prior[illegible] monachi S. Martini de campis, Lutetiæ, iunt Domini Ecclesiæ S. Dionysij *de la Chartre*, in ea [illegible] vrbe per mutuã [illegible]sionem quam fecerũt suæ Ecclesiæ Montis martyrum cum suis appendiciis An. 1111. Ludouico *le Gros* regi Franciæ, Adelaidi reginæ, & eorum filio Ludouico, vt istam Monialibus donarét, & in Abbatiam sanctimonialium erigerét.

Edictum *sur la plainte du Clergé de France*, die 6. April. 1572. Verificatum in Parlamento die 7 Septem. Eodem anno.

Bulla Apostolica Pij 5. die 22. Sept. An. 1571.

Commandeur de Boncourt.

Sur les Reformations Arrest de la Cour du 13. May 1535. entre l'Abbé de S. Florent de Saumur, appellant comme d'Abus des monitions contre luy decernees, à la requeste de Loys Dars intimé, pensionnaire de 2000. liures sur ladite Abbaye. Par lequel Arrest, fut dit, que au moyen de ce que par un re Arrest precedant auoit esté ordonné ladite Abbaye estre reformee, & que pour ce faire & iusque à ce que ladite reformatio fust faite les fruicts d'icelle au roient esté saisis, & commissaires establis, & pour faire ladite reformation, auroient esté deputez certains peres Abbez, & faire statuts & ordonnances concernans le diuin seruice, aliments & vestiture des religieux, reparations, & autres choses necessaires à ladite reformation. Nonobstant quoy ledit Dars auoit fait censurer ledit Abbé à faute de payement de ladite pension, combien que ledit Abbé

fust saisi, & ... iouist desdits fruicts, dont ledit Abbé auoit appellé comme d'abus. Et par Arrest fut dit mal & abusiuement conferé & decerné, comme fait au preiudice dudit Arrest. Et est ordonné par la Cour que auparauant que l'intimé soit payé de sa pension, ladite reformation sera faite & parfaite. Et que les statuts faits par lesdits Peres reformateurs seront entierement executez sans sur le viure & vestiaire desdits religieux, que sur le diuin seruice, reparations & autres choses par eux ordonnees, combien que ledit Dari remonstrast que ladite pension luy auoit esté baillee loco soi tituli, & ce faisant, s'il se trouuoit du reliqua apres toutes choses faites, l'intimé seroit payé de sa pension sur ledit reliqua. Et ne se pourront addresser contre ledit appellant Abbé qui ne iouyst pas des fruicts de ladite Abbaye iusques à ce que de toutes lesdites choses executees, il eust mainlevee, & iouist de son Abbaye.

Placitum Curiæ, An. 1392. *de renuoy d'vn Cheualier de Rhodes criminel deuant son grand Prieur de France,* non obstante impedimento Episcoporum *du Puy en Velay*, & Parisiensis.

Arestum Curiæ, die 21 Iun. An. 1394. pro Fr. Ythero de Perentia milite Ordinis S. Iohan Hierosolymi. & Præceptore de bella Chassagna. Quem Paris. Episcopus præsertim sibi vindicabat tanquam iudex ordinarius omnium clericorum & religiosorũ in ciuitate & diœcesi Parisien.

Sunt & aliæ Literæ priuilegij concessi fratrib. Hospitalariis S. Iohan. Hierosoly. à Iohanne Angliæ rege domino Hiberniæ, duce Normaniæ, Aquitaniæ, Comite Andegauorum. die 25 Aug. Regni An. 1.

Ordo militũ S. Stephani Papæ fundatus à Cosma Mediceo, Magno Hetruriæ duce An. 1561.

Arestum Curiæ die 17. Apr. An. 1526. pro iurisdictione Episcopi *de Langres*, contra religiosum Ordinis D. Iohan. Hierosoly.

MONASTICÆ item Præfecturæ munus consistit in Abbatis Iuris- 23
dictione vtcumque contentiosa, quam Regius magistratus piè tuetur, politicus sacrati iuris custos ac vindex. Vt putà, Rhodiæ militiæ eques criminis reus abducitur ex Aniciensi Vellauniorum territorio in publicam Lutetiæ custodiam. Hunc Parisiensis & Aniciensis Episcopi postulant ad sua hinc inde subsellia reiici. Iudicium exercente Senatu, reus ad sacrum Archipriorem Franciæ relegatur, non ad Episcopos, neque ad Aquitaniæ Præfectum Rhodiensem, qui accusatoris partibus fungebatur. An. 1392. Vt est apud Ioh. Gallum Quæst. 307. Quibus dissentaneum non est Curiæ decretum alterum 3. Idus Iunias. An. 1394. pro Fr. Ythero Perentio, milite sacri Ordinis Hierosolymit. Singula hæc veteri Principum Priuilegio affinia, quod militari sacro Ordini irrogatum fuit, clausula huiusmodi. *Richardus Dei gratia Rex Anglorum, Dux Normaniæ, Aquitaniæ, comes Andegauiæ, &c. Prohibemus etiam, ne fratres Hospitalarij de aliquo ponantur in placitis, nisi coram prædictis Fratribus, vel eorum Bailliuis, vel seruientibus sancti prædicti hospitalis de Hierusalē, &c. Mense Ianuar. An. 5. Regni nostri.* Idque firmiùs adhuc protrahitur ad profanam Regiamque Galliæ Iurisdictionem posteriore Franci Regis Diplomate Philippi. 4. in hunc modum. *Nec personæ Hospitalis quomodolibet compellantur in foro seculari super actionibus merè personalibus litigare, quanquam fuerint obligatæ per nostras litteras, aut ministrorũ nostrorũ Fratres suos vagos, & eorũ bona cũ armis moderate vel sine armis, ac delinquētes habere, capere cōcedimus, quatenus extitit fieri consuetum. Quod si aliquis appellet ad curiam nostram, de curiis secularibus Fratrum dicti hospitalis, qui de antiqua consuetudine primas habent appellationes, fiat sine difficultate remißio dictorum appellantium ad ipsos Fratres, vel ad eorum indices appellationum. Mense Augusto. An.* 1304. Quantùm enim Christianæ Reipub. semper profuerit inclytus Rhodiorum Equitum Ordo indicat D. Bernardus Hierosolymorũ Patriarchæ, dum, Quæso (infit) super milites Templi ponite oculos vestros, & tantæ pietatis viscera tam strenuis Ecclesiæ propugnatoribus aperite. Hoc siquidem acceptum fuerit Deo, & gratum hominibus, si foueatis eos, qui suas animas pro fratribus posuerunt. Epist. 175. At patrum ætate Lingonensis Præsul sibi causæ cognitionem asseruit contra Hierosolymitanum militem sceleris arcessitum, in augustissimo Eucharistiæ sacramento commissi. Ex quo Senatus, nulla prouocationis ob abusum interpositæ ratione habita, pronuntiauit ius esse Lingonum pontifici de Rhodij Hospitalarij crimine ex legibus cognoscere. Decreto. 15. Calend. Maias An. 1526. Vt traditũ est Parte. 7. Arestor. Parlam. Parisien.

CÆTE-

24 CAETEROQVIN Religiosi homines quicúque honestati sunt priuilegiis, exemptíque ab communi foro iuris dicundi, remittuntur vulgò ad priuilegiarios suos iudices. Ita Senatus *Parlamentaris* decreuit pridie Idus Apriles An. 1374. lectáque Priuilegij cautione Monachorum sacri Hospitij Parisien. censuit placere, Fr. Raymundum Ythierum cœnobitam, eius Hospitij administrum, criminis causam dicere non cogi apud Episcopum Parisien. Sed cœnobitis aliis publici eius Xenodochij dedendum, qui in eum flagitii compertum suo iure animaduerterent. Per hunc modum, Summa Curia iudicauit pro cucullatis sacerdotibus B. Germani ad Vrbem, contra Parisiensem Episcopum. An. 1387. Si Gallo fidem habemus. Quæst. 139. Quæ animo meditans, recordor legisse Forensis Immunitatis clausulam istam, quam Regiæ fundationis Tabulis eiusce Cœnobij, cóprobator adiecit D. Germanus Parisiorum Antistes. *Sit alienus omnis Pontifex Parisiorum ab eodem loco, vt non deinceps aliquam potestatem in omnibus ad ipsum locum pertinentibus habeat.* Childeberto Gallorum rege, ac Monasterii conditore.

> In Registro Consilij Parlamenti incipientis An. 1374. Die 12. April dictum fuit quod Fr Raymundus *Ythier* religiosus *de l'Hostel-Dieu de Paris*, redderetur religiosis eiusdem Hospitalis, non obstante remissione ab Episcopo in suum forum requisita tanquam Diœcesano.

> Monachi Abbatiæ S. Germani de piatis, Lutetiæ.

25 REFORMATIONEM monasticorum Conuentuum istîc demùm attingamus. Cuiusque enim ordinis magistri tenentur cœnobitarú vitia abusúsq; repurgare, emédare, ex veteri Monasticæ normæ disciplina. Si quidé aureo illo primi Monachatus seculo, vnus aliquis præficiebatur regularibus Collegiis, cuius arbitrio summæque auctoritati rerum regimen permitteretur. Vt ex Cassiano liquet Cap. 3. Lib. 2. Ac de Monasticis huiusmodi institutis morúmque censura, D. Augustinus copiosè Lib. 1. De motibus Catholicæ Ecclesiæ Cap. 31. & D. Hieronymus De regula monachorũ. Nonnunquá & Metropolita pro maiore imperio regebat Monasteria, eisq; dabat Cœnobiatchas. Proin Sidonius Epistola quadam Volusianum rogat, Auxianum vt substituat in monasticam Præfecturã, superiori tamé Hierarchicæ inspectionis munere sibi reseruato. Quò allusisse etiá videtur Leo pontifex, Epist. 82. ad Iulianum Coënsem. Hinc Gallici Præsules Arelatensi Synodo sanxerunt censoriam in monachos virgulam coërtionémq; ad Diœcesanos Antistites pertinere. Quibus congruit Aurelianensis Concilij decretum Cap. 21. quod Gratian⁹ Libris suis intexuit. Can. Abbates. 18. Quæst. 2. Reformandi itidem munus delegatur nonnullis interdum, qui idcirco alieni iuris functionem alteri committere nequeunt. Cap. quoniam Apostolica. §. is autem. Et ibi Bohicus De offic. deleg. Gallus Quæst. 58. Vno tantùm casu hi disciplinę Restitutores æquantur Ordinariis nempè vt mandátis obitu eorum imperium non soluatur: quùm instar sint Proconsulum, aut Legatorum. Faber. in §. Item si adhuc Instit. De mandato Guimerius In Pragmat. Sanct. Tit. De Election. in verb. reformat. Argum. Cap. 2. de offic. legat. In 6.

> Bulla Sixti. 5. an. 4. Pontif. 8. Cal Mart. confirmans Gallicanam congregatioñ quorumdam Monasteriorum & Prioratuum Benedictinorũ exemptorum. Item Gregorij 14 Breue apostolicum die 12 Maij 1591.

> Vrbani. 3. Bulla Apostolica An. 1186. Religiosi, Abbas & conuẽtus S. Cornelij *de Compiegne* sunt exẽpti ab Episcopo Suessionũ Diœcesano, & Romanæ Sedi immediatè subiacens. Eadem Bulla confirmantur omnia bona & possessiones Abbatiæ, cum Prioratibus ab eadependentibus.

26 ATQVE vt varia exemplorum serie res clariùs patefiat, iampridé in magno Principis Consilio agitata est reformationis quæstio Cœ-

> Abbatia de Fréteneaulx, a qua Prioratus & membra dependentia

nobij muliebris Fontis Ebrardi. In tantum, vt sacram eius visitationem emendationémque spectantia ritè constituerint Prætoriani Senatores. Gemino decreto. 15. Cal. Apriles An. 1520. & Quindecimo Calend. April. An. 1570. iuxta anterius Iudicatum. 4. Calend. April. An. 1519. & solemnem Reformationem monasticorũ eius Ordinis Conuentuum antea peractam à Quadrigario Episcopo Parisien. Quæcunque autem monastici Patres in lustrandis Cœnobiis censendísque moribus ibi decreuerint, ea Senatus extemplò seruari iubet, nec vlla obstante prouocatione, executioni mandari. Bino Curiæ iudicio Calend. Iuniis. 1571. & 7. Calend. Martias An. 1572. Inter Ianum Rupifocaldum Cormeriaci monasterij Præsulem fiduciarium, & cucullatos eiusdem sacerdotes. Idem Regio Consistorio placuerat antea in reformationis negotio Monasticæ Ædis Petri in Valle apud Carnutes, controuerso inter Petrum Brisayum qui Pôtificia commendatione Monasterio præerat, & suos ipsius cœnobitas. Aresto Prætoriani Senatus, quod Magnum Consilium vocant, 12. Kalend. Apriles An. 1558. Talis vtique censura ac morum castigatio Monasticarum Familiarum competit religiosis duntaxat Ordinis principibus, nec fiduciariis Cœnobiarchis. Sicuti prædiximus, & Artic. 20. Aurelianensis Edicti statutum fuit. Imò nec seculi clerico Abbæ liberi⁹ est, è monachis vnũ officio præfecturáq; claustrali abdicare, quàm morũ coërtione in singulos vti, quemadmodũ nostra actione forensi pronunciatum est in summo Auditorio Curiæ *Parlamentaris*. 12. Cal. Quintiles An. 1581. secundùm clientem nostrum Frat. Iacobum Britonem Supprefectum Monastici conuentus *de Aquaria*, in Andium suburbiis, contra Renatum *de More* vicarium secularis Præfecti Cœnobio Vindocinensi, à quo inferior ille Conuentus pendebat. Quùm enim fiduciarius hic Cœnobij Antistes seu eius Vicarius claustrale Suppræfecti munus abrogasset Cœnobitæ, Senatus qui abusus titulo appellatus fuerat, abusiuè abrogatum iudicauit. Nec diuersum *Patres Parisien.* definierunt in forensi agitatione causarum. Sententia pridie Idus Quintiles An. 1588. postquam Chauuelinus, pro Frat. N. Francheto, appellante: & Buissonus pro Ludouico à Camera, Vindocinensi Abba dixissent. Interdum quoque ex circumstantibus causis decernitur profanarum opum partitio inter Abbam & cœnobitas: Vt litium inter ipsos seminariũ præcidatur nec toties de victu aliísque Conuentui indies distribuendis reformatio vrgeatur. Eam bonorum sectionem instituit Curia Parisien. inter secularem Cœnobij Magistrum Belliprati, & eius alũnos cucullatos. Mense Iunio. An. 1555. Hi posteriore quidem transactione

Tont, Conuentus *de la Magdelaine lez Orleans, Lecloistre, Relays, Fosse, Charcdieu, Vareuille, Fontaine, Bellomer, & les Filles Dieu de Paris, & le prieure de Beaumot, soubs Marco, prez Chinon en Touraine*

Duo Aresta Magni Cõsilij Die 18 Mart. An 1520. Et die 18. Mart 1570. de reformatione Abbatiæ de *Frôtenault*, & Prioratuum ab ea dependẽtium. Iuxta præcedẽs Arestum die 29. Mart. 1519.

Aresta Curiæ Parisien. Die 1 Iunij An. 1571. & die 23 Feb. 1572. de reformatione Abbatiæ *de Cormery*, in Touronia, exequenda non obstante appellatione, & sine eius præiudicio.

Decretum Magni Consilij die 21. Mart. An. 1558. de reformatione Abbatiæ *de S. Pere*, alias *S. Pierre en Vallee.*

Arestum Curiæ *donné en plaidant* die. 20. Iunij An. 1581. pro Subpriore Prioratus *de Lesfuiere lez Angiers dependant de l'Abbaye de Vendosme*, Contra Vicarium Abbatis cõmendatarij dictæ Abbatiæ.

Ludou de Camera Abbas commendatarius S. Trinitatis *de Vendosme*. Iudicium Curiæ *en plaidoyrie.* Die. 14 IulijAn. 1588. pro Fr. N. *Franchet Prieur Claustral de l'Abbaye de Vendosme appellant comme d'Abus de sa destitutiõ*, Contra Abbatem cõmendatarium intimatum, qui illum deposuerat.

Abbatia *de Beaupré.*

Arrests de la Cour du 6. de Mars & 14. de May 1604. ordonnans la reformation de l'Abbaye de S. Pierre de Bourgueil estre faicte tant au temporel que spirituel, par maistre Leon Lescot Conseiller Clerc en Parlement, & le Prieur, auec vn autre Religieux de l'Abbaye de S. Germain des Prez lez Paris.

ctione renunciarunt communium facultatum diuisioni: Sed Transactionem rescindi postulantibus monachis palam adhæsi pro Patribus Cistercienses Ordinis Definitoribus, apud Conscriptos Curiæ Parisien. Qua de re interlocutus est Senatus, monasterium à Patribus Ordinis reformatum iri, & monachis interim alimentorum modum præfiniuit. Aresto in publica disceptatione fori pridie Idus Ianuar. An. 1579. quùm Aubertus pro Monachis, Petrus à Lacu, pro Abbate, Nos pro Monasticis Patribus dixissemus. Si tamen cœnobitæ peruicacia quadam & contumaci in Abbatem odio agant cómuni diuidundo iudicio, Supr. Curia eos petitione meritò excludit. Quoties enim is cui Monasteriū perpetuò cōmendatū est, nullas nectit moras aut technas necessariis Côuentui honestè suggerendis, nulla subest tùm probabilis ratio, cur ille à Monachis vocetur ad partes. Inde etiam verendum, ne semel facta bonorum sectione, Monachi abducantur è claustrorum solitudine cōtemplationéque rerum cœlestium ad vagam pofanarum tractationem, sacróque voto indecoram. Poinde Senatus mensæ communis diuisionem petentes cœnobitas *de Coulons* minimè audiit, sed cœnobium à duobus Ordinis Patribus censoribúsque emendari præcepit, quos Diœcesanus Carnutum pontifex rogatus nominaret. S. Consulto. 4. Iduum Iuniarum An. 1581. pro Baptista Tiercelino cœnobiarcha Porro Fr. Iacobus Ambosius Cluniacensis Abba regularem disciplinam instaurauit in Martiniano Lutetiæ Conuentu monastico, qui Cluniacensi cœnobio contribuitur. 4. Idus Decemb. An. 1508. Huius reformationis *Statuta* Ludouicus. 12. rex seruari iussit. Rescripto Mense Nouemb. An. 1512. quod Parisiorum Senatus publicauit. 9. Kalend. Februar. subsequentes. Rursùm de *Prioratus* huiusce reformatione S. C. factum est. 5. Idus Iunias An. 1548. Fr. Germano Nicolao rem promouente. Hoc ampliùs, *Conscripti Patres*, monastici conuentus Primatum, qui *Prioratus conuentualis* dicitur, pristinæ formę reddendum censuerunt, cunctásque regularis Conuentus notas & Insignia restituenda: horum tametsi vestigia sexagenum post annum delata essent, ac tanto tempore sacerdotium possessum instar simplicis *Prioratus*, citra conuentum cœnobitarum. Decreto Parisiési pridie Kalend. Septemb. An. 1585. ex possessoria lite Primatus Ædis Gundulphi apud Aurelios, quam Beruleus senator litem Ordini suo enunciabat, in quarta Curiæ Inquisitoria Classe. Fr. Vilhelmo Porcherio, & N. Bernardo litigatoribus. Quænam verò signa ac indicia sint Conuentus Monastici, seu *Conuentualis Prioratus*, declarant Innocent. & Panor. in Cap. Nobis De iur. patron. Vido Papa expresśim in Gratianopolitana Decis. 258.

Decretum Senatus publice latum in causis agendis. Die 12. Ianuar. An. 1579.

Placitum Curiæ die. 10. Iunij. 1581. Inter Abbatem commédatarium *de Coulons, au Diocese de Chartres*, & Religiosos Abbatiæ.

Statuta reformationis Prioratus S. Martini de Campis, apud Parisios, lecta in Conuentu Die. 10. Decemb An. 1508. Approbata in Parlamento, ex regiis Literis die. 24. Ianuar. 1515.

Arestum reformationis dicti Prioratus die. 9. Iunij. An. 1548.

Iudicium Curiæ die vlt. Augusti An. 1585. *du restablissement de la conuentualité au Priori conuentuel de S. Gondon dependant de l'Abbaye de S. Florent lez Saumur*, per reædificationem claustorum, impositionem religiosorū, & alia conuentualitatis indicia, quę à 60. annis fuerant extincta, idque non obstâse temporis lapsu.

27 Accedat iis aliud Reformationis gen⁹sáctius, perpetua scilicet cóstás arctioris vitæ professione, Regulæq; austerioris. qualis octoginta abhinc annos monastica emédatio dicta est Cœnobitis Fani Germani Paris. iuxta Benedictini Ordinis Congregationem reformatā,

cui titulus Casæ Benedicti adscribitur. Auctore Leone.10. Pontif. cuius ob id perpetua Lege sãcita hęc sunt. *Leo Episcopus, &c. Dudùm pro parte venerabilis fratris nostri Guillermi Episcopi Meldensis, qui monasterium S. Germani de Pratis prope & extra muros Parisien. ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinens, Ordinis S. Benedicti, obtinet, nobis exposito, quòd aliàs ipse cupiens Monasteriũ prædictum, & dilectos filios illius Conuentum & singulares personas, quod moribus & vita aliqualiter deformatum reperat, iuxta Statuta & ordinationes regulę S. Benedicti quantum poterat salubriter reformare, postquam pro huiusmodi reformatione inibi instituenda nonnullos monachos Monasteriorum congregationis Casalis Benedicti, dicti Ordinis in dicto Regno Franciæ reformati ad dictum monasterium S. Germani transferri obtinuerat, ad huiusmodi Reformationem inibi perpetuò stabiliendã cum dilectis filiis Abbatibus & Conuentibus monasteriorum Congregationis prædictæ, sub huiusmodi Reformatione laudabiliter & religiosè viuentibus fraternitatem seu societatem contraxerat, per quam sub certis tunc expressis modis & formis Monasterium S. Germani, illiúsque Conuentum huiusmodi dictæ Congregationi adiecerat, & aggregauerat, Conuentum & monachos Monasterij de partis, eidẽ Reformationi totaliter submittẽdo. Nos qui postmodùm per nos accepto, quod regularis obseruãtia in ordine S. Benedicti & Congregatione huiusmodi plurimùm refulgebat, ad instantiã charissimi in Christo filij nostri Francisci Francorum Regis Christianiss. nobis super hoc humiliter supplicantis, Congregationem huiusmodi approbaueramus & confirmaueramus, ac pro potiori cautela eandem Congregationem sub inuocatione Casalis Benedicti ad instar Congregationis Montiscassini, aliàs S. Iustinæ, eadem auctoritate pro quinque duntaxat Monasteriis in illis expressis erexeramus, & ordinaueramus diuersa Priuilegia, libertates, exemptiones, & gratias eidem Congregationi Casalis Benedicti concedendo, ac illius præsidentibus, diffinitoribus, visitatoribus, ne alia Monasteria ipsi Congregationi vnirent & aggregarent, prohibendo, eiusdem Guillermi Episcopi supplicationibus in ea parte tunc inclinati Societatem per eam de dicto monasterio S. Germani cum dicta Congregatione Casalis Benedicti antea factam per alias nostras Literas, Apostolica auctoritate approbamus & confirmamus, ac conuentum monasterij S. Germani eidem Reformationi perpetuò subiici, nec non ritibus & modis dictæ Congregationis Casalis Benedicti iuxta tenorem Societatis huiusmodi se perpetuò conformare debere volumus. Cùm autem disciplina obseruantiæ regularis in dicto Monasterio S. Germani opera monachorum Congregationis prædictæ, concedente Domino, firmiter introducta fuerit, dictus Episcopus summoperè desideret pro Societatis huiusmodi maioris roboris firmitate, monasterium S. Germani præfatæ Congregationi Casalis Benedicti ex nũc perpetuò vniri & incorporari pro parte eiusdem Guillermi Episcopi nobis humiliter supplicantis, vt Monasteriũ ipsum de Pratis eidẽ congregationi Casalis Benedicti iuxta illius rit⁹ & mores & regularia instituta tenendũ & regendũ perpetuò vnire, & incorporare, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos præfatũ Guillermum Episcopũ, qui pro dicto Frãcisco rege apud nos ad Sedem Apostolicã orator destinatus existit, supplicationibus inclinati, Monasterium S. Germani, illiusque Cõuentum ac res & bona quæcunque*

Bulla Apostolica Leonis. 10. PP de reformatione Monasterij S. Germani de Pratis, eiusque vnione & incorporatione cum religiosissima Congregatione. Casalis Benedicti. Die 27 Februar. An. 1516. at pauló ante hanc Leonis 10. Pontif. Chartulá cœpta fuerat, initáque Societas ac Vnio Monasterij D. Germani à Pratis cum Congregatione Casalis Benedicti tempore huius Gulielmi Meldẽsis & Lodeuẽsis Episcopi, Abbatis D. Germani. Die. 8. Maij An. 1513.

De Regulari ista Cõgregatione Casalis Benedicti scripsimus latiùs in nostro Opere de Domanio Franciæ Lib. 2. Tit. 10. eius Congregationis Priuilegia Pontificia Regiaque promulgata sunt in Magno Consilio Regis Galli Die. 31. Decemb. Ao. 1572. Huiusce Societatis, Vnionisque monasticæ conuentio primũ inita An. 1513. approbata est à successore Abbate commendatario D. Germani, & à Clemente. 7. Pontif. An. 1532 ac deinceps a Cardinali Turonio Abbate eiusdẽ cœnobij An. 1541. & 1550. Cuiusmodi Pactiones Gallus rex ratas habuit Diplomate Mense Iunio An. 1544 promulgato in Senatu Die 26. Augusti An. 1556. Sed his clausula hæc inerat, Sine vlla diminutione & immutatione abbatialis dignitatis, & iuris ad eam pertinẽtis.

quæ præfatæ Congregationi Casalis Benedicti perpetuò vnimus, incorporamus, & aggregamus. Necnon illius Conuentum præfatis eisdem Constitutionibus, ritibus & modis, quibus dictæ Cōgregationis monachi degūt & gubernātur, perpetuò degere & gubernari decernimus, accedēte vel decedēte dicto Guillelmo Episcopo, aut Monasterium S. Germani dimittēte, liceat Capitulo generali, ac præsidētibus, diffinitoribus, & visitatoribus Cōgregationis Casalis Benedicti possessionem, seu quasi regiminis & administrationis ac bonorum dicti Monasterij S. Germani liberè apprehendere & perpetuò retinere, illiúsque fructus & reditus in suos & Congregationis Casalis Benedicti vsus conuertere. Et nihilominùs, quòd exnunc Conuentus & monachi, & cedente vel decedente Guillelmo Episcopo, Abbas dicti Monasterij S. Germani omnibus priuilegiis, gratiis, indultis, exēptionibus & prærogatiuis dictę Congregationis Casalis Benedicti, & sub illa degentibus personis hactenùs concessis, & concedendis perpetuò vti, frui & gaudere possint, concedimus. Ita quod Monasterij S. Germani occurrente vacatione, nullus de illo præter Capitulum, Præsidentes, diffinitores, & visitatores congregationis Casalis Benedicti, prout in illius priuilegiis continetur, quoquomodò disponere possit, sed illi per præfatos Capitulum, Præsidentes, diffinitores & visitatores iuxta ipsius congregationis Casalis benedicti Statuta, & consuetudines salubriter prouideatur, & aliàs de illo etiam per Sedem prædictam, & cum quibusuis clausulis etiam derogatoriis, etiam motu proprio, vel in alicuius fauorem ac consistorialiter forsan pro tempore fructus, prouisiones, & alias dispositiones nullius roboris fore decernimus, &c. 3. Calend. Martias. An. 1516. Pontificatus anno. 4. Hisdem feruidę Pietatis vestigiis, monachi Ædis Brātonneæ Petrocoriorū, & S. Columbæ Senonū trāscripsēre se in reformatam Congregationē Casæ Benedicti, iisdéque vsuros se legibus professi sunt ac instituti. Libero tamē secularium Abbatū statu manēte, quibus duo hæc Cœnobia fiduciario iure commēdantur. Extat autem ad S. Colūbæ Senonen. Abbā rescriptū Innocētij. 3. Cap. Ex parte De decim. An verò Casæ Benedictinæ monachi prorsùs eximātur Diœcesani Pręsulis imperio, disputatū est in Senatorio Parisiorū Tribunali: quùm Iacobus Regius Biturigū Archiepiscopus veluti ex abusu prouocasset à Bullatis Priuilegiorum tabulis, quæ Eugenius. 4. Leo. 10. & posteri Pontifices quino huius sectæ Monasterio Gallico irrogarant. Qua de appellatione Senatus censuit pleniùs deliberandum, 16. Kalend. Februar. Ann. 1558. Roberto, prouocantis Archiepiscopi: Et Marillaco, Cœnobitarum Casæ Benedicti, ac D. Sulpitij apud Biturigas caussidicis.

Edicto Francisci 1. Galli regis sancitum est, Abbates congregationis Casæ Benedicti fore perpetuos, non alios tamen a Regibus nominatum iri quam Religiosos eiusce Ordinis, victuros secundūm Statuta ipsius Congregationis Die 1 Mart. An. 1541. Sed Henricus. 2. rex successor noua Constitutione abrogauit superiorē eiusdem od. Abbatum perpetuitatem, & renouauit triennalem Abbatum dignitatem, sublata etiam Regia nominatione Edicto Mense Februar. ao. 1547. comprobato à Senatu Paris. die vii. Februar. & à Magno Consilio Regis Die. 10 Februar. Eod. An. 1547.

Die. 27. Febr 1516. Abbatia *de Brantonne en Perigort.* Abbatia *de S. Columbe lez Sens.*

Abbates commendatarij.

Appoincté au conseil in Parlamento Die. 17. Ianuar An. 1558. super appellatione *comme d'abus* interiecta ab Archiepisc *de Bourges* contra Monachos Abbatiarū *de Chezaubenoist & d. S Sulpice de Bourges, & de 5. autres principaux, en France.*

Et par le mesme Arrest d'appoincté au conseil du 17. Ianuier 1558. il est dit que par prouision l'exemption tiendra, & la Sentence du delegué du Pape sur ce donnee.

RVRSVS vt in Benedictino, sic in Augustiniano monachorum
28 Ordine instituta est Congregatio quædā ritè formata ac emendata. Victorianam hanc vulgò dictitarunt, quia D. Victoris monaste-

rium Parisien. caput Ordinis habeatur, ac Cœnobiorum, quæ ad strictiorem priscæ disciplinæ normam reuocata sint. In hoc genus coniiciuntur Monasteria Beatæ Virginis *de Chaige*, Meldensis Diœceseos: Victoriæ, apud Syluanectum, cum aliis quibusdam. Victorianum autem istud in iura illa redactum est, seu Cógregationi adunatú An. 1470. Sanctiori huic Societati præsidet Magister Ordinis Augustiniani, qué *Generalem* appellant. Eòdem accedunt Patres definitores, qui de monastica ipsorú disciplina Conuentuum decernédi statuendíque ius habét. Inde nec Diœcesano Episcopo relicta est in huiusmodi Monasteria censendi ac reformandi potestas, quũ Mórholone in Senatu dicéte pro Cœtu illo Augustiniano, iudicatú sit, abusiuè facta irritáque omnia, quæ Syluanectésis pótifex Cheualerius egisset in viſédo & emédãdo Victoriæ cœnobio, apud Syluanectum. Circa annú. 1564. Ná Augustiniani huius Sodalitij priuilegia Senatus promulgauit, perinde ac Benedictini. Isthæc quidé cœnobitas solú inter ipsos, postquàm Abbates Victoriani sacrá cucullam & monasticum iamdiu habitum exuerúr. Atqui vel à prima illa Cœnobij structura D. Victoris Lutetiæ, speciati monachis indultú est à Ludouico Crasso códitore, vt libera forent Monachorú comitia ac suffragia in cooptádis è grege suo Primorib⁹ Monasterij, nulla Regú auctoritate cósésuve expectato. Id quod perspicuú faciút regiæ fundationis Literæ infrascriptæ. *In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, &c. Ego Ludouicus Dei gratia Francorum Rex, antecessorum nostrorum exemplis informatus, & accusante conscientia, diem extremi examinis ante oculos reducens, ob remedium animæ nostræ, pro salute etiam patris nostri Philippi regis & antecessorum nostrorum, in Ecclesia Beati Victoris, quæ iuxta Parisiorum ciuitatem sita est, consultu quidem Archiepiscoporum, & Episcoporum, & Optimatum Regni nostri, Canonicos regulariter viuentes ordinari volui. Qui videlicet tam pro nobis, quàm pro salute Regni nostri, Dei misericordiam implorarent, & memoriam nostri & nostrorum antecessorum in suis orationibus haberent. Et ne cura temporalis necessitudinis, Fratrum spiritale propositum ad exteriorum sollicitudinem inclinaret, præfatam eãdem Ecclesiam nostræ largitatis beneficio dotaui & ditaui. Conuenientibus verò in vnum Cathalauni Archiepiscopis, Episcopis, Comitibus, & cæteris nostri Regni Optimatibus, communi assensu diffiniuimus: Quatenùs prædicti Canonici de grege suo, vel de alia Ecclesia quam vellent, sibi Abbatem eligerent: ita vt pro illa Abbatis electione nec Regis assensum quærerent, nec Regis auctoritatem vllatenùs expectarent, nulliúsque alterius personę voluntatem vel laudem attenderent, sed quem Deus eis concederet, inconsulto, vt diximus, Rege vel qualibet alia persona, canonicè eligerent, & Parisiensi Episcopo irrefragabiliter consecrandum offerrent. Promulgauimus etiam in eodem Conuentu, villas, prædia, & cętera beneficia quę ad vsum Canonicorum præfatæ contulimus Ecclesiæ, & hæc omnia perpetuo iure, perpetua libertate eis habenda concessimus, nihil potestatis, nihil nostri iuris reseruantes nobis,*

Abbatia S. Victoris, Lutetiæ.

Abbatia *de la Victoire*, à Senlis.

Literæ fundationis Abbatiæ S. Victoris, in suburbus Parisiorũ

Hic Ludouicus *le gros* Franciæ rex, regina, eorumque filius Ludouicus *le ieune*, iam túm Regé sublimatus (viuo patre) fúdarunt Abbatiam Montismartyrum, (*de Montmartre lez Paris*) cum donatione plurium terrarum, quæ enumerantur in Charta fundationis An. 1134 Cui⁹ Chartæ exemplar habem⁹ cum pontificia Innocentij. 2. confirmatione Die. 1. Octobr. an. 1137. Lucij. 2 Die. 13. April. An. 1144 Et Eugenij. 3. An. 1147. qui illis decimarum immunitatem dedit pro terris quas propriis sumptibus, vel manibus colebant. Eandem fundationé ille Ludouicus Iunior additis possessionibus confirmauit. An. 1153.

Nota hoc loco liberá electionem Abbatis permissam Cóuentui à Principe.

tes nobis, sed omnia quæ ad nos pertinere videbantur, eis omninò emancipantes. Hac scilicet, Putheolis villam, quæ est in territorio Nanthonensi, cum seruis & ancillis, cum feodis militum, cum terris cultis & incultis, cum vineis & syluis, cum omnibus ad eam pertinentibus; Mercatum etiam in eadem Villa fieri per singulas hebdomadas Regia potestate in perpetuum annuimus, &c. Confirmatum est etiam in supradicto Episcoporum ac Procerum nostrorum Conuentu, quòd quicunque allodia sua, quæ sub nostra tutela sunt, vel quicquid quod ad Fiscum vel Feodum nostrum attinet, eisdem Regularibus impetrari voluit, diligenter annuimus, & Regia auctoritate confirmamus. Volumus etiam, quòd si aliquos ex seruis vel ancillis suis præfati Canonici manumittere voluerint, nostro super hoc assensu minimè requisito, quos vel quot voluerint seruos vel ancillas iugo seruitutis absoluant, & perpetuæ libertati tradant, remota scilicet omnium calumnia, & sopita totius retractionis molestia. Illud insuper summopere determinauimus & determinando diffiniuimus, quòd omnia quę superior continet pagina, eo iure, ea libertate qua tenuimus prædicta, Sancti Victoris Ecclesia in æternum possideat. Et hoc pręceptum nostrum, quod nostri nominis charactere signauimus, in signum & argumentum perpetuæ firmitatis, obtineat. In supradictis tamen omnibus salua auctoritate, iure, & debita obedientia Senonensis Archiepiscopi & Parisiensis Episcopi. Actum Cathalauni in Palatio publicè. Anno Incarnationis Dominicæ M.C.XIII. Anno verò Regni nostri. V. Data per manum Stephani Cancellarij. Nonagesimo inde anno, rescripsit Innocẽtius. 3. P.P. ad Cœnobiarcham B. Victoris de solemni Præsulum Ecclesiæ allectione. Cap. Cùm dilectus De Elect. Tum ad Priorem D. Victoris Cap. ad petitionem De Accusat. Nec verò isthîc subticendum elegans selectorum à Principe Iudiciũ de ciuili eius Monasterij Politĩa. Antonius enim Caracciolus, licet religiosus Abba Diui Victoris, multa nouarat inibi, abdicatis officio monachis quibusdam, ipsi præpositis aliis, vetustámque adeò Reformationis Cœnobij disciplinam immutasse ferebatur. Sed inde prouocantibus Cœnobitis abusus titulo, Rex litis cognitionem Diplomate mandauit Turonio Cardinali, Iac. Spifamo Præsidi Inquisitionum Curiæ Parisien. Eustachio Bellaio senatori, ac cucullatis tribus Monasticorum Conuentuum Præfectis. Hi proinde, cognita causa, Sententiã dixêre. 10. Kalend. Maïas An. 1545. quam Rex in sanctiori Consilio ratam esse iussit pridie Nonas Iunias, ac Prætoriani Senatores Nonis Ianuar. An. 1545. Ea præclara Sentẽtia Iudices dati resciderũt acta monastici Præsulis, cum vetere Cœnobij reformatione Statutísque pugnantia, ac priscam monasticæ Religionis normam sigillatim in vsum reuocarũt. Quòd si postea monasticus Antistes seorsùm à monachis agere vellet separatóque mensæ conuictu, nec cum illis regularem Cœnobij disciplinam cõsectari, decreuere illi, Vicariam ab Antistite functionem committi reformato cuidam eius Conuentus cœnobitæ, quam ipsi deinceps abrogare nequeat: Nimirùm vt Vicarius cœnobij rector sacra profanáque ipsius iura impetio mode-

Prioratus Abbatiarũ reformatarum Ordinis S. Augustini, vt Abbatię S. Victoris Parisien. Et Monasteriorum reformatorũ Casalis Benedicti sũt vniti mensę Abbatiali & Conuentuali, nec a priuatis Monachis in titulum beneficij separatim tenentur.

Abbatiæ quoque *de S. Cyran en Brenne, ressort de Chastillon sur Yndre en Touraine,* Prioratus subiecti & dependentes sunt vniti capiti eiusdem Abbatiæ, omnésque eorum reditus in cõmunẽ Abbatiæ mensam inferuntur.

Partitio mensæ in Abbatia S. Victoris, Lutetiæ, inter Abbatem, & Religiosos, Per sententiam sex delegatorum, nempè *du Cardinal de Tournon, d'un president des Enquestes, d'un Conseiller de la Cour & 3. Prieurs claustraux.*

Sententia Comissariorum Die 22. April. An. 1545. omologata in Consistorio Principis die. 4. Iunij. 1545 Et a Consiliarijs Magni Cõsilij Regis die. 5. Ianuar. Eod. Anno.

Vicarius irreuocabilis ab Abbate constituẽdus, pro directione spiritualium & temporalium Abbatiæ.

retur, præsente non minùs quàm absente cœnobiarcha. De regularium autem sacerdotiorum collatione, placuit Conuenta à partibus. 7. Kalend. April. An. 1544. pro lege seruari. Insuper Monasterij profanas res diuisêre iidem Arbitri bifariam, vt pars Abbatis, pars Conuentus Mensæ, perpetuò applicaretur. Consimilem vtriúsque Mensæ bonorum sectionem attigit Innocentius. 3. P. M. postrema clausula Decretalis Epistolę. 21. De Rescript. & ibi Panormit.

Transactio inter Abbatem & Religiosos S Victoris Die. 26. Mart. Ao. 1544.

Abbatia S. Vincentij, apud Syluanectum, fuit etiam reformata & partitio bonorum ipsius facta, ac mensæ Conuentus a mensa Abbatis. Aresto Curiæ iamdudùm lato, super cuius executione iis instructa pendet in magna Camera Curiæ Parisien.

EXTREMVM est, vt si Monasticã morum emendationem sacer 29
Censor non promouerit, Magistratus eam procuret ciuiliter, exsuscitétque Manu Regia, velut succéturiatus Ecclesiasticæ Politiæ tutor ac gubernator. Obseruare enim debent Regij Prætores quod publica Lege Princeps edixit, Regularium Ordinum summates in eam reformandi cuiusque Cœnobij curam incumbere potissimùm oportere. Cap. 20. Constitut. Aurelianæ. Sic decreto Senatus mandata est monasticæ regulæ instauratio Fani Centulensis, apud Ambianos, Præfectis templi Martini, & Germani Parisi. iussúsque Ædis Richarij fiduciarius Abba claustralem Præfecturam sacerdoti cõmittere, eundem professo Benedictinum ordinem, qui morum coërctionem cẽsuramque in monachos exerceret, Vicaria scilicet cœnobiarchæ potestate. Additum etiam S. Consulto, ne illi Vicariũ munus abrogaretur à Monasterij præsule, monastici autem Reformatores vt cœnobitarum alimentis legem modumque statuerent, quibus & fundos ipsos eam in causam nominatim adsignarent. Reformatorum, ad hæc, ilicò exequendam esse sententiam, nec eius executionem vllo prouocationis diffugio retardãdam. Quæ omnia vt ocyùs implerentur, eodem Curiæ iudicio damnatus est Abba, ducentas æris libellas Francicas apud Actuarium deponere. Et quia de monachorum paucitate iam tum expostulabatur in Curia, decretum fuit, sexdecim cucullatos sacerdotes, cũ octo nouitiis, Monasterio quæri, ac recipi à cœnobiarcha. Aresto. 11. Kalend. Ianuar. An. 1551. Lauergno, monachorum: & Vilcotio, Abbatis causam orantibus. Præterea Senatus Prulliaco cœnobio restitutam à Cisterciensi Abba regularis vitæ norman censuit obseruandam, causæ cognitione habita inter cœnobitas hinc, & Iac. Descoubleum Abbam fiduciarium inde, litigantes. Salua nouorum Statutorum emendatione, aut tẽperatione penes Cistercienfis Ordinis Patres, quos *Definitores* appellant. Vindiciaria Curiæ sententia. 5. Calend. Quintiles An. 1562. Atque interim notatu dignum est, Monasteria, nec alterius Ordinis, nec eodem in Ordine arctioris regulæ Abbatem censorem agnoscere ac reformatorem. Putà, monastici Patres Casæ Benedicti reformatę Cormeriacum emendarunt in Turonibus cœnobium, Benedictini quidem ordinis, sed regulæ laxioris. Ab hac emendatione Senatum appellant non modò Cormeriaci cœnobitæ, sed eorum quoque patroni Canonici Ædis Martini Turonen. Senatus rectè prouocatum iudicans, præcepit

De reformatione Abbatiæ de S Riquier, au bailliage d'Amiens commissa religiosis Prioribus S. Martini de campis, & S. Germani de pratis Lutetiæ.

Iudicium Curiæ Parisien. Die. 22. Decemb. An. 1551. Monasterij de Prouilly, Cisterciensis ordinis in Senonensi diœcesi, pres Prouins en Brie.

Prouisionale Arestũ Curiæ Die. 27. Iunij An. 1562. contra Abbatem commendatarium, nomine Descoubleau religiosi de Chezaubenoist, regulæ austerioris.

Abbatia de Cormery, en Touraine, cuius fũdatores & patronos esse Canonicos Ecclesiæ S. Martini Turonen. sup diximus. Decretum Curiæ die. 7. Mart. An. 1573.

cepit monasticam Familiam ab aliis emendari, quàm à Patribus Casæ illius Benedictinæ strictioris. Aresto Nonis Martiis An. 1573. Cui alterum facile respondet, in publica litium agitatione prolatum. 6. Idus Ianuar. An. 1587. pro cucullato sacerdote monastici Primatus D. Lazari, in pomœrio Vrbis, qui abusus titulo in Lutetianam Curiam prouocarat. Hic quippe Lazaro sacer Conuentus licet eodem Ordine teneretur, quo cœnobium D. Victoris Parisien. Regula tamen liberiori, quam Victoriana Congregatio, regebatur. Quùm ergò claustralis Præfectus templi Victoris censorias quasdem leges dixisset Lazariano illi cœnobitæ, Senatus ex prouocatione aditus, abusiuè gesta omnia pronuntiauit. Seruino, appellantis: Roberto, contrà, Prioris & monachorũ B. Victoris causam agentibus. In summa, *Conscripti Curiæ* talem regularis disciplinæ restitutionem vsquequaque fieri iubent à monastico eiusdem Ordinis Regulæque cœnobiarcha. Sicuti de cœnobio D. Benedicti Floriacẽsis definitum est Senatorio iudicio. 10. Kalend. Iunias An. 1586. ab forensi controuersia, quam Courtinus senator collegis suis denarrabat. Huius verò instituti non obscurum nobis exhibet vestigium sanctio Concilij Lateranens. sub Innocẽtio. 3. P. Cap. In singulis In ver. propriorum Abbatũ. Et Cap. ea quæ, vbi Panor. De statu monach. Neque ab iis alienum est, quod de mixtura hominum disparis professionis relatum comperio in Clementina Cum rationi non congruat, De Elect.

Placitum curiæ die. 8. Ianuar. An. 1587 pro monacho Prioratus *de S. Ladre faulx-bourgs de Paris*, Ordinis D. Augustini, contra Priorẽ S. Victoris, qui in eum fecerat Statuta Reformationis. Reformata Congregatio S. Victoris, augustiniani Ordinis.

Arestum Curię die. 23 Maii An. 1586. de reformatione Abbatiæ *de S. Benoist le Fleury*, diœcesis Aurelianen. Do. *Courtin* Cõsiliario relatore.

Eivsmodi stimulis Principales magistratus è somno excitant aliquandò sacrorum Antistites, officiique eos, vt Mycenæus Teucrum, ita commonefaciũt, *Βάλλ' οὕτως. Sẽsere etiã vicissim religiosissimi Principes, quantùm pij cœnobitarum Cœtus Imperij sui arcẽ sanctissimis armis sustentarint. Supplicationibus nempe circa templa, Deum, Arasque habitis, votis susceptis, publica priuatáque lustratione, ac cælesti fide implorata. Exin Athanasij testimonio, Constãtinus Mag. eiusque liberi ad Antonium Eremitam scribere solebant, quem simul tota Aula celebrabat colebátque reuerenter. Nec leuiori honore Ioh. Ægyptiũ monachũ prosecutus est Theodosius Cæsar, illiúsque sacrum velut oraculum de bello in Eugenium Tyrannum mouendo consulit. Ecquid verò Gallicum Heroa prædicem Karolum Mag. qui in Litteris quibusdam, quarum exemplum legisse Surius affirmat, professus est, se dum variis Cœnobiis, largiretur amplissimos census, non solùm irata placasse Numina, verùm & nutantem Principatus sui statum firmiùs muniisse; Nonne posteri Reges Claræuallis Abbæ consilio vsi sunt in Francicis rebus gerendis? D. Bernardus Ludouicum Iuniorem grauiter hortatur Epist. 225. *Iustitiam diligat, & iudicet terram sapienter*, ac Franciæ cõmuni matri bellis fessę ciuilibus condonet simultatum seditionumque memoriam: quia, *Omne*, ait, *Regnum in se diuisum desolabitur*. Eandẽ ex Diuino eloquio sententiam vsurparat antea Lupus Ferrariensis

* Ita fe.

Fr. Laurentius Surius Carthusianus Coloniæ Agrippinæ. In suis Commentariis Rerum in Orbe gestarum.

D. Bernardus Claræuallensis Abbas.

cœnobij Antiſtes, Pij, & Calui Cæſſ. conſiliarius. Epiſt. 1. ad Guenilonem Senonum Pontificem, vbi, *De Pipino*, infit, *vnde veſtra quæſiuit paternitas, nihil certi in palatio dicebatur, leuiter tamẽ fama iactabat, eos qui nuper ab eo deſciuiſſent, in cõcordiam redituros. Quidam vero de Aquitania veniẽtes, Normanos inter Burdegalem & Xanctones eruptionẽ his diebus feciſſe retulere, & noſtros, hoc eſt, Chriſtianos pedeſtri cũ eis prælio congreſſos, & mirabiliter niſi quos fuga eripere potuit peremptos, in quo bello cõprehenſum ducẽ Vaſconum Siguinum, & peremptũ etiam iurando teſtari ſunt. Quę res, quam vera ſit Dominica ſentẽtia, Omne regnũ in ſe diuiſum deſolabitur, indicat, & diſcordiã amplectentibus, qui fructus maneat, manifeſtat.* Tot præclara Monachorũ dicta conſultaq; Regibus de publico Regni ſtatu, nõ parũ contulerunt ad inſtaurandum Francorum Rempub. Ita Ertico regi noſtro ſanctiores Eubulos non deforc confidimus, quorum hortatu quies tandem aliqua Malo Ciuili Francico impetretur, veneno Ciuitatis à M. Catone veriſſimè appellato. Quin & Hildegardis monialis conſilium venerabũdus exquiſiit Philippus Belgicæ Galliæ Regulus, cupiítque ab ea de Sacri Belli rationibus, quod in Syriam animo cõceperat, ſigillatim præmoneri. Vt conſtat ex Philippi Epiſtola ad D. Hildegardim, In Lib. cui Titulus eſt, *Regula S. Benedicti explicata, per B. Hildegardim Abbatiſſam in monte S. Roberti prope Bingam.* Secundùm quæ, Froſſartes Hiſtoricus perbellè dixit, ſacros profanóſque Magnates mutuis inuicem ſtare auxiliis, nec Regni Proceres abſque Eccleſiaſticorum præſulum conſilio & admonitu commodè ſatis Rempub. gerere poſſe. Hiſt. Volum. 3. Cap. 24.

Domeſticum Franciæ teſtimonium de calamitate bellorum ciuilium, ex verbis ſancti Euangelij.

Bigordus de geſtis Philippi Augusti Franciæ Regis, *touchant l'expulſion des Iuifs de la France &c.* Quod audiens Chriſtianiſſimus Rex Philippus pietate commotus conſuluit quendam Heremitam nomine Bernardum, virum ſanctum & Religioſum qui eo tempore in nemore Vicenarum degebat, quid facto opus eſſet. De conſilio cuius relaxauit omnes Chriſtianos de Regno ſuo à debitis Iudæorum: quinta parte totius ſummæ ſibi retenta.

An. 1250 Henricus 3. Angliæ Rex vocauit Fratrem Iohannem de Derlintona, religioſum, ad familiare conſilium ſuum, qui de ordine Prædicatorum exiſtens, literatura pollens & conſilio. Ex Matthæo Paride in Anglica Hiſt.

Ciuilem diſcordiam, ciuitatis venenum vocat Agrippa, qui multùm ſe debere Saluſtianæ ſententiæ faſſus eſt: quo loco egregiè ac prudanter inquit, Concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur.

Philippus Flandriæ & Veromandoorum Comes. Circa annum 1200.

Froſſarti verba, *Ne&t plus que le moyeu d'vn œuf peut eſtre sãs glaire, ne la glaire ſans le moyeu, nõ plus ne peut le Clergé, & les Seigneurs l'vng ſans l'autre. Car les Seigneurs ſont gouuernez par le Clergé: n'ils ne ſcauroient viure (& ſeroiẽt comme beſtes) ſe le Clergé ne conſeille & enhorte les Seigneurs à faire ce qu'ils font.*

Etsi igitur notum ſit Hierarchiæ, Principatúſque diſcrimen: ſicuti tamen Regia potentia Eccleſiaſticæ Poteſtatis eget pręſidiis, & 31
auxiliari Præſulum exhortatione, ita Regib⁹ tutelaris quædam cõpetit ac Politica in Clerũ Præfectura de rebus externis. Nimirùm vt ſua cuique põtifici ſeruetur auctoritas, vindice aſſertoréq; Magiſtratu, & ſi quid interim aduers⁹ Synodica decreta, quæ Regio in Senatu publicata ſint, aut in profanam Iuriſdictionem ab illo tẽtatum ſit, in integrum reſtituatur Principali cẽſura ac Ciuili. Hæc propria in Hierarchas Principis iura vulgò iactãtur. Qvvm autẽ, præter hæc, Diademati coniunctus ſit auguſtus ſacrarum Ædium patronatus, qui ex Regia prædiorũ in Eccleſiã largitione quæſitus eſt: Operis hui⁹ ſeries poſtulat, vt Hierarchicæ publicæque Regũ in ſacros Proceres Politiæ ſubiũgamus Oeconomicã hoc loco, & tertiũ Eccleſiaſticæ Politiæ Caput à nobis propoſitũ, quo legitima ſacrarũ facultatum diſpenſatio oſtenditur, proximè diſtinctéque excutiamus. Cùm enim Templorum diuitiæ profanæ ſint, bonorumque

CONCLVSIO LIBRI. 2.

Eccleſiæ Patrimoniũ in tutela Regia eſſe, ac Politica principis cuſtodia.

que Ecclesiasticorum possessio Regiæ adscripta cognitioni, Ciuilem ipsorum politiam sibi vindicauit princeps, externámque sacrarum opum, possessorúmque earumdem obseruationem. Sed hoc eatenùs duntaxat, ne Sacerdos Ecclesiastico censu in profanæ fundationis perniciem, aut Regij Imperij, cuius dominatu tenentur omnes Regni possessiones, temerè abutatur. Quemadmodum à nobis Libro sequenti planiùs digeretur. ***.

EXPLICIT LIBER SECVNDVS.





SACRÆ POLITIÆ FORENSIS

LIBER. III. ΟΙΚΟΝΟΜΙΚΟΣ.

SEV

DE POLITICA BONORVM Ecclesiæ dispensatione.

Titulus. I.

De admortizatione bonorum Ecclesię dicatorum.

DE ECCLESIASTICIS PRÆDIIS MORTICINII IVRE DONANDIS.

1. *Quęnam, & quot sint sacrę* Oeconomiæ *partes.*
2. *Mobilia solùm primis Christianis donari solita, non res soli.*
3. *An fundus Ecclesię legatus hæredis impẽsa sit* admortizãdus.
4. Abbatiæ *S. Maglorij bona à Regibus* admortizata.
5. *Ecclesiastica bona à* Principe *solo Manusmortuæ legibus solui.*
6. *Immobilia Ecclesiis olim iuste concessa.*
7. *Iisdem interdum generalem bonorum* admortizationem *à Regibus dari, non particularem.*

8.9. *Principes inferiores quõdam* admortizandi *ius sibi sumpsisse.*

10.11.12. *Nũm* admortizato *Ecclesiæ fundo, Prælatus à fide & homagio fundi liberetur.*

13. Curatos *parochiani testamento subscribentes nil sibi priuatim adscribere posse.*

14. *Soli* Curato *vel eius Vicario, non aliis presbyteris de more competere testamentorum scriptionem publicam.*

15. *Testamentum à* Curato *perscriptũ nullum esse, nisi testatore vel subsignante, vel subsignare non posse declarante.*

16.17. *Consolidatione feudi seruientis per retractum* feudalem *bona Ecclesiis acquiri.*

18.19. *Mendicantium Ordines hodiè immobilium incapaces non esse.*

20. *Ca-*

20. *Cœnobium ingressi bona Conuentui non acquiri.*
21. *Nec illius agnatos, econuerso, cœnobitæ morienti succedere.*
22. *A* Prælato *acquisita, propinquis hæreditate deferri.*
23.24. *Hæredes* Curati *in fructus sacerdotij anni obitus defuncti pro rata succedere.*
25.26. *De talibus sacerdotiorum fructibus quid à Polonis, & Saxonibus seruatum.*
Ecclesiasticæ aliæ Scotorum, & Hispaniæ Leges.
27. *Clerici bona vacantia quatenùs profanis Iuridicis, aut Ecclesiæ applicentur.*
28.29.30. *Aduenarum Clericorum bona vacantia Fisco Principali purè competere.*





DVABVS SACRÆ POLITIÆ partibus expositis, Μοναστικὰ & Πολιτικὰ succedit Oeconomicæ tractatio,* ἐκ τῆς εὐταξίας quâ Aristoteles in Philosophiæ morum descriptione secutus est. Nec enim ad perfectam Sacræ Reipub. formam satis erat, priuatos ordinare Clericos, mox in Pôtificium assumere Magistratum, eosque dehinc * πολιτεύεσθαι: ni simul * οἰκονομεῖν assuescerent ipsi, Patrimoniáque ecclesiastica ex sanctiorum Canonum præscripto fundatorúmque legibus dispensare. Qua in re familiari probabilior adhuc est Ciuilis externáque Regum Politīa, quam in priuata ordinandi Sacerdotis ratione, vel in publica functione Sacri Magistratus. Sicuti Toletanô Concilio statutum est. In Can. monasterium Can. rationis Can. decernimus. 16. Quæst. 7. Iuxta Apostolicas Regulas, ex quibus desumpta est Gratiani constitutio; Filiis in vers. Si Metropolitanus talia gerat, Regiis hæc auribus intimare non differant. Eadem Causa & Quæst. Can. secundū, ibi, & Regia potestate dare cogatur. 23. Quęst. 8. Demiranti verò Sacram Oeconomiam istîc vltimo post publicā Politiam ordine discuti, satisfaciet vel nuda quidem suscepti à nobis Argumenti ratio Titulusque Operis de publica ac ciuili Sacrorum Politīa, cuius dignitati & in Ecclesiasticam fundorum Oeconomiam præminentiæ primarium explicationis locum haud indecorè videmur tribuisse. Quoniam autē Oeconomica Ars tota versatur in acquirendo rerum dominio, retinendo seu administrando, nonnunquam & iustis de causis alienando: Quærendum imprimis quibus modis profana latifundia Ecclesiis pateantur, Tùm quem in vsum sacri prædij reditus conferantur ab Ecclesiastico dispensatore, Postremò quibus ex causis talia patrimonia licitè abalienentur. 1

Πολιτεία ideo etiam dicta, quasi τῆς πόλεως τάξις. i. Ciuitatis ordinatio ac dispositio quædam.

* ex iusto ordine & dispositione.

* gubernare Rempu.

* rem familiarem curare.

Ab Ecclesiis & Clericis licuerit proprium aliquid habere primis Christianorū seculis Gratianus cumulatè causa. 12. Quæst. 1.

Tria Capita Oeconomiæ bonorum Ecclesiasticorū, quæ seriatim hoc Libro 3. expedientur.

Ecclesiarum apud Priscas gentes ornamēta fuère ex auro & argento quàm plurima Maxentij Tyranni temporibus. Vt ait Optatus Afer.

AC prisci quidem terrarum Monarchæ aurea primùm supellectile donabant Ecclesias, vel argentea, non rebus soli. Quod de Constante Cæsare prædicauit Optatus, illum, dum Egenis in Africam eleemosynas mitteret, misisse pariter in Templa Diuûm ornamenta quæ vocant: Vasa nempe, sacros amictus, & donaria istiusmodi, quæ diuino ministerio sacrabantur. Lib. 3. Africanæ Histor. Rursùm Constantius Augustus Antiochenæ Ecclesiæ pretiosa id genus vasa largitus est: Vnde paulò post sacrilegus quæstor Iuliani, quùm 2

Aurea crux à Theodosiō. Cæs. & pecunia Hierosolymam missa Nicephori Lib. 12. Cap. 9.

Edessenæ Ecclesiæ gemmatus calix oblatus est. Ex Berythensi Concilio.

quum ea ipsa raperet, in Fiscum mox redigenda, irridens insultansque exclamarit: En quibus vasis ministratur filio MARIÆ. vt refert Theodoritus, Ecclesiast. Hist. Lib. 3. Cap. 12. Lybicis quoque Ecclesiis frumentum dedisse Imperatores testatur Ischyrion, Epistola ad Leonem quæ in Actis Chalcedonensibus lectitatur. Eximia tamen fundorum munera in sacros ministros conferri cœpêre à Constantino Magno, cuius Tabulæ recitantur in Historia Rerum à B. Syluestro gestarum, quam B. Gelasius P.P. in Concilio 70. Episcop. ab Orthodoxis euolui commemorat. Recensentur & illæ tabulæ à Carnutum Yuone Episcopo, Lib. 4. de Dignit. & Priuileg. Roman. Eccles. Can. Constantinus. 96. Distinct. Nam, vt vetustiores alios omittam, nobis præsto est neotericus idemque grauis auctor Augustinus Stenchus, qui quòd Vaticanæ præfectus esset Bibliothecæ aduersus Laurent. Vallam contendit de veritate Constantinianæ donationis. Verùm his vt ciuile Ius Gallorum aptemus res prædiariæ Ecclesiis transcribi nequeunt Moribus nostris, nisi Principali concessu, Regeque de morticinia prædiorum possessione exorato. Quam vulgus *Amortizationem* bonorum Ecclesiis factam appellat. Peræquè Anglica Vilhelmi Nothi lege prohibitum est, monachorum Collegiis latifundia erogare. Cap. 36. Magnæ Chartæ. Quod posteriori quoque Edicto ad alia profanarum possessionum commercia tractum fuit, vtpote emptiones, iisque Ecclesiastico cœtui interdictum, præterquàm rege permittente. An. 1290. Hæc etiamdũ constitutio seruatur in Britannia Insula. Si Polydoro credimus, Anglic. Annalium. Lib. 17.

> Augustinus Stenchus vir eiodi[?]s ac Bibliothecarios Rom Pont.
>
> D. August. Cap. 15. de mendacio, inquit, Præcepisse quidem Christum non esse cogitandum de crastino. Sed non ad hoc fuisse præceptum, vt nihil pecuniæ à sanctis custodiatur, ast ç Deo propter ista seruiatur, & propter inopiæ timorem Iustitia deseratur.
>
> Lege hâc Anglii ĩãolim *Manummortuam* vocarũt, quòd res semel datæ Collegiis sacerdotum non vtique rursus venderentur, velut mortuæ, hoc est, vsui aliorum mortaliũ ademptæ in perpetuũ essent.

3 SED vna hoc loco me torquet ambiguitas, vtrius cura ac impensa petendum sit à Principe ius sacrandi fundi, an hæredis illius, qui Templo fundum legarit, an verò sumptibus ministrorum Templi. Prima ipsa specie contra legatariam Ecclesiam responderis, quum nec testator nominatim prædium concesserit, iure morticinij possessum vel possidendum, nec hæres factum alienum, tanquam * ἀδύνατον, præstare teneatur. Quam in sententiam olim pronunciarunt Rationales Parisienses. Teste Ioh. Gallo, in Quæst. 91. Ast in contrariam partem Senatoria decuria iudicauit secundum Clarouallenses cœnobitas, aduersus Robilleum. Circiter annum 1384. In Iuridicis Tricassiûm conuentibus, quos ataui nostri *Dies Trecenses*, nuncupabant. Nec dissimilis quæstio in Senatu paulò pòst disputata est à Parisiensi Sodalitio Cathedralis Ecclesiæ in hæredes Almerici Mignaci Cardinalis Episcopi Parisien. 12. Kalend. Martias An. 1386. Quam Gallus controuersiam enarrauit. Quæst. 91. Molineus certè eum locum adnotans, in causam hæredum procliuior est aduersus sacram Ecclesiam. Sed pro hac ipsa me mouet, quòd pia legata præstari debeant solido iure, nec Falcidiæ quidem obtentu minuenda. Vti à nobis fusè tractatum est Lib. 3. De *Priuilegijs Rusticorum*. Præterea cogitur hæres agrum luere, quem testator propinquo

> * impossibile.
>
> Sententia Magistrorum Computorum regiorũ apud Lutetiã. Die 18 Febr. an. 1386.
>
> Ecquid si domini temporales nolint admortizare fundum Ecclesiæ legatum & indemnitatem suã recipere, an propterea Legati præstatione liberetur hæredes? Minimè, sed tenentur soluere æstimationẽ admortizationis. Iuxta l. sed etsi res w. De legat. 1. l. fideicommissa §. si seruo Et. l. Non dubium. §. vlt. w. de leg. 3.

Placitum Curiæ die 22. Mart. An. 1558. pro Gubernatoribus Hospitalis. S. Trinitatis, Lutetiæ.

Regiæ Literæ de B. Maglorij abbatiæ fundatione Parisiis. Extant literæ Herici 1. Regis An. 1030. de cœnobio fani B. Maglorij. Ex quibus vetustatem simul Paris. Basilicæ palatinæ deprehẽdes, hoc modo. Nouerit posteritas omnium sanctæ matris Ecclesiæ fidelium, quòd quidam venerabilis Abbas cœnobij SS. Bartholomei Apostoli, atque Maglorij archipræsulis iuxta aulam palatij nostri siti, Reginaldus nomine, rogans nostræ serenitatis adierit præsentiam, quatenus prædicto loco, quem piæ memoriæ Hugo auus noster Parisiorũ Comes fundauerat, & suis tertis ditauerat quandam Ecclesiam illius villæ, quæ Buxoria vocatur, concederemus liberã omni exactione ac redhibitione cuiuslibet dignitatis personæ. Quod concessimus, &c.

legasſit, vel ſciens alienum legatario reliquerit. Ex auctoritate Ale-
xandri. Imp. l. cum res aliena Cod. De Legat. Et Vlpiani reſponſo
Lib. 33. ad Sabinum l. ſi res obligata π. De legat. 1. Ea propter piè in
pia cauſa damnatus eſt à Senatu Karolæ Briſſonetæ hæres ius mor-
ticinij (ſeu *Amortizationis*) impetrare Principali Reſcripto, in curato-
rum gratiam Valetudinarij Pariſien. à Sancta Triade dicti, quibus
teſtatrix Lieuillcum fundum legato tranſcripſerat. Areſto 11. Kaléd.
Apriles An. 1558. Sicuti Magiſter, Curiæ Protopræſes animaduertit
in Deciſion. Forenſ.

NECESSARIVM vtique in iis eſſe regij Diplomatis auxilium palá 4
arguunt vetuſta literarum Inſtrumenta Ædis Maglorij Pariſien. Si-
ue Cœnobio iſti condendo adiecta dote, ſeu in eo prædiis ditando
ac cumulando. En tibi adprobatæ huius fundationis Regia ſenten-
tia. *In nomine Domini Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Lotharius &*
Ludouicus diuina ordinante prouidentia reges Auguſti, &c. Petitionibus Hu-
gonis Franciæ Ducis fauemus, qui petiit præceptum firmitatis à nobis fieri ex re-
bus, quas idẽ purè monaſterio Sanctorum Bartholomei Apoſtoli, & Maglorij
Archipræſulis Britanniæ, vrbis ſcilicet Dolenſis, contulit: Quod fundauit in vr-
be Pariſiaca, ad Sanctorũ corpora, quæ vt peregrina hoſpitabantur per aliorũ
rura, tuto collocanda ac celebranda, &c. Quæ omnia manu propria ſubterfirma-
uimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari fecimus. Ac deinceps latifundia
nouo munere aut permutatione huic quæſita Cœnobio ſaxit prin-
ceps, ſacróque dedicauit, talibus Codicillis. *In nomine Sanctæ & indi-*
uiduæ Trinitatis, Amen. Ego Ludouicus Dei gratia Francorum Rex. Ne pax
Eccleſiarũ aliquatenùs turbetur, conuentiones bonæ fidei ante nos factas, quæ ad
ipſas Eccleſias ſpectant, de Regiæ manſuetudinis officio illæſas omnino volumus
conſeruari. Quoniam Baucendus de Herciaco omnia quæ habebat in territorio
Villæ S. Maglorij, quæ dicitur villaris Eccleſiæ prędictæ, in eleemoſynam con-
ceſſit: Reliquam verò partem, quam habebat de patrimonio, vendidit eidem Ec-
cleſiæ ſexaginta quinque libris: Item Petrus de Curterico, de cuius feodo Bau-
cendus totum tenebat ipſum feodum, qui vulgò feodus militum dicitur, Eccleſiæ
S. Maglorij poſſidendum conceſſit in perpetuum. Nos totum illud inueſtiuimus,
atque habendum Eccleſiæ conceſſimus. An. 1168. Regni noſtri 32.

Piſcandi facultas in Sequana flumine perpetuò concessa Monachis fani Maglorij à Ludouico Crasso Rege An. 1129. De dominico item eorum iure in vico Charonio cõstat alio Instrumẽto Ludouici Regis. An. 1138. Philippus. 2. Rex Authẽticis tabulis cõfirmauit permutationẽ à monachis D. Maglorij contractam cum cœnobitis Maioris monasterij de ædibus *de Versailles* cum adiacentibus fundis, & fano S. Martini *de Chalifer* An. 1182.

Ceste abbaye de S. Magloire visitee à Paris par l'Archeuesque de Sens. Innocentius in Cap. cum ex officij, de præscript.

PERMAGNI igitur refert, à quo fundi in Eccleſiam donatione 5
conferantur. Dante enim Principe ſacrati viri tacitè ab eo ſoluun-
tur Manuſmortuæ legibus, ſaluo in quibuſdam iure clientelari. Pri-
uato autem ſeu inferiore domino erogante, ſecus, quemadmodum
à nobis diſtinctè oratione explicatum eſt, pro Clero Gallico in Se-
natu tuta editaque. An. 1580. Quin Gallica veteri Conſtitutione,
Patroni cuiuſque ius fuit, Eccleſiaſticos homines vrgere ad benefi-
ciarium agrum dimittendum, illi tametſi indemnitatis pretium à
nouis poſſeſſoribus offerretur. Quod valdè pugnat cum Magiſtri
opinione in ſuis Deciſion. Ita, Lege Francica ſcriptum erat: *Le Se-*
gnor dou fié peut contraindre gens de religion à vuider leurs mains, &c. In ve-
tuſto Codice autographo, *Ci commence L'i eſtabliſſement Ly* Roys *de*
France

France selon l'vsage du Chastelet de Paris & d'Orlians. Huic congruũt Andensium municipum mores Artic. 37. Cenomanorum Artic. 41. & Leges aliæ Municipales pleræque. Quam & priscam nostratum obseruationem moremque recitat Bohicus in Cap. Ex literis De Consuet. Ast summum illud strictumque ius Dominicum eliditur Principali morticinæ possessionis beneficio impetrato, quod perdifficile nõ sit à Christianissimis Regibus obtinere. Minùs piè apud Græcos sanxit Nicephorus Cæsar, ne fundi Templorum augerẽtur: caussatus eiusmodi opes à Sacerdotibus in publicam Ecclesiæ vtilitatem non conuerti. At longè aliud meditabatur Imperator, qui sacros sensus euestigiò in rei bellicæ vsum Edicto traduxerit. Sicuti à Zonara perhibetur, Annalium Tomo 3. Quemadmodùm & multò antea edixerat Iulianus Imp. Christianæ fidei apostata, vt Edessenorũ pecuniæ omnes ab Ecclesia tollerentur, & distribuerentur militibus, prædia quoque in priuatos vsus referrentur: eo prætextũ, vt redacti ad inopiam Christiani saperent, nec cœlesti regno excluderentur. Auctore Iuliano ipso in Misopogone. Nec dispari exemplo, nostrates quidam nuper abusi sunt Regio nomine & auctoritate, vt Gallica sacerdotia in militares Præceptorias, postulãte, eo transferrẽtur à Romani Solij Antistite: Quarum Rex *Commendarum* Magisterium teneret, ac nobilitatis proceres militari cuique Fiduciæ præficerentur. An. 1575. Sed nouus hic & insolens Aulicorum ambitus Regiæ in Ecclesiam pietati cessit, Clerique apud Pontificem Max. intercessioni: Cuius idcirco Libellus supplex & vulgari scriptus est idiomate, nec paucorum manibus circonfertur.

Henrici Bohici verba in d. Cap. Ex litteris. *In Regno Franciæ Ecclesia rem profanam per eam acquisitam tenetur infra annum à tempore monitionis domini ponere extra manum suam.*

Edictum Iuliani Apostatæ in Ecclesiam Edessenorũ. In Libro eiusdem, cui titulus Misopogon.

Conati sunt nonnulli regiæ Aulæ primores, initio anni 1575 Monasteria in Commendarum militarium speciem transferre, quib. simul monastici Primatus a Cœnobio quouis pendentes annecterentur: Ea lege proposita, vt monachus aliquis rei diuinæ Monasterij præponeretur, exiguo tenuiq; velut mercenarij operarij stipendio.

6 Nil enim causæ videri, cur sacræ opes sacerdotibus conflent inuidiam argumento est nascẽtis Ecclesiæ Ærarium, cui præfuère Christi Legati, Apostoli, velut dispensatores. Crescente dehinc Christiano grege, selecti Diaconi septem, qui communis Ærarij nummos distribuerent, & mensis ministrarent. In ærarium, quippe singuli viritim publicis in congressibus pecunias conferebant. Ex Actis Apostol. 11. Cap. Pauli Epist. ad Galat. 2. & Roman. 15. 2. Corinth. 16. Pet. 2. & Paul. 1. ad Timoth. 5. Inde Cyprianus narrat, ministris Ecclesiæ stipes, oblationes, lucra, & cœnas suo æuo datas esse. Lib. 1. Epist. 7. Atque huiusmodi rebus & alimentis in commune collatis nutriri solitos martyres in vinculis, refert Tertullianus initio Lib. ad Martyres. Meminit item Ecclesiæ redituum Origenes, qui ex mutuis collationibus donisque comportabantur. Homilia. 31. in Matthæum. Postea verò efferuescente Religionis Christianæ cultu, prædia etiam ipsa Principes impertierunt Templorum administris. Teste Sozomeno, Eccles. Hist. Lib. 8. Cap. 1. & Lib. 9. Cap. 1. Eudoxia Theodosij coniunx imprimis exornauit Pontificales ædes in Constantini vrbe, eisque millia nũmûm quotannis attribuit in victum Ecclesiastici Chori. Vt à Nicephoro traditum est, Sacræ Histor. Lib. 14. Cap. 5. Iunge his priuatorum eximia in Ecclesiam

Pia donatio mille nummorũ annuorũ facta Clero vrbis Cõstantinopolitanæ.

merita, benignitatísque officia, de quibus Socrates Lib. 7. Cap. 21. Tradit & Chrysostomus, agros, ædificia, villas ad Sacrum Cœtum emptionibus peruenisse. Homilia 86. in Matth. Iberica verò Ecclesia quàm multis aucta est latifundiis insigni Regum liberalitate?

Extraict fait de la Chambre des Comptes de Paris le 5. de Ianuier 1512. Si domini acquisitis factis ab Ecclesia assensum præstiterint vel circa hoc fuerint negligentes, & ad manum suam res vellent ponere acquisitas. Hoc non permittetur eisdem, imò amouebitur manus sua, si iam fortè apposuerint in eisdem. Et de ipsis secundum constitutionis tenorem financia exigetur. Nec prætextu constitutionis eiusdem alicui domino financias leuare licebit, sed iure suo secundum quod sibi ante constitutionem competebat vtatur.

Hispanica Ecclesia, de qua Rodericus Toletanus.

Rodericus memorat, Toletanum presbyterorum ordinem ab Aldefonso. 6. donatum Brioca, Varsiles, Cabanis, de Sagra, Concha, Rodillis, Alcolea subalantia, Azecuth, Melgar postmodùm dicta, Alpobrega, cum Toletanæ vrbis stationibus, quæ vulgò *Toudæ* vocabantur. Æra. 1121. Ab eodem Hispanic. Annalium scriptore celebratur Regia Fernandi in sacras Aras munificentia, quòd is Seruatoris Dei phano D. Iacobi, Ysidori, ac Legionensium Sacerdotum Collegio Max. largitus esset opimas ditiones, Cœnobiorúmque egestati, prædiis in alimoniam adsignatis, subuenisset. Quùm autem Diis oblata arua, diuinóque addicta vsui iam inde eximantur mortalium commercio, Hispanis quondam lata Lex est, ne quis denuò fundus, nisi auctore Principe, Templis dicaretur. Vt Belluga prodit Regij Iuris Hispanici enarrator. Sic vetabat lex Papyria Romanorum, ne terra, Ædes, Ara sacraretur Plebis iniussu: cuius potissimum intererat, vt nè innumeris consecrationibus res omnes sensim dominio arbitrióque suo eriperentur. Iis obiter adduntur ex Festo Rituales Hetruscorum libri, in quibus scribebatur, quo ritu Aræ Ædesque sacrarentur. Sicula rursus Constitutione incapax est rei clientelaris Ecclesia, nisi eam Regio beneficio consequatur, & in clientelam cooptetur ex formula vulgaris Feudorum Vestituræ. Cōstitut. Regni post mortem. De quâ etiam Matth. 4. Afflictus Decis. Neapolit. 324. Neque his temerè adúcias vetus Auenionensis Ciuitatis statutum, quo disertè cautum erat, ne beneficiarij fundi, vel Emphyteutici Ecclesiis, aliíue Manuimortuæ quouismodò trāscriberentur. Cuiusmodi Auenionenses Leges Cardinalis Arminiacus Pontificiis mandatis recognouit nuper, ac emendauit. Ad hunc modum, Venetis Edictis iubentur Clerici emancipare ac distrahere prædiarias res quascunque: Prohibitis simul profani ordinis hominibus, ne in fraudem publicæ legis incapaci Ecclesiæ fidem hac parte accommodarent Tabellis testamentariis. Lib. 4. Cap. 56. Venet. Statut.

Pet. Belluga Speculi Principum Scriptor.

Neapolitanum Edictum de Manumortua in Ecclesiasticos fundorum possessores.

Auenionensia statuta.

Cardinal. *d'Armaignac, Legat d'Auignon*

Venetæ Reipub Statuta *de faire vuider par les Ecclesiastiques leurs mains des immeubles par eux acquis.*

NOSTRATES pariter Ecclesiæ Regiis *Manusmortuæ* legibus subiiciuntur: At quarum plurimæ singularibus Principum Rescriptis liberam obtinuerunt dotalium fundorum retentionem. Lemouicum verò sacerdotiis vniuersim Philippus. 6. irrogauit morticinæ possessionis priuilegiū sacro ære duntaxat in causam Flandrici belli à Lemouicibus clericis pensitato. Generatim quoque Cister- 7

De hoc Francico iure Manusmortuæ in Ecclesiasticos nouorum fundorum possessores Nos plura diximus Lib. 1. de Domanio Franciæ. Tit. 13. & Li. 2. Tit. penult. eiusdē Operis.

Ciſtercienſes Philippus. 4. immunes Mortuæ manus lege declarauit. Menſe Quintili An. 1304. His cœnobitis alioquin parùm attuliſſent præſidij in Dominica profanorum iura Pontificiæ literæ Alexandri. 3. ita exaratæ. *Alexander, &c. Abbati monaſterij S. Mariæ Fontis Iohannis, eiuſque fratribus, Ciſtercienſis ordinis, &c. Præfatum Monaſterium, in quo diuino mancipati eſtis obſequio, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus. Præterea quaſcunque poſſeſsiones idem monaſterium in præſentiarum iuſte & canonice poſsidet, aut in futurum conceßione Pontificum, liberalitate Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant, &c.* Pridie Natalis B. Mariæ, Indictione. 11. Chriſtianæ pietatis An. 1163. & Pontificatus Alexandri 4.

Bulla confirmationis donationum factarũ Monaſterio Fontis Iohannis, Ciſtercien. Ordi. die 7. Sept. An. 1163.

8 REGII porro imperij eſt conceſſio morticinij rerum Eccleſiæ, ſeu liberi penes eam fundorum dominij. Nec enim inferiores Rege proceres hanc ſibi hodie vſurpant prærogatiuam: Qua tamen veteribus haud ſatis cognita, iſti olim ſacratis viris ius indulgebant mortui mancipi, vulgò *Admortizationis*. Sic Campaniæ Belgicæ Comes ſibi arrogauit manuſmortuæ ſoluendæ poteſtatem. Ex antiquioribus Curiæ Regeſtis. Pari modo Carolus Andium Comes permiſit Ciſtercienſibus monachis Pontis Octrandi liberam profanarum rerum poſſeſſionem, in municipio Andegauenſi: vbi Cœnobium hoc *de Ponteron* ſtructum fuerat primitùs ditatumque An. 1130. Pia igitur Karoli ſententia pro Cœnobitis fuit iſtiuſmodi. *Carolus filius Regis Franciæ, Andegauenſis prouinciæ, Forcalquerij Comes, marchio Prouinciæ, &c. Volumus quod Religioſi viri Abbas & Conuentus de Ponte Octrandi habeant & poßideant in perpetuum pacifice omnes conqueſtas factas ab eiſdem & eorum anteceſſoribus in comitatibus noſtris Andegauenſi & Cenomanenſi: ita videlicet, quod dicti Religioſi per nos vel hæredes noſtros, vel etiam ſucceſſores non poßint compelli ponere extra manum, ſeu alienare dictas conqueſtas: Saluis nobis & hæredibus noſtris omnibus redeuanciis, & iuribus noſtris debitis & conſuetis.* Die D. Laurentij feſto An. 1261. Nec longo poſt temporum decurſu, irrogatum eſt huic monaſterio ſimile priuilegium à Karolo Valeſio Galli regis filio, & Margareta Andegaua coniuge, Andium Heroina. Menſe Octobri An. 1294. Haud minorem auctoritatem ſibi ſumpſiſſe credibile eſt priſcos id genus Dynaſtas Cœnobiorum conditores ac patronos. Verbi gratia: Gotrofredus Andium Comes erexit Aram Cœnobiumque Diuæ Triadi apud Vindocinum Andegauiæ oppidum An. 1040. Indictione. 8. Alboïnus De Bourgognino, & Marquiſia eius vxor piè fundarunt Monaſterium B. Mariæ de Rora, Auguſtiniani ordinis, & Collegium canonicorum D. Nicolaï, in Credonio Andium oppidulo An. 1112. D. Iudoci monaſterium condidit Pontiuenſis Comes in territorio Domni Martini, quod monachis liberaliter conceſſit, libero iure, nec vllo onere poſſidendum. An. 1156. Theobaldus Na-

Admortizandi bona Eccleſiæ, aut aliàs Manuſmortuæ Regium ius.

Huius Abbatię *de Ponteron* fundatores, ſaltē dotatores cenſentur domini *de Montrebeā* in Andegauia.

Karolus frater D. Ludouici Galliæ Regis, ipſe Rex Siciliæ, Andiū, Cenomaniæ & Prouinciæ Comes.

Hic Carolus Valeſius filius Philippi. 3 regis à Valeſij Comitatus appanagio ipſi dato ſic cognominatus.

Monaſterium S. Trinitatis *de Vendoſme en Anjou.*

Abbatia *de la Roue, en Craonneu* diœceſis Andegauen.

Eccleſia collegiata S. Nicolai *de Craon.*

Abbatia *de S Ieſſe, au terroir de Dampmartin fondee par le Comte de Ponthieu*

uarræ rex, Briæ & Campaniæ Comes extruxit Monasticum templũ *de Iouy*, in Meldensi diœcesi, sub annum. 1200. Vidus Craonius, Sabolienfis Baro excitauit monasticam Ædem Perrodij noui, ordinis Præmonstratensis. AN. 1203. Rudolphus item Procomes Bellomõtanus Cenomanorum circa ea tempora fundauit mulicbre monasterium Estiualis in Charnia. Paganus Chourcius eques Dn. *de Clinchamp* exædificauit dotauítque cœnobium Tirõnellum, Cisterciensis ordinis, in Cenomana diœcesi, AN. 1151. Vidus Forestensis Comes Ædem B. Virginis condidit, in eáque canonicorum Sodalitium, apud Montbrisonem Foresiorum vrbem, Quintili Mense AN. 1223. Fulco Andium Comes monasterium D. Mauri ad Ligerim. 8. Kal. Maïas AN. 1099. Et Gottofredus Andium Regulus, materno Hildegardis suasu dotauit monasticum phanum D. Nicolao sacrum in suburbiis Andegauæ ciuitatis, cum plenissima fundorum libertate. Vt antiquissima eius Cœnobij documenta sonant, tali sermone. *Gaufridus Andegauensium comes ad suggestionem Hildegardis comitissæ matris meæ, vt Ecclesiæ quam instituerat pater meus Fulco in memoriam summi patroni B. Nicolai Cõfessoris impensius quam fecerat ipse, aliquid donarem propter meam & ipsius salutem. Dono eiusdem Ecclesiæ Monachis licentiam faciendi molendinos in exitu ipsius viuarij quod in concessum habuerant in vita patris mei. Terram quoque quam pater meus bubus propriis excolebat, & dicebatur cultura comitis, &c. Cõcessi etiam eis, vt omnia quę habent vel habituri sunt, sine retinaculo vllius Cosduna quitta habeãt. Præsens Hubertus presul, Vilhelmus & Gaufredus Comites Pictaui, Hebertus Comes Cenomanis, & Hugo nepos eius, Lancelinus de Balgenciaco, Gorolinus Vicecomes Britanniæ, Suardus de Credomo, Goffredus de Prulliaco, Albericus de Monteiohan, Regi naldus de Castrogonteri, cum Adelardo filio, Gorolinus de Sancta Maura, Geraldus de Faio, Bernardus de Cantosciaco, Rainerius De Turris, &c.* In hoc etiam album referri potest munifica Richardi Andium Comitis donatio collata in Oratorij cœnobium. 16. Kal. Octobres Anno I. Anglici regni, quod Richardus Andegauorũ Comitum successor moderabatur. Profanas quippe monachorum possessiones ita sanxit Comes, vt ab illis optimo maximo iure ac conditione retinerẽtur: earúmque tutorem se, protectorem ac custodem prædicauit. Sicuti priscis Tabulis apparet infra relatis. *Richardus Dei gratia Rex Anglorum, dux Normanię, Aquitanię, Comes Andegauiæ, Archiepiscopis, Abbatibus, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, Seneschalibus, Præpositis, Iustitiariis, & omnibus Bailliuis, & ministris fidelibus nostris Salutem. Sciatis nos dedisse & concessisse, & præsenti charta confirmasse Abbatiæ de Oratorio, quæ à prædecessoribus nostris fundata est, ipsum locum liberum, quietum, & immunem, ita quòd nullus aliquam consuetudinem omninò in illo loco quærere vel extorquere præsumat. Concedimus ergo Monachis ibidem Deo seruientibus, damus & confirmamus garenam nostram quæ circa Abbatiam est, sicut fossis vndique clausa est, infra quam nullus ligna incidere, vel animalia sua ibi in pastũ addu-*

Poan de Chourses sieur de Clinchamp, fondateur de l'Abbaye de Tyronneau.

Ecclesia collegiata *de nostre Dame de Montbrison fondee par Guy Conte de Forest.*

Abbatia de S. *Maur sur Loire, pres Angers* dotata die 24. April. An. 1199.

Abbatia S. Nicolai prope muros vrbis Andegauen.

Abbates de Oratorio vernaculè *du Lauroux en Anjou*: cui beneficũ se præbuit Richardus Angliæ Rex, Andium Comes die 16. Sept. Ao. 1190. qui fuit primus Regni Richardi annus.

Tiltre de Richard Roy d'Angleterre, Duc de Normandie, Aquitaine & Conte d'Anjou Die 16. Sept. An. 1. Regni, &c. Concedimus monachis Abbatiæ de Oratorio, quæ ab antecessoribus nostris fundata est guarennam suam, quæ circa Abbatiam est, sicut fossis vndique clausa est, in qua

adducere sine permissione Abbatis & monachorum præsumat. Concedimus etiã eis & damus per omnes Forestas nostras Andegauiæ, Turoniæ, & Cenomaniæ omnia necessaria sua ad pastus pecorũ, & animaliũ, ad ædificationem domorum ad cætera quæ opus sunt in omnibus locis, vbi necesse habuerint. Concedimus etiam eis & confirmamus Grangiam de Landogis, *&c. Etiã medietarias, &c. Has omnes eleemosynas & possessiones, quę prædictę Ecclesię ex dono antecessorũ meorum, vel ex dono quorumlibet hominum datæ sunt, liberè & quietè in perpetuum habendas & possidendas concedimus & confirmamus. Et in manu & custodia & protectione nostra ponimus, & custodiri & defendi, sicut res nostras Dominicas firmiter præcipimus. Necnon & duos hospites ad hospitandos Monachos, vnum Andegauiæ, alterum Cenomaniæ, quos ex dono antecessorum meorum possident liberos & quietos ab omni seruitio, tailleya, & exercitu, eis concedimus & confirmamus, &c.* Denique matrici Andium

nullus ligna incidere vel animalia sua in pastum adducere sine permissione Abbatis & monachorum præsumat. Concedimus etiam eis per omnes forestas nostras Andegauiæ, Turoniæ, & Cenomaniæ omnia necessaria sua ad pastus pecorum & animalium, ad ædificationem domorũ, & cætera quæ opus habuerint, & in omnibus locis vbi necesse habuerint. Concedimus etiam eis Grangiam de Landugis &c. Has omnes grangias cum omnibus pertinentiis suis in bosco & plano, in sylvis & pratis, in viis, in stagnis & viuariis, census castelli sui de Balgeyo.

Autre Chartre du Roy Richard. 6. Idus Aprilis ao. 1. Regni, *en ces mots*, Sciatis nos concessisse & præsenti charta nostra confirmasse donationes illas 86. librarum Andeg. monetæ, & ab antecessoribus nostris Ecclesiæ beatæ Mariæ de Oratorio factæ fuerunt, Scilicet à Fulcone Comite andeg. & Comite Gaufrido filio eius 66. Libras Andeg & à patre nostro Rege Henrico 20. libras eiusdem monetæ, & eidem Ecclesiæ eosdem reditus certis locis assignasse. Damus ergo & concedimus prædictæ Ecclesiæ duos nostros molendinos de Beltort, vt in eadem libertate, integritate & potestate eos habeant & possideant, sicut nos habebamus ea die qua monachis præfatæ Ecclesię eos dedimus. Eadem libertate, potestate & honore eis dedimus quicquid habebamus in 2. molendinis & in 2. furnis de Moliherna. Insuper dedimus eis tantum de pratis nostris quæ sunt in longa insula apud Coorne, quantum sufficere possit ad centum solidos annui reditus sine aliqua missione & expensa. Hæc omnia liberè, quiete & honorifice. &c.

Lettres de Charles fils du Roy de France Comte de Valois, d'Alençon, de Chartres, & d'Anjou, de confirmation ausdits religieux de Lorou.r, de tous les dons de ses predecesseurs Comtes d'Anjou, & d'un autre moulin dont ils n'ont nulles lettres desdits Comtes, ladite confirmation moyennant 240. livres tournois payez.

Patentes du Roy Philippes de Valois en Decembre l'an. 1338. *accordant aux religieux de l'Abbaye de Lorouer, qu'ils prennent à sa main en celles des forests du Roy, où ils ont leur vsage pour leur 2 premiers moulins, & leurs dits autres lieux Et que du dit vsage ils puissent jouir pour iceluy tiers moulin, comme pour les autres. Dautant que par les fundateurs premiers de ladite Abbaye oust esté octroye ausdits religieux, entre autres choses l'vsage par toutes les forests d'Anjou, de Touraine, & du Maine pour l'edifice de leurs maisons & leurs autres choses necessaires en tous leurs lieux, entre lesquels sont nommez lesdits premiers moulins seulement. C'est pourquoy le Roy par ceste Lettre leur accorde aussi pour le tiers moulin.*

Basilicæ sacræ indulsit Philippus Valesius Comes Andegauens. & Cenomanorum, vt trecentas æris libellas Francicas quibus Philippi parentes donarant Sodalitium ipsius Cathedralis Ecclesiæ, Sodales conuerterent in fundorum comparationem: quibus perpetuò fruerentur, modò ne tales fundi gentiles ac nobiles forent, clientelæque legibus tenerentur. Authentico instrumento. 6. Cal. Februar. An. 1327. quod visitur in Chartophylacio Andegauæ maioris Ecclesiæ.

Literæ Philippi Valesij Andium Comitis, die 27 Ian ao. 1327. Is postea Franciæ rector, dein Rex fuit, mortuo Karolo Pulchro, qui decessit 1. die Feb. sequentis, eo Anno 1327 Vt Nico. Gillij, aliorumque annal. tradunt.

9 NIHILO seciùs velante ea quidem tempora Reges ipsi sacro dicarunt prædia Ecclesiis concessa, & Ecclesiasticis possessoribus Manusmortuæ rigorem relaxarunt identidem, ne illa de manibus deponere cogerentur. Quam ad rem nullum illustrius adduci à nobis exẽplum posset, quàm ex Carolo Mag. qui profanas Cœnobij possessiones D. Albini, in Andibus, sic templo consecrauit. *Karolus Dei gratia Rex Francorum vir illuster, Vniuersis tam præsentibus quàm futuris, inuante Domino qui nos in solium Regni instituit, &c. Igitur magnificus vir Gõtharus rector de monasterio S. Albini, quod est constructum propè muros Andegauis, vel clerici de ipsa Ecclesia peculiare patrociniĵ nostri ad nostram accesserũt præsentiam, & clementiam regni nostri suggesserunt, eò quòd antecessores nostri*

Chartre de Charlemagne, pour l'Abbaye de S. Aubin d'Angiers.

sen etiam dominus ac genitor noster bonæ memoriæ Pipinus quondam Rex pro illorum auctoritatibus eorúmque manibus subscriptas, vt quasdam Villas eiusdem Abbatiæ Canonicis ipsius loci deputatas denuò per Celsitudinis nostræ auctoritatis scriptum, nos etiam eisdem vsibus perpetua lege habendas, easdem confirmare dignaremur. Quarum scilicet Villarũ *ista sunt nomina, &c. Vnde etiã veluti præsignatum est, Altitudinis nostræ præceptum hoc fieri iussimus, per quod precipimus atque firmamus, vt pranominatę res cum omni integritate & sine cuiuspiam Rectorum prædicti loci minoratione, vsibus & stipendiis Dei seruorũ eodem loco Christo famulantium deputatæ habeantur, &c. Precamur etiam pro amore Dei vel reuerentia sanctæ Dei Ecclesiæ seu per intercessionẽ B. Petri, omnes successores nostros, sicuti à nobis est constitutum, ita & ipsi conseruent, vt cum B. Petro Apostolo portionem mereantur percipere. Interea etiam constituimus, vt numerus Fratrum vltra quinquagenarium numerum ab aliquo eorum Abbate, nullo tempore augeatur, &c Mense Maio An. 1. Regni.* Eiusdem Caroli Mag. Lex in mortuam manum disertè scripta extat Capitul. Lib. 5. Cap. 48. Insuper delegatum est pridem à Ludouico. xi. rege munus Guernadoni libellorum supplicum magistro, vt nummariam indictionem tota Gallia ab Ecclesiis exigeret, quæ minus ritè morticinij beneficio Principali subnixæ proponerentur. Diplomate. 6. Iduũ Apr. An. 1480. Vnde complures Andium monasticæ Familiæ, corrogata pecunia, se suáque Manus emortuæ periculo liberarunt. Vt puta phani Sergij cœnobitæ coacti sunt. 100. libellarum pretio sese Manusmortuæ molestiæ redimere. Guernadonis selecti Iudicis sententia. 15. Kal. Ianuar. An. 1480. Sed aliquantò antea Princeps ipse tali incommodo exemerat Cathedralem Parisiorum Ecclesiam. Rescripto Mense Septembri An. 1465. quod in Ratiociniorum publicorum acta regestum est. 15. Kalend. Octob. An. 1467.

In Capitulari Caroli Mag. approbantur rerũ commutationes Ecclesiis vtiles factæ. vbi verò mortua manus intercedebat, aut alia irrationabilis causa inuenta fuerit, describatur & ad notitiam Regis perferatur Lib. 5. Cap 48.

Literæ patentes Ludouici. xi. Die 8. Apr. An. 1480. commissionis datæ Guernadoni Magistro requestarũ Hospitij regia *pour les francs fiefz des roturiers, & nouueaux acquestz faits par l'Eglise.* Qui sententiam tulit die 18 Decemb. An. 1480. *touchant l'abbaye de S. Serge d'Angers, & autres.*

Literæ admortizationis bonorũ Capituli Ecclesiæ Paris. *& qu'il puisse librement acquerir à l'aduenir iusques à la valeur de 300. liures Parisis de rente, soit en fiefs nobles iustice, &c.* Registratę io Camera computorũ die 17. Sept. Ao. 1467.

RELATO iam in commune ius, profanarum possessionum Mo- 10
nastico cœtu, multùm interest, an ipsius res à priuatis datæ, fuerint Regis purè beneficiariæ, an Magnatis inferioris. Illo casu, exigua indemnitatis titulo pecunia dependitur ab ordine præsertim Sacerdotali; saluo nimirum clientelaris Iurisiurandi officio, quo sacerdotes Regib. ipsis manent ex clientelæ prædiis obligati, prout à nobis infrà latiùs tractabitur. Hoc autẽ casu Patronus indemnis præstari ab Ecclesia debet, collato aliquo ære: isthæc præterea clientem illi porrigere viuum, fato, noxæque fundi commissoriæ obnoxium. Alterutrum sanè requiri duntaxat, relictúmque id Ecclesiastici possessoris optioni & arbitrio censuit quondam Senatus pro Druydum Canonicorum Collegio aduersus Dynastam *du Brueil.* Idibus Sextilibus ANN. 1330. A quo non discrepat omninò recens Curiæ Decretum pro Cœnobitis Hermeriarum, qui Regios morticinij codicillos impetrarant, contra Becquesium dominum. Octauo Idus Septembres AN. 1552. Sed mea fert opinio, Ecclesiasticos Regis clientes, indemnitatis æstimatione pensa, non ideo eximi solitos clientelaris fidei obsequio: quod nempe vicaria

An admortizato à Rege fundo pro Ecclesia, sufficiat hanc, soluere indemnitatem Domino feudi, an & ipsa teneatur, *luy bailler homme viuãt, mourant & confiscant.*

vicaria profani hominis opera præstari potuerit. Atque ita multorum Galliæ Municipiorum Moribus constitutum est Iudicio Senatus, qui eum vsum comprobauit. 3. Idus Martias An. 1539. Iohanne Valétiano, & Monachis D. Victoris Lutetiani inuicem altercantibus. In hoc argumétum voluito Ægidij Magistri Decisiones Cap. 8. Cum iis quæ Nos diffusè Lib. Regij Francorum patrimonij. Tit. 13. Sed quidnam, roges, de prædiis nullum auctorem laudantibus, quæ *allodialia* idcirco vocantur? Horum peræquè incapacem Ecclesiam, vt aliorum, existimo, nisi ea Principali permissu retineat. Masuer. in Tit. De præscript. §. Item si Ecclesia, & in Tit. De locato Versic. Item si res data fuit. Non idem de agrorum donatore ipso statuédum, qui eos piæ, eleemosynæ intuitu erogarit sacræ cuidam familiæ, seu Dotales nouo Delubro adsignarit. Tunc enim verùs dicitur, sacros aruorum possessores, quoad donatorem attinet, omni beneficiarię sponsionis nexu liberari, & à donarore quoque ipso indemnes seruari contra alium quemlibet patronum oportere.

Archidiaconus in Can. Duo sunt. Dist. 96. refert de consuetudine Hispaniæ, quod Episcopi osculantur manus Regis Hispanici. Quod procedit quando Episcopus est Comes sicuti faciunt alij magnates.

Arestum Curiæ pro Ecclesia collegiata *de Dreux*, Die 13. Augusti An. 1519.

Alterum pro monachis *de Hermieres* Die 6. Septemb Ao. 1552.

Decretum Curiæ die 13. Mart. An. 1536.

Omnibus autē recens acquisitis tenetur Ecclesia cedere, & de iis manus suas euacuare, infra annum, vel cum Rege componere: alias quadragenario quolibet annorum spatio financiam in Camera Ratiociniorum Parisien præfinitam dinumerare pro præcedenti horum feudorum possessione, deindéque ea emancipare nisi tales acquestus Ecclesia pacifice tenuisse: vltra 40 annos. Tunc soluere quidem singulis 40. annis finantiam cogetur Ecclesia, non autem feuda a manu sua emittere. Benedict. in Cap. Raynutius in Vers. & vxorem. 3. Decis. Mausner. in §. item si Ecclesia. Tit de præscript.

Pannorum lege Consuetudinaria, Ecclesiis donare permittitur cuilibet.

In hunc sensum trahi videtur Ludouici Pij Cæs. Constitutio repetita Concilio Parisiensi, ne de Manso Ecclesiastico, seu fundo diuini iuris censum exoluere presbyter compellatur. Can. secundum. 23. Quæst. 8. Consimili ratione Anglica Lex hæc sancita est antiquitùs, patria Normanorum veterum lingua. *Et tielz, qui teignont en Frankalmoigne, sont obligez de droit deuaunt Dieu de faire orisons, praiers, Messe, & autres diuine seruices pour les almes de lour grantors ou feoffours, & pour les almes de lour heirz queux sont mortz, & pour le prospertie & bon vie, & bon salut de leur heirs que sont en vie. Et pour ceo ils ne feront à nul temps ascun fealtie à lour Seignor, por ceo que tiel diuine seruice est melior pour eux deuant Dieu, que ascun fesance de fealité. &c. Et nota que lautiel home de religion, qui tient ses tenementes de son Seignor en Frankalmoigne, son Seignor est tenus par la Ley de luy acquiter de chascun maner de seruice, que ascun Seignor paramont de luy voet auer ou demaunder de mesmes les tenementes, & s'il ne luy acquita pas, mes suffra luy d'estre distraine, donceques il aura enuers son Seignor vn brief de mesn, & recouera enuers luy ses damages & les costes de son suite, &c.* In libro Anglicarum Legum *Litletons Tenures.*

Priscæ Anglorum Constitutiones Normanica lingua scriptę

Veteres Gallicas Ordinationes de frāchia feudis & nouis acquestis per ecclesiasticos factis exscripsit accurate Aufrerius in Tit. De finācia Frācorum feudorum & nouorū acquestuum.

Arestum Curiæ Die 6 Mart. An 1574. cū Edicto die 22. Febr. eodem An.

Tria alia in eundem sensum Edicta regia promulgata sunt De exemptione Ecclesiasticarum Galliæ facultatum ab omni feudaria seruitute die 30 Octobr. 1571 die 25 Sept. & 3. Nouem. An. 1572.

11 Sicvla autem Roberti Regis Sanctione, Princeps licet Ecclesiæ concesserit ditionem quandam generarim, vtitur nihilominùs in Ecclesiæ clientes imperio mero, terrendíque potestate intra metas alienati dominatus. Lata Lege An. 1341. Lib. I. Neapolit. Constit. Tit. *Quòd nullus Prælatus, Comes, vel Baro officium Iustitiarij gerat*, & ibi Matthæus. Francorum sanè Feudistica Lege noua, Clerici Regiæ clientelæ vinculo soluuntur prædiorum nomine,

quæ ſemel in cauſam morticinæ poſſeſſionis ceciderint Principali Indulgentia: Dum modò in noui cuiuſque Regis ac Sceptri auſpicatu, ſacratus Cœtus quilibet profiteatur ciuili more, ſe ex recens partis latifundiis Regiæ Francicæ beneficiarium. Quo caſu manus Regia tolletur, in ſacros iniecta fundos, qui iam antea Morticinij iure donati probabuntur. S. Conſulto pridie Nonas Martias. Anno 1574. facto in promulganda palam Eccleſiaſtica onerum clientelarium Immunitate, quam gemino Edicto ſanxerat Princeps. Pridie Idus Februar. 1574. Dein menſe Martio An. 1575. Scio tamen Andegauos cœnobiorum Antiſtites Pontheronium, ac Ædis Sergij damnatos fuiſſe à ſelectis Reginæ matris Iudicibus eidem caducaria perſoluere feudorum ſuorum iura, quæ Græci Ἀνάχαμψιν, nos redemptionem ſeu inſtaurationem feudi appellamus. Sententia pridie Kalend. Maias An. 1575. Mota eſt ex eo Iudicum Decuria illa, quod patriis Andium Moribus teneantur Eccleſiaſtici collegij primores clientelari in patronum officio defungi, & talium clientum obitu redemptionalia feudi dominis directis addicantur. Cuiuſmodi *Releuia* æſtimantur anni caducarij prouentu è beneficiario fundo. Artic. 110. Andegauæ Conſuetud. Et Cenomanæ Artic. 121. Sed quia iam inde à Piſſiaco Francorum præſulum Conceſſu oneratus eſt Clerus multiplici in fiſcum Regium æris collatione, vltra decumanum aurum ſacerdotiis indictum quotannis, paulò poſt Andenſis Municipij Ius in ſcripta redactum, idcircò Rex Eccleſias beneficiariis legibus ſolui voluit, iuſſit. Edictis ſupra notatis. Quoniam igitur hoc loco de Legis Municipalis interpretatione agebatur, Regiarúmque Sanctionum poſteriorum, cenſuêre nobiſcum primæ notæ Cauſidici, à prædicta Iudicum Auguſtæ ſententia appellari Senatum poſſe. Quippe qui vni liceat prouinciales cuiuſque Pop. mores, Regúmve Edicta interpretari, ex præclaro Maiorum inſtituto. Iuxta Conſtantini legem. 1. Cod. De Legib.

Hi ſunt Iudices in forēſi Camera Reginæ matris, quæ Regis filij ceſſione ac munere exegit feudorum inferiorum emolumenta, ſeu Rachatus & Releuia, quæ alioquin Regi competiiſſent, tanquā Domino feudi.

Sententia die vlt. Apr. An. 1575.

Abbatiæ *de Pontheron & de S. Serge.*

Concilium vel colloquium Piſſiaci habitū *à Poiſſy*, Menſe Sept. An. 1561.

Sacerdotiorū reditus in Gallia annuatim decumari cœpti à Principe. An. 1516. & octauo poſt reformatā Andiū Conſuetudinē, quæ emendata eſt, An. 1558.

Senatus interpres Regiarum ordinat. & Conſuetud. prouincialium.

QVAMLIBET ſeuerum * philopoliten depingamus toto hoc 12
Opere Francum Regem, atque Eccleſiaſticæ vindicem diſciplinæ, ſuperiora certè Edicta teſtantur noſtrorum Principum egregia in Clerum ſtudia, nec ipſis deeſſe bene merendi de Eccleſia cum occaſione coniunctam voluntatem. Quò minùs neceſſe ſit, ex priſca Annalium memoria citare Robertum regem, qui in Templis frequens, Deûm Superûm reuerentiſſimus, priſcæ ſanctitatis æmulus, Antiphona, ſacráque Reſponſa condidit, iudicio vniuerſæ Eccleſiæ probata receptáque. Eius illa ſunt, ſancti Spiritus adſit nobis gratia, ô Conſtantia Martyrum, ô Iuda. Ferunt propterea, cùm Aualonem obſideret, nullo oppugnante quaſſantéve, ſed in tabernaculo Numini preces votáque effundente illo, magnam murorum partem ſua ſponte collapſam velut diuinitùs, ac Superis veneratori ſuo præſentem gratiam referentibus. Vt P. Æmylius ait in Francica Hiſt. Imo & longè antea Clodoueus Francorum rex quùm acie perſeque-

* Politiæ amatorem & ſtudioſum.

Hugonis Capeti Frāciæ Regis, filius Robert⁹, deinde rex. An. 998. qui deceſſit An. 1024.

Aualo, Burgundiæ oppidum.

persequeretur Alaricum Gotthorum Principem, & ita Engolismã properaret, eius aduentu mœnia vrbis statim diuino nutu corruerunt, accedentíque Regi apertum præbuerunt iter: ex quo Gothos omnes inibi repertos gladio interemit. Vt est apud Aimoinũ, De Gestis Francorum Lib. 1. Cap. 22. Sic Regiæ maiestatis vexillis præcipuè florebat Christiana Religio, eademq; edebat Dei immortalis miracula, quæ Hebræis Iosuo Duce patefecit, obsessæ Hierichuntis mœnibus cœlesti virtute disiectis. Iosuæ Cap. 6. Apud Húnos quoq;, D. Stephanus Rex Edicto inuiolabilia hospitalitatis iura exhibuit Christianis omnibus, stipendia etiam sacerdotibus, & sacrarum præceptoribus institutionum: vt eos vndecúmque in Pãnoniam alliceret, allectorúmque opera rem Christianam & Ecclesiasticam latè proueheret. Auctore Bõfinio, Hungaric. Annal. Decade. 2. Lib. 1. Huic non cessit flagrantissima Kanuti pietas, Daniæ Regis, qui inter suos primus sacrum cultum illustrauit, Aris ac delubris opimos assignauit fundorum reditus, pontificúmque honori magnificè cõsuluit. Iis enim à Canuto decreta est publici consilij communicatio sessionísque gradus perquàm honorificus, quùm antea à rudi populo illi nõ eo, quo par erat, loco haberentur. Cleri itidẽ ordines distinxit Canutus, instititq; pio conatu apud * Neophytos suos, vt sacras decumas presbyterorum Ordini persoluerẽt. Inquit Crantzius, Daniæ lib. 4. Cap. 35. Æthiopes verò nullas frugũ decimas pendunt Ecclesiasticis ministris, sed earũ vice, sacerdotes ab illis iam olim cumulantur prædiorũ dote amplissima. Vt Æthiopica Abyssinorum Regum Historia patet, quam Franciscus Aluares concinnè descripsit. Quocirca non temere Politici terrarum Principes se iactitant Seruatores Ecclesiasticæ Reipubl. ac communis Sacerdotum libertatis assertores. Ita summus Biarnensium Regulus patria Lege obstringitur Templorum protectioni, rebúsque ipsorum obnixè tuẽdis, aduersus profanos sacris opibus insultantes. Artic. 3. Bearnensis Codicis sic inscripti, *Fors & Costumas de Bẽarn.* Quin Hebræi Moseos ætate, Hierarchica potestas triplici mixtim nitebatur Politia: Regali, cui Moses: Aristocratica, cui 72. Seniores: Dimocratica, cui è Populo tributim, præsideMose, rectores sũpti præficiebãtur. Vt sacris Bibliis proditũ est. Id quod mirè etiã dùm commendat Ioh. Gerso in Tract. De Potestate Ecclesiastica.

Angoulesme.

Vrbs Iericho In Iudæa.

Hungaria.

Verumtamen Canutos populum ad decimas annuatim pen dendas dum vrgeret acriùs conturatio né in se suscitauit: Adeò vt eum populus tandẽ iote. fecerit, sed quẽ miraculis deinde illustrem Diuorum Catalogo posteritas inseruit.

* recẽs insitos fidei Christianæ.

Abyssinorum Æthiopum mores institutáque De Ecclesiasticis bonis ac redditibus.

Biarnensis Cõsuetud. Articulo. 1. supremus Biarnij Dominus statim ac vocatur ad hunc Principatum, sacramento rogatur ab omnibus prouinciæ Ordinibus scomnia Prop priuilegia, leges, libertates exactè seruatorũ & suum vnicuique ius redditurum.

Prosper Aquitac.

13 Rervm dominium Ecclesiis acquiritur non modò Principali munificẽtia, sed etiam pij cuiúsque, ac religiosi populi erogatione. Nam Licinia Romanæ Ecclesiæ bona sua vltimo elogio reliquit, Marcello sedente. Cuius rei fidem facit Tripartita Hist. Lib. 1. Cap. 9. Prosper itidem memoriæ mandauit, Hilarium Arelatensem præsulem, acceptis fidelium opulentis hæreditatibus, Ecclesiam admodùm locupletasse. Can. Expedit. 12. Quæst. 1. Quòd si parœcus fundos legassit parœciæ rectori, de vno ambigitur, nùm hic legatum ex iis tabulis petere possit, quæ coram eo dictatæ sint, scriptæque ex

Sic econtra, Collegio illicito legari non potest, tamen singulis ex eodem Collegio legari potest l. Cum Senatus ff. De reb. dub Quia legatum singulis non censetur legatum collegio. l. sed si hac. §. qui manu mittũtur. D. de in ius vocao Licet. l 4. Cod. de hæred. instit. videatur sentire contrarium. Sed eam antinomiam diloit Bart. in cit lege Cum Senatus.

Neapolitano tamen S.C. decisum, valere promissionem. 200. ducatorum ab infirmo factam Chirurgo suo, & ex ea promittentis heredes obligari. Vt dicit Matthæus in Neapolit. decis. 223. Iuxta illud Speculat. in Tit. De salariis, Dum dolet infirmus, medicus sit pignore firmus. Neque iis obstare videtur L. archiatri C. de profess. & medic. quæ loquitur de medico salarium annuũ ex ærario publico recipiente. Nec item l. Medicus. ff. De variis & extraordin. cognit. Vbi mirum medic' dederat mala Pharmaca, & æger centum promiserat, vt curaret ipsum. Quo casu promissio infirmatur.

publica auctoritate parochis Iure Pontificum Francicísque Moribus attributa. Legatum valere probabile erat, quia sacerdos testamenti perscriptor publicus nil legato priuatim lucrifaciat, ministerium ipsius nominati designatum, cæterùm datum Templo. Vt respondit Scæuola, Lib. 18. Digestorum in l. 20. §. 1. ff. De annu. legat. Huiusmodi tamen legata Principes nostri indistinctè videntur improbasse. Edicto Aurelianẽsi in mediis Francicorũ Ordinum comitiis. An. 1560. Nam eius Edicti Capite. 27. vetantur animorum curatores presbyteri, eorúmque Vicarij, manu publica excipere testãtis elogium, quo nonnihil ipsis relinqueretur. Cõsimili iudicio Tranquillus in Nerone cautum refert hoc Imperatore, ne quis alieni testamenti scriptor legatum sibi adscriberet. Cap. 17. Scriptum quoq; manu mariti testamentum vxorium non valet in quo seipsum scripsit hæredem l. quæ in testamento Cod. De his qui sibi adscribũt in testam. Tamẽ secus vter in testamento eorum reciproco. De quo vide Lusitanicam Decisionem Antonij Gammæ Senatoris. 231. Eãdémque S. Consulti Liboniani sentẽtiam fuisse docemur compluribus I. C O S S. responsis. l. 1. §. ad testamenta D. Ad Leg. Cornel. de fals. Per hunc modum, D. Hieronymus clericos increpat, ambitiosos talium legatorum captatores. In Epist. Ad Nepotianum. Rursus moribundi spontio facta curioni suo nihilò magis rata haberi debet, quàm pollicitatio ægri hominis, medico, aut litigatoris, patrono causarum, quæ legibus haud dubiè rescindũtur. Sumpta quodammodò ratione ex noto Poëtæ versiculo,

Si quis me tonsor cùm stricta nouacula supra est,
Tunc libertatem diuitiásque roget,
Promittam, neque enim rogat illo tempore tonsor,
Latro rogat, res est imperiosa timor.

At Collegio Ecclesiastico relictum tenet, collegarum etsi vnus testantis tabulis subscripserit, vel eius sordes animi eluerit sacra flagitiorum cõfessione. Nihil enim, aut parum ad scriptorem hunc ex ea donatione redit compendij cùm vniuersitatis iura ad singulos non pertineant. Nam & à cliente legata patrono vel Magistratui rectè præstantur: cui tamen viuus donare cliens non poterat. L. Non dubium, & ibi Bartolus Cod. De Testam. Iason accuratè in L. Quæ de legato ff. De legat. 1. Ita à Senatu definitum est pro sacro quodam Aruerniæ Sodalitio Kalend. Sextilibus An. 1569. Huic consonat decretum alterum Ordinis Clariss. pro Lutetianis Fratribus Societatis Iesu, ex Testamentaria lege Petri San-Andræi Præsidiis Inquisitionum Curiæ, qui illis dederat legarat mouẽtia sua omnia: Tametsi vnius è sacris Sociis, qui morienti religiosè præsto aderat, instigatione perpulsum legasse testatorem proponeretur. Aresto Postridie Nonas Maias An. 1573. Atq; idipsũ perpetuo Edicto sãxit Princeps in Ble-

presbytero subscriptori testamenti, vel Confessori morientis licet legatum non valeat, tamen eius Ecclesiæ relictum tenet.

Arestum Curiæ die. 1. Augusti. 1569.

Iudicatũ Curiæ die. 8. Maij A°. 1573. pro Iesuitis Lutetiæ.

in Bleſenſibus Gallici Pop. Comitiis, (Artic. 93.) comprobante Senatu Pariſien. 8. Kal. Feb. An. 1580.

Edictum Bleſenſe ad poſtulationem trium Statuũ regni, Verificatum in Parlamento Parif. Die. 25. Ianuar. An. 1580.

SCRIBENDI porrò teſtamenti auctoritatem committere parochus nequit, eiúſue Vicarius alteri ſacrificulo Templi. Decretali Epiſtola Alexandri. 3. Cùm eſſes De Teſtam. Nam ſupremæ tabellæ ſerius adulterantur, à Eccleſiæ ſacerdote primario, aut ipſius Vices gerente, quàm ab alio quouis ſacrorum adminiſtro: Quùm Curio ipſe dicatur ſpiritalis curialiũ ſuorum pater, eóſque ſuffragio ſacræ pœnitentiæ abſoluat erratis. Ex Symmacho P.P. Can. omnes. 30. quæſt. 1. Quo ſuauiſſimo Patris titulo nihil olim in Eccleſia vſitatius, recepti⁹, familiarius. Inde & Papæ nomẽ eſt Romano Præſuli vendicatum, quòd πάππας à veteribus vſurpat⁹ Patrẽ ſignificet, teſte Suida. Exin D. Auguſtinus Hipponenſium Antiſtes Papa vocatur à Hieronymo. In Epiſt. Sidonius pariter Eutropium, Frontellũ, Mamercum, Eleutherium, Agretium, Euphronium, multóſque alios Papas nuncupauit. Lib. 6. 7. 8. & 9. Epiſtol. Rurſus apud Gratianum Papa nominatur Martinus identidem, qui Epiſcopus erat Bracharẽſis, & D. Cyprianus Papa crebrò in Canonicis Libris appellatur. Cã. Epiſcopo. 8. Quæſt. 1. Can. abſit. 50. Diſtinct. Can. omnis De conſecrat. Diſtinct. 1. Can. 1. De conſecrat. Diſtinct. 2. Et Lib. 2. Epiſtol. Cypriani. Itaque, vt ad rem redeam, parœciacæ Ædis ſacerdos, tanquam ſpiritalis parœcorum ſuorum parens, ſcribat teſtamẽtariam Chartulam neceſſe eſt, adempta ei poteſtate publici huius muneris alteri clerico demãdandi. Proin antiquum S.C. refertur, prohibitorium curionibus Pariſien. Diœceſeos, eorúmque Vicariis, ne conficiundi teſtamenti operam alij delegarent in poſterum, adiecta pœnæ interminatione: Eodémque decreto reſciſſa eſt poſtremi elogij formula, à priuato conſcripta ſacerdote: teſtamentariis etiam curatoribus interdictum, ne ex tali Inſtrumento procurationem vltimorum mandatorum ſibi arrogarent. Vt eſt in Miſcellaneis Areſtorum, quæ Bragelonius dudũ ordine digeſta in Volumẽ manu exaratum coëgit.

Idem cautum in Can. Si quis ſacerdos cum filia ſpiritali fornicatus fuerit. 30. Quæſt. 1.

Abba, pater lingua Syra dictus.

Concilium Martini Papæ commemoratur à Gratiano, in Cã. Epiſcopo. Qui a Martinus. 16. Bracarenſis Præſul librum ex variis Græcorum Synodis expreſſit, atque collegit.

Ita Clerus Romanus miſſa ad Cyprianum Epiſtola, eum Papã vocitat.

Licet alius ſacerdos, quàm Curatus, aut Vicarius non poſſit ſcribere aliena teſtamenta, tamen loco Curati poſſunt eſſe duo teſtes, ſupplẽtque eius defectum Iure commune Panor In Cap Cùm eſſes De Teſtam.

15 ILLVD quæritur, an presbyter Eccleſiæ, qui vltimam parœciani ſui voluntatẽ exſcribit, debeat omnia ad amuſſim ſolemnia obſeruare, quæ Aurelianenſi Edicto notariis præfinita ſint. Nempe vt, curante Notario, partes actis nomen adſcribant, earũque ſigno ſeu annulo inſtrumẽta obſignentur. Artic. 84. Non teneri ea lege presbiterum apparebat prima fronte, quùm Regij Edicti verbis, Regij Scribæ adſtringantur ſoli, ſeu Tabelliones, non autem Eccleſiaſtici ſcriptores teſtamentarij. Quibus additur, ſacratos viros minimè ſubiici profanæ Regum Sanctioni. Cap. Eccleſia De Conſtitu. vbi Panormit. Et in Cap. Si clericus laïcum De foro compet. Excepto, ſi de iure patrimoniali fundorum agatur: Quo caſu profanis Conſtitutionibus Clerici obligantur. De iure verò perſonali, contra, pronuntiauit Senatus pro cliente meo Epiſcopo Laudunẽſi, Clericos ſci-

An Conſtitutiones Laicorum ligent Eccleſiaſticos.

Decretum Senatus pro Episcopo *de Lab*, clericum suũ Nicol. *Amandin* vendicãte, *contre le Preuost des Mareschaux, & les Presidiaux de Laon, qui l'auoient declaré ingecompetent d'un crime comme preuostal, contre ledit Clerc.* Die 16. Nouemb. An. 1576. *Au Roolle de Vermandois.*

Placitum Curiæ die. 18. Febr. 1575.

licet regia Molinensi Lege non comprehendi (Artic. 40. & 42.) in quæstione criminum Ecclesiastici rei: qui iuridicam Præsidalium iudicum sedem adire non cogitur, vt competens necne sit Latrunculator, apud quem ille delatus fuerit, sua sententia definiat. Aresto Curiæ. 6. Kal. Decemb. An. 1576. Escorceueo, Meque palam orantibus in Catalogo causarum Veromanduarum. Nihilo seciùs de Testamentaria illa forma *Patres Parisienses* iudicarũt, Aureliensis regiæ Legis mentẽ licet verba deficerent, ad parochos pertinere, nedũ ad Regios notarios & tabelliones. Decreto in publicis fori actionibus. 12. Calend. Martias An. 1575 Lalmentio, & Vialarto causæ patronis. Quid mirũ? Vtrobique enim par æquitatis ratio paria iura desiderat: ne publici specie testamenti obtrudantur nothæ & adulterinæ supremi iudicij literæ, aut si minùs suppositititiæ pateant, saltẽ vt insidiãtium testantis voluntati fraudibus occurratur. Quoties deinde actus mortalium, aut testamẽta prædiis ius dicũt profanisq; possessionibus, quæ Regio subsunt imperio, tunc quoad ea Principalibus Edictis subiiciuntur sacri ministri, tanquam prædiariæ Legi versus quàm personali. Bald. ad Cap. quoniam De constitut. Tandem Cõstitutione Blesensi expressim cautum fuit, parochialium Ecclesiarũ pastores eorúmque Vicarios peræquè statis legum formulis obstringi ac vt publicos Notarios, in testamentis suorum parœcianorum apud eos condendis & conficiundis. Artic. 63. Nimirùm vt scripto profiteantur, testatores vel tabulis signũ apposuisse suũ, vel subscribere omninò nequiuisse. Ciuili autem Romanorum vsu, priuatus quisque paterfamilias annulo munitus erat signatorio, quo impresso, testamẽtariis tabulis signũ adhibebat, easque signabat, modò annulus haberet χαρακτῆρα. Vt ait Vlpianus Lib. 39. ad Edictũ in L. Ad testium §. 1. ff. De Testam. Plura de signatorio annulo Vlpianus l. 44. ab Sabinũ in L. Argumẽto. §. ornamẽta De auro & argen. leg. Papian. Li. 8. Responsorũ in L. cũ pater. §. pater pluribꝰ De legat. 2. Et Calistratus Lib. 10. De officio Proconsulis in L. D. ff. De bon. dãnat. Hodie etiamnùm Teutones priuato annulo pactorum chartulas vltimárumque voluntatum obsignant: Vti & Veneti solemni ritu suprema condunt elogia noménque, adscribunt postremæ suæ voluntati. In Pannonia non item, cuius *Consuetudinario Iure, Sigillum non authenticum est cuiuscũq; suum priuatum, sub quo Prælati, prior aurana, comites liberi, & perpetui rasciæ despoti possunt constituere procuratores, alij non.* Ex Tripartito Opere Iuris eiusce Vngarici, quod sedulò collegerũt Stephanus VVerbewczius Iudicis Curiæ regiæ prothonotarius, & Hieronym. Balbus Præpositus, Latinéque scriptum publicarunt Regiis Vladislaï mandatis, An. 1490.

Quoad bona temporalia ab Ecclesiis possessa hæ subiiciũtur Regiis Ordinationibus oneta putè tealis concernentibus & patrimonialia bonorum ipsorum.

* signum, insigne, vel figuratũ.

Sigillum, quo instrumenta & testamenta signantur & sigillantur.

Hungariç scripta Cõsuetudo.

Legato testamẽtario acquisita Ecclesiis sequitur alius acquirẽdi modus per consolidationem, seu retractum feudalem, pro Ecclesia domina feudi.

Parantur insuper Ecclesiis latifundia ciuili incremento, seu 16
legitima clientelaris fundi accessione coniunctionéque cum Ecclesiastico fundo superiori ac dominanti. Ponamus enim, canonicorũ Sodalitium insigni quadam Ditione potiri ab antiqua sacræ Basilicæ fundatione. Quo modo Belliloci Ecclesiam, quæ Collegij nomine

mine ac titulo insignita est, regionis Dynasta excitauit, Philippo. 1. Galliarum Rege, tali clausula. *Auctoritate igitur Domini Drogonis nostri Præsulis Matisconensis, & eius iussu sub Dei & sanctæ Genitricis eius, atq; Patronorum prædictorum obtētu, in ipsa nostri Castri Ecclesia, Clericos sub nomine & professione Canonicorū imponi et attitulari optamus et poscimus: qui permanētes in Dei, Sanctorūq; famulatibus, Ecclesias & terras cum omnibus ad eas pertinētibus, sicut descripta sunt inferius, in suis communiter habeant vsibus,* &c. Hæsitatum est iam, nunquid tali canonicorum Familiæ liceret, quasi superiori Domino, suum facere beneficiarium fundū à cliente distractum, Feudaria scilicet conditione ex lege Municipali prædiorū ipsorum. Dubitationis causa erat, quòd, sacra Familia acquisitionum incapax foret nouarúmque possessionum. Quo iure censetur Dominica huiusmodi agrorum redibitio & cōsolidatio, vt nouus quæstus habeatur potiùs quàm fundi in primæuum statū reuocatio aut restitutio. Opinione Ioh. Fabri ad. §. si cui Institut. De legat. Rectiùs tamen sentiunt, qui putant cliētelare inferiúsque prædium, si vænierit, ab Ecclesia patrona redimi posse Dominico iure Feudariáque potestate. S. Cōsulto. 15. Kal. Martias An. 1538. inter Carthusianos Lutetiæ, & Robertum Belleum vtrinque litigatores. Idem Ægidio Magistro placuit In suis Decision. Tit. De feudis & homagio. Neque ab his dissentit prisca Francici fori obseruatio, Curiæ Actis inserta, hoc modo. *Ecclesiæ possunt se accrescere in censiuis, in quibus habent Altam Iustitiam.* Aresto Senatus *Parlamentaris* An. 1290. quod in Lib. 3. *Olim* comperitur Fol. 96. Cedò, quid de Ecclesia fūdorū emptrice, velut extranea, nū iis cedere teneatur venditoris agnato lege agenti Retractuum? Arbitror equidem venditoris propinquū audiēdum, qui gentilitia prædia lege familiaric ōd icat. Profanæ etenim populares que linearis Retractus Constitutiones tenent sacram Ecclesiā ac Clericos, qui res prędiarias mercati sint. Afflictus in Tract. Protomixeos, Vers. Item quæro, an si clericus, Anton. in Cap. Constitutus De restit. in integ. Iacob. Butrig. in Authen. Cassa Cod. De sacrosan. Eccles.

Berardos Bellijoci princeps, Vuādalmōda vxor. & Hubertus filius extruxerunt, primùm Bellijoci tēplum: sed Hugo, Viscardus, & Stephanus fundatorum nepotes eam Ecclesiam Canonicorum Collegium instituerunt. Huic sacro phano Priuilegia indulta sunt ab Alexandro. 3. Pontif. Max. Ex archiuis Bellijocæ Ecclesiæ.

Placitum Curiæ Parisien. Die. 15. Februar. an. 1538. pro Ecclesia domina feudi retractum feudalem in vassalos subditi feudi emptores exercente.

Retractus linearis contra Ecclesiam prædiorum emptricem.

17 LVCVLENTA interim illa est è Regestis Curiæ testificatio piæ Regum nostrorum, propensæque in Ecclesiasticum Ordinē voluntatis. Nam Karolus. 5. Rex, cui togato Senatum crebrò adeunti inditum est sparsim *Aduocati* cognomentum, ea simul obseruantia coluit Tēplorū administros, vt nullo nō munificētiæ genere sacros Cœtus perornaret. Quemadmodū eius fermè coæuus scripsit Ioh. Iuuenalis Vrsinus in Proœmio Historiæ Karoli Sexti, quam certiori fide ab Vrsino contextam euoluimus, oculato rerum à Sexto gestarum teste ac spectatore, consiliorum etiam participe interdum, & in publica eius Regni Politia identidē occupato. Quippe iis, præter Regiam in Senatu aduocationem, & Præfecturam Decurionum Parisien. quas gerebat, Aulæ rùm gratia cúmprimis enituit. Ab eodē narratur, Carolum. 5. B. Remigio summas venerationis partes detu-

Ioh. Iuuenalis ex Vrsina gente Italię nobilissima, memorat eo Libro, Comitem Bertoldum Vrsinum propinquum suū, qui venientem in Gallias Sigismundum Cæsarem Parisios vsque fuerat comitatus. Frāciscus Sansouinus de ea Vrsinorum familia Librum edidit, Italico sermone, *Di Casa Orsina.*

lisse inter Diuos, atque ipsius Ædem variis collatis ditionibus locupletasse. Quidni ? quùm ex simili auitæ pietatis exemplo manarit fructus hic, quem Flodoardi scriptoris Titulus indicat, *De victoriis sancti Ludouici per auxilium sancti Remigij, & fine ipsius Regis*, Rhemensis Historiæ Lib.1.Tit. 15. Haud aliter Gotthus rex quidam olim, cilicio stratus supplicatione pugnabat, priusquàm manu pugnam aggrederetur. Auctore Saluiano Massiliensi, Lib.7. Nec dubium est, religiosissimos quosque Monarchas pari fœlicitate Sceptra tractasse, & quo res sacras studio prosecuti sunt, eodem Superos illorum Rempubl. auspicatò ptouexisse. Decreuit Constãtinus omnes in Ecclesia manumissos Romana frui ciuilitate. Lib. 1. Tripart. Hist. Certum quoque vectigal prouincialibus Ecclesiis distribuir, ab eo dehinc perpetuæ donationis iure sancitum. At Licinius conquestus, Christianos non ita pro se, vti pro Constantino in publicis orationibus excubare, quùm subuertisset iterùm Ecclesias, à Constantino victus est, acieque profligatus. Quare non eò minùs Sacræ Reipubl. studiosi sunt Principes, quòd iure Magistratus nonnunquàm explorent, rescindántque Præsulum acta gestáque in cõremptum vel Ecclesiasticæ veteris disciplinæ, vel Principalis, quoad profana iura, auctoritatis. Gubernatores enim Legũ existũt Sacræque Politiæ custodes, vt quorum Imperio Politica maiorũ dogmata sustinentur, eorum Maiestate sublata, publicum Statum collabi necesse sit. Proinde existimo, Pontificij fulminis diploma sanctissimum, quod in Ecclesiasticam Iurisdictionẽ conturbantes recitatur quotannis & promulgatur Dominica Cœna solemni, non pertinere ad pios Reges eorumque Magistratus, qui Apostol. Sedi obsequẽtissimi, iuridicam Ecclesiæ potestatẽ tueantur iuxta sacros Canones & canonicam ipsiusmet Ecclesiæ disciplinam. Apostolicum illud diploma recitatur in *Collectione diuersarum Constitutionum & Literarum Roman. Pontif. à Gregorio.7. vsque ad Gregorium*.13. quæ publicis typis vulgari cœpit. An.1579.

Flodoardos hoc loco Ludouici oomine Clodoueum regem intelligit.

Eusebius Cæsarien. tradit, Cõstantinum Mag. finxisse aliquando, se velle a ciuilibus honoribus Christianos omnes depellere qui persisterent in suo cultu. At verè Pij maluerunt cedere dignitatibus ciuilibus, quam à Christo discedere. Sed illis hoc bene cessit, quia eos Cæsar complexus est & qui Christum abiurarent retinendarũ dignitatum causa, prorsus à se remouit, dicens nec sibi fore fidos qui Deo fidem fregissent.

Literæ processus lectæ die Cœnæ Domini 27. martij An.1578 per Gregorium. 13. Pont. summum.

SACRIS Mendicorum Ordinibus permissa est hodie plebeiarũ 18
opum possessio, quas olim abiecerãt ipsi, votiuã paupertatem laudibus efferentes. Tridẽtini Concilij Sessione.25. De Regularibus Cap. 3. Fratres enim Mendicantes rerum soli incapaces non fuêre primitùs ex Regula sua B. Augustini, sed tantùm ex Constirutionibus, quas Romana Sedes confirmauit. Hæ proinde mutabiles cum sint, Regula verò immutabilis, Tridentini Patres illos possessionum cõmuni nomine capaces ritè sanxerunt. Ex quo Senatus etiam Prędicaroriis Andium Fratribus addixit frumenrarium vectigal annuũ, Transactione rescissa, qua eius vice legati Fratribus vectigalis, hæredes testanris certam legarariis pecuniolã spopõderant, Decreto Parisiensi in pomeridianis causarum actionibus, Kalend. Martiis An.1580. quùm Danesius pro Dominicano Conuentu appellante: & Dagueus pro aduersa parte dixissent. Quinimo conspicua in purpura

Concilium *de Trente.*

Arestum Curiæ, *aux plaidoyries des apresdinees* die. 1. Mart. An. 1580. *pour les Iacobins d'Angiers.*

pura S.C. factum eſt recitatúmque, priuato monacho fundi vſumfructum licitè dari, nedùm Conuentui monaſtico: Quaſi fructuaria illa redituum fundi perceptio iuſtis alimentis æquiparetur. Pridie Aſſumptionis B. Mariæ An. 1584. pro Dominicani ordinis cœnobita Dn. Preuoto Curiæ Præſide ex forenſi tùm ritu pronuntiante. Iuxta ea quæ Bertrandus nominatim, In Conſil. 122. & 206. Volum. 3. de Fratrum Prædicatorum ſtatu rei immobilis poſſidédæ capaci. Illinc rantùm demunrur Minores iuxta Diui Franciſci obſeruationem inſtitutùmque arctiùs Fratres S. Franciſci Capucceni, quibúſve eſt ex Conſtitutionibus ſuis prohibitum, vel Reſcripto ſingulari Pontificio, ne immobiles res detineant, prophaníſque agris potiantur. Capucinos quidem, quorum auctor habetur Paulus. 4. Pontifex, beneuolo affectu proſequitur Rex noſter verè pius, eximiuſqué religioſorum hominum fautor. Eiuſdem Codicillis, ſua Minimorum Ordini reſeruata ſunt Priuilegia Septembri Menſe An. 1575. comprobante Senatu. 11. Kalend. Decemb. Eod. Anno. Hanc verò Minimorum Sectam monaſticam inſtituit Franciſcus natione Siculus, Pontificiis auſpiciis Xyſti. 4. 16. Calend. Iunias. An. 1474. Deinde Innocentij. 8. 15. Calend. Apriles An. 1485. Sed Philip. Comminius Ordinis conditorem vocat Roberrum Regium, ac eius ſequaces comiteſque, Eremitas D. Franciſci. In vita Ludouici. XI. regis Capit. 130. Nouiſſimis quoque temporibus, à Paulo illo. 4. nomen ſortirus eſt Ordo Sodalitatis D. Amoris ſiue Theatinorum, quùm Petrus Caraffa, qui dictus eſt in Pontificatu Paulus. 4. eam viuendi rationem ſectatus fuiſſet. Vt inquit Diego, Lib. 1. Orthodox. Explicat. In ſumma, ante Tridentinum Chriſtianæ Eccleſiæ conuentum nulli ius erat Mendicantium Sodalium cœtui, proprium tenere quicquam, nec vniuerſis quidem his, nedum ſingulis. Vt ſtaruit Nicolaus. 3. Pontif. in Cap. 3. De verb. ſignific. Lib. 6. Decretal. Epiſt. Et Clemens. 5. in Concilio Viennenſi Cap. 1. Eod. Tit. Ob id petitione hæreditatis ſummoti ſunt quondam Monpeſſulani Franciſcani, quos tamen præſcriptis verbis hæredes ex aſſe reſtator nuncuparat. Decreto Curiæ Pariſien. quod recenſet Gallus Quæſt. 317. Eóque adhuc probabilius Carmelitanum Fratrem Senatus priuata depulit actione, proprióque ipſi⁹ nomine agitata. Vt eſt apud eundem Gallum, quæſt. 244. In hanc ſententiam multa congerit Bart. in Lib. Minoric. Quibus immorati diutiùs non eſt operæpretium.

Decretum Curiæ ſolenniter recitatum Die. 14 Auguſti 1584. *touchant la souffrance d'un fonds de terre, la vie durant d'un Iacobin.*

Capucins.

Verificatio in Parlaméto Pariſien. priuilegiorum Religioſi Ordinis *des Minimes*, alias *des Bons hommes de S. François de Paule* Die. 21. Nouéb. 1575.

Bullæ Apoſtolicæ Syxti. 4 die. 17. Maij 1474. Et Inocentij. 8 die. 18. Mart. 1485.

Hic Franciſcus de Paula in diuorum numerum relatus eſt à Leone. 10. P. P. an. 1519.

Theatinorum Ordo nuper Romæ initium occœpit.

19 TRAHEBATVR itidem priſca Lex profanorum redituum prohibiroria, ad annuum vectigal ſeu reditum nummarium, cuius incapaces omninò ſacros Mendicorum Cœtus iudicauit Curia Pariſien. licet piam in cauſam funebrium precum annua hæc penſitatio deſtinarerur. At enim ſingulis Mendicantium cœnobitarum Familiis Pariſien. addictæ ſunt eam in rem libellæ æris Francicæ quinquagenæ. S. Conſulto. 7. Idus Apriles An. 1385. quod Gallus denarrat Quæſt. 62. Huc alludit recentius Ampliſſ. Or-

Areſtum Curiæ die. 7. Apri. Ann. 1385.

Alterum die. 14. Iunij An. 1554. inter Cordigeros S. Maxentij Pictonum oppidi, & Matricularios Ecclesiæ loci.

dinis iudicium inter Franciscanos fani Maxentij, in Pictonibus, hæredes Mesnagei, & Æditųos Templi Maxentij. Postridie Iduum Iuniarum An. 1554. Mileto, Fratrum Minorum: Portano, Æditųorum, & Ysamberto, hæredum causam agentibus. Tridentina demũ Synodo libera relinquitur Sodalibus hisce plebeiarum facultatum possessio, non vt singulis quidem, sed vt vniuersis. Alia porro est aliorum Cœnobiorum Oeconomia, in quibus priuatim etiam monachi communibus bonis fruuntur ex beneficiario titulo Monasticorum Primatuum, qui in singulos aliquando conferuntur. Inde & monachi sigillatim ratione Monasticorum sacerdotiorum, quæ obtinent velut peculium, experiundi iuris copiam habẽt, actionésque in iudicio excipiendi, venia ab Abbate nõ petita, quasi serui sua de re peculiari contrahentes eámque administrantes, Speculat. in Tit. De statu monach. Decis. Capel. Tholos. 20. Superest hodie bina duntaxat Regularis Societas, quæ omnes *Prioratuum* census in commune referat more Ecclesiæ vetustioris repetito. Gregoriana altera, cuiusmodi est fani Victoris Congregatio Augustiniani Ordinis, quam Pontificius quidam Legatus iampridẽ sãxit. Altera dicitur Cõgregatio Casæ Benedicti, Ordinis Benedictini. De qua nos sup. Tit. vlt. Libri. & 2. *Domanij Gallici* Lib. 2. Tit. 10. Vt-vt sit, mortalibus cunctis, ne dicam monachis, tanti esse non debent vel vniuersa prædia & aurum omne, quod Tagus ac rutila voluit Pactolus arena, vt salutis suæ iacturam faciãt, aut morem ferant. Sed vereor admodùm, ne quod Sulpitius in sacerdorum auaritiam sui temporis scripsit, aptiùs torqueatur in nostrorum quàm plurimos. Tanta (infit) hoc seculo animos ministrorum Ecclesiæ habendi cupido, veluti tabes, incessit, inhiãt possessionibus, prædia excolũt, auro incubant, emunt vendúntque, quæstui per omnia studẽt. Aut si qui melioris propositi censentur, neque possidentes, neque negotiantes quod est multò turpiùs, sedentes munera expectant, atque omne vitæ decus mercede corruptum habent, dùm quasi venalem præferũt sanctitatẽ. Sacræ Hist. Lib. 1. Planè Atheniẽsibus similes hi videntur, quibus diuinos honores nolẽtibus Alexãdro decernere Demades, Videte, inquit, ne dùm cœlũ custoditis, terram amittatis. Ita plerísque Clericis respondeas, sed commutatis verbis, metuẽdũ esse, ne dum terrena curant & defendunt nimiùm, cœlum amittãt. Prudenter enim aduersus profanas Ecclesiæ possessiones Sidonius Fausto, Obtine, ait, vt portio nostra sit DOMINVS, atque vt adscripti turmis contribulum Leuitarum non remaneamus terreni, quibus Terra nõ remanet: Inchoëmúsque vt à seculi lucris, sic quoque à culpis peregrinari. Lib. 9. Epist. 3. Atque vt semel finiam cum Claudiano,

Monachus qui Prioratum habet, vel est in studio de licentia sui Prælati, potest de rebus sui Prioratus & beneficij, vel ad causam studij agere & conueniri in iudicio. Gloz. & Doct. in Cap ex parte De Accusat. Et Doctor. in Cap. 2. Ne cler. vel monac. Lib. 6.

Chezaubenoist

Cassander Macedo, qui Alexandro Mag. successit, egit cum Atheniensibus, vt Alexandrum colerẽt pro Deo: illi cunctabãtur, & Cassander, nisi morẽ gessissent, eos bello inuasurus putabatur. Quare Demades ad Pop. ita locutus est Verendum esse, ne dũ cœlum retinerẽt amitterent terram.

Sidonius Aruernorũ Episcopus.

Ardua res est hæc opibus non tradere mores:
Et cùm tot Crœsos viceris, esse Numam.

20 In-

20 INGRESSI cœnobium bona omnia Conuentui quærebātur monastico, Nouella Iustiniani Lege peruulgata. Monachis itidem obueniens parentum hæreditas deuoluebatur ad communem regularium Fratrum mensam. Iustinianea Constitut. Deo nobis Cod. De episc. & cler. Sed vtraque Lex Moribus nostris antiquata est, propinquis vtrolibet casu hæreditatem capientibus. Masuerio teste, Gallici vsus forensis peritissimo. In Tit. De success. testam. & vltim. volunt. §. Item per consuetudinem Regni, Et Benedicto in Cap. Raynutius in Vers. & vxoré, Verb. successio ab intestato. Iuxta Nicolai .I. P.P. rescriptum In Can. Præsens clericus. 20. Quæst. 3. Eandem Francici fori Iurisprudentiam Ioh. Gallus adnotauit, fretus *Patrum* Iudicio aduersus Cluniacensem monachum, qui de agnati hæreditate egerat interdicto retinédæ possessionis. An. 1387. Quæst. 122. Simili Lege tenentur Allobroges, & à cognatorum successione excluduntur Allobrogici cœnobitæ. Edicto Philiberti Emanuëlis. Postridie Cal. Martias. 1563. quod Subalpinus Senatus promulgauit, pridie Nonas Martias. Eod. Anno. Vt paret ex Volumine Edictor. & Statut. Sabaudiæ. Nil diuersum de sacris Rhodiæ militiæ Equitibus constituitur, quos à paterna etiam substantia alienos esse lege hæreditatum iudicarunt Pætoriani Franciæ Consiliarij, Decreto secundùm Procomitem Destaugeum & eius vxoré, contra vxoris fratrem, religiosum militem Hierosolymitanum. Audias enim Raymundū *de Podio*, militaris huius Ordinis suo seculo Principem. *Præcipio quod omnes Fratres accedentes ad obsequium pauperum, & tuitionem Fidei Catholicę, teneant & cum diuino præsidio seruent tria, quæ promissa sunt Deo; videlicet Castitatem, Obedientiam, hoc est, quòd adimplebunt quicquid eis erit iniunctum à suo Magistro, atque viuere sine proprio. Quoniam Deus requiret hec tria in vltimo iudicio. Ex Statutis ordinis domus Hospitalis de Hierusalem. Tit. de Regula Hospitalariorum Militiæ ordinis sancti Iohannis Baptistæ Hierosolymitani.* Idipsum quoque P.C. ad merum vsum fructuum produxerunt ne Melitensis Eques hæreditariis parentum bonis vteretur, frueretur, Decreto Curiæ lato pridianis diebus Natalis Christiani. An. 1573. secundùm Ianam Bellayam, in fratrem suum Bellayum Rhodiæ adscriptum militiæ. Nûm verò huic Religiosorum hominum generi legū venia gratiáque fieri possit isto casu Pōtificiis codicillis, tractat Decius eleganter Responso. 114. Volū. I. Planè suprà admonuimus, gentilitiarum hæreditatum iura sacris hisce Militibus reseruari posse ab Ordinis Præfecto, quā primùm votiua ab illis monasticáque professio ineatur. Tit. vlt. Lib. 2. At semel iam purè professum sacram Militiam liceat necne reuocare in ius commune legitimarū hæreditatum, vel supremæ voluntatis testandæ, diximus Lib. I. DOMANII FRANCICI Tit. 13. Nōnulli vtique opinantur, cucullatos

Authen. Ingressi Cod. De sacrosan. Eccles.

De iure tamen, si quis ingrederetur Monasterium causa probandi, bona non dedicabantur, nisi proficieretur tacite vel expresse. Cap. beneficium, & ibi Archyd. De regular. In. 6 Et ideo testari poterat intra annum. Innoc. & Hostiens. in Cap. Quia ingredientibus De Testam.

Statuta Sabaudiæ die. 2. Martij. 1563. Verificata in Parlamento Pedemontis, die. 6. Martij.

Arestum Magni Consilij Franciæ regis, *pour le Vicomte d'Estauges.*

Statutum seu Constitutio edita a Magistro Ordinis S. Iohānnis Hierosolymitani communibus fratrum totiúsque Conuentus suffragiis.

Aux Arrests de Noel, pour Iehanne Dubellay, contre son frere, Relig. de S. Ieh. de Hierusalem.

Eo loci Decius percontatur, an stante statuto Mediolani, vt ciuiliter mortui ad successionem non admittantur, religiosus habilitatus a Papa ad succedendum iuxta iuris communis dispositionem, vti possit prærogatiua Statuti Municipalis. Tādem Decius pro affirmatiua concludit.

huiusmodi clericos propria possidere ac testamenti factionem habere licitè ex solo permissu Pontificiæ Sedis. Baldus ad l. vlt. Cod. Vnde legit. Et in Authen. Nisi rogati Cod. Ad Trebel. Castrens. in l. Et militibus Cod. De Testam. milit. Bertrandus Carpentoracten. Respôso.16. Volum.3. Ad extremũ, in monastici peculij successione, cœnobiarcha præfertur nummario suo redituum obuentionúmque Cœnobij côductori. Decisione Burdigalensi.224. Argum. l. Diuus. §. panicularia, ibi, spolia ff. De bon. damnat.

Art.55. Francici Edicti Molinensis Ao 1566. Professio voti monastici, & sacra Clericorum tonsora scripto probari debent, non testibus. Iuata. Can. vidoa. 20 quæst. 2. Can omoes fœminæ. 27. quæst 1. bald. in l. Humanó Cod De leg.

QVEMADMODVM cœnobitæ negatur ciuilis hæreditatum 21 aditio agnati cuiusuis, ita nec agnato competit in monachi peculium successio, sed velut peculiare æs seruorum, legibus redit ad dominicum Monasterij ærarium. De quo argutè Speculat. in Tit. De statu monach. Innoc. in Cap. cum olim De Priuileg. Romana autem Gentilium sacrorum Theosophia, Vestales virgines nec vlli succedebant intestato, nec eis intestatis succedebat quispiam: quia earum bona in publicum redigerentur. Id quod auctor est Labeo in suis ad.12. Tabulas Commentariis. Teste Gellio, Lib.1. Cap.12. Sic nostrate Iurisprudentia victus est interdicto vti possidetis à Præfecto *Prioratus* Coinciaci propinquus Ægid. Vauldræi cœnobitæ, qui monasticum primatum *de S. Phalle* moriens tenebat, Coinciaco in sacra potestate contributum. Decretis Curiæ recitatis Die Natalis Christi profesto. An.1533. Longolio litis inspectore. Sed ea quidem lege *Priori* Coinciaco adiudicatum est monachi peculium, vt is funeris impensam, defunctíque æs alienum exolueret. Parentis instar, in quem actiones ex facto filij subortæ dantur de peculio, quod ille filio superstes capit. l.3. ff. idē scribit ff. De pecul. l. Etsi côdemnatus D. de noxal. action. Bart. ad l. Stichus ff. De pecul. legat. Post Innocent. ad Cap. In præsentia De probat. Atque illinc obiter animaduerte, non vnam esse monastici peculij speciem. Aut enim ex relauta monastici Primatus, quo cœnobita donatus sit, comparatur peculium, seu ex ipsius opera regentis Ecclesiam sibi mandatam: Aut aliunde peculium, seu ex ipsius opera regentis Ecclesiam sibi mandatam: Aut aliunde peculium quæritur monacho. Illud vtique Senatus addixit superioris Præfecto regulari seu Abbæ, cui sacer Primatus defuncti subiacebat. Hoc verò, quia non ex alterius dominica re, nec intuitu commissæ Ecclesiæ aduentitium est, sed profectitium peculium, à solo vindicatur Monasterij Patre, cuius in verba iurarit monachus primùm ex concepto Regularis professionis sacramento. Vt Bartolus existimat, in l.37. ff. De stipulat. seruor. Quod tamen sic accipiendũ, nisi monachus ab vno Cœnobio prorsùs ad aliud translatus sit impetrata venia, simulque obediétiæ voto solutus, qua prioris Monasterij antistiti deuinciebatur. Nam hoc casu, diem functo cœnobitæ in vniuersum peculium succedit secundi monasterij præsul, non anterioris. Innoc. in Cap. Quod à te De cleric. coniug. Bartol. in cit. l.37. Sinautem secularis clericus Cœnobio

An spolium mortui monachi venia: fructuum omine Abbatiæ laico firmario côpetentium.

Priotat᷒ *de Saimphalle* depeodens à Prioratu *de Comcy*, in Câpania Gallica.

Bartol. in l. si communis seruus ita stipularetur ff. De stipul. seru.

Eadem tendit archiepiscopalis Decisio Capellę Tholosanæ. 90. de qua nos sup. Lib 2. Tit. vlt.

Cœnobio præsit fiduciario iure, quales existunt nostrates Cœnobiarchæ fiduciarij, ad eum minimè spectat peculiarium monachi bonorum possessio. Senatu, qui tali cognitioni præsidebat, ita iudicante in Condomiensem pontificem, cui cœnobiarchia commendata erat. Quippe reiecta eius postulatione, decretum est, peculiares monachi nummos conuerti partim in sacræ basilicæ instauratioñe, partim in pauperum alimoniam indigenarum oportere. Extemporali iudicio Curiæ. 5. Kalend. Maias An. 1553. post forensem patronorum actionem, Sammelorij & Ameloti. Omni modò enim perpetuæ illæ Cœnobiorum fiduciæ ac commendationes elidunt neruos Ecclesiasticæ disciplinæ, sine qua communis Regnorum status cõcidat euertatúrque necesse est. Vti palàm expostulatū fuit in medio Francici Pop. Conuentu Turonensi à Iano Relio Parisiensis Ecclesiæ canonico, qui omnium Ordinum causam perorauit coram Gallo rege Karolo. 8. An. 1483. Cap. De Sacerdotibus, & Ecclesiasticæ Politiæ corruptela. Siue autẽ secularis Abba, seu regularis succedat in mortui bona cœnobitæ, ita demùm eius peculium capit, nisi viu⁹ ipse, cui libera peculij administratio data fuerat, de eo statuisset in amici gratiam pro arbitratu. Qualiter Ianus Poncetus sacerdos cucullatus librariam supellectilem legauit I. Eruio parocho fani Iohãnis Lutetiæ, quam sua ille industria splendidissimã adornarat, sacræ nimirùm Sophiæ magister, cœlestísque doctrinæ prædicator egregius in Vrbe Parisien. Quũ ergo Theologus concionatórque Theologo pariter & Ecclesiasticæ instructam reliquisset bibliothecam, dignum vtroque peculium, quod sua ille opera multisque pararat vigiliis, Senatus peculij huiusce petitione summouit Præfectum Monasterij, cui cœnobita testator Monasterio addictus erat, ac legatario literarium mun⁹ adiudicauit. Decreto ex tempore lato in publica fori altercatione, pridie Idus Maias An. 1587. contra Diui Petri apud Melodunum oppidum cœnobiarcham. Istud enim quasi castrense peculium, & sacra partum militia, fuit in libero acquirentis arbitrio positum atque commercio, Ex l. 2. D. ad Macedon. l. 1. §. nec castrense π. De collat. bonor. De tali autem, quo. §. Bibliothecæ legato vel apothecæ librorum, Vlpianus in l. librorum §. 7. Sed si Bibliothecam π. De legat. 3. Et l. quæsitum §. instructo autem fundo π. De Instruc. & instrum. leg. Aduerte postremò, cœnobij Magistrum, qui monacho succedit, eius alieno æri soluendo obnoxium esse peculio tenùs. Vt Curiæ Aresto pronunciatum est. 13. Kal. April. An. 1562. quùm Iohannes Huraldus creditor defuncti Præceptoris Melitensis Pręceptoriæ *du Saulsay*, & Magister Conuẽtusque sacri Ordinis Melitens. inuicem litigassent. Cuius merita causæ Dn. Viola Senator collegis suis exponebat.

S. Consultum *donné en plaidant contre l'euesque de Condom, abbe commendataire*, die 17. April. an 1553

Celeberrimum quoque antea totius Galliæ Concilium Parisiis habitum est Mense Maii. An 1356. præside Carolo primogenito Iohannis regis captiui in Angliam abducti: Ex Froissartus Hist. lib. 1. Cap. 170. Et Nic. Gillij Francicis annal. lib.

Arestum Parlamenti *donné en audience à la grand Chambre* Die 14 Maij An. 1587. pro Curato S. Iohannis in Greuia contra Abbatem commendatarium monach. *de S. pere de Melun*, qui dicto curato legarat suos libros. Potest etiam beneficiarius de fructibus beneficij aut aliis mobilibus disponere, dãdo eleemosynam, vel remunerando merita. Cap. Ad hæc De Testam. aliàs non.

Placitom Curiæ in magna Camera, die 20. Mart. 1562. *que l'ordre de Malte payeroit les debtes du relegieux Commãdeur iusques à la concurrence de la despouille seulemẽt*, debito dominico priùs deducto, *qui sont les responsions annuellement deues à l'ordre sur chascune Commãderie.*

22 SECVLARIVM vtiq; sacerdotũ hæreditas nõ tẽplo sacerdotali, sed propinquis lege defertur, Frãcico vsu introducta. Vt Gallus literis prodidit. Quæst. 290. Tametsi diuersã Galliæ cõsuetudinẽ citet Fa-

ber, Episcopos in clericorum suorum bona succedere. In §.1. Instit. De hæredit. quæ ab intest. Quid si Ecclesiæ præfectus fundum proprio nomine mercetur, sui clientelarem Sacerdotij, nunquid Ecclesiæ quasi sacrum acquirat, an vti priuatum transmittat ad hæredes? Pro Ecclesia, vrget Pontificius Canon, sacris nummis parta in Ecclesiasticum ius concedere, quamuis emptionum tabulis cautum id non sit nuncupatim. Ex Concilio Rhemensi, in Cap. penult. de pecul. cleric. Presbyterû rursùs ex opimo sacri beneficij prouentu comparasse fundum videri, legum coniectura & opinione. Nouella Iustiniani Constitut. licètiam Cod. De Episc. & cler. Innoc. in Cap. Cùm in officiis De testam. Francica itidem lege Karoli Mag. sacerdotem, quicquid post diem consecrationis quæsierit, Ecclesiæ proprium id relinquere debere. Legis Francic. Lib.1. Cap.150. Ad hæc, prædiolum emptum, in specie qua de agitur, pendere à patronali Ecclesiæ imperio, & in ipsius patronæ clientela positum esse. Quò fit, vt Ecclesiæ potiùs redditum postliminio, quàm recens quæsitû debeamus interpretari. Hæredes, ex contrario, tuetur cautionis formula, qua emptor, licet Ecclesiasticus præsul, sibi hæredibusque est disertè fundum stipulatus. Eum siquidem plebeius Ecclesiæ cliens vẽdidit Antistiti, libero pacto conuento, iuréque extranei, nec cogente dominica Ecclesiæ potestate ac fundi redẽptione patronali. Veriùs igitur eum fundum noua emptione paratum defẽdût, quàm Ecclesiastico feudo lege consolidatum. Insuper Clericos aliũde acquisita liberè trãsferre ad suos, déque iis pro arbitrio decernere. Cap. tua Cap. relatum De testam. In pari demùm cõtrouersia, secundùm Episcopi hæredes pronuntiauit Senatus. Aresto, quod Gallus cõmemorat Quæst.16. de feudo Antisiodoren. pontificatus. Nil enim prohibet, Ecclesiæ Rectorem vnà cum sacris ipsius opibus profana priuatim latifundia possidere. Similiter quippe in Regia, aut Cæsarea Reipub. gubernatione, priuatû à publico Principis patrimonio distinguitur. Ac huius quidem differentiæ expressam imaginẽ cernimus in decreto Hispanici regis prisci, quod Toletanæ Synodo.8. assuitur, hac verborum serie. *Ea quæ à Chindasuntho Rege à die, quo in Regnum dignoscitur conscendisse, reperta quolibet modo extiterint, omnia in Recesuinthi Principis nostri successoris perenni transeant potestate, & perpetuo deputentur in iure, non habenda parentali successione, sed possidenda Regali congressione: ita, vt iustè sibi debita quisque percipiat, & de reliquis rebus, ad remedia subiectorum quæcunque elegerit, principis voluntas exerceat. Illis tantummodo exceptis, quæ memoratus Diuæ memoriæ Chindasunthus princeps ante Regnum, aut ex propriis, aut ex iustißime conquisitis, visus est habuisse. In quibus, cunctis filiis eius vna cum glorioso domino nostro Recesuintho rege, maneat diuisio libera & possessio pace plenißima. Sed & illæ res, quas prædictus Princeps de iustis prouentibus filiis suis, vel quibuslibet iustißime visus est contulisse vel reliquisse, omnes in eorum iure maneant inconuulsæ.* Ex Tomo.2. Concilior. gallica autem Constitutione Molinensi, vtrumque permiscetur Regiorum prædiorum genus,

Per vẽditionem feudi Ecclesiæ Episcopalis a feudatario factã ipsi Episcopo, an ipso iure fiat ipsius feudi reunio & consolidatio penes illam Ecclesiam tanquam dominam directam, quasi ex retractu feudali, an verò tale feudum tãquam priuatim emptum ab Episcopo proprio nomine, transeat ad huius hæredes.

Hispaniæ Regum duplex Domanium seu patrimonium, publicum & priuatum.

totumque in formam publici Patrimonij redigitur, si bino lustro coniunctim possessum tractatúmque à Regiis Quæstoribus in Fisci rationes inferatur. Edicto Mense Februar. An.1566. Arric.1.&.13. Nonnulli tamen hac vna ratione Regiis fundis veterem distinctionem putant etiamdùm adhibendam, quòd Ludouicus.12. Rex Blesensem, muliebresque alias auiæ suæ ditiones à Reipubl. prædiis seiunctas esse declararit: eóque freti argumento nostram improbát de vtriusque Patrimonij confusione sententiam. Tit.1. Pag.3. De Domanio Franciæ.† Hi verò si eam Pagellam cum nostra in eandé Annotatione perlegissent, nostram simul, & quem ibi auctorem laudauimus, Legislatoris mentem fuissent assecuti. Caroli.9. scilicet in Molinensi illa sua Sanctione, qua Blesensis etiam, Cociacus, Suessionensis ager, cæteráque materna Aurelianæ Regiæ stirpis latifúdia districtè perhibentur in corpus relata Fiscalis Patrimonij. Ita facit temporum varietas, vt & illi syncera fide citent regios Ludouici.12. de multiplici Principum Dominio codicillos, quos & nobis euoluere contigit aliquando, nec nos tamen idcircò nouæ Legis auctoritate subnixi, hac in parte hallucinemur. Sed eò iam reuocetur, vnde huc declinauit oratio.

† Ioh. Bodinus vir eruditiss. Lib.6. *de la Repub.* Cap 11. *Des finances* De fœmineis istis aurelian. regiæ familiæ possessionib. scripsimus sigillatim Lib.1. de Domanio Franciæ Tit.5. De bonorum cófusione. Vbi pleraque de antiqua & noua huiusmodi fundorum olim priuatorú códitione.

23 PROXIME igitur hæc in Forum exiliit fructuum quæstio parœciaci in Carnutibus sacerdotij, quos iamiam maturos præuentus morte Curio nódú quippe perceperat. Huius hæredes, suos esse fructus illos intendebant, ex nota vulgo Franciæ vniuersæ Consuetudine: qua non modò ad clericorum hæreditatem vocantur agnati, sed ad reditus etiam prouentusque sacrorum illius beneficiorum pro eo anno, quo sacerdos migrarit è viuis. Testimonio Fabri. in § is verò Instit. De rer. diuis. Et Guymerij in §. Item quod si Ecclesia, in verb. acquisitos De Annatis In Pragm. Sanct. Fructus saltem diuidundos asserebant pro rata Ecclesiasticorum onerum portione, quæ eo anno curialis Templi sacerdos subiisset. Argum. l. diuortio D. solut. matrim. Quùm spiritale coniugium, & corporale ad paria redigat Innocentius.3. P.P. Cap. Inter corporalia De translat. Episc. Ab eadem parte suggerebatur, ritum hunc Carnutensi Diœcesi moréque olim vsurpatum, vt parochus Ecclesiastica functus opera ad diem vsque Domino Resurgenti profestum, lucrifaceret solidos anni prouentus, atque ita hæredibus potiundos relinqueret.

Canonistarum communis opinio est, quòd beneficiatus habés administrationem æquiparatur fructuario in vita: vnde donare possit de fructibus Ecclesiæ, moderatè tamen Cap. Cæterum. De Dona. In infirmitate verò comparatur vsuario, quia non potest de iis disponere in testamento nisi intuitu eleemosynæ. Cap. quia Cap relatum de testam. Non habens verò administrationé vt canonicus & capellanus, fructuario comparatur in vita, & in morte, ita quòd de iis Ecclesiæ reditibus testari possit Arg. Ca. requisisti. Inf. De Test. Hostien in Ca. vlt. De pecul. cler. Tameo. de Panor. indistinctè putat beneficiarium quemque nó facere fructus Ecclesiarum suos in morte, quoad effectó transmittendi ad hæredes. In Cap. vlt. de pecul. Cler & in Repet. Cap. Cum esses De Testam.

Alexander 3. in Cap. Ad audientiam. De Testam (ex antiquis collectionibus Decretalium epistolarum recens editis) *dit* Anglicarum Ecclesiarum parochialium hanc esse consuetudinem, vt scilicet post Canonici obitum, proximi sequentis anni reditus decedens possit distribuere. Qualem defuncti sacerdotis disponere de fructibus redituum suorum in anno primo post obitum eius, probat ibidem Alexander. PP.

Nos verò, contrà, pro Curione successore, D. Bernard. ita monuisse Eugenium.3. Pontificem qui vnà cum sacro Imperio profanú miscebat sibíque hoc tribuebat impotentius, *Vtrúque si voles, vtrunque perdes.* Lib.4. De consideratione. Sic etiam profanis hominibus

Auctoris Oratio in Senatu Paris. habita

interdictam esse sacrorum redituum, nedum prædiorum Ecclesiæ possessionem. Sicuti Alexander. 3. rescripsit. Cap. ad hæc De Testã. Cap. vlt. De pecul. cleric. Admittebam quidem plebeium Clerici consanguineum Francisco Vsu sacerdotij fructus capere titulo pro hærede: sed non nisi à solo separatos ante sacerdotis obitũ, tanquã agrorum fructuarij, de quo idem à Scæuola responsum est l. defuncta ☧. De vsufr. & à Iulio Paulo lib. 3. ad Sabinum l. si vsufructuarius messem D. quib. mod. vsufr. amittat. Imo nec fructuariis æquantur beneficiarij Ecclesiæ presbyteri, at nudis potiùs vsuariis. Ex distinctione Baldi in l. 2. Cod. De Episc. & cler. Huc spectat Cæsarea constitutio. 1. Cod. De annon. ciuil. Lib. 11. Et Glossematarij dictata, cum Bart. ibidem. Archydiac. in Cap. Statutum §. assessorem De rescript. In. 6. Oppositam rursùs ab aduersario fructuum partitionem pro rata onerum, ita diluebam, nulla lege speciatim cautum esse, vt pro modo sacræ functionis adimpletæ distribuantur annuæ sacerdotij obuentiones. Vtcunq; sit, anterioris anni fructus, quos defunctus Curio coëgerit, ipsi cessisse in anni sequentis onus, & parœciacæ animorum curationis posteriori anno obeũdę, non verò præcedẽtis ac præteritæ. Rescripto Bonifacij. 8. in Cap. præsenti §. porro De offic. ordin. In. 6. Itaque mortuo parocho mense Iunio An. 1575. in proposita Hypothesi, tantum abest vt eius hæredes rectè deposcãt eiusdem anni prouentus, vt Ecclesiæ etiam restituere fructuum partem teneantur anni superioris. Cæterum de Carnutensis Ecclesiæ more suprarelato, dicebam nihil scripto constare: similem autem consuetudinem fuisse Prouinciali Senonum Concilio abrogatam An. 1528. Tit. de decreto morum Cap. 10. In Tom. 4. Concil. Præterea in hac facti specie controuerti duntaxat sacrarum decumarum fructus, qui diuinis Canonibus soli sacerdoti attribuuntur. Rem ad amussim disceptatam Patres miserunt in consilium. 9. Kalend. Februar. An. 1576. Scorceueo, hæredum parochi: Me, noui curionis causam agentibus. Sed in pari fructuum quæstione, Andensis Episcopi reditus P.C. adiudicarũt pro rata anni parte sacris Sodalibus Palatini Sacelli Parisien. (qui Regalia vacuorum pontificatuũ munere vicéque regia percipiunt) aduersus hæredes Gabriel. Bouerij Antistitis, qui tamen fructibus iam collectis decesserat. Bouerius enim Andium Præsul mortem oppetiit Mense Febr. An. 1571. atque ita post Episcopalis sacerdotij reditus à solo separatos, quorum pensiones à colonis pontificalium obuentionum proximo Paschate debebantur. Nec eò seciùs pontificis hæredes à Senatu damnati sunt fructus restituere Canonicis Palatini sacelli talium Regaliorum donatoriis, à die obitus defuncti computandos. Aresto in peruigiliis Assumptæ Virginis Deiparæ. An. 1576.

Decretum Curiæ *d'appointé au Conseil* die 21. Ianu An. 1576. inter Guilhelmum Mazierium pastorem Ecclesiæ parrochialis *de Guernelle*, Carnut. diœcesis, appellantẽ a supræfecto *de Mãte*, & Guilhelmũ *Lamy*, & alios hæredes Porcherij vltimi curati.

INDE rursus prodiit noua in Curiam dubitatio, an rata onerum 14
portio sacerdotalium, qua lucrum fructuum sacerdotij emetimur, sumi æstimaríque deberet ex qua die defunctus sacerdotio donatus esset

Iudicium Curiæ die. 24. Aug. 1576 de annuo fructu Episcopatus vacantis diuiden-

eſſet, eiuſque onera ferre occœpiſſet, nûm verò à prima die ineuntis anni quo beneficiarius vita exceſſerit: An etiam à die Iohanni Baptiſtæ feſto, quaſi defuncto ſacerdoti, ſubinde ac commiſſam ſibi Eccleſiam ingreſſus ſit, eiuſdem reditus dari in alimenta oportuerit, ad nouum vſque futuri anni prouentum, iuxta notata ab Archydiacono, & Geminiano in Cap. vlt. De offic. ordin. In 6. Cum Alexandri. 4. Reſcripto vlt. §. vbi autem De Decim. In 6. Verùm omnibus partium rationibus accuratè diſpunctis, cenſuit Senatus, eccleſiaſtica onera, quorum modulo ac tempori lucrum fructuum exæquatur, à Ianuario Anni cuiuſque auſpice computanda ad poſtremum vſque Decembrem: ne præcedentium annorum retro repetita ſeries prolixa & obſcura nimiam pareret tùm litigatoribus moleſtiam, tùm iudicaturo perplexitatem. Hoc paritet æquabili rerum pondere, Clariſſ. Ordo mediam viam amplexus eſt, vt nec ipſa die fructuum colligendorum cœpiſſe ſacerdotium dicatut beneficiarius Eccleſiæ, quò vniuerſos lucrifaceret, nec item ilico poſt eoſdem radicitùs euulſos è fundo, ſed menſe Iani bifrontis, qui dimidia tantum anni parte abeſt ex æquo à tempore collectorum antea,

do inter Caoonicos ſanctæ Cepellæ Paleiij Periſien. regaliſtes, & hæredes defuncti Epiſcopi, pro reta, & computato tempore vitæ & mortis defuncti in eo vltimo anno.

Tantũ rectori Eccleſiæ de eius prouentibus relinqui debet, quòd exinde compctentem ſuſtentationẽ habere, & Epiſcopaliè iura ſoloere valeat eliaque onere debita ſupportere.

In Luſitania ſtatutum eſt a militari ordine Ieſu Chriſti, vt fructus Eccleſiarum ab eo ordine depeodentiom quarumqoe donatio vel confirmatio pertinet ad Regem taoquem megiſtrum militiæ D. Ordinis, pertineant ed ſucceſſores dictarum Eccleſiarum, quaodo defunctus poſſeſſor earum mortuus eſt ente diem feſtum S. Iohannis Baptiſtæ. Secus quando reſignatione facte entc diem illum feſtum vaceuit Eccleſie. Nem ſi poſt fructus collectos reſigneterius collatiouem habuerit, non poteſt ſibi omnes fructus vendicare contra colonum reſignentis. Vt iudicatũ è Luſitanico Senatu 1556 refert Antonios Gemme ibidem Senetor, in Luſitani. Deciſ. 58. quia beneficium non poteſt renunciari niſi in menibos ſoperioris & de eius licentia. Bart. in l. fin. C. de defenſ. ciuit. Cap. admooet, de renonc.

Monſieur Muyuurt Conſeiller au Purlement de Theloſe dit auoir sutendu qu'il aueit auſsi eſté sugé uu Palement de Theloſe en la grand Chambre, la ſuppututiou & proportiou des fruicts de l'unuee du benefice entre les heretiers du beneficié & le ſucceſſeur, à commeuter & compter du premier iour de Ianuier. Et que ainſi luy & autres arbitree entre les heritiers de l'Abbé commendataire de Murillus qui deceda eu Iuillet l'an 1600. & l'œconome de l'Abbaye vacuute, ils diuiſerent les fruicts de ladite annee pur moictié, à ſçauoir l'une auſdits heritiers à prendre du 1. iour de Ianuier iuſques à ſa mort aduenue enuiron à la demie annee, & l'autre moitié au ſucceſſeur, ou à ſon œconome. Au Liure 8. des Queſtions dudit Maynart. Cap. 99.

& legendorum poſteà redituum ſacri latifundij. Trino Curiæ decreto, ſcilicet. 4. Nonas April. An. 1577. de annua Bellocaſſiorũ obuentione Epiſcopali, de qua contentio erat inter Iacobum Humierium deceſſoris Epiſcopi hæredem, & Bernardinum San-Francium pontificem ſucceſſorem. Secundo lato 13. Kal. Maias An. 1578. inter Iohannem Mailleum cœnobij Præfectum D. Vincentij Syluanecten. Et Thaſſinum Theobaldum litigatores: Qua de monaſtica Æde Vincentij, & Fr. Hugone Abba loquitur Arnulphus Lexouiorum Antiſtes In Epiſt. ad Alexandrum. 3. PP. Libri Epiſt. Tertiũ de eo S.C. factum eſt poſtridie Idus Sextiles An. 1587. pro Gottofredo Billio, ſupremæ voluntatis curatore Iacobi Billij Abbæ D. Michaëlis in Eremo, qui diebus Chriſti Natalitiis obierat, aduerſus Cardinalem Borbonium nouum Cœnobij iſtius poſſeſſorem. Atq; ita Billius cliens noſter obtinuit, cuius cauſam longa oratione à nobis actitatam *Patres* conſilio commiſerant. In maximo Curiæ auditorio pridie Kalend. Februar. An. 1584. quùm Daneſius, contrà, pro ſucceſſore Abba dixiſſet.

Tria Areſta Curiæ de diuiſioue fructuũ beneficij inter hæredes & ſucceſſorem beneficiarium, pro reta temporis, quo vixerit defunctus anno obitus, *à compter du premier iour de Ianuier iuſques au dernier de Decembre.* Primum Areſtum die 2. April. Ao. 1577. *touchant les fruicts de l'Eueſché de Bayeux entre Bernardin de S. François, & Iaques de Humieres frere du feu Eueſque.* Secundũ, die 19. April An. 1578. de fructibus Abbatiæ S Vincentij *de Senlis.* Tertium die 14. Aug. An 1587. *apres l'appointé au Conſeil* dies vlt. Ienuar. An. 1584. de fructibus Abbatiæ *de S. Michel en L'her,* pro executore teſtamentario defuncti contra ſucceſſorem Abbetẽ.

25 RELIQVÆ propemodùm Chriſtiani Orbis Politiæ Eccleſiis ad-

dicunt ſacrorum aruorum fructus indiſcriminatim, nec admittunt redituum Eccleſiæ partitionem & tranſmiſſionem ad profanos hæredes ſacerdotis. Quùm enim in eadem cauſa fructus annui, qua prædium ipſum habeantur, ſacerdotij prouentus aut deſtinantur beneficiario ſucceſſori, aut alteri Eccleſiaſtico vſui adplicantur. Sic apud Sarmatas crebrò ſemeſtres vacantium parœciarum reditus vſurpati ſunt à Cracouienſi Epiſcopo, in Baſilicæ ſuæ Cracouienſis refectionem. De quo tamen olim, Equeſtris in Sacerdotalem Ordo certauit in foro, ſimul & de iure decimarum, de iuridica ſacrorũ Magiſtratuum poteſtate, de viſitatione & exactionibus Archydiaconorum, Præpoſitorum, & parochorum, de nouis parœciis inſtituendis, de moderatione immunitatis Clericorum. Sed huiuſmodi litem pacauit Regis interuentus honorarius, & Iaroſlaï Bogoriæ Gneſnenſis Archiepiſcopi. Anno Virginei partus. 1359. Vt narrat Chromerus, Rerũ Polonic. Lib. 12. In Saxonia item, Karoli Mag. lege ſacrata eſt clericis fructuum portio Saxonici agri, ibidémque poſitis tum primùm Chriſtianæ fidei rudimentis, nil aliud victus nomine adſignatum eſt Leuitico Ordini, quam frugum certa pars, quæ ex culto fundo, vel iumentorum, quæ ex nutrimentis animalium percipiebantur. Id quod auctor eſt Helmoldus preſbyter in Sclauorum Chronicis. Inſuper Britanniæ Inſulæ rex edixit Ina, Primitias ſeminum quemque ex eo dare domicilio oportere, in quo ea die moretur quæ celebritati dicata ſit Dominicæ Natiuitatis. Vt Vilhelmus Lambardus teſtatur in Archayonomia Anglica, vbi & plures aliæ ſacrorum Politicæ Leges comperiuntur. Ad hæc Caledoniæ Inſulæ Gregorius rex ſanxit Edicto, Lege conſtituit, frugum cæterorúmque fructuum decimas ad ſacram Antiſtitum cognitionem pertinere: Quos eadem Lege ſtatuit, ſanxit, de teſtamentariis cauſis re connubiali, ac de fide data ſeruanda ius dicturos, eorúmq; iudicio puniri Superûm blaſphemos, periuros, magos, impiorúmque dogmatum profeſſores. Vt eſt apud Boethium, Scoticæ Hiſt. Lib. 10. Antiquitùs enim Scoticum ſolum principes tulit Catholica Pietate inſignitos. Qualis ille Kennethus rex, non vna Sanctione in gratiam Hierarchici Ordinis ab eo ſic edita An. 850. Aras, templa, Diuorum ſtatuas, oratoria, ſacella, ſacerdotes, omnéſque ſacræ Familiæ viros ex animo venerator.

Feſtos & ſolemnes dies, ieiunias, vigilias, & omnifaria ceremonias, quas Chriſto Principi, & ſacratiſſimæ eius militiæ decreuit orthodoxa Religio, multo honore obſeruato.

Lædere Chriſti ſacerdotem dicto factóve exitiale eſto.

Agrum, quo quis fortè occiſus ſepultus fuerit, ſeptennium incultũ relinquito.

Sepulchrum omne ſacrum habeto, idque Crucis ſigno adornato, quod ne pede aliquando conculces, caueto. Hæc Bohetius Lib. 10. Scotic. Annal. non ſine Panegyrico illius ſui Regis virtuti dicto.

Hoc *Deportus* genus quoddam eſt, Prælatis interdictũ, ex ratione rit. vt Eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione conferantur. Niſi illud ex cauſa & ad publicam Eccleſiæ vtilitatem inductum ſit. Vt in hoc Textu. Sicuti admonuimus ſup. Lib. 1. Tit. Vlt.

Ethnicis etiam Aræ ſanctæ & inuiolabiles erant, teſte Hecuba Troiana, quæ hunc verſum vſurpabat apud Maronẽ. Huc tandem concede hæc Ara tuebitur omnes.

Hiſpani i huius Codicis Gloſſematarius Alphõſus *Diez de Montaluo*,

Hiſpaniæ

Hiſpaniæ autem Principum quam multæ Leges de Eccleſiaſtico cenſu, quot Priuilegiariæ de Eccleſia conſtitutiones? Nam in Codice Alphonſi. 9. Voluuntur de eo primæ Partis Tituli ſubſequentes. *De los Priuileios, & de las Franquezas, que han las Egleſias, & ſus cementerios. De las Primitias, De las ofrendas: De los diexmos, que los Chriſtianos deuen dar à Dios: De los beneficios de la ſanta Egleſia: De las coſas de la Egleſia.* Proſpectum eſt etiam Ibericæ Sacrorum Politiæ, in Toletano Cõuentu omnium Hiſpaniæ Ordinum, peracto An. 1560. Inibi enim decretum fuit, Eccleſiaſticas lites omnes vltimo iudicio dirimi poſt hac intra patrios penates fineſque Hiſpanorum litigatorum, nõ in vrbe Romana: Proin rogandum eſſe Pontificem Max. vt ſingulis in Prouinciis iudices dari ſineret qui extremarum prouocationum cauſas vſquequaque definirent. Artic. 53. Toletan. Comitiorum. De Hoſpitalium quoque Ædium vnione actũ eſt ibidem vt varia Oppidi cuiuſque Xenodochia in vnum redigerentur: quò res œconomicæ Pauperum faciliùs commodiúſque curarentur. Artic. 52. Adiectum his, ne creditorum fraudatoribus liceret in poſterũ ipſis illudere callido in Templa perfugio: quorum olim ſanctitate pij ſalutem tecturi ad Ararum tutelam ſupplices confugiebant Artic. 42. Conſentanea eſt huic quodammodò Francica Lex Karoli Mag. De confugio ad Eccleſiam. Leg. Franc. Lib. 1. Cap. 134. Sunt & alia Sacræ Politiæ capita, Toletano Iberici Pop. concilio interſperſa (auctore Hiſpaniarum rege Philippi. 2o.) quæ legentibus ſtatim occurrent.

Horum Hiſpaniæ Statuum generalium Artic. 53. refertur. Burguenſem, Leonẽſem, & Ouetenſem Pontificatus nullum agnoſcere Metropolitanũ, nec ſuperiorẽ aliũquam Ro. Pont.

Similiter Francico Edicto An. 1519. rei criminum etiam in loco ſacro capi poſſunt. De quo pariter extat Lex Frãcica Karoli Mag. vt qui ad Eccleſiam confugerit in atrio quidem ipſius Eccleſiæ pacem habeat, ſed inde per manus bonorum hominum ad diſcuſſionem publice producatur.

26 Adeo ſummi vbique terrarum Dynaſtæ Eccleſiaſticas opes & piis muneribus auxêre, & auctas firmiſſimis legibus ſtabilierunt. Quo vno Legum præſidio conſtant certiſſimæ rerum acquiſitiones. Nam & maior hæreditas venit vnicuique noſtrum in iiſdem bonis à Iure publico, quàm ab iis à quibus illa ipſa relicta ſunt. Vt enim perueniat ad me fundus, teſtamẽto alicuius fieri poteſt: vt retineam quod meum factum ſit, ſine Iure Ciuili non poteſt. Inquit Tullius in Orat. pro Cæcinna. Nimirum censêre viciſſim cordati Reges Rempub. niſi florente Eccleſia, ſtare nõ poſſe, ac terreni Imperij ſummam Hierarchicæ dignitatis fortunæque præcellentia contineri. Optimè enim Iuſtinianus Auguſtus, ſalua Sacerdotij auctoritate, Cæſaream Orbis Politĩam diutiſſimè permanſuram. In Lib. Τῶν Νεαρῶν. De depoſitione Anthimi & Seueri Collat. 10. Cuius meminit Euagrius, Sacræ Hiſt. Lib. 4. Cap. 11. Eam Nicephorus Sãctionem refert ſcriptam fuiſſe ante œcumenicam. 5. Synodum Chriſtiani nominis vniuerſi. Lib. 17. Eccleſ. Hiſt. Haud ſecus Byzantiorum Cæſar, Baſilius in oratione ad Epiſcopos miſſa, qui Photio Græcorum pſeudopatriarchæ fauebant, in hanc vocem erupit, *Variæ quidem moleſtiæ Cæſarum diadema circuncident in dies, præcipuum autem malum & calamitatum arx eſt Eccleſiæ tempeſtas.*

Vetus Poetæ Verſus, Plus eſt ſeruaſſe repertum, quam quæſiſſe nouum.

Bona immobilia Clericorũ quæ vacant *par desherance, bastardise, ou Aubaine* pertinent ad laicos Dominos altæ Iustitiæ loci, vel ad fiscum Principis qui Albanis seu exteris præcipuè, solus regulariter succedit.

PORRO concurrente Principis fisco, inferiorísve Magnatis cum Pontificali Ecclesia in Clericorum bonis vacantibus, nothorum putà, vel aduenarum, videamus, vtri horum successio bonorum acquiratur. De rebus prædiariis expeditum, eas territorij iuridicis, in quo prædia sita sint, competere cum onere alieni æris dissoluendi. Ex Vlpiani sententia Lib. 15. ad Edictum in l. nec vllam §. item si quis à fisquo ff. De petit. hæredit. l. 1. §. an bona. Et §. Diuus ff. De iur. fis. l. quidam testamento §. quoties ff. De legat. 1. l. 1. Cod. Vnde vir & vxor. De mouentibus autem, nec rebus soli, Præsulum causam adiuuat argumentum Cap. 1. De success. ab intest. Authent. licentiam Cod. de episc. & cler. Cap. Requisisti De Testam. vbi Bohicus, Cap. Relatum. 2. Eod. Tit. Rota Romana, Decis. 865. In Antiquis. Et hanc certè distinctionem obseruant Galli scriptores, vt si criminis damnatus sit sacerdos, eius suppellex committatur fisco Episcopali cum rebus cæteris mobilibus, quippe quæ corpus & personam sequantur: Nothi verò demortui bona qualiacunque deferantur profanis Iuridicis, ex auito Francorum more ac instituto. Nam, decedente Clerico, mutatáque persona, bonorum simul conditio mutatur. Sicuti ex facto tractatum est à Ioh. Gallo Vallensis Reguli causidico, aduersus Ambianorum pontificem. Quæst. 290. Aufrerius nuncupatim in Tholos. Decis. 150. Ancharanus ad Cap. Ea quæ de regul. Iur. in 6. Quæst. 22. In multis sanè Gallorum prouinciolis, quæ lege Municipali reguntur, vix est, vt sacrorum Præsides vllo modo succedant in bona sacerdotum. Nam variis municipum Francorum moribus, quas sacerdotes vnà cum Equestri ac plebeio ordine subscripserunt, Domino territorij addicuntur presbyterorum mouentia bona, perinde atque ea quæ solo continentur. 27

Decisio rotæ, vacantẽ Clerici successionem ex defectu hæredum non fisco Cæsaris, sed Ecclesiæ iure deferri.

Variæ per Municipia Francorũ Consuetudines scriptæ in congregatione triũ statuum Populi cuiusque Municipij.

S. Consultum Parisiẽse Die 6. Iun. An. 1539 Albanos seu peregrinos, ne in pium quidẽ vsum testari posse, nisi Principali concesso, & Literis registratis in Camera Computorum.

PEREGRINI vtique, licet testati, opes vni principis fisco vindicantur, non Ecclesiæ vel quidem pietatis intuitu legatariæ. Huius enim Augusti Iuris auctorem habemus Senatum insigni Decreto, quod Poyetus Franciæ Cancellarius, qui tùm Curiæ pro Tribunali sedebat grauissimè pronunciauit. 8. Iduum Iuniarum An. 1539. Litis species hæc erat. Dominicanus Sodalis genere Dalmata Pictones venit, ibi versatur in Pictauensi Fratrum Prædicatorum Sodalitio. Dehinc fortunis quibusdam alicũde partis indigenarũ ius impetrat à nostro Principe, vltimis demùm tabulis haud pauca legauit Dominicanæ sectæ Fratribus apud Pictonas, alia multa inopibus. Diem functo eo, Procurator fisci bona sibi adsciuit tanquam alienigenæ, non ciuis Galli: Vtpotè qui Regium ciuitatis Diploma nõ curasset Lutetianis Rationalibus adprobandum. Hoc posito, intẽdit, nec in pios etiã vsus testati extero homini licuisse, quasi nullam habenti testamenti factionem. Fisco tandem Principali bona adiudicantur, salua piorum legatorum causa, quæ publicus Actor præstare 28

ſtare damnatus eſt Sententia Pictauenſis proprætoris. At Regio cognitore Senatum appellanre, Patres bonorum aſſem Fiſco addixerunt, liberum immunemque piorum legatorum præſtarione. Nonnulli tamen aduenæ, eodem, quo Galli ciues, iure vtuntur, nec Diplomatico egent Ciuilitatis munere ſingulari. Putà, Subalpinos populos Erricus. 2. rex pro indigenis Gallis haberi præcepit, etſi minimè originarios Franciæ ciues. Codicillis generatim conceptis, qui ſubinde publicati ſunt in Curia Pariſien. 15. Kalend. Maïas An. 1550. Sed hoc tum demùm procedere arbitror, quùm Subalpini, qui eo ciuili beneficio frui volunt, in fide & obſequio Regis perſtiterint Regnicolæ, poſt Alpinam Ditionem ab ipſo reſtitutam Emanueli Philiberto Allobrogum Duci An. 1559. Quemadmodùm de Allobrogibus ſcriptum eſt à Nobis Lib. 1. Fiſcalis Galliæ Patrimonij Tit. 11. Heluericis quoque Pagis orti, qui Lugduni negotiationem exercent, perfruuntur Lugdunenſium ciuium priuilegiis immunitatéque ampliſſima. Ex Regio Caroli 9. Diplomate vetuſtiorum probatorio Pridie Nonas Sextiles. 1561. Quod in acta Curiæ regeſtum fuit 6. Calend. Septemb. Eod. An. Sericarij itidem mercatores aduenæ, qui Turones commigrarint, eamque inhabitent vrbem, Gallicæ prouinciæ ius adepti ſunt hoc nomine, & incommodo peregrinorum ſtatu eximuntur, citra priuatum ac peculiare Iuris huiuſce dati Reſcriptum. Principalibus Literis Menſe Octobri An. 1480. quas Magiſtri Ratiociniorum comprobarunt, ſubiūcta hac conditione, Dummodò poſtulantium hæredes Regnum incolerent, ibidémq; domeſticas ſedes collocarent. 7. Calend. Februar. Eod. anno. Eiuſmodi Prouinciæ beneficium illis reſeruauit Carolus. 8. Menſe Maïo An. 1497. Lege tamen adiecta ab Præfectis rationum Regiarum *Prouiſo quod ſupplicantes tam præſentes, quam futuri non poterunt transferre mercantias extra Regnum, &c.* Iſthæc prouincialis iuris donatio repetita eſt à Ludouico. 12. Menſe Quintili An. 1498. à Franciſco. 1. Menſe Martio An. 1514. Errico. 2. Menſe Ianuar. 1547. Franciſco. 2. Menſe Martio An. 1559. Singula promulgante Senatu, & Præfectura rarionum Principalium. 3. Nonas Quintiles. An. 1560. hoc verborum tenore. PRO GAVDENDO PER IMPETRANTES EFFECTV, ET CONTENTIS IN. DICTIS LITERIS, PROVT IPSI ; ET EORVM PRÆDECESSORES ANTEA RECTE VSI SVNT, ET VTVNTVR.

Pedemontani eo tēpore exterorum conditione exempti a Gallo rege quo illis dominabatur. Curia Pariſienſi illius exemptionis literas publicante. Die 17. April. An. 1550.

Sabaudiæ Dux.

Litteræ generales Naturalitatis *pour les marchands Suiſſes traficans à Lyon* die 4. Auguſti. Verificatæ in Parlamento die 27. Auguſti eod. An. 1561.

Priuilegiū Naturalitatis *des marchands de ſoye eſtrangers demeurans à Tours*, Verificatum in Camera Computorum die 26. Ian. An. 1580.

Verificatio Regiarum literarū Naturalitatis facta in Parlamento, & in Camera computorum die. 5. Iulij An. 1560.

Arreſt de la Cour en la grand Chambre au rapport de M. Feydeau le Sammedy 7. de Ianuier 1606. par lequel la Cure de S. Martin de Sarra en l'Eueſché de Bayonne, membre dependant de l'Abbaye de Roncenaux ſiſe en la haute Nauarre, dioceſe de Pampelune, entre 2. competiteurs, l'vn François l'autre Nauarrois de ladite haute Nauarre, a eſté adiugee audit Nauarrois, encores qu'il n'euſt eſté naturaliſé en France parauant la vacation & procez dudit benefice, ledit Nauarrois nommé Aſſoulhart. Voyez ce que i'ay eſcrit à ce propos Liure 2. de la Couſtume de Paris, Tit. 4. art. penul. des Nauarrois diſtinctement de la haute & baſſe Nauarre.

Aux Eſtats d'Eſpaigne tenus à Tolede l'an 1560. en Septembre, art. 24 Il fuſt arreſté qu'il ne ſeroit doreſnauant expedié aucunes Lettres de Naturalité aux eſtrangers pour tenir offices ou benefices ez Royaumes d'Eſpaigne.

Par Arreſt de la Cour prononcé en robbes rouges par le premier Preſident Deharlay, le Vendredy 23 Decembre 1605. il a eſté iugé ſur l'appel du Seneſchal de Riom, qu'vn françois natif d'auuergne en emendant le iugement, eſtoit iuſte & legitime heritier de ſes parens au pays d'Auuergne decedez depuis 30. ans, encores qu'il euſt auparauant ſon retour en France demeuré en Eſpaigne plus de 30. ans, & y euſt eſte marié. Et toutesfois ladite heredité luy a eſté adiugee à la charge de demeurer le reſte de ſes iours en France, & de n'aliener les biens de ladite ſucceſſion, pour en tranſporter les deniers en Eſpaigne. Et quāt à la ſucceſſion maternelle eſcheue parauant 30. ans, il a eſté debouté de ſa demande ſuiuant la Couſtume d'Auuergne. Ceſt arreſt auoit eſté iugé en la 4 Chambre des Enqueſtes à la fin du Parlement paſſé.

Iudicatum est die 7. Decemb. An. 1588. in summa regiorum Vectigaliũ Curia Paris. Masseum quendam Florentinũ, qui naturalitate donatus fuerat à Rege, nõ teneri, instante aduersario litigatore fideiussorẽ dare iudicati soluẽdi.

Ibericæ autem Ciuitatis iure nulli donantur extranei ab Hispanis regibus: vetante Lege in Toletano Populi congressu lata An. 1560. Artic. 24. Quo etiam Legis capite arcentur à Magistratibus & sacerdotiis peregrini. Franci vtique in aduenas propensiores hoc ipsis indulserunt prisca *Albinatus* Constitutione, (quæ publicis Fiscalium ratiociniorum Actis intexta reperitur quadringentos abhinc annos) vt exterorum liberi nepotésque Fisco anteferrentur in adeunda parentum hæreditate, quamuis defuncti nũquam in ciuium ordinem allecti fuissent beneficio principali. Et hæc indirecta, secus de transuersaria in ius demortui successione, quæ exclusis aduenæ propinquis, hoc casu ad Fiscum deuoluitur supradicta Albanorum Lege. Secundùm quam, alienigenæ cuiusdam filij in bona parentis ire iussi sunt à *Patr. Conscriptis*, postposito Fisco. Celebri Curiæ Decreto. 7. Kal. Martias. 1515. Quantò firmiùs dicatur, Galli hominis liberos alibi natos, vbi pater incolatum contraxerat, eo ibidem mortuo, admitti ad iustas Gallicarum rerum hæreditates? De eo S.C. memorabile factum est, solemníque ritu recitatum, Septimo Idus Septembres. An. 1576. pro Maria Mabillea Gallo patre Londini genita: qua in vrbe Angliæ domicilium pater defixerat, vltimúmque inibi vitæ spiritum ediderat. Huc accedit Curiæ Sententia alia consimilis, pro Gottofredo Cenamio contra Ioh. Longauallium causidicum in Senatu Parisiensi. Postridie Idus Sextiles An. 1554. Iuxta antiquiorem Burdigalensis Senatus Decisionem 13. Apud Boërium eiusce Curiæ præsidem, in suis Decision. ac Eguinarij Baronis scripta, in l. vlt. ☞. De stat. hom.

Arestum Curiæ die 13 Febr. Ao. 1515.

Arestum Curiæ die 7. Sept. 1576. pro Maria Mabillea, contra Ioh. Villaoum & cõsortes de successione supradictæ Mabillæ, quæ auia Parisiis degens obierat.

Decretum Parlamẽti die 14. Aug An. 1554

Le Roy Henry 4. par sa patente publiee en la ville Toul a declaré les offices & benefices de la dite ville de Toul impetrables seulemẽt par les François originaires & non par estrangers. La dite patente est de l'an. 1604. ou 1605.

HVMANVM planè est, ciuilia prouinciæ nostræ iura externis hominibus commũnicare, quæ Barbari etiam Asiæ Reges Iudæis vltrò concesserunt. Nam Seleucus cognomento Nicanor iis ius ciuitatis dedit, non modò in conditis ab se per Asiam & inferiorem Syriam vrbibus, sed in ipsa quoque metropoli Antiochia, siuitq; Hebræos pari ibidem cum Macedonibus ac Græcis conditione degere. Postmodùm autem quùm Alexandrini & Antiochenses rogassent adimi Hebræis ius ciuium, impetrare id à Vespasiano & Tito eius filio nequiuerunt manifesto Romanorum æquitatis & magnanimitatis indicio, sed præcipuè ipsorum Principum. Et si enim hi Iudaïco bello multos labores pertulissent, infensique forent pertinaciter rebellantibus, nihil tamen de iure ipsorum diminutum voluerunt: dicentes, eos, qui contra Rem p. Romanam arma induerant, satis iá suppliciorum exoluisse. Qui verò nihil peccassent, hos non esse æquum suis priuilegiis spoliari. Auctore Iosepho, Iudaïc. Antiquit. Lib. 12. Cap. 3. Atque idipsum cœlitùs contigisse Hebræis credendũ est, parem antea ciuilis societatis gratiam facientibus extero cuicũque. His enim sacro Numinis elogio imperatus fuerat peregrinorum amplexus vtì haberentur indigenarum loco, & diligerentur 29

Exteri sont etiã officiorũ, & beneficiorũ, nedùm bonorum hæreditariorũ in Gallia incapaces Arg. l. in Ecclesiis Cod. De episc. & cler. Can. nullus inuitis Distin. 63. Cap. Quoniam de offi ord. Et Deut. 18. Prophetam de gente tua & de fratribus tuis suscitabit tibi domin' Deus tuus, ipsum audies, &c.

De Romanæ ciuitatis iure multis modis indulto scripsimus Lib. 1. de Domanio Franciæ & Lib. 3. De priuileg. Rustic.

non

non quaſi alienigenæ, ſed cõmunis patriiq; ſoli conſortes ac Ciues. FVISTIS ENIM ET VOS ADVENÆ IN TERRA ÆGYPTI. EGO DOMINVS DEVS VESTER, &c. Exod. 22. Cap. Nec * Xenodochiam tantùm, ſed * Philoxeniam requiſiit ab Iſraëlitis Deus immortalis. Deuteronom. 10. & 24. Hodie necnon varias Terrarum oras Hebræis incolere permiſſum eſt, retento ſacrarum ceremoniarum ritu domeſtico, vetereque Gentis diſciplina. Ad hunc modum, iſtos in Terra Gallia ſedes fixiſſe quõdam, teſtatur Innocentius. 3. ad Senonen. & Pariſien. Antiſtites ſcribens Cap. Etſi Iudæos, quos propria culpa ſubmiſit perpetuę ſeruituti, pietas Chriſtiana receptet, & ſuſtineat cohabitationem illorum De Iudæis. Rogantibus verò Agrippam Ionibus, vt Ciuitatis quam eis tribuerat Antiochus Seleuci nepos, ſoli eſſent participes, & ſi eiuſdem generis haberi vellent Hebræi, eoſdem cum ipſis Deos venerarentur, iudicio obtinuerunt Iudæi, vt ipſis liceret continuò ſuis vti moribus patriiſq; Inſtitutis. Agrippa enim circa hoc negotium nil nouari debere pronuntiauit. Vt eſt apud Ioſephum loco ſupradicto. Gotthis modò à ſumma vetuſtate religio fuit, Hebræos pati Hiſpaniarum hoſpites atque incolas, quòd gentilium vbique ſacrorum cultum inſtaurarent. Vnde eos Gotthi Hiſpania tota variis exterminarunt Edictis. Teſte Roderico Toletano Gotthicarum rerum ſcriptore eximio. Hunnorum pariter Ludouicus Rex, ſi à duræ ceruicis pertinacia deficerent Iudæi reſipiſcerénque, pollicitus eſt, hos ſe pro Pannonibus ſuis habiturum, perpetuáque donaturum immunitate. Sed cùm ipſos nullis ſanctorum Patrum concionibus ad Orthodoxam Fidem reuocare potuiſſet, nec prolatis quidem in medium Euangelicis libris, Apoſtolicis, Propheticis, ac * Θεοπνεύσοις ſcripturis, publico omnes Edicto Pannonia exegit, libera tamen ipſis res fortunaſque ſuas exportandi facta poteſtate. Hi verò finibus pulſi Vngaricis, Auſtriam petierunt Bohemiamque, circa annum 1360. Vt Bomfinius prodidit, Hungaric. Analium Decade. 2. Lib. 10. Auſtriaca enim Lege aduenas comiter excipi ſtatutum eſt, ita vt ſuis de rebus teſtentur ipſi efficaciſſimè, & inteſtatorum hæreditas ad propinquos tranſmittatur, communi velut Quiritum ac ciuium Iure. Id quod tradit Lazius in Viennenſi Auſtriæ Hiſt.

CHRISTIANIS herclè omnibus exoptandum eſt, Iudæos vt communis incolatu Regionis, ita Religione ſacriſque vti communibus nobiſcùm, Superos colere noſtro ac Chriſtianò ritu, & à fœneratitiis ſordibus, quarum occaſione multis iam è Prouinciis eiecti ſunt, abſtinere. Noſtris viciſſim hac in parte commonitis, ne deinceps bonorum Iudæi hominis commiſſo abſterreant Chriſtianæ fidei candidatos à ſanctiſſima Chriſtianæ militiæ profeſſione. Quarundam enim Nationum vſu receptum eſt, Hebræum cogi

* hoſpitũ receptionẽ.
* amorem aduenarũ & hoſpitum.

Nuper formis impreſſus eſt Codex, hoc titulo: Symbolum fidei Iudæorum. e. R. Moſe Ægyptio. Et precationes eorundẽ pro defunctis, Lib. Mahzor Sexcenta tredecim Legis præcepta, è Moſe Nebuchim. Sacræ item orationes, in quib. Iudęi commemorationem ſuorũ Diuorũ faciunt. Aliæ pro his qui deſpondentur & coiugantur, è Breuiario Hebræorum.

Hũgari regis Politica prudenſque moderatio in Iudæorum incolatu tolerando.

* à Deo inſpiratis.

VVolfangus Lazius in Lib. Rerum Viennenſium recitat patriã hanc Conſtitutionem de Aduenis & extraneis Viennæ mortuis. Si tamen intra annũ à peregrini obitu nullus agnatorum ſuorũ venerit, duæ partes bonorum eius penes Archiducem Auſtriæ permanẽt, tertia pars in funebres preces pro anima defuncti impenditur. Eodem Principis Edicto alienigenæ à teſtimonio ſuper ciuem arcentur.

Alexander in Conſil. 101. Volum. 4. Bona Iudæorum tranſeuntiũ ad Chriſtianiſmũ ad quem ſpectent.

cedere bonis, quàm primùm lustrico Christianorum fonte sit perfusus. Cuiusmodi institutum Karolus. 6. Lege abrogauit An. 1392. publicata in Senatu Mense Aprili. An. 1393. Vt à Ioh. Gallo perhibetur, Quæst. 283. Eò planè recidunt Allobrogicæ Ducum sanctiones, Heroïcis vtrobique piorum Principum auspiciis in Christianismo propagando. Statutorum Lib. 1. Cap. 17. Omnia hoc Pôtificio dogmati affinia Tertij Alexandri, in Concilio Lateranensi Cap. Iudæi. 2. De Iudæis. Et Iohannis. 22. Cap. dignum Eodem Tit. In Extrauag. Demuntur hinc duntaxat prædiorum insignium possessiones, quæ in Pontificiæ etiam Ditionis finibus Hebræo incolæ prorsùs denegãtur. Auenionensi hac Constitutione, IVDÆIS DOMINIA DIRECTA ACQVIRERE NON PERMITTITVR. Ex Lib. statutorum Auenionen. Vrbis, quæ Arminiacus purpuratus Borbonij Cardinalis in Auenionen. Legatione collega, Pontificio iussu nuper comprobauit. Vt verbo expediam, de rebus Iudæi hominis sic habete. Aut ad Christi nomen adiungit se, & ab Hebraica secta discedens addicit baptismatis sacramenro. Tunc ille ipse priuatas suas retinet facultates. Bullatis tabulis Pauli. 3. Pontif. 12. Kalend. April. An. 1542. quæ ita summatim in Romano Bullario referuntur. *Quod Iudæi cæterique infideles ad agnitionem Catholicæ Fidei venientes bona patrimonialia, maternaliáque, & omnia eorũ consuetudine acquisita, seu quæ verũ Dominum habere non reminiscuntur, etiã viuis & inuitis parentibus habere & possidere valeant.* Vt est in Lib. collectaneo diuersarum Constitutionum, & Literarum Roman. Pontif. à Gregorio. 7. vsque ad Gregorium. 13. Sin autem Iudæi impiam de Christo persuasionem nolint exuere suumque velut * Hellenismum, ita cauit Paulus. 4. Rescripto Pridie Idus Iulias An. 1555. HEBRÆI IMMOBILIA NE POSSIDENTO. Is quoque Iudaïcis Synagogis velut pœnæ causa indixit æris collationem onerosam. Codicillis 10. Kal. April. An. 1556. quorum in Bullario Romano titulus hic est. *De solutione singulis synagogis, etiam demolitis, vel ad vnam redactis, vel redigendis imposita, & per Hebræos Archiconfraternitati Cathecumenorum facienda.* Dehinc Pius 4. PP. Iudaïcæ vitæ rationibus moribusque certas præstituit regulas, quæ Bullato ipsius diplomate sic exprimuntur. *Ordinationes & Statuta super modo viuendi Hebræorum Vrbis Romæ.* 3. Kalend. Mart. An. 1562. Tandem Pius. 5. piè maximè compulit Hebræos solum vertere, cui S.R.E. dominaretur: Vrbe excepta, cum Piceno. Literis Apostolicis. 4. Kal. Martias An. 1568. quarum sententia ralis est, *De Iudæorum exterminatione ex omni dominio temporali S.R.E. & subditorum, præter Romam, & Anconam.* Ex Collectione diuersarũ Constitutionum & Literarum Rom. Pont. quæ in lucem exiit paucos abhinc annos. Nã vt obiter de fanatico Iudæorum errore pauca proloquar, est omnis eorum Schola in tres diuisa sectas, in Philosophos, in Cabalistas, & Thalmuticos. Vt enim ante Christi tempora erant anagogici Cabalistæ, sic allegorici multò

Edictum hoc Caroli 6. latum est habito Aulicorum optimatũ consilio apud Abbatisuillam Belgarum oppidum.

Statuta Ducum Sabaudiæ.

Molineus tamen scribit in Annotat. ad prædictã Quæst. Ioh. Galli Iudæos statim ac sacro baptismate abluuntur, Romæ & Aueninoni bona sua amittere Sed penes scriptorem huius rei fides esto.

Cardinalis d'Armaignac Legatus Aueniononensis.

Bulla Apostolica die 21. Mart. 1542.

Pauli 4. Bulla die 24. Iulij An. 1555.

Literæ Apostolicæ die 23. Mar. An. 1556

* Græcismum seu Gentilismum in marcerta fidei.

Rescriptum Papæ die 27. Feb. An. 1562.

Die 26. Feb. An. 1568.

multò post Thalmudistæ. Illi quippe, passo Christo, ex Misnæ & aliis compilarunt primùm Thalmud, coactis vndique Iudæis Hierosolymam, vocaruntque Thalmud Hierosolymitanum. Subinde aliis obortis composuerunt aliud Thalmud, Babylonem idcircò Iudæis doctoribus ex toto Orbe aduocatis. Ea nunc Thalmutica doctrina vtuntur, Christianæ Fidei prorsus opposita. Philosophi pariter, qui secundùm philosophiam sacra Biblia exposuêre, haud ita dudùm cœperunt. Primus id molitus est Rabi Moses ex Ægyptia Regione, quo adhuc viuo, floruit Auerroïs Cordubensis: nec dum quadringenti anni à morte Auerrois effluxêre. Hebræorum autem Disciplina sacra, cui Doctores Catholici ex Doctrina Hieronymi tantùm deferunt, est Cabala, quæ creditur à Deo Mosi, & à Mose per successionem Sapientibus aliis patefacta. Vnde & hæc Cabala dicitur, quasi antiqua per successionem. Nimirùm Hebræi vnamquamque scientiam, quæ apud eos habeatur arcana & abdita penitùs, Cabalam appellant. Hinc eorundem vigent Sabbaticæ Feriæ publico otio celebratæ. Quibus de omnibus scripsit etiam in Apologia Ioh. Picus Cap. de Magia naturali & Cabala.

Verus Legis sensus ab ore Dei acceptus, propter successiuam inter Hebræos receptionē, dicta fuit ab his Cabala. De qua nos sup. Lib. 1. Tit. 7. Art. 19. in Marg.

Ioh. Picus Mirādula.

Titulus. II.

SINE CENSV, AC RELIQVIS FVNDVM AB ECCLESIA COMPARARI NON POSSE.

1. *Patrimonialia onera Ecclesiasticos subire cogi, fundorum possessores.*
2. *Excubiarum munus personale necne sit, an patrimoniale.*
3. *Quale sit militis hospitio recipiendi onus.*
4. 5. *Arestum Curię de exteriori cultu vestibúsque Clericorum tempore belli.*
6. *A Patrimoniali munere Ecclesias in quibusdam eximi Principali Indulgentia.*
7. *Similes libertates Germanicæ, Scoticæ & Italicæ Ecclesiis irrogatæ.*
8. *Pontificia decimarum immunitas Cistercienfibus monachis concessa.*
9. *Eadem exemptio sacris indulta Militibus Ordinis S. Ioh. Hierosolymitani.*
10. *Regia Patrimonialium onerum Vacatio in Francia, militari huic Ordini data.*
11. *Lex Hierosolymitana de contributionis onere in causam bellorum à Clericis perferendo.*
12. Prioratus Curatos, *Ordinis Augustiniani, educatione Oblati militis minimè onerari.*

13. *Quæ Monasteria veteranum militem iis à Rege oblatum alendum recipere non teneantur.*

14. *Gotthi Regis Priuilegium Ecclesiis donatum.*

15. *Beneficia regij patronatus, annua pensione grauari non posse, nisi Rege consentiente.*

16.17. *Beneficij* resignationem *ab Episcopo & pensionis reseruationem à Papa admitti posse.*

18. *Ecclesiæ Tholosanæ Priuilegium quoddam cum cæteris Populi Ordinibus commune.*

19. *Regum Franciæ Priuilegia pro Dionysiano ad Parisios Cœnobio.*

20 *In auaritiam Clericorum.*

21 Laïcis *quandoque Immunitatem præstari in fauorem ipsius Ecclesiæ.*

22. *De Regia indictionum exemptione data posteris ac stirpi Eudonis* Lemaire, *vulgò* De Challo S. Mars.

23.24. *Possessionum onera alia ordinaria, alia extraordinaria.*

An Ecclesiæ Comitatus Prouinciæ & Delphinatus vtatur immunitate realium *indictionum seu* Tailliarum *Patriæ.*

Ecclesia & Clerici quánis pro suis possessionibus non teneantur soluere plebeias indictiones & taillias quæ sunt mixta onera tamé à testatore fundum legante grauari possunt laicalia onera & collectas subire eiusdem fundi ratione. Ancharan. in Consil. 218.

Parlamentare decretum die 18 Maij An. 1368. contra Ecclesiasticos *de Lyon*.

Alterum die 10. Iunij An 1378 contra Capitulum Ecclesiæ Cathedralis *de S. Flour en Auuergne.*

Patente du Roy du 14. de Ianuier 1598 verifiee en Parlement le 20. Auril audit an: que le Roy en confirmant les priuileges & immunitez des anciens Roys à l'Eglise, il les exempte & descharge des sommes à quoy ils auroient esté taxez pour la confirmation de leurs droicts d'vsages, pannages, pasturages, & autres droicts quelconques.

Auctoris Actio forēsis in Senatu Pro maiore & Scabinis vrbis *de S. Quentin en Vermandois*, contra Regios Officiarios, *en plaidant du reelle de Vermandois.*



POSTQVAM TEMPLO consecrata sunt prædia Regiis morticinij Codicillis, de quibus Tit. Superiore, dispiciendum est nunc, quæ onera fundum sequantur, Ecclesiasticum semel factum. Patrimoniis quidem indicta transeunt in Ecclesiam velut tacito pacto, cum ipsa fundorū acquisitione ac possessione. Stata imprimis illa Vectigalia, quæ Reipub. nerui vocantur ab Vlpiano, quod publicū statum tueantur, nemini licet detrectare. L. 1. ff. De Quæstion. L. Nullus Cod. de Decurion. Eadémque ex causa Clerici sumptus facere tenentur in portuum aut itinerum refectionem. Cæsarea Honorij & Theodosij Lege 7. Cod. de sacros. Eccles. l. Ad portus Cod. De operib. public. Quam in sententiam, Curiæ auctoritas cieri facile possit. variis de eo S.C. factis pro ciuibus in Clerum Lugdunensem. 15. Kal. Iunias An. 1368. Altero secundùm procuratorem Fisci contra Antistitem & Sacerdotum collegium Sanfloranæ Aruernorum Episcopę. 4. Iduum Iuniarum An. 1378. Tertio dehinc pro Lugdunensibus oppidanis, aduersus Præsulem ipsum ac Societaté Canonicorum Lugdunensium, qui in publica Vrbis opera impensorum quadrantem soluere damnati sunt. Mense sextili An. 1403. Inde etiam Gregor. 9. præcepit, ab excubiis & murorum ciuitatisque custodia neminem prætextu sacræ functionis excusati. Cap. peruenit De immunit. Eccles. De quo à Nobis est in Senatu habita oratio pro Decurionum collegio Fani Quintini Veromanduorum, 1

contra

contra Regios eius Oppidi magiſtratus: quos enixè diſſeruimus excubiarum onere nihilò magis eximi Priuilegij obtentu debere, quàm Sodales Quintiniani templi, in Vrbe præſertim hoſtico limiti oppoſita. Quùm autẽ res controuerſa magni foret mométi, pertineréque ad exemplum, cõſilio à Senatu permiſſa eſt. 10. Cal. Decemb. An. 1574. Mario, & Hamelio, Magiſtratuum Quintinianorum: Nobis, ex aduerſo, Ædilium plebis aduocatis. In Volumine cauſarum Veromãduarũ. At Princeps in ſacro Auditorio decreuit, Collegium Carnutenſis Eccleſiæ trientem conferre teneri pecuniarum, quas ab hoſtibus obſeſſa Ciuitas in communem ciuiũ ſaluté impenderit An. 1568: Areſto. 15. Cal. Apriles An. 1578. aliàs ſolidam Gallicæ Eccleſiæ immunitatem confirmante, quã Rex antea ſãxerat Reſcripto. 10. Calend. Ianuar. 1574. promulgato in Curia Pariſien. pridie Nonas Maias. 1575. eodem, refertur publica Delphinarium Conſtitutio in nobiles & ſacratos viros a Regibus ſancita. Vidi papæ relat. 2, in Gratianopolit. Deciſ. 78.

Die. 22. Nouemb. An 1574.

Decretum arcani intimique Conſilij regij *entre les Habitans, & le Clergé de Chartres* Die. 18. Mart. An. 1578.

Literæ patentes Confirmationis Priuilegiorum & exemptionum Francicæ Eccleſiæ Die 23. Decemb. Ao. 1574. Publicatæ in Parlam. Pariſien. die. 6. Maij. ao. 1575.

2 PERSONALE tamen eſt excubiarum munus, non patrimoniis iniunctum: Cui idcircò ſacerdotes nõ vſquequaque adſtringũtur, niſi pro aris ac focis pugnandum ſit, idque ad Patrij ſoli tuitionem neceſſarium videatur. Quo caſu Principis etiam ipſius eſſet Eccleſiaſticis vti diuitiis, eáſque talem in vſum conſumere. Sicuti ab Ezechia rege factitarum oſtendunt Hebræi Annales. 4. Regum Cap. 18. Sed ei oneri temperamentum eſt à Senatu adhibitum, ne Trecenſis Eccleſiæ Canonici excubias agere pignorum capione cogerentur. Decreto ſolemni poſtridie Iduum Sextilium An. 1528. Quùm enim Clericorum ſuppellex tunc pignerari nequiret, vetãte Philippi. 4. Sanctione, iudicatum eſt illic, res mobiles ſacrati Ordinis ne pro excubiis quidem eſſe pignoris iure capiendas: Verùm Aurelianenſi Edicto poſteriore ſublata eſt mouẽtium Sacerdotis prærogatiua, in eàmque ſupellectilem permiſſa manus iniectio: Exceptis tantùm Eccleſiaſtici cultus inſtrumentis, ſacro putà amictu, vaſis, donariis templi, quæque eiuſmodi ſacro miniſterio mãcipantur, Edicti Cap. 28. Ornamenta quippe Eccleſiaſtica & ſacra vaſa non debent profanis vſibus applicari: Pontificiæ execrationis ſacrilegijque in eos, qui ſecus faxint, pœna ſancita. Quæ autem profanata ſint temporum iniuria, luſtrari oportet, ac denuò Eccleſiaſtica benedictione conſecrari. Apoſtol. Canone. 72. Bracharenſi Concilio. 3. Cap. 2. Et Rhemenſi, ex quo ſumptũ Cap. 1. De Pignor. In Antiq. Conſonat his Frãcica Lex Caroli. I. Imp. De ſacris vaſis Eccleſiæ in pign. daris, Lib. 1. Cap. 88. Proinde noua Conſtitutione Bleſenſi edixit Galliæ rex, Clericos qui ſacrarum infularum iure prædìti eſſent, minimè vrgeri ad æris alieni ſolutionem debere pignoribus captis, quæcunque Diuini cultus miniſterio deſtinata ſint, miniſtrive neceſſario vſui ac domeſtico, ſeu rei librariæ inſtruendæ. Artic. 57. eius Edicti. An. 1579. Quò alludit Veneta Conſtitutio, ne Eccleſiaſticæ res mobiles

Areſtum ſolemniter recitatum *aux Arreſts de la Myaouſt*, Die 14. Augusti 1528 pro Canonicis *de Troyes*.

Lex Phil. Pulchri Galliæ regis mobilia clericorum clericaliter viuentium pro debito præhendi, vænireque publicè non debere. Art. 1. Ordinat. Lex Menſe Mart. An. 1302.

Edicto de Blois, Clerici in ſacris ordinibus conſtituti non debẽt incarcerari pro debito iudicato ante 4. menſes, prætextu Edicti Molinenſis *des 4. Mois*, neque eorum mobilia capi in cauſam iudicati.

Edictum Francicum Die 5. Iulij An. 1576. Veriſicatum in Parlamento die 9. August. Quòd Ecclesiaſtici homines pro debito ciuili in carcerem duci & capi non poſſint.

oppignerentur, prohibitoria. Sed quoque additum eſt Fráncica lege Bleſenſi, ne Clerici vinculis compellantur ad æs alienum diſſoluendum. cit. Artic. 57. Iuxta gratioſum Principis diploma. 3. Nonas Quintiles. 1576. cui Senatus Pariſien. aſſenſus eſt. 5. Idus Augu. Eod. Anno. Tali enim diplomate Princeps Clero indulſit, ne rei pecuniariæ nomine ſacerdos aliquis vinciretur, quòd iudicatum non feciſſet, ſiue etiam regiis Quæſtoribus decumanum æs ſacerdotiorum non appendiſſet, nummariáſve alias indictiones: Salua his omnibus ſacerdotaliũ redituum prehenſione, ex quibus debita ſumma cõfici ac redigi poſſet. Nam vt viro Senatorio vltimum ſupplicium carcerem exiſtimabat Syllanus ille apud Plutarchum in Cicerone: Ita Eccleſiæ preſbiteris velutique ſenatoribus grauior eſt vinculorum coërctio, & in ſacra capita pœnalis carcer toti Ordini probroſior, quo ſæuus creditor ob ciuile debiti æris negotium mulctatos velit

Decimes.

Iugé par Arreſt à l'audience, le 22. d'Auril 1597. plaidans Roillart pour Anthoine Regnart, Preſtre appellant de lemprisonnement de sa personne, & Besnard pour Iacques Fede, marchant inthimé, que le preſtre peut eſtre contrainct par corps, apres le quatrieſme mois de la condemnation, quand en fraude d'icelle il s'eſt fait Preſtre apres leſdits quatre mois, & a reſiſté aux Sergens l'executans en ſes meubles. Hoc de matrimonio ſpirituali. Quid de carnali *de la femme condamnee ſe mariant apres les 4. mois de ladite condamnation, auquel cas,* non ſupereſt coërctio in muliebre corpus inuito marito, cuius in ſacra tranſiit. *Mais elle ne s'eſt pas mariee* in fraudem, ſed alio reſpectu. Secus *dudit condamné qui s'eſt fait Preſtre, &c.*

Par l'Art. 261. de la Couſtume de Sens, le locateur peut proceder par voye d'Arreſt & tranſport de biens contre ſes locataires, ores qu'ils ſoyent clercs & d'Egliſe. Idem *en la Couſtume d'Auxerre, art. 152.*

Hæc Cap. Odoardus, pro clericis ex debito ciuili condemnatis, qui ne propterea excommunicentur, eedunt bonis.

Areſtum regium in Curia Pariſien. die 1. Auguſti An. 1569.

Mouchiacenos Demochares catalogum ſeriémque omnium Epiſcoporum Eccleſiæ *de Troyes*, collegit diligenter In Lib. De diuino Miſſæ Sacrificio.

inſontes. Contra Gregorij. 9. reſcriptum Odoardus De Solutió. Ne obiter S.C. Regium cõmemoré, quod pro Tribunali cognoſcéte Principe factum eſt in Curia Pariſien. de tali carcerum immunitate libertatéque miniſtrorum Eccleſiæ. Kalendis Sextilib. An. ſeſquimilleſimo 69. Quod alibi percenſuimus, Lib. 1. noſtri Operis De Priuileg. Ruſtic. Imprimis verò cœleſtium veneratione illuſtris eſt Tricaſſium Eccleſia ſupradicta, cuius ſanctiſſimi olim Epiſcopi clauum tenuere. Nam de B. Lupo Trecenſi Præſule habita eſt à Sidonio Apollinari honorifica mentio, Epiſt. 1. 4. & 9. Libri. 6. & Epiſt. 11. Lib. 10. Idem Aurelianenſi. 1. Synodo interfuit, ſecundæ Leuchadius, quartæ Heraclæus, quintæ Euſebius, Tricaſſium pontifices. Prudentius dehinc ſubſcripſit Sueſſionenſi Gallicorum Patrum Conuentui, quem Hincmarus Rhemorum Archipræſul coëgerat. An. 852. Huius etiam Prudentij, Ortulfi, & Anſegiſi Trecenſium Præſulum meminit Frodoardus in Hiſtor. Rhemenſium Archiep. Scripſit poſtea D. Bernardus ad Attonem Trecenſium Hierarcham Epiſt. 23. Henricum item Epiſcopum deprædicat Liber. 4. vitæ D. Bernardi Cap. 4. Philippum rurſùs promere liceat, Trecarũm Antiſtitem, quem Epiſtola cohortatus eſt Yuo Carnutenſis, vt ad ſacra Comitia Senonenſis prouinciæ Stampas conueniret.

S. Amator primus fuiſſe fertur Tricaſſiũ Epiſcopus, Optatianus verò ſecundus, qui Agrippinenſi Cõcilio interfuit. Anno à partu Virginis 359.

Prouinciale Concilium Senonenſe.

* Excipiendi hoſpitis onus, de quo à Nobis tractatum eſt Lib. 1. De Priuileg. Ruſt.

EXCVBIARVM oneri vicinum eſt militis hoſpitio recipiendi 13
munus. Cuiuſmodi * Ἐπισταθμία poſſeſſionibus indicta functio eſt, veriùs quàm perſonis. L. 3. §. munus. π. De muner. & honor. Bart. in l. vlt. eod. Tit. Vnde Sacerdotij priuilegio iugum hoc nihilò magis excuti

cuti posse credideris, quàm patrimoniale tributorum onus, quæ vectigalibus Templorum prædiis olim imposita sunt. Constantij

Edict du Roy Henry 3. à Blois, en Mars 1577. les maisons & terres des gens d'Eglise declarees exemptes des logis de gens d'armes, & de toutes contributions pour la guerre, & ausquels gens de guerre, est deffendu aller & venir, fourrager ne loger esdites maisons & terres, ny aux villages des gens d'Eglise, sinon en payant raisonnablement & de gré à gré.

Cæs. lege Vt Ecclesiarum De episc. & cler. In Cod. Theodosiano, Et l. de his Cod. de episc. & cler. In quod. Iustinianeo. Quò refertur vulgata Theodosij ac Valentiniani Impp. Sanctio, Iubemus nullam de sacrosan. Ecclesi. Ac de ea quidem excipiendi hospitis incumbente Clericis necessitate Bartolus in cit. l. vlt. & in l. Neque De incolis Lib. 10. Cod. Bal. in l. Neminem Cod. de sacrosan. Eccles. At peculiari beneficio Constantini Augusti Clero data est hospitalis huiusce muneris vacatio. l. 1. Cod. De Episcop. & cler. Sigillatim quoque Francico Sacerdotio, Regia constitutione. 16. Kalend. Maias An. 1571. Artic. 15. Cui Senatus calculos adiecit. 7. Idus Sept. subsequentes. Quod ita sanè accipiendum opinor, vt imminente communi saluti discrimine, nulla Immunitatis istius ratio habeatur. Proin Conscripti Patr. Suessionense canonicorum Collegium militari exemptum hospitio pronuntiarunt: dempto eo casu, si obsidione cincta mœnia proponeretur, vel summum aliud Patriæ periculum impenderet. Aresto Curiæ Idibus Martiis An. 1508. aduersus Suessionum oppidanos. Qua in vrbe degit alia Sodalium familia Ædis Petri, de quo Sodalitio loquitur nominatim Honorius. 3. P. P. Decretali Epistola, Præsentata De testib. Sic Delphinatium Regulus Humbertus legem instruméto adscripsit Delphinalis Libertatis assertorio, vt non nisi difficillimis Reipub. temporibus Ecclesiastici clientes aut coloni adigerentur ad operarum præstarionem seruitutémque à Delphino Allobrogum, hac Instrumenti cautione. *Item voluit, concessit, & declarauit ipse Dominus Delphinus, quòd homines ligij Ecclesiarum, Nobilium, & Valuassorum non debeant, neque possint compelli ad faciendum Domino Delphino coruatas, neque tailliari, vel compelli ad soluendum taillias eidem Domino Delphino, vel successoribus suis, nisi pro vtilitate, vel necessitate publica locorum, in quibus ipsi homines habitant, vel habitabunt temporibus profuturis.* Ex vetere Chartula Libertatum Delphinalium, scripta pridie Idus Martias An. 1349. Indictione. 2. Pontificatus Clementis. 6. P. P. Anno. 6.

Hinc ad solutionem vectigalis vini minutatim venditi, quod est octaua pars pretij, tenentur Ecclesiæ & Clerici, si tale vectigal destinatum sit in reparationem murorũ & pontium vrbis, seu viarum publicarum. Abb in Cap Non minus De immunit. Eccles. Bald. & Ias. in L. Placet Cod. de sacros. Eccles Bertrand Cõsil. 53. Volum. 1. Boëtius Decis. Burdegalen. 246.

Edictum Regis Galli die. 16. April. An. 1571. publicatum in Parlam. die. 7. Sept.

Arestum Curiæ die. 15. Mart. An. 1580. *Contre les Habitans de Soissons*, pro Canonicis Ecclesiæ.

Statuta Libertatum Delphinalium renouata, Die. 14. Mart. An. 1349.

4 In eodem instituto tractatum memini coram *Patribus Lutetianis*, nùm bellorum mole ingruente, Lingonenses Canonici ita militarem vestem induerent, vt sacerdotalem assumere nec in Delubro quidem ipso tenerentur, licet hymnis sacrísque illorum canticis personante. Nam Episcopale Lingonum Collegium statuerat An. 1567. singulos Canonicos, mutato tùm Ecclesiastico cultu & amictu, liberè phanum ingredi posse, sacrúmque obire ministerium. Sed ab hac sacri Cœtus constitutione prouocauit in Curiam abusus ergô Anselmus Paruus Lingonum Archydiaconus. Qua in lite

Capitulum maioris Ecclesiæ de Langres.

prouocatoria Nos pro appellante, Basiliensi Concilio præscriptum fuisse, vt Collegia Ecclesiastica ritè decentérque sacris operarentur, nec nisi Canonicis idoneo ac peculiari vterentur indumento. §. Statuit hæc sancta Synodus Titul. Quomodo diuin. offic. sit celeb. Tit. Quoquisque tempore debeat esse in choro. Et Tit. De tabula pendente in choro. Inde dicebamus, Politicum sacræ functionis decus externámque disciplinam videri neglectam à Lingonensi canonicorum Sodalitio, prophanæ vestis vsum sibi inuicem promiscuè concedente. Nam & in Christianæ Reipub. primordiis delectus habitus est ciuilis corporum ornatus: breuiorémque Christiani hominis vestem & in lateribus apertam Chrysostomus reprehendit, quasi graue Christiano homini opprobrium, nec honestati seu pietati conueniens vestimentum. In Homilia. 9. De laudibus Pauli, & Homilia 10. in Cap. 3. Matthæi. Consonat iis D. Hieronymi Epistola ad Fabiolam De vestitu Sacerdotum. Atque adeo ptimi Christianorum Leuitæ Dalmaticas & vestes lineas gestarunt in mediis sacris. Vt narrat Clemens Alexandrinus in Pædagogo. Catholica namque Ecclesia priscam Aaronicam imitata, pôtificib⁹ suis ac sacerdotibus constituit mysticos huiusmodi ornamẽtorum ritus. Tertullianus quidem Pallium induisse se identidem, abiecta Toga, profitetur Lib. singulari. Ast in medio saltem rei diuinæ peragendæ officio seruanda est externa Christiani ritus morumque disciplina. Idem quoque Tertullianus Christianas fœminas reuocat à cultu mundiori ac sumptuosiore ad simplicitatem & submissionem: Quæ virtutes solæ deceant Christianum. In Tract. De habitu muliebri, & de cultu fœminarum. Ad hæc, Tertullianum secutus magistrum Cyprianus taxauit Christianæ mulieris amictum indecorum. In Lib. de Habitu Virginum. Quòd si iis veterem adiungamus Gallicæ Ecclesiæ Politīam, Matisconensi Concilio. 1. vetitum fuit, (circa tempora Pelagij. 2. P. P.) Cap. 5. ne clerici sagum vestésque aut calceamenta profana induerent. Aliàs suæ professioni minùs apto cultu, aut cum armis inuẽti, coërceri debebant à seniore: Ita, vt menstruo spatio inclusi, aqua tantùm & modico pane dietim sustentarentur. Anno. 12. Principatus Gunthranni Franciæ Regis. Antea necnon Agathensis Synodi Cap. 20. præceptum fuerat Sacerdotali Ordini, (sub æuum Cœlestini. 1. R. P.) vt sola ea deferret indumenta, quæ Religionem apprimè decerẽt. Vnde excerptus hic Canon, Clerici qui distinct. 23. Tridentina demùm Synodus sacris Ministris præstituit decentis habitus obseruationem, sacerdotísque congruentis: Nec minùs extra templum, quàm in templo. Concilij Sessione. 24. Cap. 12. In fi. Atque vti de regularium Clericorum amictu réque vestiaria, Lex dicta est in Concilio Viennensi. Clem. Ne in agro §. 2. De statu monach. Ita secularibus Clericis quædam vestium formæ coloresque interdicuntur ab Innocentio. 3. In Concilio generali Cap. Clerici De vita & honest. Cleric. Clemen. Quoniam

D. Hieronymus ait, nec affectatas sordes, nec exquisitas delicias laudem parere. Ex quo tractus Canon. 1. Distinct. 41.

In Exodo distinctæ sunt à cæteris vestes, & ornamenta Aaron Pontificis, & filiorum eius sacerdotum.

Concil. de Mascon.

Concilium Tridentinum.

Lateranense Concilium, sub Innocentio. 3. P.

niam Eod. Tit. Huc pertinet Canon, parsimoniam. 41. Distinct. Cap. 2. De custodia Eucharist. Imò Gentilibus quoque Phæcasiis Alexandrinorum & Atheniensium sacerdotibus non licuit alia quàm candida ferre calciamenta, vbi etiam sacrorum Antistes purpuram induebat.

5 Qvvm verò defenderet interim Augustin. Thuanus pro Lingonensi Capitulo, ex legem Ciuilis Belli necessitatem extorsisse ab eo temporarium alienæ vestis vsum quandámque Ecclesiastici vestitus pro tempore mutationem: Replicabam, Clericorum arma purè spiritalia esse, lachrymas videlicet, precesque ad Diuos assiduas. Vt B. Ambrosius tradit, Lib. 5. Epist. In Oratione contra Auxentium. Si enim Romulus Quirinus Ethnicos sacerdotes militaribus immunes esse officiis edixit, (apud Halycarnass. Lib. 2.) Quantò rectiùs Christiani Leuitæ, quorum professioni nil tam contrarium, quàm prophana militia, armorúmque tractatio? Quisquis enim è pagano seculi factus est miles Christi, arma mouens pellitur sacræ militiæ gradu, & in Monasterium perpetuò relegatur. Toletani Concilij. 4. Can. 44. Nil absimile Clero præscripsit Meldensis Galliæ Synodus (Cap. 37.) quam & Yuo Carnuten. memorat Lib. 3. De vita Cleric. Eodem argumento sancitum est à Triburensi Ecclesiæ Conuentu, ne pro Clericorum Manibus, qui in bello cecidissent, iusta funebria conficerentur, nec solemnes vllæ inferiæ dicerentur. Atque adeo in Clericum armigerum editi sunt Canones multi, in Distinct. 50. & causa. 3. Quæst. vlt. Hinc Iohannes P. P. Angelbergæ Augustæ, quùm militiæ vacationem excusationemque peteret Iohanni Episcopo, nimirùm, inquit, veretur ac iure formidat, piæ ordinis sui professioni aduersa belli munia exercere. Terram defendere, arma præliaque tractare cruenta, terrenæ est Potestatis. Can. 2. Causa. 23. Quæst. 8. Vt compendio dicam, presbyteri, assumpta cœlesti militia, corpus & animam Dei seruitio dedicarunt, & in sortem Christi transtulerunt. Can. Imperator. 12. Quæst. 1. Benigniùs tamen cum iis agendum censuêre Ilerdensis Concilij Patres, qui obsessi ab hostibus necessitatéque obstricti sacratas manus hostili sanguine polluissent. Nec desunt insuper bellatorum exempla, militantiúmque sacerdotum coactu summi Patriæ Magistratus. Angliæ enim Rex Eduardus. 3. ex quauis mortalium sorte, clericorum etiam conscripsit exercitum aduersus Scotos, Britanniæ Insulæ prædatores. Annum circiter. 1347. Auctore Polydoro, Anglic. Chronic. Lib. 19. Quin & Bisetislaüs Pragensium Antistes Bohemicum Regnum sexdecim tenuisse annis vnà cum Episcopatu refertur, illudque peritia rei militaris ab externa armatorum vi conseruasse. Vt est apud Æneam Syluium, Bohem. Hist. Cap. 25. Nec ita diu Paulus Tomoreus Collocensis Episcopus, ac Franciscanus cœnobita Hunnorum copias duxit in Solymanum Turcarum Imperatorem, ac in acie propè Budam occubuit. Quantùm ex Iouio didicimus, In Lib.

Gallicanæ Ecclesiæ Concilium, apud Meldos Briæ ciuitatem sub imperio Caroli, i Calui.

Concil. Triburiense.

Ilerdensis in Hispania Synodus Ecclesiæ.

Ianus Caruail vulgò Cardinalis S. Angeli dictus.

Alba Græca, i. Belgradum.

De rebus Turcicis. Ianus Caruail Hispanus cum Ioh. Capistrano monacho, ad Albam Græcam eductis copiis, profligauit Muhamedem Othomanici Imperij Principem. Erricus Cardinalis Pontificius in Anglia legatus numerosas militum turmas legit aduersus Bohemos, parùm tamen dextro fœlicíque Marte. Sed rariusculæ hæ sacrorum expeditiones bellatorum producendæ non sunt ad consequentias: Quod & calamitate temporum expressæ sint, nec aliis fermè commissa illic militiæ munia, quàm in præcelso Dignitatis fastigio locatis, & ciuilem alioqui Præfecturam Rerumque regimen obtinentibus. Itaque bellici periculi obiectu Lingonenses Canonici ilicò suum deponere, i. regularem Canonicæ vitæ habitum non debuerunt, quasi sacrorum armorum desertores. Causa vtrinque discussa, Senatus abusiuè statutum à Lingonensi Collegio iudicauit, præcepítque sacrosancta veterum Decreta à Canonicis diligenter custodiri. Aresto Curiæ. 5. Idus Septemb. An. 1568.

Petrus Apostolorum primus cùm materialem gladium exercere, vt Magistrum à Iudæorum iniuria defensitaret, audiuit, Conuerte gladium tuum in vaginam: & D. Pauli auctoritate (Roman. 13.) gladium portare Ciuilis est Potestatis.

Iudicium Parlamenti die 9 Septemb. An. 1568.

IMMVNITAS aliquando prædiis concessa est, perinde ac perso- 6
nis Ecclesiasticis ab Honorio & Theodosio Impp. l. Placet. Cod. De sacrosan. Eccles. Tum ab Alexandro. 4. & Bonifacio. 8. in Cap. clericis De immun. Eccles. Lib. 6. Panor. In Cap. non minùs Cap. aduersus Eod. Tit. In Antiq. Apud Persas quidem vetuit Artaxerxes, ne Esdras vllum Leuitico Ordini tributum imperaret. Esdræ. 7. Cap. Memphytici autem Reges sacerdotum fundos immunes vacuósque sanxerunt annua quintæ partis redituum pensitatione, quam illi ex prophanorum agris capere consueuerant. Vt Mosaïca Genesi liquet, Cap. 47. Britanniæ item Insulæ Æthelulphus Rex vouit deditque vltrò decimam Regni portionem DEO Opt. Max. liberam omni indictionum, aliorúmque plebeiorum onerum collatione. 4. Nonas Nouembres Anni ab Orbe redempto. 855. Hæc vtique meritò, quùm nulla non Imperia beneficiario iure accepta ferantur superno Numini, Feudariáque velut lege ipsi obnoxia. Sicuti de hoc Regnorum feudo diuino ad Britannum regem extat. S. Bernardi Epist. 92. Regiæ igitur illius in Ecclesiam Anglicam donationis tabulas recitat Matthæus westmonasteriensis, hoc modo, *Ego Æthelulfus Rex occidentalium Saxonum cum Cōcilio Episcoporum, ac Principum meorum consilium salubre atque remedium affirmaui, vt aliquam portionem terræ meæ Deo, & B. Mariæ, & omnibus Sanctis iure perpetuo possidendam concedam, decimam scilicet partem terræ meæ, vt sit tuta muneribus, & libera ab omnibus seruitijs secularibus, necnō regalibus tributis maioribus & minoribus seu taxationibus*, quod hodie *VVitteredden* appellāt. Liceat Britānis Sarmatas conferre, quorum Boleslaus Princeps sacrato Cœtui perpetuam attribuit omnium munerum, laborum, & pensionum Regi Reíque Publ. præstandarum exemptionem. Hic Rex nulla in re seueriorem se præbuit, quàm in contemptu Religionis, Templorum profanatione, & Sacerdotum contumeliis vindicandis. At quæ facinora cùm multi nobiles viri partim pristinæ impietatis consuetudine,

Ecclesiastica exemptio ab onere patrimoniali, nedùm personali.

Ægyptiorum Regum in sacerdotes priuilegium.

Anglicum Edictum die. 2. Nou. An. 855.

A Constantino Imp. legem editam tradūt, qua decreuit, plus honoris deberi homini in sacerdotali dignitate posito, quam vlli alij domino vel regi: certum enim esse in illis honorari Christum, qui vicem Christi in terris gererent, non in illis qui imperarent terræ.

suetudine, partim militari licentia incitati ferrentur, & decimarum onus detractarẽt, pulsarẽntque Presbyteros, in auctores capite animaduertit: Reliquos partim verberib⁹, partim verbis minisque castigauit. Episc. ac Cleric. suspiciebat ipse, & ab omnibus suspici coliquè magnoperè volebat: nec sedebat stante aut veniente sacrorũ põtifice, nisi & hic assedisset. Ex Chromero, Polonic. Chronic. Lib. 3. Tamẽ octoginta abhinc annos disceptatũ est in publicis Lublini comitiis inter profani ordinis Proceres, & Antistites de gradu sessionis in Senatu Regio, déque rei bellicæ summa. Decretũ tandẽ à Rege Alberto, & Episc. Regio lateri assidendi ius, & bona Ecclesiastica militiæ vacationẽ habere, An. 1506. Sic etiã Hunnica Lege, quæ ex priscis Pannonũ Moribus in litteras redacta est, ECCLESIASTICI CVM NOBILIBVS EADEM GAVDENT LIBERTATE. In Codice *Iuris Cõsuetudinarij Regni Hungariæ*, de quo nos toties superiùs. Verùm inter feros extremi Aquilonis populos, Arctoóque vertici subiecta Moschorũ Regna, exigit Princeps tributũ identidem nummariúmque subsidiũ ab Episcopis & sacro Moschouiæ Ruthenorúmque Metropolita. Vt Posseuinus ait in Moschorum Histor. Ideóque abstrusa hæc ad Boream veréque Scythica Imperia relinquamus.

Dino Nicæus in Tiberio Cæs refert, cũ sæpe venisset ad sacrificia, non modò vt sacrorum inanis spectator esset, sed vt honorarentur, qui ea facerent, tãquam Deorum ministros.

Hungaria.

Moschouia.

7 FRANCICA rursùs Lege vetitũ est olim, ne qua seruitus onerosáque Cleric. imponeretur subiectio, sacrarũ ædiũ ratione, atrij, hortorũ Delubro adiacentiũ, decumarũ, Mansíque ipsius Ecclesiastici. Lib. 1. Leg. Franc. Cap. 85. Germanis pariter extat Karoli. 4. Cæsaris Augusta sanctio de Ecclesiastica Libertate. Cuius Articulo. 9. pœna iis grauissima proposita est, qui ob res Cleric. quas domũ ducerent suo vsu, vectigal portoriũque exigerent. Constitutione hac edita, Quinto Kalend. Iulias An. 1377. Indictione. 15. Baioariorũ itidẽ lege præscribitur, sanctis Aris oblata à Christiano homine in Ecclesiam benefico, eripi mortalium potestati, & in tutelare Episc. patrociniũ transire, ad Ecclesiasticã libertatẽ à prophana omni seruitute asserẽdam. §. 1. De donationibus Ecclesiasticis. Scotiæ porrò Iacobus. 1. Rex, eiúsque optimates Insulæ solẽni iureiurando polliciti sunt, se prærogatiuas Sacrati Ordinis, ciuiliúmque onerũ vacationẽ Ecclesiasticã seruaturos. Edimburgi in publico Regni Conuentu, Annũ circiter. 1424. Vt Scoticis Boëthij Annalibus cõstat, Lib. 17. De Italicis verò Sacerdotiis quid dicendũ? Magnus Karolus Veronæ cùm ageret, rogatu Geminiani Episc. Clero Mutinẽsi cõfirmauit prædia à Longobardis regibus ac reginis antea erogata, simúlque cauit, *Ne quis iudex ab Episcopo aut Fodrum exigeret, aut mansiones aut paratas, aut fideiussores acciperet, aut homines eius vlla ratione vexaret: atque ei plebem Gandaceti, aliaque bona donauit.* Permulta alia Immunitatũ diplomata Italicæ Eccl. irrogarũt tum Longobardi, tũ Rom. Princ. quæ Sigonius distinctè ornateque recensuit, de Regno Italiæ Libris. 15. Quinetiã Ethnico Aristotelis elogio Sacerdotũ cœtus liberè permissus est incumbere literarum studiis, nullo indicto onere: aliis modò ad ser-

Iure communi pro rerum Ecclesiæ vectura nullum pendi vectigal debet. Cap. Quãquam De Censib. In 6. Iohan. Lub. In Tract. De Libert. Ecclesiast. Parte. 1. Quæst. 2 Nisi Clericus causa negotiationis res deferret: Quo casu vectigali esset obnoxius. Faber in L. Vniuersi Cod. De Vectigal. & commiss. Dicitur autem Clericus mercator, qui res comparat, vt integras nec mutatas vendat ad lucrum faciendum. Vt ait Archyd. in d. Cap. Quanquam. Secus esset si non integram rem venderet, sed illius partem in vsus suos conuerteret. Faber in d. l. Vniuersi, & Archyd. in d. Cap. quanquam.

Ordinatio Imperialis Die. 27. Iunij An. 1377.

uilia opera coactis. Lib. 1. Metaphys.

Vetustissimum omnium Tributorum, Decima fructuum agri à Deo instituta.

Arrest du Parlement de Tholose, en Decembre 1602. contre l'Abbé & Conuent de l'Abbaye d'Aunes, à laquelle Abbaye auoit esté vnie l'Abbaye proche ruinee par les guerres, des Religieux de l'ordre de Cisteaux, lesquels auoient plusieurs terres franches de dismes, lesquelles terres & droits de dismes, ledit Abbé auoit esté contrainct par les Edicts vendre à quelques laız. Lors le Curé de la paroisse S. Hilaire pretend sur ces nouueaux estrangers lesdites dismes luy appartenir: Monsieur le Cardinal de Ioyeuse Abbé susdit au contraire allegue les priuileges, de son ordre & de l'ancien concordat, fait par ses predecesseurs Abbez, auec le Curé de, iouyr de toutes les dismes de leurs terres, moyennant 30 solz par an au Curé. Lequel Curé respond: que c'estoit lors que l'Abbaye iouyssoit desdites terres selon son priuilege. Mais apres l'alienation d'icelles, secus mutatione personæ, condemnatione rei mutari.

Par ledit Arrest de Tholose en la 2. Chambre des Enquestes, sur l'appel du Seneschal de Tholose, l'appellation & ce, en emendant le iugement le Curé maintenu en la possession des fruicts decimaux croissans audit terroir, escheus depuis l'alienation dudit terroir és mains des tiers nouueaux acquereurs. Ex Lib. 7. Quæst. Tiraldi. Maynardi. Cap. 97.

REGIIS Pontificia subtexamus Clericorum Priuilegia, munerúmque adeò patrimonialium vacationem amplissimam. Nullum antiquius sacris Decimis reperitur solarium prædiariúmque vectigal. At decumana hac fructuum pensitatione vacua sunt liberáque 8

Pontificia exemptionis decimarum & tributorum omnium Priuilegia pro Abbatissis & Religiosis monasteriorum S. Damiani, Minoritsarum, seu Cordigerarum Ordinis S. Claræ. Die. 13. Augusti An. 1419.

Apostol. rescriptum exemptionis Cistercienfium Religiosorum ab omni decimarum solutione. die 18. Decemb. An. 1301.

De immunitate decimarum *pour les Celestins de Lyon, & de S. Pierre du Mont de Chastes, en la forest de Cuise*, Vide Tit. 1. Lib. 2. Monasticum art. 7.

Simile Exemptionis Priuilegium Cisterciensibus priùs concessum est Eugenij. 3. Rescripto. die. 11. Augusti Ao. 1143.

Alexandri 3. Literæ Apostol. die 7. Sep. An. 1163.

monialium Cœnobia. D. Damiani, ordinis S. Claræ, ac tributis subsidiísque nummariis, quæ suorum alioqui prædiorum nomine iis imponi possent? Apostolicis rescriptis Nicolai 4. Gregorij. 9. Innocentij. 4. Vrbani. 5. & Eugenij. 4. qui superiora comprobauit. Idibus Augusti An. 1439. Item Bonifacius. 8. Pontif. annua decimarum præstatione liberauit Cisterciensium monachorum possessiones, hisce Codicillis. *Bonifacius, &c. Abbatibus, Abbatissis & conuentibus Ordinis Cisterciensis: Nos propter magnæ deuotionis affectũ, quem ad Nos, & Apostolicam sedem habetis, Ordinem ipsum, ac vos, & alios eiusdem* Ordi*nis professores intima charitate prosequimur, &c. Ideoque dilecti filij nostri* Ro*berti Tituli S. Pudentianæ Cardinalis, qui tanquam præfati ordinis, quem professus existit, promotor assiduus necessitates vestras & dicti Ordinis nobis reuerenter exposuit, & super illis nostræ prouisionis auxilium implorauit, supplicatione moti, Vobis auctoritate præsentium indulgemus, vt de terris vestris cultis & incultis ad Ordinem vestrum spectantibus, quas alijs concessistis, vel concedetis in posterum excolendas, de quibus tamen aliquis decimas seu primitias non percepit, nullus a vobis seu cultoribus terrarum ipsarum, aut quibuscúnque alijs decimas, seu primitias extorquere præsumat, &c.* 15. Kalend. Ianuar. Pontificatus An. 8. Antea vtique Alexander. 3. Cisterciensium Fratrum Societatem decimis exonerarat, hac Pontificij Rescripti clausula. *Sanè laborum vestrorum, quos proprijs manibus aut sumptibus colitis, siue de nutrimentis vestrorum animalium, nullus à vobis decimas exigere præsumat.* 7. Idus Septembres. Indictione. 11. Anno Salutis. 1163. Pontificatus An. 4. De eadem Cisterciensium Immunitate decumana, ex prædiis etiam in emphyteusin datis, Steph. Bertrandus cumulatè, in Consil. 277. Vbi de Vallis Crescentis cœnobio, Cisterciensis ordinis. Nec dispar Immunitatis Priuileg. ab Innoc. 2. indultum est monast. D. Vitoni, in sacra Virdunensium Diœcesi: Cuius diploma Priuil. ad verbũ exscripsit wasburgius Archydiac. Virdunẽsis. Antiq. Belgicæ Galliæ Lib. 4. Sed Laterana Synodo præfinitus est modus, Pontif. Decumani illius solarij exemptioni: Vsqueadeò, vt recens quæsita à Cistercien. cœnobitis latifundia post Lateranense Concil. maneant sacræ Decimę præstationi obnoxia. De quo Innoc. 3. decretali Epist. Nuper

Abbatia *de S. Venne, à Verdun.*

Vvasburgius in eo opere sacros præsertim Annales contexuit Virdunensium Episcoporum, Tullensium, ac Metensium, & circumuicinæ regionis Abbatum.

Nuper Abbates Cisterciensis Ordinis De Decim. Nulla quoque Priuilegiariis istis parata olim fuit decimarum immunitas ex iis fūdis, quos aliis tradidissent excolendos. Vt admonuimus Lib. I. DE PRIVILEGIIS RVSTICORVM Cap. 12. Partis I. At Martinus. 5. P. P. Bullatis tabulis sustulisse videtur vtrámque Cisterciensis Priuilegij exceptionem, soluto legibus Cisterciensium ordine, in hanc sententiam: *Martinus, &c. Venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & Dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, &c. Mandamus, quatenus Abbatem Cisterciensem, & omnes Abbates, Priores, Abbatissas, ac omnia & singula monasteria, & singulares personas dicti Ordinis præsentia & futura vbicumque pro tempore consistentia à præstatione decimarum tam de possessionibus habitis ante & post concilium Lateranense, quam de cætero habendis, etiam de Noualibus, siue post Concilium huiusmodi acquisitis & acquirendis, quæ proprijs sumptibus excolunt, seu excolent: quam alias quomodocumque vel qualitercunque excolentur, & etiam de illis possessionibus, de quibus aliquis hactenus percepit, necnon de hortis, virgultis, & piscationibus suis, & de suorum animalium nutrimentis, singuli vestrum omnino seruetis immunes, &c.* 9. Kalend. Octob. Pontificatus An. 7. Alia verò causa est exemptionis decimarum Carthusiensibus concessæ ab Honorio. 3. Clemente. 4. 5. & 7. Innocentio. 6. Iohanne. 22. Gregorio. 11. Martino. 5. & Pio. 2. Quamuis enim pontificia huiusmodi indulgentia Carthusienses decimis immunes solutíque sint, ex iis etiam prædiis quæ post Lateranensem Synodum acquisierint: Inde tamen ij demuntur fundi, quos cœnobitæ propriis nec manibus nec sumptibus colant. Idemque in Cistercienses pronuntiatum fuit à CONSCRIPTIS CVRIÆ Parisien. 10. Kalend. April. An. 1587. pro Philip. Fabro curione *de Chaudon*, aduersus Dionys. Huraldum Abbam Breillij benedicti, ordinis Cisterciensis.

Apostolicum Diploma immunitatis Decimarum Cisterciensi Ordini indultæ die 23. Sept. An 1423.

Priuilegium datum Religiosis super decimis non soluendis minime extenditur ad decimas in quarū perceptionis possessione erat Ecclesia parochialis, vel alia. Oldrad Concil. 268. Item soluentes decimas post Priuilegiū, illi renunciant. Cap accedentibus Cap Si de terra De Priuileg.

Horti Religiosorum specialiter exempti à decimis Capit Ex parte 1 De Decim. Idem de hortis & rosorum [illegible] 2 De Eccles. ædific. Hostien. In Cap Nuper de Decim.

Arestum Curiæ die. 23 Mart An. 1587. *contre l'Abbé du Breil benoist, Diocese de Chartres.*

9 PLENIOR adhuc est Rhodiorum militum Pontificia exemptio ab annua decumani fructus aruorum pensitatione. Nam quantocunque tempore fundos colonis fruendos dederint isti (modò ne perpetua lege beneficiaria vel Emphyteutica) eos liberos vacuósque decimarum præstatione sanxerunt Gregorius. 9. An. 1227. Bonifacius. 8. An. 1295. Clemens. 5. An. 1306. Alexander. 5. An. 1410. Calyxtus. 3. An. 1455. & Syxtus. 4. Pontifices Maximi. Quorum Priuilegiarias tabulas Clemens. 7. eò constabiliit procliuiùs, quòd in Rhodiam militiam ex professo iurasset adolescés. Huius itaque cōfirmationis Rescripto sic habetur. *Clem. &c. Nos attēdentes per concessiones & priuilegia prædecessorū huiusmodi ab exēptione solutionis Decimarū prædictarum bona, quæ in Emphitheosin aut feudum perpetuū cōcessa fuerāt, dūtaxat excipi, huiusmodi supplicationib⁹ inclinati, omnia & singula prædecessorū*

Rhodij olim, nunc Melitenses equites, *de Malte.*

Bulla Clementis P. P. de exempt. Religiosorum Ordinis S. Iohan Hierosolymit a decimarum præstatione. Die. 10. Maij An. 1534.

Auparauant ceste Bulle de l'an 1534 en auoit vne du mesme P. Clement [illegible] das 4. Nonas Ianuar An. 1523. par laquelle il donne la mesme exemption de dismes ausdits Cheualiers de l'Ordre de S. Iehan de Hierusalem, pour tous leurs heritages par eux arrentez, ou baillez en emphytheuse generallemet & indefiniement sans limitation de temps, ny de vies. Et pour monstrer en outre que lesdits Commandeurs à cause de leur Commanderie, ils sont capables de tenir dismes és parroisses des Curez, y a deux arrests, le premier du 7. Septembre, l'an 1496 au profit du Commandeur de Montbleu, en Lymosin, le grand Prieur d'Auuergne ioinct auec luy, contre le Curé de S. Sulpice, supra Garentum *en Lymosin, par lequel ledit Cōmandeur est maintenu & gardé en possession des dismes en lad. te paroisse. Autre Arrest du 8. de Mars l'an 1603. pour frere I. de Harlay, Commādeur de Coulons, contre le Curé de Gerberoy sur pareille complaincte pour les dismes, où ledit Commandeur est aussi maintenu.*

Priuilegium de non soluendis decimis de laboribus propriis, extenditur ad noualia. Capit. Ex parte. 3. Et Cap. Ad audientiam De Decim. Priuileg. autem de exigendis decimis alicuius parochiæ non trahitur ad noualia. Cap. Tua De Decim. capit vlt. Eod. In 6. cap. Sanè De Priuil.

Tria similia Aresta Curiæ. Primum die. 21. Mart. An. 1581. *pour le Commandeur d'Auxerre contre les Chanoines & Chapitre de Cosne sur Loire.* Secundum die. 10. Mart. 1584. *pour le Commãdeur de Sours, contre le Curé de S. Michel de la Chapelle Visconteße.* Tertium die. 6 Septemb. 1586. *pour le Commandeur de S. Iehan en Lisle, contre le Chapitre de nostre Dame de Melun. Par lequel mesmes sans auoir esgard aux lettres Royaux dudit Chap. pour articuler le faict de possession immemoriale du payement des dismes faict par les fermiers à 9. ans & au dessoubz, desdits Commandeurs,* iudicatum est pro libertate. Die 6. Septemb 1586. In. 3 Camera loquestarum Curiæ.

Decis. Rotæ 876. In Antiq. Priuilegium reale Monachis ita concessum de non soluendis decimis, vt puta quod de terris eorum nullæ præstent decimæ, seu terræ exemptæ sint, tunc priuilegium extenditur ad colonos earum, quasi in rem sit, & sequatur possessorem. Si vero sit personale concessum personis pro rebus, tunc non egreditur personam, nec extenditur ad colonos. Cap. licet. De Decim. Et gloss. in Clem. Religiosi io ver. excolendos. De Decim.

Priuilegia approbantes & innouantes, volumus illa perpetuis futuris temporibus, quoad possessiones, terras, & bona, quæ ad quantumcunque longum tempus, non tamen in perpetuum feudum seu emphitheosim, hactenus concessa fuerunt, & in Futurum cõcedentur, inuiolabiliter per quoscunque quauis dignitate præfulgeant, ita quod vos nunc, & pro tempore existentes Priores, Præceptores, & fratres huiusmodi, vestrique coloni, arrendatores & firmarij pro possessionibus, terris & bonis & ad quamlibet longum tempus, non tamen perpetuum feudum seu emphitheosim concessis, necnon suis & aliis pro tempore natis, aut nutritis animalibus à solutione quarumcunque Decimarum immunes & exempti perpetuo existatis & existant, obseruari debere: Sicque per quoscunque iudices & commissarios in quibusuis causis coram eis pendentibus, sublata eis aliter iudicandi & interpretandi auctoritate, iudicandum & interpretandum fore, &c. Sexto Idus Maias An. 1534. Pontificatus An. II. Francica tamen S. Consulta vagam decumani tributi immunitatem coarctarunt tantillo annorum spatio ac modo, quanto rerum Ecclesiasticarum locatio præfinitur Legibus Pontificiis. Vsque adeò, vt Rhodiorum sacerdotiorum coloni nummarij ad nouenum vsque annum, liberentur hoc solariæ pensitationis onere: Qui autem illorum reditus vel bino quidem lustro conduxerint, his nulla paretur vocatio excusatióque decumani vectigalis. Senatu Parisiorum ita iudicante. 12. Calend. April. An. 1581. pro Frat. Iano Dauide, sacro Præceptore Antissiodorensi, aduersus Canonicorum Sodalitium Cosnei ad Ligerim oppidi. Tum sexto Idus Martias An. 1584. pro Frat. N. *de Gonnelieu* fiduciario Præceptore *de Sours*, contra parochum Sacelli D. Michaëlis, in Carnutensi Diœcesi. Dn. Seguerio litem collegis Senatoribus renunciante, in. 1. Classe Inquisitionum Curiæ. Item postridie Nonas Septembres An. 1586. in rem Frat. Michaëlis *de Seure* Præceptoris Fani Iohannis in Insula, victo Canonicorum Collegio Melodunensi. In 3. classe Curiæ inquisitoria.

In Melita hac Insula D. Paulus cum sociis commoratus est tribus mensibus. Ex Actis Apost. quæ Arator Subdiaconus ita carmine expressit. Mensibus hybernis tribus in Regione Melitæ, Multiplicem dat Paulus opem, Publique parentem Finitima de clade leuat: Quo munere viso, Vndique præcipites subitam rapuêre salutem.

MELITENSIVM Equitum Familiis concessa est non tantum 10
sacri tributi vacatio, de quo supra, sed aliorum quoque patrimonialium munerum, quæ Regiis Edictis populo iniunguntur. Nam Philip. Longus militarem hunc Ordinem, repetita veterum in eundem Principum munificentia, ornauit egregia quadam profanorum onerum immunitate. Mense Quintili An. 1320. Quod & speciatim Karolus. 6. produxit ad plebeïas quasuis indictiones, oblationem, aut fiscalem aliam intributionem. Diplomate. 15. Kalend. Octob. An. 1398. Et. 11. Calend. Apriles An. 1401. At Carolus. 7. Sexti filius, & Ludouicus. 11. nepos vicissim nummariis exemerunt indictionibus Rhodiorum militum famulos, asseclas, & colonos, nedùm

nedùm Milites ipsos. Regiis codicillis. 13. Kalend. Sextiles An. 1440. & 10. Calend. Apriles An. 1480. Nam & vniuersim horum proauus Valesius suam in fidem tutelámque receperat Hierosolymitanæ militiæ Equites vnà cum eorum mancipiis, adscriptitiis, & latifundiis: vt ipsorum libertas immunitásque Augustiori patrocinio firmiùs tegeretur. Septembri Mense An. 1530. Cuius priuilegiarias Literas Ianus filius comprobauit. Authentico Instrumento Mense Septemb. An. 1350. Ob id militarium huiusmodi Priuilegiorum vindices Seruatorésque dedit Ludouicus. 11. Curiæ Consiliarios libellis præpositos forensis Basilicæ Parisien. Martio Mense An. 1474. Exin militarem hunc Ordinem mercium vectigalibus portoriísque liberum ac vacuum pronunciauit Senatus Prætorianus. Decreto. 10. Calend. Ianuar. An. 1529. Sic veteri S. C. Templaris militiæ Equites legimus, minimè obnoxios fuisse indictionibus Lutetiæ impositis iudicatos. In regestorum Curiæ Lib. *Olim.* Simili modo generatim datum est sacris Militibus ius morticinij (seu *Admortizationis*) ex recèns partis possessionibus, Immunitásque decumani æris sacerdotiorum irrogata, centum millibus idcircò libellarum Francic. numeratis. Mense martio An. 1523. Iuxta bonifacij. 8. sanctionem, quæ pecuniariis id genus decumis sacerdotalibus Hospitales Domos exonerarit. Quales vulgò feruntur sacrorum militum Præceptoriæ, qui & Præceptores Hospitalarij appellantur. Cap. 1. De Decim. In extrauagant. Omnia hæc Priuilegia, vectigaliúmque exemptiones reseruauit Ordini Erricus. 2. Rex Gallus. Diplomate Mense Quintili An. 1549. cui Patres Parisienses subscripserunt. 10. Kalend. Sextiles Anno vertente. His adiiciuntur solemnes Karoli. 9. codicilli Mense Mart. An. 1563. quos Senatus publicari iussit, Curiæque Actis consignari. 10. Cal. Apriles Eod. An. Aliæ item Priuilegij tabulæ in commentarios Curiæ regestæ sunt. 10. Kalend. Ianuar. An. 1566. Et in monumenta Cameræ publicorum Ratiociniorum. 15. Kalend. Martias An. 1569. Eadem rursùs Immunitatum iura sanxit Henricus. 3. Equestri hoc ordine postulante. Codicillis. 4. Idus Nouembres An. 1574. quibus Ornatiss. Curia admouit calculum, Martio Mense posteranni. Planè tot Priuilegiorum originem referunt Fratres Hierosolymitanæ militiæ ad Richardum Britanniæ Insulæ regem, qui benignè iis erogata prædia singulari tributorum immunitate cumularit. Heroïci muneris Instrumento, quod in hanc libuit POLITIAM sacram includere. *Richardus Dei gratia Rex Anglorum, Dux Normaniæ, Aquitaniæ, Comes Andegauorum &c. Volumus quòd in omnibus Eleemosynis & terris datis Fratribus & hominibus domus Sancti Hospitalis Hierosolymit. omne ius & dominium quod ad nos pertinet, habeant, & teneant omnes res & possessiones suas quas nunc poßident, & in futurum poßidebunt, siue in terris, pascuis &c. Et quod sint liberi & quieti de exercitu, equitatu, & de Theloneo, & peagio, & pontagio, & passagio, & vinagio, & foagio,*

Caroli. 7. rescriptum die 10 Iulij 1440. & Ludouici filij Die. 23. Mart. 1480.

Arestum magni Consilij regis die. 23. Decemb. An. 1529.

Les Commandeurs de Malte, dicts Hospitaliers, qui propriè non teneot in titulum beneficij suas commendas, sed iis tantùm commendantur ad tempus, vt inferiùs explicabitur.

Regiæ literæ in Parlamento verificatæ, die 23. Iulij. An. 1550.

Aliæ Priuilegij literæ An. 1563. in Curia publicatæ die. 23. Mart. eod. An.

Verificatio Literarũ in Parlamento die. 23. Decemb. An. 1566. Et in Camera computorũ die. 15. Feb. An. 1569.

Literæ Henrici. 3. Francorum regis die. 10. Nouemb. 1574.

Priuilegiarium Richardi Britanniæ regis Diploma pro Militibus Templi Hierosolymitani & Hospitalariis fundos habentibus intra septa Gallicarum ditionum Richardi, qui Neustriæ, Andegauiæ, & Aquitanorum Principatus hæreditate possidebat.

Die 25. Augusti. An. 1. Reg.

Clerici quidem, etsi Regis ex feudo vassali seruire illi in bello non possint, nec arma gestare citra periculum Irregularitatis, Panor. In Cap. Perpendimus De Senten. excomm. Innoc. In Cap. 1. De Apost. Tamen homines vel pecuniam conferre in militiam Principi ex feudo tenentur. Quia Ecclesia recipiens feudum adstringitur feudalibus oneribus. Bald. in l. vlt. Cod. sine censu vel reliq. Innoc. In Cap. Verum de for. compet. Nisi in casibus expressæ immunitatis & exemptionis Ecclesiis concessæ.

& domibus, venditionibus, *&* de omnibus querellis, placitis, auxiliis, *&* de Taillagiis, *&* de omnibus operationibus ciuitatum, castellorum, villarum, vt pacem habeant in omnibus *&c. Mense Ianuar. An. 5. Regni.* Consimiles promuntur Iani Angliæ regis literæ, tanquam Normaniæ Ducis & Aquitaniæ, Comitis Andegauorum. 8. Kalend. Septembres Regni Anno. 1. Quibus haud incommodè admisceas priuilegiarium Alexandri. 3. Rescriptum, qui paucis antè annis Romano Solio præsidebat. Cap. Porro de priuileg. secundùm Templarios & Hospitalarios Hierosolymitanos.

II BELLIS vtique rem Gallicam prementibus, consueuerant prisci Antistites equis, armis, pecuniáque Regem iuuare: militarem ipsi equitatum scribentes, aut peditatum. Vti edocuimus passim in nostro opere Francici DOMANII. Idque sacrorum Procerum rationes videbantur haud dubiè ab ipsis exigere, ne alioquin perforari sinerent nauem, in qua & ipsi nauigarent. Talem bellicarum operarum collationem significauit quodammodò Luitprandus verbo *Caballicata*, i. Equitatus. Lib. 3. Histor. Cap. vlt. Nec aliter Syriacis Legibus, quas Gottofredus Bullionensis tulit Hierosolymorum Rex,

Caballicata, *cheuauchee d'hommes d'armes.*

Gottefredus Bullioneus primus Latini nominis Hierosolymorum Princeps, cui tamen Regia potestas sine regio nomine Insignique credita: Quòd negarit se in ea vrbe auream coronam sumpturum, vbi Dominus Deúsque spineam gestasset.

Aux Estats d'Espagne tenus à Tolede en Septembre 1560. art. 104. arresté que à ce que les Chrestiens ne demeurent si long temps captifs en terre des Mores, l'on publiera la Bulle de la rançon des captifs, afin que l'aumosne de toutes parts soit employee à ladite rançon, pour le bien & profit des Royaumes d'Espagne.

cautum erat, Patriarcham Regi subministrare debere quingentos bellatores seu clientes pugnaturos, qui Gallico veteri idiomate *Sergens* vocabantur, ceu *Seruientes*: Parem deinde militum numerum esse à Collegio sani Sepulchri conferendum: Abreliquis demùm Syriacæ Prouinciæ Ecclesiis, centenos pedites cum quinquagenis, laborante Republ. militaturos. Persimili argumento scriptis Hunnorum Moribus ita proditum est, *De priore Aurane, qui à Ludouico Hungariæ Rege fundatus fuit. Nam cum Regnum Siciliæ seu Neapolitanum cum exercitu, necem fratris sui Diui Andreæ eiusdem Regni & Hierusalem Regis vindicaturus inuasisset, à Rhodianis non paruum sibi auxilium nauale collatum fuit. Vnde post suum reditum, Prioratum ipsum Auranæ multis possessionibus dotatum instituit ac fundauit. Cuius Prior, ex regulari Rhodiorum obseruantia, militiam secularem semper exercere tenetur. Ideo Venerabilis & Magnificus scribit in suis titulis, tanquam excellens in temporali & spirituali.* Hic Auraniæ Prioratus aliquando competiit Petro Bembo, eiusque vt possessionem Sacerdotij pacatam assequeretur, ad Bernardum Cardinalem Tridentinum scripsit, Romanorum Regis scribam primarium. An. 1534. Lib. 6. Epistol. Bembi. Ecquid igitur si Princeps bello captus sit, in eiusque redemptionem collecta imposita, an sacerdotes contribuere eidem teneantur? Responsum est teneri. Boërius in Decis. Burdegalensi 136. Quùm enim sacræ res pro captiuorum redemptione priuatorum & extraneorum væneant licitè,

Ex Iure Consuetudinario Regni Hungariæ, quod iam dudum Latinis scriptis consignatum est.

Petr. Bembus è patritia Venetorum Familia, Cardinalitie senex galero honestatus.

Circa An. 940. Adelberto 24. Abb. monasterij Cassinensis, cùm Hungari Capuã Viciam Neapolitani Regni oppida hostiliter popularentur, ij multos ex hominibus d. Monast. captiuos duxerunt. Quorum in redemptionem captiuorum, vasa & ornamenta eius monasterij Ecclesiæ expẽsa sunt. Lib. 1 Cassinensis Chronici, Cap. 58.

licitè, multo firmiùs pro liberatione summi Reipub. Ducis. Can. sicut omninò causa. 12. Quæst. 2. Anton. Butr. in Cap. Non minùs de Immunit. Eccles. Nec longè à proposito recedit exceptio militaris subsidij, quod Fulco Andium Comes cœnobij patronus munificus B. Mauri ad Ligerim sibi recepit in dotali vectigalium, & priuilegiorum munere Monachis largiendo. Sicuti de eo exaratæ Tabulæ significant, hac verborum nuncupatione. *Fulco Dei gratia Andegauorum Comes, &c. Notum facio præsentibus ac futuris in Christo fidelibus. Quia adiens Monasterium B. Mauri, vnde ad Dominum à corpore migrauit, Waleranum Abbatem ac Rainaldum priorem loci illius conuocaui, postulansque beneficium eiusdem Ecclesiæ ab eis mihi dari, sicut exorabam apud Fratres totius congregationis, idipsum libentissimè impetrare promerui. Huius itaque rei gratia & commissorum meorum nequitia multa perterritus, imò etiam Dei amore corde tactus, ad deprecationem omnium Fratrum inibi Deo seruientium pro saluté animæ meæ & antecessorum meorum dimisi, & Deo dedi omnes costumas quas habebam in Villa eorum quæ dicitur Cru, vt deinceps absque vlla consuetudine prædictam Villam liberam & quietam cum omnibus feodis ad domum monachorum villa illius pertinentibus, habeant & possideant sine omni exactione ac consuetudine, quæ ad me vel hæredes meos pertinent, nec ex omni dominio aliquid mihi exinde retinens, consuetudine hac excepta. Quòd si contigerit Andegauorum Comitem causa necessitatus aduersus inimicos suos inire bellum, homines B. Mauri in prædicta terra manentes & mansuri, Comiti sint in auxilium & iuuamen. Præterea concessi, vt nullus Bailliuus, neque Præpositus, aut aliquis minister in Castello Salmurij ex parte Andegauorum Comitis constitutus, præfatam terram nec homines in eadem manentes vel mansuros molestare præsumat, neque eosdem homines à semetipso, cuiquam ex Bailliuis dicti Comitis liceat submoneri in exercitum egressuros, nisi à Comite Andegauorum mandatum susceperit speciale, & ita seruiens, dicti Comitis mandato suscepto, Priorem dictæ domus submoneat, & Prior homines suos in nomine denominati prælij egressuros faciat præparari, &c. Actum in eodem Cænobio, Anno gratiæ, 1099. 8. Kalend. May.* Quibus haud temerè subnectas regium Ludouici Crassi beneficium in Canonicos B. Mellonis, apud Pontisaram. An. 1122. cum hac exceptione. *Terram B. Mellonis intra vel extra Castrum Pontisaræ sitam exoneramus ab omnibus tailliis & exactionibus: In qua tamen retinemus Viaturam, equitatum, & expeditionem. Ita (quod quoad viaturam) si qua in ea forisfacta fuerint ab hominibus B. Mellonis, Præpositus noster eum submoneat tantum, & reddat Canonicis & capitulo S. Mellonis, &c.* Has etiam Priuilegij tabulas posteri Reges adprobarunt Sextili Mense An. 1268. & 1270.

Abbatia S. Mauri *sur Loire*, Andegauę diœcesis.

Charta piæ donationis in Monasterium *de S. Maur sur Loire* die 24. April. An. 1099 per Fulconem Rechinum Andegauiæ Comitem, qui diem suũ obiit An. 1110. ex patriis Andium Annal.

Il y a encores vn tiltre de Geofroy Martel Cõte d'Anjou, Sabbati hebdomada 2. Mensis Maij An. 1133. *donnant plein droict d'vsage ez bois & forests de Beaufort à l'Abbé Drogo & religieux de l'Abbaye S. Maur sur Loire*

Saumur, Andegauiæ oppidum.

Regium Ludouici *le Gros* priuilegium in Ecclesiam collegiatam *de S. Melon de Pontoise au Balliage de Senlis.*

12 Nec tantùm in medio bellorum strepitu tenetur Ecclesia regi offerre bellatorum turmas, sed etiam pacata bellis patria, oblatum ab illo Veteranum suscipere, ex sacris facultatibus alendum ac sustentandum. At non parua incurrit hæsitatio de monasticis Primatibus, Augustiniani ordinis, sint necne veterani militis alimentis obnoxij. Qua de quæstione, Nos in Senatu pro Fr. Vilhelmo Por-

Les Oblatz.

Prioratus Ordinis S. Augustini.

Auctoris forẽsis actio pro Fr. Guillelmo à

Paruin Auditorio Curiæ Parisf. touchant le priorė de la Fertė gaucher, diocese de Meaux.

Beneficia curata non possunt grauari vlla pensione alimentaria vel quauis alia, ex qua ius legitimæ Rectoris Parochiæ Canonibus statutum minuatur.

Ilerda, Hispaniæ interioris oppidū iuxta Sycorim fluuium, vbi peracta Episcoporum Synodus Anno 15. Theodorici regis circa tēpora Symmachi PP Cuius tertium Caput de Monachis ad Clericatum subuehendis ab Agathensi Concilio sumptū est.

tuensi, *Prioratum* Feritatis Gaucherij, quem is obtinebat, Augustinianæ Regulæ subiici, & ita verè curionatum censeri, animorumq; curationi coniunctum sacerdotium: Proin suggerendis Veterano cibariis alligandum non esse, instar parœciacæ Ecclesiæ cuiusuis. Multùm enim interesse, an regularis Primatus Benedictino Ordini subiaceat, an Augustiniano. Ille quidem nullū parœciacum habet actu ipso regimen animorum annexum. Nam cucullati sacerdotes Benedictini cesserunt iamdudùm curiali parœciarū administratione, intra claustri septa redire iussi. Chalcedonensi concilio. Can. Iuxta quæ. 16. Quæst. 1. At monasticæ Præfecturæ, ordinis Augustiniani, retinuerunt hactenus sacram spiritalemque parœciaci populi curationem: Quùm & Ilerdensis Synodi permissu monachi ordinari cœpissent, & ad sacros Clericorum gradus promoueri. Vnde Augustiniani Ordinis cœnobitæ curialia etiamdùm munera obeunt in sacris suis beneficiis, quasi parocialis Ecclesiæ Pastores soli. A Parentio, contrà, Vilhelmi Cheuancij patrono allegabatur, monasticam hanc Ædem fuisse clienti suo velut portum quietemque militarium laborum adsignatam à Principe: qua in Æde scilicet bellicis perfunctus muneribus acquiesceret, Ecclesiastico sumptu fouendus in posterum ac nutriendus. Ob id Meldorum Proprætorem Regiis excitatum Literis iustè alimenta inopi decreuisse Veterano. Placuit Senatui, clientem nostrum rectè appellasse, & curiales Primatus seu *Prioratus*, Augustiniani Ordinis, educatione Oblati militis victúque neutiquam onerari. Aresto in publicis causarum actionibus lato. Pridie Nonas Iunias AN. 1565.

Arestum Curiæ die 4. Iunij An. 1565. pro Priore curato de la Fertė gaucher, deschargė de receuoir Oblat, ou estrepiat.

Edictum Galli regia die 28. Octob Verificatum in Parlamento die 27. Nouemb. An. 1568. Pro libertate Prioratuum Ordinis Cluniacen.

Si tamen locupletissimum sit Cluniacense sacerdotium, ei Præfectus aliquando vrgetur ad alendum Veteranum: Vt reipsa compertum est in Martiniano Prioratu Lutetiano Cluniacen. Ordinis.

Plaicrū Curiæ donnė en plaidāt die 12. Ian. An. 1570. Aliud pro Monialibus contra oblatos à Principe, vt ab eis alantur. Die 3. Decemb. An. 1571. pro sacris Virginibus S. Benedictæ Dorsgny, au diocese de Laon. En plaidant du roolle de Vermandois.

PORRIGITVR hæc alimentariæ pensionis exēptio ad monastica Cluniacensium Sacerdotia. Cluniacensis enim quisque monasticorum conuentuum Primatus est eius Abbatis beneficiarius, quē ille agnoscit superiorem, non Regis, Ducis, Comitísve. Princeps idcircò edixit, sacros Cluniacenses Primatus Veterani recipiendi lege non teneri. 5. Kalend. Nouembres. 1568. Nec immeritò Regiæ huius Sententiæ diploma probauit Senatus. Iudicio 5. Calend. Decembr. Eod. AN. Generaliter quippe definitum est, Cœnobia, regularésve Primatus, qui benefici murisq; Episcoporum sunt, Collegiorum seu Abbatum, & aliorum id genus, non Principis, Ducis, aut Comitis, minimè Veterano alimoniam præstare cogi. De quo suborta paulò post controuersia, præualuit libertatis ratio secundùm Cluniacenses. Decreto Senatus extemporali Pridie Idus Ianuar. AN. 1570. Similes causæ liberalis vindicias dixēre Patres Monialium cœnobiis aduersus pensitationis annuæ petitorem Veteranum. S. Consulto Die. 3. Decemb. AN. 1571. In forensi causarum Veromanduarum disceptatione. 13

MOVENT nos superiora tùm Regum diplomata, tùm Senatus præiudicia, ad Sacram Politīam nostrorum Principum feruidaque in Sacerdotes studia Orbi commendanda. Laudatur Theodoricus 14

ricus Gotthorum rex, quòd pro sponsa Christi propugnarit, dùm Ecclesiasticæ assertorem se libertatis, ac tranquillitatis strenuè ita profiteretur. Eustorgij Episcopi sanctæ Mediolanẽsis Ecclesiæ precibus moti, præsentibus te cohortamur, vt prædiis vel hominibus illius Ecclesiæ intra Siciliam constitutis tuitionem studeas salua ciuilitate præstare. Nec à quoquam cuiuslibet nationis homine contra fas patiaris opprimi, quos decet diuinitatis intuitu subleuari: Sic tamen, vt causis publicis & priuatis, quæ contra eos rationabiliter proponuntur, respondere non differant. Quia sicut nolumus eos ab aliquo prægrauari, ita exemptos à tramite Iustitiæ non patimur inueniri. Hæc Theodoricus Rex, in Epist. ad Adilam Comitem quæ à Cassiodoro intexitur Libro. 2. Variarum.

Verba ipsamet Theodorici Gotthorum regis.

Hic Theodotic⁹ (apud Cassiodorum Lib. 1. Variarũ) sic rescribebat Seuero Episcopo. Quis meliùs ad æquitatis iura deligitur, quàm qui sacerdotio decoratur? qui amore Iustitiæ personaliter nesciat iudicare, diligens cunctos in commune, locum non relinquat inuidiæ. Epi. 8. Lib. 2. Cassiod. Sed quid (Iudæe) supplicans temporalem quietem quæris si æternam requiem inuenire non possis? vt idem Auctor inquit.

Patentes de Loys le Gros de l'an. 1119. en Noueb. confirmees par les Roys successeurs, mesmes par Charles 6. L'an. 1397. par lesquelles lettres ledit Roy Loys, declare & recognoist que tous les Priorez dudit Ordre de Cluny ont esté acquis par les Abbez, & ne sont de don & fondation Royale. Et que partant il entend que ledit Abbé librement puisse conferer & disposer de tous lesdits Priorez, sans requisition, presentation ne collation d'autre personne. Et en consequence les Prieurs dudit Ordre soustiennent n'estre tenus de receuoir Oblat en leurs priorez.

En consequence de ces Lettres & dudit Arrest de l'an 1570. pour ceux de Cluny, y a eu arrest donné à l'Audience des apresdinees le Vendredy 26. Feurier 1599. au profit de Philippes de Birague Prieur de Sormigny en Bourbonnois, appellant du Seneschal de Bourbonnois à Moulins, & Anthoine Bailly inthimez. Plaidants du Marché pour l'appellant & de Villiers pour l'intimé, Marion pour le Roy: Il a esté dit en emẽdant le iugement, que les Priorez & benefices de l'Ordre de Cluny, & dependans de Cluny ne sont suiects de receuoir ny nourrir aucun Oblat sur Lettres du Roy.

Qua velut in Cebetis tabula exprimitur viuidum Politici Terrarum Rectoris pectus, qui vt externam sibi Ecclesiæ procurationem sumit, ita cauere debet identidem, ne ab Ecclesiasticis hominibus Ciuilia sua iura labefactentur. Atque idipsum à Theodorico prudenter animaduersum est, scripta ad Hebræos Mediolanenses Epistola: quos idem, etsi Regio minùs fauore dignos, quietè & „ pacatè cum Christianis Clericis continebat. Nullus (inquit) Ecclesiasticus, quæ Synagogæ vestræ iure competunt, violentia intercedente peruadat, nec vestris se causis importuna acerbitate permisceat. Sed vt Religionis cultu, ita actuũ sint conuersatione discreti. Hac tamen moderatione Principalis auxilij beneficium concedentes, vt nec vos quod ad præfatæ Ecclesiæ ius vel religiosas personas certè legibus pertinere constiterit, inciuiliter attrectare tentetis. Tricennalis autem humano generi patrono præscripto, eo, quo cunctis, vobis iure seruabitur, nec commodalia vos irrationabiliter præcipimus sustinere dispendia, &c. Ex Cassiodoro, vbi suprà. Ab iis non longissimè absunt quæ de Sacra Politĩa Constantij Augusti retulit Symmachus Præfectus Vrbi, illum nil decerpsisse Vestalium Virginum priuilegiis, decreuisse nobilibus sacerdotia, Romanis ceremoniis non negasse impensas, vidisse placido ore delubra, legisse inscripta fastigijs Deûm nomina, percunctatum templorum origines, miratum fuisse conditores: Cúmque alias Religiones ipse sequeretur, has Imperio conseruasse. Lib. 1. Epist. 40. ad Valent. Theod. & Archad. Impp. Et hæc nondùm prorsùs constabilito Cæsarei Imperij statu. Alioqui ne Ciuilis quidem Regno-

Eodem pertinẽt quæ Theodoricus in vsucapionis quæstione Domus Simplicium controuersa inter Ro. Ecclesiam, & Iudæos qui suam ibi Synagogam fuisse defendebant, scripsit ad Atigernum Comitem de ea lite iuridicè definienda. Lib. 3. Variarum Cassiodori.

B. Ambrosius hunc Symmachi locum refellens scribit ad Valentinianum Imp. profana sacrificia per totum ferè orbem à pluribus retro Principibus inhibita interdictáque fuisse, rogatque ne fideliter statuta conuellat. De negotiis (inquit) ciuilibus si quid statuitur, nemo putat esse temerandum: & præceptum de religione calcatur? Nullus obrepat iuniori ætati tuæ, siue ille gentilis est qui ista deposcit, non debet mentem tuam vinculis suæ superstitionis innectere, sed proprio studio admonere te debet, quemadmodum veræ fidei studere debeas, quando ille tãto motu veri vana defendit.

rum Politia multiplicem Religionum cultum ferre possit. Nam & D. Ambrosij duæ extant ad Valentinianum Cæs. Epistolæ, quibus grauiter ac Christiané, prædictis Symmachi literis respondetur.

15 EXTERIS porrò nostros Reges minimè cedere in sacra Repub. tuenda, vel istud argumento est, quòd *electiuis* Sacerdotiis imponi nequeat annuæ pensitationis onus aliquod Iure nostro Francico, nisi Rege patrono adstipulante. Tametsi Lege Pontificia secus, vt scitè adnotauit Hieronym. Gygas Forosempronien. In Tract. De Pensionibus Quæst.23. Gallicam vtiquè Iurisprudentiam adiuuant dictata ab Innocentio Canonicæ Legis interprete, In Cap. Nobis De Iur. Patron. Arg. Can. Quicunque. 2. Causa 16. Quæst. 7. Et quæ nominatim à sacri Iuris Consultis traduntur in Cap. 1. Vt Eccles. benef. sine diminut. confer. Nempe Patroni consensum in alienanda re Ecclesiastica non esse quidem necessarium, prædio tamen illicitè distracto, reuocatoriam alienatorum actionem patrono competituram. At si eiurata sit cœnobiarchia lege nummatiæ pensitationis, cui Regem subscripsisse non liqueat, cedò ratane ideò manebit pensionis constitutio, quòd multorum annorum præstatione agnita fuerit à nouo cœnobiarcha? Hæc à nobis in foro disceptata quæstio est pro Doygnei monasterij præsule, qui An. 1575. Senatum appellarat à Pontificia conuentuæ pensionis admissione An. 1561. Quam videlicet Philippus Lenoncurius Abba in eiurando Cœnobio sibi receperit, pactione inita cum auctore prouocantis. Pro appellante disserebam, pensitationis onus indici sacerdotio non posse, Collegij nomine insignito seu *electiuo*, nisi expressim annuente Principe, cuius libellum talis consensus indicem aduersarius non proferebat. Nullum enim aliud promebat Regij consensus documentum, quàm Pontificos codicillos pensionem comprobantes: sed quorum verbis Regium assensum nudè enuntiantibus fides non sit habenda. Ex Concilio Basiliensi. Tit. De Sublatione Clementinæ Literis De probationibus. Et in Concordatis Eod. Tit. Monasticum rursùs Præsulatum esse curialis sacerdotij speciem quandam, cui animorum curatio, Hierarchica saltem cura sollicitudoque adiuncta sit. Innocentij.3. Rescriptio Cùm ad monasterium §. Abbas. De statu monac. ibi, vigilem curam & sollicitudinem gerens in omnibus. Et Clementis. 5. Constitutione in Concilio Viennensi, Ne in agro §. Cæterum De Stā. Monac. Post consimilem Hieronymi sententiam in Regula monachorum Cap. De correctione & doctrina præsidentis. Atque curialia Ecclesiæ munera nullum non beneficiariæ pensionis onus excutiunt, Synodico Lateranési decreto An. 1218. Gallica forensi obseruatione: cui causam dedit insigne S. C. ad prouocationem ex abusu factum. 4. Calend. Martias An. 1566. quùm Troussartus, pro Ioh. Debosco appellante, Ego, contrà, pro Dionys. Fillolio, publicè diceremus. Diuturnum verò silentium officere huic prouocatoriæ liti non debere

In reseruatione antè pensionis super fructibus beneficij, quod est de iure Patronatus laicorum, facienda est mentio iurispatronatos Rochus Curt. in Tract. De iure patro. in verbo Ius Gygas Quæst. 24 De pensio. Item si pensio imposita super fructibus Ecclesiæ patronatæ esset omnis onerosa illi Ecclesiæ patronus possit petere eam reduci ad debitam quantitatem. Gygas Quæ. 23. In fin. de pension.

Sic Cardinaliũ literis ac verbis enũtiatiuis seu narratiuis nõ creditur in præiudicium partis. Cap. Cum à nobis De testib. Pan. in Cap. Quod super De fide instr.

B. Hieronymus in regula Monachorum. Arguuntur, inquit, negligentes rectores Ecclesiæ Dei, ob quorum incuriam perit omnis decor populi Christiani.

Lateranense Consiliũ in cap. extirpandæ §. vlt. de præb.

Arestum Curiæ Die 26. Febr. An 1566. ex appellatione abusus ergo interposita a creatione pensionis super beneficio curato.

bere: tum quòd abhinc biennium modò cliens noster adeptus sit Cœnobij Præfecturam, tum quia abusum ipsum longi temporis silentio nefas sit confirmari. Addebam his, authenticas Pontificis tabulas non exhiberi à parte aduersa pensionis probatorias, sed nudam Pontificiæ voluntatis syngrapham, quam vulgò *Signaturam* nuncupamus. Enimuero in maiorum ordinum Sacerdotiis, puta Episcopio, cœnobiarchia, interdictus est nouo Antistiti in possessionem ingressus, nisi ex authentico Pontificiæ collationis, vel adprobationis diplomate. Vt sanxit Bonifacius 8. Cap. Iniunctæ Tit. De elect. In Extrauag. commun. Marius, ediuersò, pro pensionis fructuario, appellanti cedendum esse Monasterij iure omni, aut nummariam pensitationem ab eo districtè exoluendam: Credendum esse Pontificiis verbis Regium consensum de pensione enuntiantibus, in re antiqua præsertim & ex multis annis in memoriam reuocata. In iis enim verba Instrumenti aliquid enarrantia fidem faciunt iudicanti. Bartol. in l. Admonendi ff. De Iureiur. Et Alexan. In L. Sciendum ff. De verb. oblig. Cap. Bonæ memoriæ De Elect. Differebat insuper, ius in Cœnobiarchiam partum appellanti fuisse Monasterij dimissione per eum facta, qui nominatim se beneficiariæ adstrinxerat pensitationi. Senatus, quoad prouocationis articulum facessere è foro ambas partes iussit: damnato tamen appellante, indictam pecuniam quotannis dependere titulo pactæ pensionis, nisi mallet Monastici Sacerdotij iure possessionéque decedere. Aresto Die. 21. Aprilis, Anno sesquimillesimo septuagesі. quin.

16 PENSIONEM sacri Muneris eiurator sibi recepit in successorem beneficiarium. Hinc eiuratione purè admissa ab Episcopo, pensione à Rom. Præsule, dubitatur, valeat necne id quod gestum sit. Non videbatur, quùm cessionis actus beneficij Ecclesiastici, & pensitationis simul impositæ sibi inuicem respondeant, ac communi quodam priuatæ pactionis vinculo coniungantur. Ita Cynus censuit de actibus se inuicem respicientibus, mutuámque habentibus relationem. In L. In bonæ fidei Cod. de Pact. Bart. in l. petens Cod. Eod. Tit. Iason In L. Lecta. ff. De reb. cred. Arg. L. Fundi partem. ff. de contrah. Empt. L. Venditor. ff. de seru. export. L. quidam. ff. De pecul. leg. Ast econtrariò vrgebant ista, cessionem sacri beneficij retenta pensione contractam, diuiduum actum esse, nihilque proponi, quominùs cessio ab hoc, pensio autem ab illo admitteretur. Proin Senatus vtrúmque actû diuisim absolui recipique licitè potuisse iudicauit. Die Natalis Christi profesto An. 1506. Iacob. Myetto, & Symeone Burgesio altercantibus de Gerarcio curionatu, Parisiensis diœceseos. Inde est etiam, quòd pactitia omnium fructuum reseruatio pro pensione seu regressu non vitiat sacerdotij eiurationem ipsam, sed quasi illicitè adiecta sit, pro non adiecta habetur, vt cessio ipsa Ministerij ecclesiastici tan-

Communiter Bullis etiam non leuatis tenetur soluere pensionem is qui ita cnonenit. Boer. In Tract. De Dignit. leg. Rebuf in Tract. De Pacif. possessor. In 2 t. Conclus. Nam & qui adipiscitur beneficii possessionem cum simplici signatura, nó dicitur intrusus. Tit. De Annat. In Concord. Ep. ita seruatur in Gallia, præterquam in beneficiis Consistorialibus, de quibus hic in Textu) pro quibus necesse est habere prouisiones apostolicas sub plombo. Decretum Curiæ dic. 21. April. 1575. *quant à l'appel comme d'abus, les parties myes hors de cour & de proces* Cōdemnatus est tamen beneficij resignatarius vel pensionem soluere vel cedere beneficio. Solus Papa admittit reseruationes pensionum priuatis partium conuéntionibus factas. Episcopus tamen ex officio potest pensionem alicui bene merito constituere ad vitam ex reditibus ecclesiæ. Oldrad. Consi 226. Felyn. In Cap. Ad audientiam De Resc. Huc faciunt notata In Cap. Fraternitatem De donat.

Non solum pensionem, sed & pecuniam potest licitè beneficiarius ecclesiæ verus titularius præpotenti tyranno ad redimendum vexationem vid. Tit. 3. Lib. 1. Monastic. Art. 25. *Ovtre qu'il y a Priuilege Apostolic particulier. Que les Benefices des Eglises d'Auxerre, Tonnerre, Tournay, & de Ioinuille ne sont subiects à constitution de pension beneficiale, & ne peuuent en estre payez.*

Eodem Aresto An. 1506 definitum, valere beneficij curati resignationem in gratiam nepotis ex filia in presbyterio nata, quamuis id ipsum in resignatione facta filio reprobaretur Pono, in cap. Ad extirpandas De fil. presbyteri.

Placitum Curiæ die 7. Sept. 1492.

Iure etiam Canonico pensio illicita dicitur, quando excessiua est Rectorique beneficij ita onerosa, quòd ex residuo fructuum beneficij pensione grauati commode sustentari non posset. Abb. in Cap. Conquerente De cleric. non resid Col. 2. Vers. sed oppono.

quam legitima effectum sortiatur. Ex ratione Martiani I. C. In L. Pecuniæ. ff. De Vsur. L. Siue generalis. ff. De Iur. Dot. Sic Curiæ iudicio decisum est. 7. Idus Septembres. An. 1492. de Carnutum pontificatu. Placuit enim Apostolicæ collationis literas emendari solummodò, & ad Canonum normam præscriptáque hoc casu reuocari. Renato Dilliero, & Procuratore fisci disceptantibus.

Dacanatus Ecclesiæ collegiatæ D. Liphardi, *de Meun sur Loire*, in Aurelianen. diœcesi.

IDEM sequendum, vbicunque conuenta pensio trientem bene- 17
ficiarij reditus excesserit, Francico ritu præfinitum. Non ideo enim nummaria pensitatio rescindetur prorsùs, sed ad statutum patriis legibus modũ redigetur. Subdamus hypothesin. Ianus Quinceus eiurauit decanatum sacri Collegij Magdunensis ad Ligerim, Annuo quodam sibi reseruato. Decursu temporum, Augustinus Greneus, qui in hanc Collegij præfecturam successerat, petenti Quinceo negat iustè indictam Sacerdotio pensionem: ad Senatum prouocat, quasi abusiuè creata, & grata acceptáque Pontifici pensitatione. Ac Ruellius quidem pro appellante sic agebat, Collegij sacri decuriones quandam habere animorum curationem, aut certè in Ecclesiasticos Sodales curatoriam potestatem ac præfecturam. Vt à Nobis supra explicatum est, Libri. 1. Tit. 1. Francico autem Vsu explosas esse pactitias quaslibet pensiones in curiale sacerdotium: Saltem abusiuè receptam à Sede Apostol. pensionem hanc immodicam, quæque tertiam partem annuorum sacerdotij prouentuum exuperet. Sed aduersus ea, Nos pro pensionis fructuario, Decanum vtiquè illum Sodalitio canonicorũ præesse sacra dignitate ac præminentia. Sicuti de eo apertè rescripsit Gregorius. 9. Cap. Significante Aurelianen. Episcopo nos noueritis accepisse, quod cum Decanus & Capitulum Magdunense ipsum, super eo quod dicebant, alibi quàm in stallis Decani & Capituli prædictorum carnifices carnes vendere non debere &c. De Appellat. Haud tamen idcircò Magdunenses Decani parœciaco funguntur animorũque curatorio munere. Proin S. Consulta, quæ in parochialem Ecclesiam pensiones vetant, minimè trahuntur ad hos sacræ Ædis præfectos seu Decanos. Cæteroquin annuæ pensionis retentio in cessione sacerdotij, probata est non commentitio iure, quasi in Vtopiana Republ. sed ab longa iam vestutate in publica Christiani Orbis Politia. Nam Alexander. 3. Pontif. de beneficiaria pensione initam pactionem vltrò confirmauit cui perlusoria fraude nulla intercessisset. Cap. Audiuimus De collus. deteg. Nec longo post annorum spatio, Innocentius. 3. summus Christianæ Reipub. Præses. Cap. Nisi essent De Præbend. Porrò immoderatam pensionem obiicienti respondebam, certa actionis formula cautum, atque experiendum esse ei, qui de modo pensionis expostulet: non vt hanc quasi irritam illicitamque contendens ex prouocatione audiatur, verùm vt quod superfluum est, ampliúsque promissum, quàm lege ratum sit, ab Ec-

Petenti reseruationẽ pensionis declarari nullam, vel eius reductionem non obstat exceptio voluntariæ solutionis de præterito. Hieron. Gygas Quæst. 36. In Tract. De Pensionibus.

Vn Religieux ayât vne Cure ne peut demander pension ou portion monachale sur l'Abbaye, encores que l'Abbé & Conuent mesme, prinsent les dismes de lad. Cure. Vid. Tit. 2. Lib. 1. monaster. Art. 9.

De Vtopiæ Republ. Thomas Morus Anglus.

Quædam pensiones dantur in titulum beneficij, vt quùm certa portio ex pingui beneficio extrahitur, vt deinceps sit perpetuũ beneficium. Cardin. in Clem. 1. §. 1. De supplend. negl. prælat. Abbas In Cap. Conquerẽte De cler. non resid. Quædam pro seruitio temporali. Oldrad. Consil. 216. Quædam dantur loco beneficij Cap. Quamuis D. Præben. In. 6.

ab Ecclesiastico iudice infirmetur. Actitata causa, Ordo Clariss. in prouocationis negotio ambas partes foro liteque exemit, reducendæ verò ad legitimum modum pensionis notionem mandauit Thomæ ac Thuano regiis in Senatu Consiliariis. Aresto. 13. Kalend. Quintiles An. 1572. Deinceps Curia ex appellatione cognoscens decreuit, nullam beneficiariæ pensionis rationem haberi, nec pactitiæ constitutionis eiusdem, nisi Romanus Antistes consignatis ipsam tabulis sanxisset ac stabilisset. S. Consulto ad appellationem ex prætura Andium facto in causis agendis, quod & Conscripti Curiæ legi præceperunt recitarique in Auditorio Fori Andegauensis. Kalend. Decemb. An. 1588. Eustachio Cochino, & Magdaleno Chabotio litigatoribus.

Iudicium Curiæ Die 19. Iunij An. 1572. *de hors de court & de procez, sur l'appel comme d'abus, & touchant le pretendu excez de la pension, & reduction d'icelle au tiers, commis faites à la barre de la Court.*

Arestum Curiæ *donné en plaidant à la grand Chambre.* Die Iouis 1. Decemb. An. 1588. quod pensio conuenta super beneficio, nisi a Papa omologata sit nulla est.

18 VECTIGALIVM quandoque immunitas præstatur Ecclesiastico cœtui permixtim cum aliis Plebeiæ sortis hominibus. Puta, Raymundus Tholosatium Comes *Leudam*, tributum mercibus impositum vetuit è Tholosanis ciuibus exigi, seu sacris seu prophanis. Instrumento Leudæ ita exarato. *Nouerint omnes &c. Quod Dominus Raymundus Dei gratia Tholosæ Comes, Dux Narbonæ, Marchio Prouinciæ, dominæ Reginæ Constantiæ filius sua voluntate & cum consilio & voluntate Raymundi filii sui dedit & concessit pro se, & pro omnibus successoribus in perpetuum Domino Deo omnipotenti, & Mariæ genitrici Dei, & S. Stephano prothomartyri Tholosæ sedis, & S. Saturnino, & omnibus Sanctis Dei, & Consulibus, & omni populo Tholosæ & suburbii præsenti & futuro, quod mercatores, & omnes alii homines & fœminæ eiusdem vrbis & suburbii semper possint ire & redire cum toto hoc quod tulerint vel duxerint per vniuersam terram & iurisdictionem suam libere per omnia tempora immunes & absoluti ab omni pedagio, & ab omni questa, & tolta, & ab omni Leyda. 12. Die exitus Aprilis. Regnante Philippo rege Francorum, & me Comite, & Fulcone Episcopo.* An. 1222. Hoc deinde Tholosatis Reguli priuilegium adprobarunt Regii Magistratus. Parisiensi Aresto. 5. Calend. Sextiles An. 1379. Tholosani item Senatus decreto Mense Decemb. An. 1512. Et Mense Martio An. 1518. Inde quæri poterit, nûm Sacerdotes Regij Priuilegij verbis, quod ciuibus simpliciter irrogatum sit, tacitè contineantur. Quidni? Nam Populi appellatio, seu ciuium, complectitur Clericos, in re præsertim fauorabili. Ex Honorij. 3. Sanctione Dilecti De For. compet. vbi singulare ius Anglis indultum sacros ministros comprehendit. Can. Si in adiutorium. 10. Distinct. Oldrad. Respon. 32. Blad. ad L. Cunctos populos Cod. De Summa Trinit. Panor. ad Cap. Ecclesia De Constitut. In re autem odiosa, secus. Bonifacij. 8. Rescripto Si sententia De Sentent. Excommunic. Guymerius in verb. populo. De causis In Pragm. Sanct. Itaque Lutetianis ciuibus facta à Karolo. 5. potestate clientelaris fundi perpetuò retinendi, consequens est, singulos clericos nobile prædium liberè possessuros. Priuilegiario diplomate. 5. Idus

De hac Leuda Tholosana Raymundi comitis, Nos pauca lib. 1. Domanij Francici Tit. 9.

De simplici clerico minorum Ordinum *il y a Arrest des Chambres au Parlement de Rennes du 28. Aoust 1559. entre Iean Monlon & les parroissiens de la Messiere. La Cour en reformant le iugement ordonne que nonobstant son priuilege clerical & tonsure par luy alleguee, il payera le fouage & autres tailles comme les autres parroissiens.* Du Fail.

Arestum Parisiense latum à certa iudicum Decuria, Dominicæ Rei cognitioni præfectorum die 28. Iulij An. 1379.

An simplici ciuium appellatione veniant Clerici.

Tabulæ Caroli. 5. de feudis liberè emendis ac possidendis à Parisiensi, quantumuis plebeio ciue. Die 9. Augusti 1371. Quod priuilegium à Carolo 6. renouatum est die 5. Augusti. 1390.

Rr

Sextiles An. 1371. quod repetiit successor Karolus Sextus, Nonis Augusti. An. 1390. Sicuti inter Ædilitias Vrbis Parisien. Constitutiones inuenitur.

Ordinationes regiæ de iurisdictione Præposituræ Mercatorũ & Scabinatus Vrbis Paris.

ENIMVERÒ sacra Collegia, quibus priscæ Leges alia ratio- 19
ne quàm plebeiis illis Oppidanis interdixerant Feudorum possessione, specialius de ea implorarunt Principum rescriptum atque beneficium. Ita Cœnobij Magistrum & Conuentum Dionysij in agro Parisien. Reges frui permiserunt non modò nobilibus prædiis illustriumque Ditionum censu, sed & Iuridici per medias ipsas imperij dignitate. Cui rei indicio est memorabile istud principis Ludouici Crassi diploma An. 1110. *Ludouicus &c. Decreuimus & statuimus & regio Edicto præcipimus, vt Abbas & monachi S. Dionysij sociorumque eius plenam habeant potestatem de seruis & ancillis Ecclesiæ emancipandis, & liberos faciendi consilio Capituli sui, nostro irrequisito assensu vel consilio nostro: & ita, vt neque nos; neque successores nostri nec quilibet Principum super eos aliquam reclamationem faciat, vel aliquam redemptionem proinde exigat. Illi verò iam liberi facti, necnon & omnes serui B. Dionysij vtrique, scilicet exeuntes & remanentes ius & potestatem habeant contra quoscunque liberos omnem legem exequendi in omnibus finibus Regni nostri. Saluo scilicet in omnibus iure & reuerentia B. Dionysij. Decreuimus quoque, vt si quoslibet homines liberos vel seruos, hospites vel aduenas cuiuscunque personæ, sexus, vel ordinis intra castrum vel burgum S. Dionysij, vel infra terminos ab antecessoribus nostris constitutos manentes, contigerit esse vsurarios, sub iure tantùm sint Abbatis & monachorum eius, à nullo redimendi seu puniendi, vel per aliquam iustitiam cogendi nisi ab ipsis. Concessimus quoque eidem Ecclesiæ, quòd si aliquis fuerit falsæ monetæ compositor, siue falsi auri vel argenti compositor, inuentor, vel portitor infra eosdem terminos repertus in forisfacturam vel redemptionem ipsam, non quisquam ponat manum præter Abbatẽ & Iustitiam eius. Concessimus etiam, vt Iudæi qui ad præsens vel habendi sunt in Burgo seu in Castello S. Dionysij vsque ad quinque cum familiis suis, liberi sint ab omni Iustitia nostra, & ab omni exactione nostra, tantùm sub iure vel Iustitia sint Abbatis. Item statuimus, vt quicumque sit infra bannileugam S. Dionysij, vel infra terminos suprascriptos, & secundum priuilegia antiquitùs institutos à nullo rapiatur, neque res eius diripiatur infra ipsos terminos: A nullo (inquam) nec à nostra persona neque ab aliquo successorũ nostrorum. Sed si aliquid foris fecerit seu nobis seu alij personæ, ab Abbate tantùm, vel à monachis eius iustificetur. Actũ Parisius in Palatio publicè &c. Anno consecrationis nostræ quarto.* Hæc aliaque singularia iura D. Ludouicus cœnobitis reseruauit. Codicillis Mense Mart. An. 1269. ac Iohannes. 2. Mense Octob. An. 1353. Quibus cumulo adiunxit Ludouicus. 11. omniũ immunitatem vectigalium pro mercimoniis in Dionysianas nundinas inuectis & euectis. Rescripto. 4. Iduum Sextiliũ. An. 1480. cui Rationales Parisien. subscripserũt. 7. Idus Apriles consequẽtes. Neisthuc confertim adducam regiarum indictionum vacationem, oblationum, quas vulgò *auxilia* vocant, numinariíve

Donum Altæ Iustitiæ tẽporalis in Ecclesiã.

Literæ Priuilegij Regis Lodouici *le Gros.* pro Abbatia S. Dion. prope Paris. sita. An. 1110. qui quartus extitit coronationis dicti Ludouici, qui Philippo 1. rege patre viuo, coronatus fuit.

De Vsurario crimine.

De falsa moneta.

De Iudeorum causis.

Priuilegia *des foires du Landit & de S. Denis* in fauorem abbatiæ S Dionysij in Frãcia à Rege data die 10 Aug. An. 1480. Verificata in Camera Computorum die 7. Apr. Eod. Anno ante Pascha. Regiæ exemptiones *des tailles, aides, & autres subsides pour les habitans de S. Denis en France.* Verificatæ io Parlamẽto die 8. Ian Et in Curia iuuaminũ die vlt Febr. An. 1482 Confirmante Carolo 8. rege die 22. Iulij An. 1484. Et Camera Computorũ modificante die 18. Aug. Eod. An.

nummariue subsidij cuiussuis secundùm ciues Dionysianos. Quo de priuilegio istius Tabulæ Ludouici visuntur in monumētis Cœnobij & oppidi Dionysiani, exaratæ Mense Decemb. An. 1482. ac ilicò post in Senatu promulgatæ. 6. Idus Ianuar. Tùm in summa Curia publicorum vectigalium Pridie Kal. Martias Eod. Anno. Nec minori dehinc benignitate Karolus. 8. rex talia sanxit Oppidanorum priuilegia, iussitque perpetuò obtinere. Literis. 4. Idus Quintiles An. 1484. quas Præfecti ratiociniis Principalibus in sua Acta regesserunt. 15. Kal. Septembr. An. prædicto. Sed ne à proposito sacræ Ecclesiæ tractatu digrediar, en tibi priuilegiaria Karoli Calui in Templum Dionysianum Chartula, Augustæ pietatis certissima testis obsesque. *In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Karolus Dei gratia Francorũ rex. Si erga loca diuinis cultib. mācipata propter amorē Dei eorumque in eisdē locis famulantium, beneficia oportuna largimur, præmium æternæ remunerationis recipiendi non diffidimus. Idcirco, notum sit omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris tam præsentibus quàm futuris, Quia vir venerabilis HLudouicus Abbas ex monasterio S. Dionysij martyris, vbi ipse excellentissimus Martyr cum Sociis suis corpore requiescit, detulit obtutibus nostris quasdam auctoritates aui nostri excellentissimæ memoriæ Karoli, necnō domini & genitoris nostri HLudouici bonæ memoriæ serenissimi Imperatoris, in quibus continebatur insertum, qualiter ad petitiones seruorum ibidem Deo famulantium concessissent omnes theloneos, vel barganaticos, siue pontaticos, vel pulueraticos seu rotaticos, cispitaticos, salutaticos, mutaticos, vel reliquas exactiones de omnibus nauibus, quæ per vniuersa flumina tam per aquã vltra Ligerim, tam ad surrectũ quàm & ad descensum nauigare videbantur, nec non de omnibus carris & sanguinariis qui pro eorum vtilitate ad Massiliam vel ad petariam, seu per diuersos portus aut ciuitates, castella, vel vicos publicos siue mercatus negotiandi gratia aduenissent, nemo theloneum ex his nec de hominibus eorum qui super terram S. Dionysij commanere videbantur, exigeret, pro firmitatis tamen studio deprecatus est idem venerabilis HLudouicus Abbas, vt morem paternum atque aui vel prędecessorum Regum sequentes; huiusmodi auctoritatis nostræ præceptum ob reuerentiam sancti* Dionysij *circa ipsum Monasterium fieri censeremus. Cuius cum aliis petitionibus liberum assensum præbentes hoc nostræ auctoritatis præceptum firmitatis gratia pro diuini cultus amore & animæ nostræ emolumento fieri decreuimus per quòd pręcipimus atque iubemus, vt nullus iudex publicus vel quilibet ex iudiciaria potestate, de nauibus eius quæ per diuersa flumina imperij nostri tam ad surrectum, quàm & ad descensum discurrunt, & de carris vel sanguinariis atque hominibus ipsius qui per ipsam casam Dei pererrare noscuntur, vbicunque aduenerint tam in ciuitatibus, castellis, vicis publicis, portis, portibus, vel reliquis mercatibus, seu de hominibus eius cæteris, qui super eius terram commanere videntur, vel in eius villis vel agris, nec de hominibus qui afforis in eius villis ad negotiandum vel vina comparanda aduenerint nullum theloneum, vel barganaticum, nec rotaticum, nec pontaticum, nec cispitaticum, nec puluera-*

Rescriptum priuilegiarium Caroli Calui Franciæ regis pro abbatia S. Dionysij ad Parisios Die 21. Ianua. An. 845. qui fuit quartus regni eius Caroli postea Imperatoris, mortuo Ludouico Imp. ex fratre nepote.

ticum, nec salutaricum, nec mutaticum, nec ad nostrum opus nec ad vestrum, nec ad iuniores nostros vllo modo exigere aut exactare præsumatis. Sed quicquid Fiscus noster ad partem nostram exinde poterit sperare, ad ipsum sanctum locum sit concessum atque indultum, vt videlicet nostris futurisque temporibus, sicut ab anterioribus decessoribus nostris siue ab auo, vel etiam à genitore nostro concessum ac confirmatum est, ita deinceps per hanc nostram auctoritatem stabile atque inconuulsum permaneat, qualiter de iis quæ collata sunt, & luminaria Ecclesiæ foueantur, & hospites recipiantur, & pauperes recreentur, & Clerus commodissimè suffragatus pro nobis, coniuge, prole, domóque, atque totius Regni à Deo nobis collati prosperitate iugiter Dei implores misericordiam. Et vt hæc nostræ concessionis vel confirmationis auctoritas pleniorem in Dei nomine firmitatis vigorem, & à fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris, præsentibus scilicet & futuris veriùs certiúsque credatur, atque diligentiùs conseruetur, eam manu nostra subterfirmauimus & anuli nostri impreßione signari iußimus. Signum (K ls) Karoli gloriosißimi regis. Regenfredus notarius ad vicem Ludouici Abbatis recognouit. Data 12. Kal. Februarij anno quinto, Regnante Karolo glorioso Rege. Indictione. 7. Actum Compendio Palatio regio. In Dei nomine fæliciter. Amen.

Expeditæ Literæ lo Compendiensi vrbe, à Compiegne, vbi Rex tum agebat.

Numerosam sectam Fratricellorum de opinione nuncupatorum Iohannes. 22. PP. edicto Apostolico sub Tit. de Religiosf. domib. In Extrauag. dissoluit. Hinc illa vastissima opinionū sylua enata est de Christi & Apostolorum paupertate, quā Pontifex ille conuellere tentauit, occultè dānatam tribus Constitutionibus De Verb. Significat. legendis.

* Amor pecuniarum & diuitiarum.

TALES verò prædiorū, immunitatúmque in Ecclesiam erogationes non eò tendunt, vt Clerici toto pectore in profanarum amplificationem opum incumbant: sed vt rei familiaris cura soluti ac vacui liberiùs otium foueant literarium, & in vna æternitatis contemplatione versentur. Fraterculorum certè iampridem explosa sententia est, qui diuitias Ecclesiasticas fando, scribendóque damnabant, purpuram, nummos, dominatum, à Religione aliena esse prædicabant, nec vllum sacerdotibus ius esse facultatum potiundarum. Iohanne. 22. rem Christianam moderante. Vt P. Æmylius refert. Enimuerò vitanda * φιλαργυρία, & inexplebilis cupiditatis sitis: hoc odio digna maiore, quò minùs sacrarum opum domini sunt liberíque arbitri sacerdotes, at nudi velut alienæ rei dispensatores atque administri. Nam antiquos Patres, Ecclesiæ lumina respicienti, non aliud ipsorum studium fuisse videri solet in sacra Gaza tractanda, quam vt in egenos dietim huiusmodíque pios vsus illam impenderent. Diuus Ambrosius postquam enixè tutatus est apud Valentinianum Cæs. Ecclesiastica patrimonia, quæque priuatorum donatione vel legato conferebantur in Christianos sacerdotes sua tempestate, hæc subiunxit de eatundem dispensatione fortunarum. Nihil Ecclesia sibi nisi fidem possidet. Hos reditus præbet, hos fructus. Possessio Ecclesiæ, sumptus est egenorum. Numerare liceat quos redemerint Templa nostra captiuos, quæ dederint alimenta pauperibus, quibus exulibus viuendi subsidia ministrarint. Epist. 2. ad Valentin. Ponatur ob oculos summum illud par amicitiæ Gregorius & Basilius Græci, eorúmque ætati suppares

Ambrosius ibidē mirè fouehitur in gentiles & gentiliū phanorum ministris legata vel donata prædia, quæ vulgo recipiebātur, quūm tamen in Ecclesias collata reprobarentur

pares Hieronymus & Augustinus, alíique partium Christianarum duces, quorum hodie responsis ad interpretationem diuini iuris vtimur. Sanè Valetudinarium Basilius excitandum curauit ex sacro ære, diuinisque vsibus dedicato. Splendidis enim Ædibus structis, atque annuis prouentibus constitutis, quos à diuitibus facunda oratione ad largitionem impulsis collegerat, ægrotos omnes in vnum coëgit, Pauperúmque gymnasia, hæc loca appellauit. Quo in sancto opere Basilius adiutorem habuit Gregorium, laborísque participem. D. Augustinus domum, villam seu agrum coëmere voluit nunquam, sacras pecunias egenis passim distribuens: quippe qui prudenter expenderet, maximum omnium mandatorum esse, inopum alendorum studium, Deíque magnificentia & libertate dignum. Auctore Possidonio in Vita Augustini. Ita autem vir sanctus, remotis arbitriis, erogabat nummos Ecclesiasticos, vt facilè perspiceres non Pharisäicam iustitiam, sed merè Christianam pietatem, miro iudicio ac mansuetudine conditam & temperatam. Moriens etiam Ecclesiæ bibliothecam legauit, omnésque Codices diligenter posteris custodiendos commisit, cuiusmodi religiosæ piæque mentis exempla non modò Clericis ipsis scripta sunt, at Christianis quoque omnibus, ad teterrimam animorum pestem Auaritiã depellendam. Hodie tamen senescente cum æuo charitatis feruore, mortalium omnium studia fermè eodem spectant patrimoniis augendis & propagandis, facultatibus cumulandis intenta acerrimè. Ex quo pariter affines nostri priuatim dehortantur nos identidem, ne forensibus negotiis lucubratiunculas istas literariámque scriptionem interponamus, quasi Oeconomiæ noxiam census ampliatrici. Sic Valerium Flaccum, qui edidit Argonautica, Martialis liberè monuit Disticho sequenti, vt relictis Musis, atque otio, versaretur in Foro & causis agendis: quoniam Poëtarum vigiliæ parui censerentur.

Gregorius Naziãzenus, ab Asiatica vrbe Nanziaozo secundæ Cappadocum prouinciæ, quæ illi patria obtigit, cum in Græciam ac florentem Athenarum vrbem venisset studiorum ac literarum nomine, Magnus quoque Basilius Byzantio, eiusdẽ eruditionis gratia, Athenas appulit: Vbi vitæ consuetudinem, & contubernij necessitudinem inter se contraxerunt. Nam & vna eademque fide collustrati erant, & pari virtutis amore flagrabant.

Prima peregrinos obscœna pecunia mores intulit, & turpi fregerunt sæcula luxu Diuitiæ molles. Ex Iuuenali.

Valerius Flaccus mediocri censu ac penè tenui extitit: In cuius obitu multum fuisse amissum queritur Fab: Quintilianus. Eiusdẽ vitam descripsit Petr. Crinitus li. 4. de Poetis Latin. Cap. 66.

O mihi curarum pretium non vile mearum,
Flacce Antenorei spes & alumne laris:
Pierios differ cantúsque chorósque sororum,
Æs dabit ex istis nulla puella tibi.
Quid tibi cum Cyrrha? quid cum Permesidos vnda?
Romanum propius diuitiúsque forum est.
Illic æra sonant, &c.

Nobis verò & Politica isthìc tractantibus, nec Politicæ interim desertoribus occupationis Fori minùs vitio vertentur forsitan domesticæ hæ Forensium rerum commentationes: eo animi decreto succisiuis susceptæ horis, vt in publicum referremus, quod publico vicissim, forensíque Vsui acceptum ferre nos ingenuè profitemur. Quin teste Aristotele communium rerum cõmunis cura esse,

Scilicet est cupidus studiorum quisque suorum, Tempus & assueta ponere in arte iuuat. Ex Nazonis 1. de Ponto.

vel priuato homini deber: nec quisquam ciuis suum se, suíque iuris esse, at Reipubl. omnes existimare debent. Quippe cùm singuli in Ciuitatis parte numerentur, & cuique parti à natura tributum sit, vt vniuerso consulat. Lib. 8. Politic. Capit. 1.

Priuilegiarium Rescriptum nundinarij Mercatus annui, in suburbiis S. Germani Parisien. promulgatũ in Camera Computorum Die. 9. Septẽb. Ao. 1486 Et in Curia Iuuaminum die 23. Sept. Eod. Ao. Sed eiusmodi Nundinæ prius assignatæ a Lodouico 11. Rege in mense Octobri instar nundinarum D. Dionysij in Francia translatæ sunt a Carolo 8. in Mensem Februariũ cuiusque anni, cum iisdem tamen priuilegiis, quibus a Dagoberto rege datæ sunt nundinæ sancti Dionysij.

FISCALI portorio ac indictioni non modò eximuntur Clerici 21
Regia Iudulgentia, verùm & plebeij nonnunquam in Ecclesiæ ipsius gratiam. Etenim Ludouicus. 11. Princeps noster ius publici Mercatus ita concessit Monachis templi Germani Parisien. vt simul & Nundinarij fori mercatores solueret omni vectigalium onere ac præstatione: quò istius Emporij celebritas atq; frequentia maiorem pariter rei nummariæ vtilitatem adferret Iuridicis loci dominis Cœnobitis. Diplomate Mense Mart. An. 1482. Quod triennio post Karolus. 8. confirmauit Mense Februar. An. 1485. Indéque Lutetiani Rationales. 5. Idus Septemb. Anno insequenti: ac Vectigalium Iudices. 9. Calend. Octob. Eod. Anno. His planè respondet Curiæ decretum extemporale, pro libero negotiatorum commercio, qui ad eas commeabant Nundinas, mercésque

L'eglise collegiale de S. Bernard de Romans est dés mille ans sçut, dame de toute la Seigneurie de la ville & territoire de Romans en Dauphiné. Entre autres par ancien accord & transaction de l'an 1274. Die Iouis ante festum Pentecostes, *sur le different d'entre l'Archeuesque de Vienne & le Chappitre de ladite Eglise terminé par Guido Euesque d'Auuergna à ce deputé par Gregoire 10. Pape, il y a plusieurs articles de reiglement accordez & arrestez, auec ceste clause,* Ordinamus prout iuris est, quod Clerici, & eorum bona sint immunes ab omni collecta & taillia, ad ordinaria tamen munera prout iuris est teneantur. *Autre Chartre de transaction faite par ledit Chappitre auec Humbert Dauphin de Viennois l'an 1348. le 12. d'Auril contenant grand nombre d'articles de Seigneurie, iurisdiction & toute auctorité en la Ville & territoire de Romans, sans laquelle mesmes n'y peuuent estre imposées tailles. Tous lesquels droicts & marques de pleine Seigneurie & iustice seculiere dans Romans, ledit Dauphin confirme ausdits Secretain, Chanoines & Chapitre de Romans, ausquels il donne encores la mestre de sa bastide & chastean de Pozanson pres ladite ville de Romans. Ladite transaction confirmee par le Dauphin Charles 5. en Octobre 1358. & par le Roy François 1. l'an 1515. en Mars à Lyon.*

Il y a aussi Arrest du Parlement de Grenoble du 19. Decembre l'an 1591 pour ledit Chappitre de Romans, contre les consuls & habitans de ladite Ville, sur les productions des parties, par lequel lesdits Chappitre & Chanoines sont maintenus & gardez en possession de liberté & franchise de toutes tailles & impositions, & ordonné qu'ils seront rayez du roolle desdites tailles, fait par lesdits consuls, qui sont condamnez en leurs despens, dommages & interest, & à rendre ce qu'ils auroient leué desdites tailles & impositions.

Arestum die 7. Febr. 1576.

isthuc conuehebant. 7. Idus Februar. An. 1576. Me, Rothomagensium mercatorum, & Alberto, publicanorum causidicis. Scilicet vt nundinarij mercatores venalia sua liberè educerent ac reducerent nullo portorio, nullo vectigali. Rursùs profani ordinis hominibus largiti sunt Principes aliquando patrimonialium munerum vacationem, Ecclesiæ ipsius intuitu, aut pij ministerij ab illis præstiti in cœlestis Numinis cultum. Nam Philippus. 1. Rex Gallus perpetua tributorum immunitate donauit Odonis Maioris liberos, posteróśque omnes: Quia sacram peregrinationem, quam ille vouerat, iniisset iste, sacra pera ac scipione sumpto ab hoc viatore in Asiam, ad sanctum monumentum ex Regio voto inuisendum. Augusta verò hæc patrimonialium onerum exemptio mirabilior eò videri possit, quòd Priuilegia vulgò personalia sint, priuata, ac temporaria, non hæreditaria atque perpetua. Ex Responso Vlpiani Lib. 3. Opinionum In L. 1. ff. De Iure Immunit. Sed quemadmodum Athenienses Harmodio & Aristogitoni datam immunitatem generi familiæque ipsorum reseruarunt nominatim, vt testatur Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνην. Ita Reges nostri Priui-

Priuilegium autem immunitatis simpliciter concessum alicui an transeat ad liberos vel ad vxores eorum viduas, excutit Cinus in l. 2. Cod. de Episc. & Cler. Bart. in l. semper §. Immunitati ff. de Iure immunit. Generaliter verò data immunitas nõ extenditur ad munera realia & patrimonialia, nisi eorum specialis mẽtio facta sit. L. His honoribus ff. De vacat. & excus. mun. Item hæc immunitas nõ porrigitur ad honores l. Cos muneris ff. de Muner. & honor.

Priuilegium infrascriptum, quod piæ causæ titulo Odoni indultum est, continua stirpis successione ad nepotes transmissorium sanxerunt, quasi hæreditariam Palmam: quam vti peregrinationis consummatæ signum viatoris posteri hoc simbolo retinuêre. Immunitatis verba sic recitantur à tribus Lutetiæ Cœnobiarchis sani Maglorij, D. Victoris, & S. Genouefæ, Regij lectoribus Priuilegij testibúsque oculatis. *Notum fieri volumus vniuersis, quòd Odo Maior de Challo nutu diuino concessu Philippi Franciæ Regis, cuius famulus erat, ad Sepulchrum Domini perrexit, qui Ansolidum filium suum, & quinque filias suas in manu & custodia ipsius Regis dimisit; Et ipse Rex pueros illos in manu & custodia recepit & retinuit, concessitque Ansolido & quinque præfatis sororibus suis Odonis filiabus pro Dei amore & sola charitatis gratia, & Sancti Sepulchri reuerentia, quòd si hæredes masculi ex ipsis exeuntes fœminas iugo seruitutis Regi detentas matrimonio ducerent, liberabat, & à vinculo seruitutis absoluebat. Si verò serui Regis fœminas de genere hæredum Odonis maritali lege duxissent, ipse cum hæredibus suis de seruitute Regis essent. Rex autem hæredibus Odonis & eorum hæredibus Marchiam suam de Challo & homines suos custodiendos in feodo concessit: Ita quòd pro nullo famulorum Regis, nisi pro solo Rege iustitiam facerent: Et quòd in tota terra Regis nullam consuetudinem darent. Rex verò tunc temporis præcepit famulis suis de Stampis, vt custodirent Challo Cameram suam, quia Challo debet custodire Stampas, & earum curam seruandarum vigilanter habere. Et vt hæc libertas & hæc pacta firma & inconuulsa permaneant, memoriale istud inde fieri, & nominis sui charactere seu sigillo signari, & præsente propria manu sua, cruce facta, corroborari præcepit. Adstantibus de Palatio eius quorum nomina subtitulata, & signa. S. Hugonis tunc temporis Dapiferi, S. Guastionis de Pistia-*

Tabulæ antiqui Priuilegij exemptionis vectigalium concessæ à Philippo. I Francorum Rege Eudoni Lemaire, & eius stirpi vniuersæ.

Antiquitùs conuentiones partium, Priuilegia & Acta alia, vt plurimùm, expediebantur coram Prælatis Ecclesiarum, vtpote Episcopo vel eius Officiali, aut coram Abbatibus, qui contrahentium, præcipuè Magnatum mutuos consensus in scripta redigebant. Vt constat ex hac & innumeris aliis veteribus Tabulis, quas aliquandò perlegimus.

Hic Philippus. I. Rex coronatus est An. 1059. Henrico I Rege patre viuo & iubente. Tumulatus est autem Philippus in Monasterio S. Benedicti supra Ligerim.

Arrest de la Cour du 8. Aoust, 1598. sur l'appel de la sentence des Requestes de l'Hostel, du 6. Iuin 1597. au profit de Iulien Berthier Procureur du Roy au Bailliage de Nemours, comme estant de la lignee de Chalo S. Mas, touchant l'exemption des tailles, contre les habitans de la ville de Nemours.

Autre arrest du Parlement du 27. Iuin 1598. touchant les tailles & subuentions, au profit de Hierosme Troussart comme estant de ladite lignee, contre les habitans de la paroisse de S. Saturnin de la ville de Chartres, les Escheuins de la ville ioincts auec eux, en confirmant la Sentence des Maistres des Requestes de l'Hostel du 14 Feburier, 1597. par laquelle est dit que Troussart iouyra de l'exemption & sera rayé du roolle des subuentions leuees en ladite ville de Chartres, & deffenses de plus l'y appeser, sauf pour les fermes, si aucunes il auoit tenues ou tiendroit, & trafic qu'il auroit fait ou feroit, pour raison dequoy ledit Troussart sera compris ausdits roolles, & cottizé par iceux en esgard ausdits trafics & fermes.

Trois Arrests du grand Conseil en reiglement de Iuges des 11. d'Aoust, 1587. du 8. Mars, 1588. & du 10. Nouembre, 1594. que mesmes en faict d'Aides les causes desdits priuileges de Chalo S. Mas, sont renuoyees contradictoirement aux requestes de l'Hostel, & non en la Cour des Aydes, où les fermiers demandoient leur renuoy. Le premier desdits Arrests donné contre Iacques Prouençal fermier des huict & vingtiesme des vins venduz à Estampes, demandeur en reiglement de Iuges pour le differend des deux Cours de Parlement & des Aydes, au profit de Iehan Houy, Pierre de Poigny, & Mathurin Lucas de la franchise de Chalo S. Mas, deffendeurs. Le second entre Rolland Hatte Notaire du Chastellet, lignagier de Chalo S. Mas, demandeur en requeste de cassation de procedures, contre Charles le Grand, Esleu de Paris, & Pierre Thomas, fermier du Huictiesme du petit Pont. Le troisiesme Arrest pour Lyon Hersant, Iehan Salot, & Loys Comsier lignagers de Chalo S. Mas, demeurans à Chartres demandeurs audit reiglement de iuges, contre Pierre Barré fermier des entrees des vins dudit Chartres.

Patentes de declaration du Roy du 11. Mars 1587. enregistrees au Parlement, le dernier Auril audit an, portant interdiction à la Cour des Aydes de cognoistre aucunement de la franchise de Chalo S. Mas.

Arrest du parlement de Paris du 21. d'Aoust 1599. au profit de Claude Voisin priuilegié de la lignee de Chalo S. Mas, contre les manans & habitans de Thoury, sur l'appel de la sentence des Maistres des requestes de l'Hostel, du 18. May, 1598. touchant l'exemption des tailles.

Autre Arrest de la Cour du 27. Mars, 1599 pour Lyon Hersant, & deux autres de Chalo S. Mas, contre les fermiers de l'entree du vin en la ville de Chastres soubz Montlehery, sur l'appel desdites Requestes de l'Hostel.

Mais il y a un Arrest du 2. Iuin 1601. au rapport de Monsieur Faye à la grand Chambre sur lettres Patentes du Roy, du mois de Mars, 1600. & du mesme mois 1601. abrogatiues de tous les Priuileges de Chalo S. Mas. Par lequel arrest ceux de ceste lignee seulement qui viuent sans trafic, sont exempts & priuilegez, sçauoir est ceux qui ne sont marchans ordinaires, pour le regard desquels, ils iouyront selon les Arrests & reiglements de la Cour, aux restitutions portees par iceux Arrests.

Finablement sur nouuelles Patentes du Roy de suppression de tous Priuileges de Chalo S. Mas, & apres sept iussions faictes à la Cour, elle a tout abrogé & aboly, par Arrest du commencement du mois de Iuillet 1602. au rapport de Monsieur Faye.

co Constabularij, S. Pagani Aurelianen. Cubicularij, S. Guidonis fratris Galerani Camerarij. Actum Stampis Mense Martij in Palatio. Anno ab Incarnatione. 1085. *Anno verò Regni eius* 25. *Ego Frater Andræas B. Maglorij Parisius humilis Abbas testificor me vidisse priuilegium illustrissimi regis Philippi, & verbo ad verbum legisse, prout continetur in præsenti scripto. Ego frater Anselmus S. victoris Parisius humilis Abbas testificor me vidisse priuilegium illustrissimi regis Philippi, & verbo ad verbum legisse, prout continetur in præsenti scripto. Ego Frater Theobaldus S. Genouefæ Parisius humilis Abbas testificor me vidisse priuilegium illustrissimi regis Philippi, & verbo ad verbum legisse, prout continetur in præsenti scripto.* Eo fermè modo Innocentius 3. P. P. narrat, quatuor Abbates inspiciendis Monialium Priuilegiis quarumdam Germanicarum præpositos fuisse, illorúmque fidem suo annulo signatorio fecisse posteritati. Cap. Cum dilecta De confirmat. vtili vel inut.

Philip. Valesius Francor. Rex verifficari iussit antiquius Priuilegium *de Eude Le maire dict Chalo S. Mas* per magistros requestarum Hospitij sui.

Die 29. Oct. 1483.

Rescriptum Ludouici 12. Die 2 Sept. 1498. Constitutio Francisc. 1. Regis die 19. Ian. 1540. moderatrix Priuilegij posteris Eudonis *Le maire* attributi.

Verifficatio in Parlamento, priuilegiorum *de Chalo S. Mas*, die 6. Septemb. An. 1566.

GENTILITIÆ huius Immunitatis codicillos probauit Valesius Rex, haud præcipiti quidem iudicio, sed testibus inquisita re diligenter, ac explorata cognitáque veteris Instrumēti fide per Magistros Libellorū supplicum in Prætorio: Quibus id negotij fuerat à Principe demandatum Mense Decemb. An. 1336. Confirmata denuò est hæc vectigalium tributorúmque vacatio à Iohanne. 2. Rege Mense Nouembri An. 1350. Carolo. 5. Mense Aprili. An. 1366. Carolo. 6. Mense Sextili An. 1394. Karolo. 7. An. 1436. à Ludouico. 11. Mense Ianuario An. 1461. A Carolo. 8. Quarto Kalend. Nouemb. An. 1483. Qui iisdem Tabulis causæ cognitionem de Priuilegij interpretatione detulit supplicum libellorum in Regia Magistris. Renouata demùm prisca immunitas Ludouici. 12. Rescripto Idibus Sept. An. 1498. sed quam Franciscus. 1. Edicto constrinxit. 14. Kalend. Februar. An. 1540. vt illa pro rebus duntaxat locum haberet, quas quis suo vsu domum deduceret. Ex ea Odonis priuilegiaria gente traxit coniunx nostra originem. Vnde communes liberi, ac nepotes gradatim, reliquorum gentilium more, fruentur Principali immunitatis beneficio; quandiu patrias Leges Gallica Tribunalia conseruarint. Etsi enim generi, posterísque data immunitas, ad eos qui ex fœminis nati sunt, non pertineat. Vt placuit Vlpiano l. 1. π. De iur. immunit. Quoties tamen fœminarum legislator meminit perinde ac masculorum, idem vtrobiquè priuilegium custoditur, eóque iure hactenùs vsi sumus. Priuilegio item soboli ac proli concesso, veniunt fœminæ, prolis nomine vel sobolis. l. 5. Cod. De natural. Lib. l. l. vlt. Cod. de Bon. proscript. l. 1. Cod. Ne rei domin. vel templ. Bald. in l. 1. Cod. de Priuil. dot. Atque ita Senatus Regiis literis calculum adiicere non dubitauit, quæ familiarem hanc, de qua agimus, vectigalium exemptionem probabant. Aresto postridie Nonas Septembres An. 1566. 22

Cum

Cùm exceptione tamen Edicto præscripta An. 1540. quod quidem Edictum Patres C. promulgarunt.6.Idus Februar.Eod. An. Vnum restitit ad hanc ferè diem controuersum de talis Priuilegij iudicibus constituendis. Nam regij Vectigalium magistratus cognitionem istam sibi arrogarunt in ea tributorum specie quæ indictiua erat oblationalis, seu aduentitia: (*des tailles, & aydes.*) Quùm de altero vectigalium genere, quod Francici Sceptri patrimoniale est ac profectitium, dubio procul cognosceret Libellorum supplicum Præfectura. Secundùm quam vectigalium distinctionem Senatus haud semel pronuntiauit. Decreto. 7. Idus Septembres An. 1507. Iohanne *de Challons*, & Lardino Coupelleo litigatoribus. Tum. 6. Idus Apriles. An. 1508. inter Ludouicum Tiersetum, & Iohannem Hebertum inuicem contendentes. Alio deinceps Curiæ iudicio. 3. Idus Decembres An. 1531. quùm Brodeus, appellantis: Bougueriús, aduersarij: & Aligretus Fisci causam orassent. Princeps tandem sacro Diplomate auctor fuit Patribus censendi, Priuilegiariis vt iis soli ius dicerent Præfecti libellis supplicibus in Regia, nullo habito multiformis vectigalis delectu. S. Consulto. 4. Nonas Quintiles An. 1573. ex lite mota inter Vilhelmum Houlleum mancipem publicorum, & Nicolaum Mauclerum Odonis Maioris gentilem, eóque priuilegiarium, cui Nos hac in lite aduocationem præbuimus. Priuilegij autem derogatorios Codicillos cum S.C. Parisiensi citauimus Lib. 1. nostri Tractatus De Legibus Andium. Cap. 8. Artic. 7. Quibus tamen nequicquàm obstantibus, postmodùm declarauit Princeps, talem immunitatem ad omne genus vectigalia produci debere, vinarias vt pote indictiones, seu octauam, & vicesimam vinarij pretij partem: licet nummaria hæc subsidia instituta sint longo post antiqui Priuilegij munus interuallo. Principali Rescripto. 6. Kalend. Septembres An. 1585. quod Senatus actùm pro libertate comprobauit. 3. Idus Februar. An. 1586. Nec eo seciùs, quiritante publicorum mancipe & redemptore vectigaliũ, Curia censuit ampliùs deliberandum 9. Calend. Sextiles Eod. Anno: quùm Durandus, & Mornacus forenses patroni litigatorum causam egissent.

Arestum publicationis in Curia Edicti regij die. 8. Febr. An. 1540.

Esleuz pour le Roy sur le faict des tailles & aydes.

Magistri requestarũ Hospitij Regis.

Aresta die 7. Sept. An 1507. Die 8 Apr. An. 1508. die x1. Dec. An. 1531. Quibus cõsimilia sunt Aresta die 1. April. 1522. & die. 29. Mart. An. 1516.

Placitum Curiæ die 4 Iulij. 1573.

Literæ patentes confirmationis priuilegiorum *de Chalo S. Mai*, Mense Martio An. 1559. die vlt. Augusti. 1560. Et Mense Mart. An. 1575. Regiæ literæ die, 27. Augusti An. 1585. Publicatæ in Parlamento die x1 Feb. An. 1586. *Appoincté au Conseil en Parlement*, Die. 24. Iulij An. 1586.

Simpliciter data munerum vacatio non intelligitur de muneribus ordinariis, sed de extraordinariis. l. Hi qui muneris ꝟ. De vacat. & excusat. muner. l. Cui muneri ꝟ. de muner. & honor. l. 1. C. de vacat. publ. mun. Bartolus fusè in l. hi qui ꝟ. De iur. immunit. Sabaudię Dux, Decisiones Pedemõtani Senatus ab Octauiano Cacherano domino Ozasci in eod. Senatu Præside concinnatæ.

23 POSSESSIONVM denique onera alia ordinaria sunt, quæ & canonica vocantur: alia extra ordinem dicuntur. Ab illis nulla immunitate suffulti sunt Ecclesiastici Ab his, contrà, nisi ob causam valde necessariã Reipub. iniũgãtur. l. Iubem⁹. l. nullã Cod. De sacros. Eccles. Quibus Romanorum Principum sanctionibus haud refragatur Friderici 2. Constitutio, quæ cum hac exceptione intelligenda est. Authen. Item nulla Cod. De episc. & cler. Eam Honorius. 3. P. P. à Friderico obtinuit, Leuitico Ordini mirè fauorabilem, quo die Cæsarem ipsum Pontifex Augustorum infulis insignibúsque decorauit. Ita fremente Allobrogico bello, Sebusianus Regulus decreuit in Sacerdotes, habito Vercellis Procerum

Statuta Comitatus Prouinciæ, in Francia. Nûm verò successori in Comitatum Prouinciæ liceat reuocare donationes, aut priuilegia Ecclesiis vel Ciuitatibus concessa ab antecessore, disputatum est à Bertrando in Consil. 134. Tomo. 3. in specie donationis factæ a Renato Andegauo Siciliæ rege Prouinciæ Comite variarum immunitatum & libertatum Aquensibus oppidanis: quas illius successor Carolus ex fratre nepos iis adimere cupiebat. Adimi non posse Bertrando visum est.

concilio, æs militare ab illis vnà cum reliquis Pop. classibus conferri. An. 1554. Vt refert Ozascus Subalpini Senatus Præses, Decis. 68. Ac in Phocensi quidem Galliæ Prouincia, annuæ indictiones, quæ imponuntur personis pro rebus, à Clericis penduntur, non minùs quàm à Plebe, sed pro modo duntaxat ignobilium Ecclesiæ possessionum, non clientelarium. Sicuti Prouinciæ Constitutionibus cautum est, quas Ludouicus Massæus in Aquensi Senatu patronus Commentariis illustrauit. Hoc autem *Statutum* beneficiarios gentilésque fundos definiuit isto casu, qui Dominica redimendi potestate ad Ecclesiam reuertantur, emphyteutica, aut commissoria Feudi lege. Eum in sensum trahitur Gratianopolitanæ Curiæ decretum, quod Vido Papa commemorat, Decis. Delphinali. 384. ac Bertrandi Responsum. 118. & 160. Lib. 1. Massiliensis enim illius oræ Templa nobilibus quódam prædiis ditionibúsque aucta sunt à Regulis ipsis Galliæ Narbonensis. Ildefonsus Prouinciæ Comes pio munere contulit in Raymundum Foro Iuliensem Episcopum sacrámque eam Sedem Dominica iura in subditos, & iuridicum adeò Comitis imperium intra fines Episcopatus. Die 13. Nouemb. An. 1203. Cuiusmodi donationem Berengarius confirmauit, successor Phocensis prouinciæ Princeps. Sextili Mense An. 1224. Ex Stephani Bertrandi responso. 276. In. 3. Parte. Sic magnifica Arx Salonia cum adiacentibus latifundiis olim donata est Ecclesiæ Arelatensi à Romanis Augustis optimo maximo iure ac conditione. Hinc Arelatensem pontificem Bertrandus Principem vocari solitum tradit. Respon. 331. Parte. 3. Et verò Arelatensi Archiepiscopo rescripsit olim Innocentius. 3. Cap. Cùm dilecti De Accusat. Posteriores, ad hæc, Massilienses Prouinciæ Comites Imperialia iura sibi adsciuère in eo Territorio, siue horum effusas in Clerum largitiones, siue alia maioris potestatis Insignia spectaueris. Quemadmodùm scribit Oldradus in Respon. exordiente, factum tale est. Quædam vniuersitas, seu Syndici, &c. Ac nominatim Stephanus Bertrandus Responso. 3. & 227. In. 3. Parte Consil. vbi de Iano Andegauo Renato Andegaui, Comitis Prouinciæ notho.

Bertrandus in eo Cōsil. 227. loquitur de Renato Siciliæ rege, & Prouinciæ Comite, qui legauerat Iohanni de Andegauia filio suo naturali ex soluta, non tamen ex soluto. Sed quia Renatus non agnoscebat superiorem, & iura Imperialia putabatur obtinere in suis Comitatibus Prouinciæ, & Forcalquerij, ideò responsum est, legatum à Renato factum filio suo, quamuis spurio valere, nec testatorem subditum fuisse iuri Authentic. Ex complexu Cod. de incest. nupt.

Minime igitur nouum sit, Sacerdotes Narbonensis Prouinciæ 24
ex prædictis illustribus fundis ac beneficiariis vulgarium indictionum lege non teneri: quarum tamen illi solutionem detrectare nequeunt pro modulo ignobilium prædiorum. Delphinates autem prouincialibus finitimi alio iure vtuntur. Quamuis enim patrimoniales vtrobíque habeantur indictiones & solariæ, non personales: Ex patrio vsu Regiis Codicillis sancito Pridie Calend. Octobres An. 1550. Haud ideò certè Nobiles viri, Sacerdotes, alijque legum immunitate præditi adstringûtur indictæ à Regibus pensitationi: Vt pote quæ eatenus prædiaria dicatur magis quàm personalis, quod non in personæ domicilio, sed in patrimoniorum situ à plebeiis sit exoluenda. Vidi Papæ Decis. Gratianopolitana. 376. cum sequent.

Regiæ Literæ die vlt. Septemb. An. 1550. De taillis Patriæ Delphinatus.

Ecclesiæ tamen firmarij vel coloni non vtuntur eius priuilegio, ne gabellas, tallias, vel decimas soluant, quibus exempta sit Ecclesia, tametsi in ius Ecclesiæ succedêtes. Glos. & Doct. in Clem. Præsenti De censib. Bart. Et Castr. in l. licitatio §. fiscus Cum §. mercatores ff. de Publican.

sequent. ad vsque Decisionem. 404. Neque his dissentaneum est quod Bertrandus recensuit de Equitum ac Clericorum immunitate illa apud Delphinates. Responso. 123. Volum. 1. Gratianopolis item ciues eximuntur huic prædiariæ indictionis oneri. Vetusta eorum transactione cum minoribus aliquot Delphinatium oppidis, & Iano ac Hugone Viennensium Delphinis. An. 1314. & 1323. Iuxta quam Pactionem, Gratianopolitani Ciues iudicio obtinuerunt aduersus aliarum vrbium oppidanos contributionum petitores. S.C. Gratianopolitano. An. 1559. Nec eò seciùs pendebat hæc causæ liberalis quæstio apud Patres Prætorianos, inter Gratianopolis Allobrogum, & plerósque alios Delphinatium ciues. An. 1576.

Lis mota in Magno Regis Galli Concilio sur le fait de la contribution des tailles ordinaires, entre les habitans de Grenoble, & autres du Dauphiné.

Arrest du Priué Conseil du Roy du 18. Auril 1576. entre les trois Estats de Prouence, lesquels tous, tant Nobles que Clercs, ou Officiers des Cours, sont condamnez à contribuer auec ceux du tiers Estat, en toutes les charges du pays quelconques.

Chartre d'Humbert dernier Dauphin de Viennois, du 1. Septembre 1341. d'affranchissement de tous subsides, foüages, impositions & tailles extraordinaires à tous ceux du Dauphiné: Confirmee le 14. Mars 1349. Et par Philippes de Valois en Aoust 1343. Charles 5. &c. Henry 2. & 4. en Septembre 1595. Vray est, que ledit Charles par Lettres du 22. Aoust 1367. confirmees par son Fils en Auril 1381. preuost à la supplication des subiets Dauphinaux, & requeste des trois Ordres & Estats d'imposer sur eux la somme de 30000. florins, qu'ils ont donnee au Roy pour retirer les terres que le Comte de Sauoye luy occupoit, & aussi pour autres frais concernant la deffence du pays: Que par Edict donné au camp pres Hesdin le 5. d'Auril 1537. Verifié au Parlement de Dauphiné le 7. May audit an, & registré en la Chambre des Comptes, le 3. Decembre 1539. est dit, que pour les Estats, munitions & frais extraordinaires du passage des gens de guerre, & autres despenses qui seroient ordinaires pour les Estats dudit pays, pour les affaires du Roy & dudit pays, seroit faict imposition, cottization, & perequation par le Parlement & Chambre des Comptes, sur tous les habitans de Dauphiné, tant exempts de la contribution annuelle & ordinaire de don au Roy, de 20000. liures, que non exempts. Toutesfois sur vne assemblee des Estats practiquee l'an. 1553. & 1554. les priuilegez ont fait accorder à quelques upostes & gaignez du tiers Estat la descharge des deux autres Estats. En suitte dequoy, y a transaction desdits Estats portant ladite descharge & arrests du priué Conseil de Iuin. 1556. que d'oresnauant suyuant le consentement du tiers Estat, les Nobles tant d'armes que d'Officiers & les Clercs seront exempts de toutes contributions pour leurs biens, tant Ruraux, que Nobles, fors pour les reparations & entretenements des murailles, chemins, ponts, passages, fontaines, fours & autres semblables. Toutesfois sur la plaincte du tiers Estat, contre les deux autres, y a eu arrest du Priué Conseil du 9. Octobre 1595. où le Roy auroit retenu la cause en sondit Conseil, & que les parties y viendroient proceder.

Titulus. III.

DE VSV AC FRVCTIBVS SACRORVM PRÆDIORVM.

1. 2. 3. *Quotuplex vsus, & modus rectè dispensandorum bonorum Ecclesiæ.*

4. *Quibus, & quos in vsus applicentur fructus primi anni vacantis beneficij Ecclesiastici.*

5. 6. *De iure* Deportus *beneficiarij, quatenus procedat, & quousque.*

7. *Abbates S. Victoris Parisien. percipere primi anni fructus certarum præbendarum.*

8. 9. *Appariatio seu consociatio Principum à quibusdam Ecclesiis facta ad tuendas earum possessiones.*

10. *Annatæ Beneficiorum sublatæ.*

11. *Earum tamen vsus retentus ab Ordine S. Iohannis Hierosolymit.*

12, 13. *Clericorum temporalia bona profano Regum imperio subiici.*

14. *Principum liberalitate structa & ditata Ecclesiarum templa.*

15. 16. *Domos Canoniales non aliis, quàm Ecclesiæ Canonicis locandas vel concedendas esse.*

17. *Apostolic. Priuilegium pro Ambianensis Ecclesiæ Canonicis, de non residendo in aliis suis Beneficiis.*

18. 19. *Scholasticorum exemptio à residentia in suis Sacerdotiis.*

20. *Aula item Regiæ sacrificulorum.*

21. *Quibus accrescant absentis Canonici distributiones quotidianæ.*

22. 23. *Prębendarum æqualia inter Canonicos emolumenta esse debere.*

24. 25. *De Præbendis Ecclesiæ collegiatæ S. Martini Andegauen.*

26. *Curati Ecclesiæ iura Parochalia & fructuaria.*

27. 28. *Quomodò distinguantur & diuidantur parochialis Ecclesiæ obuentiones inter Curatum, & Matricularios.*

29. 30. *Quænam de iis Politia à Senatu præscripta sit Ecclesiis Lutetiæ collegiatis S.S. Benedicti, & Germani Auxerrensis.*

Secunda pars huius Libri in conseruandis fundis Ecclesiæ. Priori parte supra comparatis.

ONA ECCLESIÆ superiùs parta, nunc custodienda sunt, prudentérque dispensanda. Sacræ enim Oeconomiæ, vt prima pars in acquirendo posita est, sic proxima in conseruando: Quùm & seruandarum rerum maior, quàm quęrendarum habeatur industria. 1

QVADRIFARIAM olim distribuebantur Ecclesiastici reditus, 2
annuæque obuentiones: Vna Episcopo familiæque eius portio adsignabatur, alia Clero, tertia inopibus, quarta sacris ædibus reficiendis. Vt est apud Gregorium Magn. Regesti lib. 12. cap. 1. Indictione. 7. Nam initis primùm Christianæ Reipub. auspiciis, Episcopi non modò partem sibi vindicabant communium Ecclesiæ prouentuum, sed omninò quoque sacrarum opum curam gerebant. Id quod ab Ecclesiasticis scriptoribus traditum est. Sacræ Histor. Socratis Volum. 7. Donec Carthaginensis Synodus. 4. Episcopos coëgit Oeconomicam hanc Politiam abiicere, & lectioni vacare duntaxat sacræque concioni. Inde ad Oeconomos trãslata est Rei Familiaris Ecclesiasticæ procuratio. Deinceps autem profanis hominibus ei muneri præfectis ab Episcopo, grauiter expostulauit Hispanica Ecclesia in Diœcesanos Antistites, quoúsque Hispalensi Ibericorum Præsulum Concilio. 2. & Toletano. 4. decretum sit, ne Ecclesiasticos census denuò tractarent profani ordinis viri. Præter hæc, vacuarum Pastore Sedium Oeconomos cohibuit propemodúmque explosit Lugdunensis Synodus, tùm habita, quùm Gregorius. 10. maximum gereret Pontificatum. Cap. Auaritiæ de Elect. In. 6. Viduæ tamen Ecclesiæ reditus Oeconomi seruandos habuerunt, modò intra breue tempus, nulláque Iuris Ecclesiastici fraude ac captione. Vt est in Chalcedonensi Concilio, Actione. 15. Can. 25.

Concilio autem apud Meterh sancitum fuit, vt nullus Lusitanæ prouinciæ Episcopus a qualibet parœciana Ecclesia tertiam auferre præsumeret, sed quæ exinde nancisci posset, in sacræ basilicæ instaurationem insumerentur. Can. Priscis Causa. 10. Quæst. 3.

Hispanicæ Ecclesiæ Concilium in Hispalensi vrbe Archiepiscopali, à *Seuille*.

IN Gallia quidem, tales Oeconomi publici muneris titulo creati sunt à Principe, seu regij fundorum Episcopalium dispensatores: 3
qui

Arreſt de la Cour à la grand Châbre, du 3. Feburier 1601. plaidâs Maſſac pour Hilaire Vidart, Preſtre pourueu à Rome de la Cure d'Herine, dioceſe de Sens, comme vacante par le decés de Claude Arnoul, appellant comme d'abus de la prouiſion de ladite Cure faite par Anthoine de Morry grâd Vicaire de Regnaud de Beaune, nommé & Eſleu Archeueſque de Sés, Abbé de S. Iehan ſon annexe: & Martilière, pour Florentin le Gros intimé, & autres parties. Marion pour le Roy, qui a dit que par patentes verifiees en la Cour, defenſes ſont faites aux nommez par le Roy, aux Archeueſchez & Eueſchez s'entremettre du ſpirituel, ſinon que leſdits nommez ayent l'Ordre & conſecration Epiſcopale, & pouuoir ſpecial des Chapitres de ce faire, leſquelles deux exceptions ſe trouuent en la perſonne dudit de Beaune. Toutesfois ſoubz ombre qu'il n'a encores ſes Bulles, on appelle comme d'abus de ſa prouiſion des Cures. La Cour ſur l'appel comme d'abus, a mis les parties hors de Cour & de procez, Ordonne que les prouiſions des benefices contentieux tiendront, & ſur la complainčte a renuoyé les parties aux Requeſtes.

qui vacantis Eccleſiæ reditus quos percepiſſent, in Fiſcales rationes inferrent apud Præfectos Ratiociniorum. Edicto Menſe Maio. 1578. cui aſſenſi ſunt Magiſtri rationum Principalium. xi. Kal. Sept. Eod. Anno. Sed nouam hanc Curatoris bonorum ſacrorum inſtitutionem reſixit idem Princeps. Art. 12. Conſtit. Melodunenſis, & 6. Bleſenſis An. 1579. quarum vtramque Patres Lutetiani publicarunt. An. 1580. Iampridem vtique in Heluetia Tigurinorum Republ. certùs Quæſtor habetur Eccleſiaſtico ærario præpoſitus, *der Kloſteren obman*, qui ex ſingulis Cœnobiis ſtatos prouentus colligit, & ſi quid ſuperſit ab expenſis in miniſtrorum ſtipendia, templorum ædificia, pauperum* ἐλεημοσύνην hoc tutò recondit, vt publica vrgente neceſſitate, plebi ſubueniatur. Teſte Ioſia Simlero, Tigurino, De Republ. Heluetiorum Lib. 2. Rursùs oſcitante quondam remiſſiúſque agente Epiſcopo, licuit Metropolitæ in ſingulis Eccleſiis Oeconomos conſtituere. Generali Synodo. 7. In Can. cum ſimus. 9. Quæſt. 3. Tales Byzantiæ Eccleſiæ Oeconomos memorat Iuſtinianus, Nouella. 6. & 7. Tum Conſtitut. 133. Intantùm, vt ipſi longa poſt ætatum ſerie permanſerint in primariis Byzantiæ Hierarchiæ officiis, vel ad excidium vſque Græci Chriſtianorum Imperij. Quemadmodùm ex Curopalate aſſequimur, Lib. Græco de Officialibus Palatij Conſtantinopolitani, & Officiis magnæ Eccleſiæ, periodo ſequẽti. * Ὁ μέγας οἰκονόμος κρατεῖ πάντα τὰ κτήματα τῆς ἐκκλησίας, καὶ πᾶν τὸ ἐσοδιαζόμενον ἐξ αὐτῶν· καὶ οἰκονομεῖ τῷ ἀρχιερεῖ, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ. Interim autẽ in *παροικίας cõplures diſciſſa eſt ac diſtributa matrix Epiſcopi Eccleſia: Quæ vna priùs Diœceſeos parœcia extiterat, auctore Vrbano P.P. 22. Can. Videntes. 12. Quæſtio. 1. Ex quo diuiſa paulatim communium Eccleſiæ facultatum adminiſtratio, quam ſui quiſque presbyter phani retinuit: ſic, vt in Diœceſani menſam pontificis nihil hodie ex diuitiis minorum templorum, dempto Cathedratico, referatur. Bracharenſi Concilio 2. & Toletano. 3. Can. Placuit Can. Vnio Can. quia cognouimus Cauſa. 10. Quæſt. 3.

Regia generalis Oeconomorum Inſtitutio Abbatiarum, & Epiſcopatuum vacãtium. Regiſtrata in Camera Computorũ Die 22. Auguſti An. 1578.

Heluetiæ Reipubl. inſtituta.

* miſericordiam ſeu piam largitionem.

Oeconomi in Eccleſia Conſtantinopolitana.

* Magnus Oeconomus eſt, qui in omnes poſſeſſiones Eccleſiæ auctoritatem habet, omnémque reditum, qui ex eis percipitur. Miniſtrat autem Sacerdoti ſummo & Eccleſiæ, œconomica hac procuratione.

* Parochias ſeu parochiales Eccleſias.

Archiepiſcopus non concurrit cum Epiſcopo in Diœceſi ſuffraganeorum, nec in huius ſubditos poteſtate præditus eſt, niſi in caſibus exceptis, de quibus Panor. in Cap. Paſtoralis De offic. ord. Poteſt etiã Archipræſul ſuffraganeorum ſuorum diœceſim viſitare. Cap. 1, De cenſib. In. 6.

4 DISTINCTA igitur parœciacis Vicis ſacerdotij functióne à Dionyſio Præſule ſummo, hincquè ſacris reditibus cuilibet attributis ſigillatim, diſpiciendum eſt, an nouus ſacerdos primi anni fructus ſuos faciat, an Epiſcopus, quaſi repetito illo priſcæ Eccleſiæ vſu, de quo ſuprà. Pro Antiſtite pugnat leue iſtud ac frigidum, beneficia militaria ac profana, quæ militibus ob fidem & obſequium data ſunt, caduca fieri vltimi

Hic Dionyſius P. P. ad Seuerum Epiſcopum, Epiſtol. 2. In Can. Eccleſias ſingulas ſingulis presbyteris dedimus parœcias, & cœmeteria eis diuiſimus, & vnicuique ius proprium habere ſtatuimus. Cauſa. 13. Quæſt. 1.

clientis obitu, patronúmque eo casu primi anni fructus lucrifacere pro clientelaris fundi renouatione ac instauratione. Ita sacri beneficij caducarium annum ac fructum cedere commodo benefici collatoris debere, vt beneficiario morte absumpto, Episcopus caducarios eius anni prouentus percipiat. Verùm quæstuaria iura hæc sunt, Maiorum sanctionibus antiquata: Vt obiter 3. Lib. 1. demonstrauimus, Tit. 8. Imò vel ante Basiliensis Conuentus placita, irritum erat priuilegium, mos, constitutióve peculiaris, qua Archydiaconus aut quiuis alius sacerdotij fructus carperet vniuersos: quippe quùm sacerdoti ipsi dimidia saltem fructuum pars reseruari debuerit, seu quam Iohannes. 22. P.P. definiuit in Extrauag. Suscepti De Elect. Ac in Extrauag. vna Ne sede vacan. Aliud tamen sequendum, si beneficiario Episcopi lis mota sit de sacerdotio, non perlusoria quidem, sed quæ ipsa re sacrum munus obire volentem præpediat. Tunc enim propter vtilitatem receptum est, vt Episcopus interim, Decanus, aut Archydiaconus sacram functionem cõmittat fiduciario cuidam Templi sacerdoti: quoad litigatorũ alterutri addicta sit plena, aut vindiciaria saltem possessio sacri Ministerij. Id quod diuturna pluscularum Ecclesiarum consuetudine introductum probauit Senatus. Aresto secundùm Parisien. Antistitem. contra Gulielmum Villerium. 16. Kal. Martias An. 1438. Nam & veteres maiorum gentium Theologi censuêre, suum quemque ac multiplicem variarum Ecclesiarum morem haud facilè infirmandum. Gregorius Mag. Regesti Lib. 12. Cap. 3. Exin multorum manibus teritur Neapolitanæ Ecclesiæ Ritus Libello descriptus, cum Alberici Oliuæ commentariis, ac Synodicis eiusdem Curiæ constitutionibus. Speciatim verò *Deportus* consuetudinem, vacante beneficio Ecclesiastico, tuetur Oldradus Responso. 226. Ioh. Andræas in Regula Nemo plus iuris In. 6. A quibus non longè abest Petri Cluniacensis celebre dictum. Sunt (inquit) innumerabiles & diuersissimæ diuersissimarum Ecclesiarum ad vnam Catholicam Ecclesiam pertinentium consuetudines, vt penè tanta sit varietas vsuum, quanta multiplicitas Ecclesiarum. Sed non damnat aliquem diuersa institutio, quæ & veræ fidei seruit, & charitatis compaginem non dissoluit. Vbi verò aut fides læditur, aut charitatis vnitas periclitatur, si occultè fiat, damnabile est: si publicè, damnabile simul, & hæreticũ est. Huc alludũt quæ D. Hieron. ad Licinium scripsit, Præcepta Maiorũ in singulis Regionibus, pro Apostolicis legibus haberi oportere.

Feuda subiecta à *droit de relief & rachapt*, per mortem vassali.

Concil. Basiliense Tit. De Annatis.

Annatæ, seu Deportus collatiuorum beneficiorum, pendente de iis litigio, ad Sententiam vsque *de Maintenue ou de Recreance.*

Decretum Parlamenti pro Deportu beneficiali, qui Episcopo Parisien. adiudicatus est, Die 14. Febr. An. 1438.

De Stylo quoque sacri Palatij Apostolici & Curiæ Romanæ, Centoriam scripsit Marcus Mantua Benamdius: Et de Vsu iudiciorum palatij Pontificis Antonius Massa Calesius.

DESINVNT autem Iusta illa caducaria sacri Beneficij non tãtùm dirempta lite vltimo iudicio, sed etiam fiduciaria alterutri dicta sacerdotij possessione. Quãquam enim, adiudicatis vindiciis, maneat adhuc summa Interdicti cõtrouersia de beneficio Ecclesiæ, placuit tamẽ Senatui, caducaria *Deportus* iura statim extingui post vindiciariam possessionem ei decretam, qui iam inde Ecclesiastico munere perfungi valeat, auctore Prætore. Aresto die. 29. Ian. 1516. in Episc. 5

Deportus beneficiorum litigiosorum cessat per iudicium Recredentiæ eorumdem, nedum per sententiam *de maintenue diffinitiue.*

Aurelia-

Aurelianensem. Verùm Interdicti lite pendente, primi anni fructus eoúsque incidit in causam caducariam, quoad fiduciaria possessio sacri muneris vni è competitoribus addicatur. S. Consulto die. 14. Mart. 1544. pro maioris Templi decano Cenomanorum, de annuo prouentu cuiusdam in Cenomania eurionatus. Roges interim, quid si post vindiciariam de sacerdotio sententiam, litigator non proue-hatur ad sacros Presbyterij ordines metu futuræ euictionis sacerdotij, an propterea eiusdem fructus licitè carpserit superior Ecclesiasticus iure Caduci? Nequaquam, iudice Senatu. xi. Kal. Iunias An. 1550. aduersus Vindocinensem Archydiaconum in Carnutensi phano maximo, qui fructus restituere damnatus est, ex *Deportu* perceptos post vindicias beneficiario dictas: Licet eos sibi deberi causaretur defectu promotionis ad ordines suprascriptæ, cui beneficiarius haud prius adstringitur, quàm pacatè cœperit possidere. Id quod Rebuffus Senatorij huius decreti oculatus testis auditórque mādauit literis. In §. Volum' Ver. beneficiū de Collat. In Concord.

Decretum Senatus *pour le droict de Deport de la Cure Doyssean, iusques à la recreance d'icelle adiugee à l'une des parties.*

Placitum Curiæ die 22. Maij 1550. *contre l'Archydiacre de Vendosme en l'Eglise de Chartres.*

6 PORRO hæsitatum est de Hospitali Æde publica, nûm *Deportus* lege teneretur: Eam Senatus aditus quæstionem consilij esse pronunciauit. Quùm enim Carnutum Præsul obtendisset Valetudinarium publicum in causam caduci cecidisse interitu nouissimi possessoris, qui Valetudinario præfectus fuerat, ob ídque sacram ipsius administrationem clerico mandasset, profanam plebeio alicui, prouocatum est ab eo mandato abusus nomine ad *Ordinem Amplissimum.* Sed Episcopo mordicùs defendente, iuri *Deportus* obnoxia esse pauperum ægrorúmque pia Diuersoria, quæ beneficiario Antistitum iure possiderentur, *Conscripti Curiæ* rem miserunt in consilium. Pridie Idus Martias An. 1537. Thuano, appellantis: & Magistro Episcopi causam agentibus. Dubitandi argumentum erat in Episcopum, quòd Xenodochia, tametsi eiusdem beneficiaria, à qualitate Sacerdotij discrepent plurimùm, eorúmque reditus fouendis nominatim inopibus dicati sint. Clementina constitutione Per literas De Præbend. Hinc annui sacrorum Hospitiorum prouētus non onerantur fiscali Decumani oneris pensitatione, cui Ecclesiastica beneficia subiiciuntur. Ex Rescripto Iohannis. 22. Pontif. Cum nonnullæ De Præbend. In Extrauagan. Guymerius in §. voluit In verb. beneficiorum De Annatis In Pragmatic. Sanctione. Idipsum quoque Edictis nostratibus expressum est pro Xenodochiis, modò ne sacerdotij titulo perpetuo conferrentur. Lege Regia Francisci. I. 15. Kalend. Iulias An. 1544. publicata in Senatu Parisiorum. 10. Kalend. Iunias An. 1545. Qua ratione Gregorius Mag. districtè prohibet, ne aliò quàm in pauperum sustentationem conuertantur Heduensis Nosocomij reditus à Syagrio Heduorum pontifice, & Brunechilde Galliarum Augusta. His adiecit Gregorius nuncupatim; Nosocomos seu Hospitalium Ædium Rectores ad Heduensem Episcopatum adspirare non pos-

Hospitaux, maladeries, Leproseries.

Rursus beneficiorum legibus non obligantur temporalia beneficia vel officia. Vt Celeraria S. Stephani Tholosæ, quum Celerarij mutentur quotannis, vel Archipresbyteratus Bituricen. Diœcesi, qui renouantur ad mutationem Archiepiscopi, vel Capituli. Glosa in Tit. De Annatis In Pragmat. Sanct.

Die 14. Mart. 1537. Hospitalia nullas Regi decimas ordinarias contribuunt.

Edictum *sur le reglement des Hospitaux & Maladeries de France.*

Die 17. Iunij Ao. 1544. Verificatum in Parlamento die 23. Maij. Ao. 1545.

se:ne res(infit) Xenodochij vel Monasterij iniqua erogatione consumentes, duram egestatis necessitatem pauperibus ac peregrinis vel cæteris exinde viuentibus generarent. Regesti Lib. 11. Cap. 10. Quinimò, necdùm conditis Hospitalibus hisce diuersoriis, Nazianzenus hortatus est grauissimis verbis Ætium & Alypium, vt in egenorum alimenta legatam à matre pecuniam, religiosè insumerent, nec alium in vsum collatis nummis, piam matris voluntatem elusam paterentur. Turcæ etiam ipsi tantam Hospitalis officij curam gerunt, vt secundùm eorum phana Hospitalis vbique domus conspiciatur, annuo censu instructa, ditatáque ad inopes excipiendos hospites ac nutriendos. Potissimùm verò in Constantini Vrbe Byzantio tria visuntur Hospitalitatis diuersoria locupletissima, quæ Muhamedes, Baiazetes, ac Selymus vicissim extruxerunt. Turcarum Satrapæ clarissimíque Imperatores. Auctore Postello, De Republ. Turcarum.

Rheticius Heduorũ, id est, augustodunẽsis Episcopus, sub Constantino celeberrimæ famæ habitus est in Gallus. Leguntur eius Commentarij in Cantica Canticorum, & aliud grande Volumen aduersus Nouatianum. Ex D. Hieronymo in Catalogo Scriptorũ Ecclesiasticorum.

Eiusmodi Hospitalia Turcæ vocãt *Imarats* i. Commendas ex nominis interpretatione, sed effectu nostris dissimiles: quùm illarum reditus pauperum eleemosynis omnino dicati sint. Hospitale autem seu Eleemosynaria, à Sultano Mahumede constructa habet sexagintamillia ducatorum annui prouentus. Ex eod. Postello.

PVTARIM ergo, sacra egenorum Domicilia *Deportus* onere 7
meritò leuari, ni forsan pendente de illorum titulo contentione Diœcesanus Præsul curatorem bonis præficiat in pauperum gratiam duntaxat, vt ipsorum interim alimoniæ fructus annui destinentur & addicantur. Cæterùm ex communi Ecclesiæ vtilitate, certis Monasteriis adscripti sunt quorumdam sacerdotiorum reditus primi anni, quo hæc ipsa possessorem amiserint. Vt putà Cœnobio D. Victoris Parisien. competit, Annaria quadam Caducorum lege, sportula Ecclesiastica seu *Præbenda* recèns mortui Canonici in sacratissimo Lutetiæ phano, apud D. Marcellum, B. Germanum Antissiodorens. in Vrbe Parisiensi, tum in Collegio Canonicorum fani Clodoaldi, & Templi Martini *de Champeaux*, intra sacram Parisiorum Diœcesin. Extra quam dehinc, cœnobitæ illi fruuntur simili Annonarum Ecclesiæ prouentu in Meduntensi Sodalitio Canonicorum, atque in Melodunensi Basilica sancta almæ Dei genitrici. Cuius rei ætiologiam secùm præfert vetus coniunctio affinitásque Cœnobitarum & Canonicorum istorum arctissima. Nam horum quoque Delubra Alexander. 3. P. P. vocauit Abbatias, significans Canonicos fuisse tùm cucullatos sacerdotes. Rescripto memorabili, quod Alexander ipse Lutetiæ tum degens edidit in gratiã Cathedralis Parisiorum Ecclesiæ, verbis ita cõceptis. *Alexander Episc. seruus seruorũ Dei, dilectis filiis, Clemẽti Decano, & vniuerso Capitulo Parisi. Eccl. eorúmque fratribus canonicè ordinatis ad effectũ iusta postulãtibus indulgere & vigor æquitatis & ordo exigit rationis, præsertim quãdo petentiũ voluntatẽ & pietas adiuuat, & veritas non relinquit. Eapropter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus clemẽter annuimus, & præfatã Parisiensem Ecclesiam, in qua diuino mancipati estis obsequio, ad exemplar prædecessoris nostri sanctæ recordationis Benedicti P. P. sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. Statuentes, vt quascúmque possessiones, quæcunque bona eadem Ecclesia impræsen-*

De eo quoque scripsimus supra Lib. 1. Tit. vlt. Articul. 5.

Ecclesia Collegiata *de S. Clou lez Paris.*

Collegiatæ & canoniales Ecclesiæ *de nostre Dame de Mante, & de Melun.*

Bulla Apostolica Alexandri 3 Papæ die 20. April. An 1165. pro maiori Ecclesia Parisiensi.

tiarum

tiarum iustè & canonicè possidet. aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regū vel Principū, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis præstãte Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, & illibata permaneāt: In quibus hæc propriis duximus exprimēda vocabulis, Abbatiā S. Eligij, Abbatiā S. Germani rotundi, Abbatiā S. Marcelli, Abbatiā S. Clodoaldi, & S. Martini, Abbatiā S. Petri quæ dicitur res pacis, Abbatiā S. Saturnini de Caurora, Abbatiā S. Petri, quæ dicitur Nigella, Abbatiā S. Martini, quæ est in Cãpellis: Abbatiā S. Petri, quæ dicitur Cariacus super materna: cum omnib⁹ earū pertinētiis, Spedonā cum potestate & omnibus suis pertinentiis: Villulā Macerias nomine, cum suis pertinentiis: Andresiacū, cum Ecclesia, altari, & suis pertinētiis: Aureliacū, cum Ecclesia, altari & suis appēditiis: Ciuiliacū, Laiacū, cum Ecclesia, altari & suis pertinentiis: Castanedū, cum Ecclesia, altari & suis pertinētiis: Bātolium, cum Ecclesia, altari & suis appenditiis: Sulciacū, cum Ecclesia, altari & omnibus ad vos pertinētibus. Christoliū, cum Ecclesia, altari, & omnibus ad vos pertinētibus: Oleriacū, Steruillā, Rosetū, Cellas & Verno Michellū, Mintriacum, Muriacum, cum Ecclesiis siue pertinētiis: Viriacum, cum suis pertinentiis. Præterea ad conseruandam vobis quietē religionis, claustrū præfatæ Ecclesiæ ad exēplar memorati prædecessoris nostri vobis perpetuò cōfirmamus, vt absque inquietudine ibi securè viuere valeatis. Antiquas etiā & rationabiles cōsuetudines, libertates ac dignitates à Regibus, Archiepiscopis, Episcopis, Principibus, Baronibus, & aliis Dei Fidelibus Ecclesiæ vestræ concessas, sicut in authenticis scriptis eorūdem Regum, Episcoporum, & aliorum Dei fideliū cōtinetur, Vobis & per vos Ecclesiæ vestræ auctoritate Apostolica cōfirmam⁹. Ad exēplar etiā præfati prædecessoris nostri Apostolica auctoritate statuimus, vt de cōmuni assensu liceat vobis Præpositos & Decanos eligere, qui Villis vestris prouideant, & debita vobis stipendia fideliter amministrent. Adiicimus quoque, vt nulli Episcoporū liceat de præfatis rebus vobis subtrahere, minuere, aut ad vsus proprios retorquere, vel alicui in beneficium tribuere, neque vllum impedimentū ex eisdem rebus vobis inferre. Sed nec seruitia in eisdem Villis exigere, vel aliquas exactiones facere. Adhæc constituimus, vt nullus vnquā Imperator, Rex, Marchio, Dux, Comes, Princeps, vel aliquis Iudiciali potestate accinctus, seu in quolibet ordine vel ministerio cōstitutus in supradictis rebus vestris, vel in ipsa Insula, vbi Ciuitas Parisius posita est, à Regali via ex parte Monasterij S. Germani rotundi à S. Mederico vsque ad locum, qui vulgò vocatur Tudella in ruga eiusdem S. Germani, aut in aliis minoribus viis, quæ tendunt ad præfatum Monasterium, aliquā Iudicandi potestatem exerceat, nec aliquē Censum, neque teloneū, neque ripaticū, neque rotaticū, neque portaticū, neque bannū, freda, nec vllas districtiones exerceat, nec vllas paratas requirat, nec foraticum, nec pulueraticum, nec vllas Leges faciat, nec à liberis hominibus albanis ac colonis in prædicta terra commanentibus aliquem censum, vel aliquas redibitiones præsumat accipere, nec quamlibet malitiam nec iacturæ molestiam, siue pacis siue belli tempore ibidem inferre. Hæc autem omnia ita vobis duximus confirmanda, sicut ea quietè ac pacificè noscimini possedisse. Decernimus ergo, vt nulli omninò hominum liceat præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare: Sed omnia integra conseruentur,

Ecclesiæ nunc collegiatæ seculares de S. Marcel, de S. Cloud lez Paris, de S. Martin de Champeaux, &c.

Insula Parisiorum.

eorum pro quorum gubernatione & substentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura. Salua sedis Apostolicæ auctoritate, & Parisiensis Episcopi Canonica Iustitia in præfatis Ecclesiis & parochianis earum. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ Constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentauerit, secundò tertiòve commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorísque sui dignitate careat, reámque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtè vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenùs & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Datum Parisiis per manum Hermanni Sanctæ Rom. Ecclesiæ Subdiaconi & Notarij. XII. *Kalend. Maij Indictione* XIII. *Incarnationis Dominicæ An.* 1165. *Pontificatus verò Domini Alexandri P.P.* III. *Anno* vj.

Fructus primi anni vacationis Præbendæ Canonialis in multis Ecclesiis debitus Monachis proximi Monasterij.

RVRSVS annarium Præbendi Ecclesiastici reditum pro Monachis in alieno Canonicorum Templo, interpretantur quidam esse Regalia, hocque nomine monasticam *Præbendam* in seculari phano prætexunt. Cur autem beneficiarium istud ius Regaliorum titulo censeatur, mihi non plane liquet: Nisi quòd fortasse Reges, dum aliquot Sacerdotum Collegia instituerent, sibi receperint vacantium sacerdotiorum proximos quosque reditus, velut augusti patronatus symbolum. Quas deinde prophanas perceptiones ipsi Cœnobiis transcripserint. Ac variè id quidem ex varia Templorum fundatione decerni solet. Imò & Ecclesiæ complusculæ iam olim in suorum bonorum societatem adsciuêre Principes viros: vt maioris patrocinij tutelæque præsidio aduersus Ecclesiæ persecutores munirentur. Qualis hæc olim pacta bonorum communio inter Bonæuallis cœnobitas, & Ludouicum Iuniorem Galliæ Regem. *Ego Ludouicus Dei Gratia Francorum Rex, &c. Notum igitur facimus, quod Abbas de Bonaualle, & totus eiusdem Monasterij conuentus nos æquilinerunt, & participes constituerunt in villam suam, quæ vocatur Laureium, quæ sita est super aquam limam in bosco & plano, & in omni eo quod ipsi habent apud prædictam villam, & in eius parochia, excepta decima, quæ altaris est, & Ecclesiæ, & vna carrucata terræ, & Rex habebit aliam, si voluerit, &c. Anno Domini* 1160. Vt taceam quòd intimis Regiæ aulæ Primoribus olim debebat nouus quisque Bonæuallis cœnobiarcha quindenas Francici æris libellas, in introitu pensitandas. Sicuti prisco Curiæ Regesto *Olim* comprehensum est. Fol. 32. 8

Abbatia *de Bonneual*, in Diœcesi Carnotēsi.

Regiis istis Codicillis Abbas & Conuentus pariter à Rege acciti sunt in societatem totius territorij, quod Rex apud Parellos habebat, variæque iurisdictionum exemptiones irrogantur Vicariis *de Lorray*, in agro Meloduneusi

Iniquè verò M. Crass. & Q. Hortēsius, quùm Minutij Basilij testamento falsò hæredes à quodam inserti fuissent illius cōfirmandi gratia, quòd potētissimi ciues essent, facinoris alieni munus non repudiarunt. Ita quod scelus vindicare debebant, inhonesti lucri captura inuitati, auctoritatibus suis texerunt. Ex Valer. lib 9. Cap. 4.

9 EADEM de causa Francici etiam Proceres patronos se, & Ecclesiasticæ vindices libertatis præbuerunt: illecti nimirùm vltronea illa sacrarum opum communicatione, oblatóque in eam rem à Clericis bonorum suorum consortio. Sicuti enim Rom. Cæsares passim apud Tacitum scribebantur à priuatis hæredes ex triēte vel semisse, quò tutiùs ab iis reliquū patrimoniū liberis ac propinquis adseruaretur. Ita inuidiosæ quondā Templorum diuitiæ necessario tegēdæ

fuerunt

fuerunt præpotenti Magnatum auctoritate: quibus idcirco illæ, velut sociis rerumque consortibus, ab Ecclesia in commune conferebantur. Testem huius rei promo Societatis chartulam inter Theobaldum Tricassium Comitem, & Morismontis cœnobitas, de syluis istorum præsertim. Mense Octob. An. 1200. Visitur pariter in Scriniis Rethelensium Comitum vetus ditionis consociatio Raucurti, in Rethelensi Essuorum agro, quam vnà pepigêre Comes Essuorum, & D. Remigij cœnobiarcha Rhemẽsis An. 1123. Aliæ item extant communionis bonorum obsignatæ Tabulæ à Molismensi Abba cum Theobaldo Campaniæ Regulo, nuncupatis hisce conditionibus. *Ego Theobaldus Campaniæ & Briæ Comes Palatinus &c. Notum facimus vniuersis, quod viri religiosi Abbas Molismensis Ecclesiæ, & Conuentus in tota Iustitia sua, quam habent in hominibus & fœminis, in bosco & plano, pascuis & aquis apud Essoyam, apud Verpilerias, & apud Polineum & iuremanentiam, quam habent in dictis Villis, me & hæredes meos Campaniæ Comites associant, & iterum medietatem emendarum, & eschettarum tantummodo mobilium, hominum & fœminarum, quas habent ad præfatas villas, & apud Seruigneum, mihi & hæredibus meis concedunt iure perpetuo possidendam. Similiter & medietatem abonamentorum, & tailliarum, &c. Similiter abonamenta recipientur, & alia omnia ad dictas villas pertinentia, quæ habent fieri vel diuidi inter ipsos & me, vel hæredes meos tam de mandato ipsorũ quam de mandato meo, vel hæredum meorum &c. Et altera medietas erit in perpetuum Abbatis & conuentus prædictorum. &c. Omnia vero ipsorum ad dicta loca pertinentia ego & hæredes mei tanquam nostra propria tenemur garantire bona fide: Ita quod omnia ipsis omnimodo salua erunt similiter bona fide. &c.* Mense Martio An. 1233. Has Societatis literas confirmauit Philippus Valesius Francorum Rex Mense Aprili An. 1329. De Molismensi autem Ecclesia, pioque in eam studio Theobaldi Campaniæ Comitis scripsit D. Bernardus ad Eugenium. 3. Pontif. Maximum Epist. 60. Et ad Vidum Abbam Molismensem Epist. 80. Extat rursùs Yuonis Carnutensis Epistola. 225. ad Guidonem Molismensis cœnobij Magistrum. Cuius demùm celebritatem antiqui Monasterij colligere est ex Chronico Sigeberti An. 1098. Sed prædicto Magnatum consortio tutelari bonorum Ecclesiæ abusi sunt multi ad impiam & sacrilegam ipsorum rapinam ac expilationem: tales depingit VVasburgius Aduocatos patronósque Vertodunensis Ecclesiæ tutelares, qui insolitis ipsam exactionibus opprimebant. Sub annum. 1060. Hos grauissima pœnæ sanctione coërcuit Gottofredus Lotharingiæ Dux, quam VVasburgius sanctionem descripsit ad vnguem, Belgicarum Antiquit. Lib. 4. Pari modo Lotharingi Duces primariam sibi tuitionem asserunt custodiamque Tullensis Ecclesiæ cõdictis legibus, quæ prolixè repetuntur solemni Karoli Ducis Charta prisci tituli Protectoris nouatrice. 17. Kalend. Ianuar. An. 1560. Cuius Chartæ exemplar habemus. Dignum mehercle istud Christiano Heroe munus De-

Lettres de l'accord entre l'Abbé de S. Remy de Rheims, & le Conte de Rethel touchant la ville & seigneurie de Rocurt, l'an 1123. que l'Eglise aura ce & tel droict sur les habitans de Rocurt, & le Conte autres droits. Et Ecclesia & Comes perpetuũ pro indiuiso possidebuot iure societatis.

An. 1184 Guilhelmus Rhemorũ Archiepiscopus Card. stipulatus est ab Hugone Campaniæ Comite fratre Hierosolymas eunte agnitionem & adprobationem consociationis aliàs contractæ An. 1124. inter Rhemensem Ecclesiã, & Odonem auum Campaniæ Comitem. Ex Chartario dictæ Ecclesiæ.

Appariationis seu cõsociationis Literæ inter Comites Campaniæ, & Monasteria nonnulla pro rebus istorum ac bonis conseruãdis. Tales appariationes Eclesiasticas perstrinximus paucis Lib 2. de Domanio Franciæ Tit. 8. art. 7.

Abbatia *de Molesmes* in Cãpania Francica

Sic in Lemonicensi vrbe iuris dicundi potestas est penes Regẽ & Episcopũ communi quadam Paritate seu Paragio quod vocant.

Sigeberti verbis, in Episcopatu Lingonẽsi situm noscitur esse cœnobium nomine Molismus, fama celeberrimum, religione conspicuum: Quod à sui exordio magnis sub breui tempore diuina clementia suæ gratiæ muneribus illustrauit, viris illustribus nobilitauit, nec minus amplum possessionibus, quam clarũ virtutib. reddidit.

Les gardiens VVoues des Eglises.

Literæ ducis Lotharingiæ renouantes suam protectionem Ecclesiæ Episcopalis *de Toul* certis legibus

ibi relatis Die 16. Decemb. An. 1560. De Regia autem Francica protectione Tullēſis patriæ & Virdunēſis, vide à Nobis tradita in Lib. de Legib. Andiū in Præfat. Pag. 32

fenſoris Eccleſiæ modò libera Sacerdotibus arbitria legēdi ſui pontificis relinquantur, abs ſanctiſſimo Patrum Chriſtianorum ritu, nec vacui pontificatus cum Eccleſiaſtico ipſorum cenſu extra ordinem traducantur ad Defenſoris propinquos, affines, vel familiares. Nam etſi Apoſtolica Sedes nouiſſimos deſignarit Tullenſium, ac Vertoduni Epiſcopos, vicino Principe commendante: ambarum tamen Collegia Eccleſiarum ſibi aſſerunt ius liberi ſuffragij in nouo vtrobique Præſule cooptando. Ex Pactis conuentis Germanici Sacerdotij cum Sede Romana An. 1448. Quibus Tullenſem Clerum Virdunenſemque produnt contineri.

Rom. P.P dicit Tollenſem & Virdunenſem Eccleſias eſſe in patria obedientiæ, vt ius libere de Epiſcopo prouideat. Sed electus a Capitulo Virdunenſis Epiſcopus litigat in Conſiſtorio Romæ contra Apoſtolicum ſuper petitorio Capitularis iuris eligendi, iuxta Cōcordata Germaniæ, (de quibus Nos Lib. 2. Tit. 10. Doman. Franc.) quāuis alter ſit in poſſeſſione, vt præceſſores vltimi.

10 VVLGARES ſacerdotiorum *Annatas*, de quibus paulò antea, ſuſtulêre placita Baſilienſis Conuentus, exploſa vetuſti moris harum exigendarum ratione. Tit. De Annatis, in ver. Prætextu cuiuſuis conſuetudinis, priuilegij vel ſtatuti. Iuſta quæ Patres Conſcripti in publicis cauſarum actionibus pronunciarunt. Areſto Nonis Quintilibus An. 1551. contra Druydum Archidiaconum in matrice Carnutum Eccleſia, qui caducario illo ſummotus eſt ſacerdotiorum iure, ſeu annuorū ipſius perceptione redituum ex mutatione beneficiarij poſſeſſoris. Ei Curiæ decreto cauſam præbuit appellatio Hieronymi Meſnilij, pro quo Vergneus, vti pro aduerſa-

Nummaria huius titulus eſt, Taxa & Apoſtolicæ. Annatæ æſtimatio Pontificatuum, ac Cœnobiorum Galliæ deſcribitur alphabetico ordine in Libello cui Valor beneficiorum Regni Franciæ, cum Taxis Cancellariæ Apoſtol. Necnon ſacræ pœnitentiariæ itidē

Decretum Parlamēti die 7. Iulij An. 1551. *Contre l'Archidiacre de Dreux, en l'Egliſe de Chartres.*

Viſitatio Archidiaconorum in propria per Eccleſias curatas ſuorum viciſſim Archidiaconatuum.

Commendæ Ordinis S. Iohan. Hieroſoly.

Iſthic Bertrandus ſcribit, Præceptores ſeu Commendarum poſſeſſores eſſe tantū Priores manuales cū onere Pēſionis annuę.

Statutum Ordinis S. Iohannis Hieroſoly. de iure Mortuariorū, & Vacantium ſeu Annatarum. Communis autem theſauri huius Ordinis, de quo hic in texto, mentionem facit Bertrandus in Conſil 140. *Daubuſſō* Magnus Magiſter Ordinis Rhod enſiū Equitum has conſtitutiones edidit de ſacri Conuentus ſentētia. Si tamen a Magiſtro priuatim aliquid Bullatis ſuis tabulis decerneretur contra ſacros canones, con-

rio Regnardus, dixêre. Eodemque S. C. definitum eſt, Archydiaconos Carnutenſes poſthac ſacram ſuam prouinciam per ſe luſtraturos, non per procuratores: niſi ab eo inuiſendi munere ipſi morbo auocarentur, aliíſve legitimis de cauſis. Alioqui nullum eſſe iis ſacræ Viſitationis præmium ſtipendiumque exoluendum. In Anglia certè, caducarios Eccleſiaſtici beneficij reditus carpit Rex primo quoq; vacationis anno. Quam Erricus. 8. noui quæſtus rationem fertur in vſum inuexiſſe. Porrò vbique terrarum permanſit in ſacris Militentium Familiis iuſta *Annatarum* exactio, Oeconomica illorum Lege ſancita & adprobata. Nan Militarium Fiduciarum cēſus prouentuſq; huius Ordinis competunt veriùs ſacro Ærario, quàm priuatis ex ea Familia poſſeſſoribus quibus illæ dūtaxat bino luſtro fruendæ commendantur lege annuæ penſitationis, quaſi pacta fundi conducti mercede. Vti cautum eſt Melitēſis Militiæ Sanctionibus In Tit. De communi Ærario Cap. 1. Ob id Præceptores Hieroſolymitani, quīs fiduciaria hæc dantur Sacerdotia exæquantur nudis Inſtitoribus, qui dominicis negociis præponuntur. Hoſtienſis expreſſim, Andræas & Innocent. ad Cap. Cum deputati De Iudic. Steph. Bertrandus Reſponſo. 140. Volum. 2. Hinc minùs durum videatur, primi anni fructus vacantium huius Familiæ ſacerdotiorum Ærario ſuo attribui. Conſtitutione eiuſdem Ordinis,

ita,

ita relata. *Statuimus, quod decendentibus Prioribus, Castellano Empostæ, Baiuliuis & Commendatariis, quandocunque & quotiescunque id acciderit, membra dependentia à Prioratibus, Castellania Empostæ, Baiuliuatibus, & Commendis, & illi qui ea possident, teneantur soluere iura mortuariorum, & vacantium, quemadmodum administrationes à quibus dependent. Decernentes, quod in literis & bullis administrationum membrorum debeant expressè reseruari iura communis Ærarii, & Vacantis. Quæ etiamsi non reseruata essent, intelliguntur implicitè reseruata, & ad id obligantur.* Quæso; quid si possessor tale sacerdotium dimiserit in socij gratiam, qui ea cessione vacans impetrarit? Aduerte quæ Fr. Petrus *Daubusson* de eo statuerit. *Quod ex omnibus Prioratibus, Castellania Empostæ, baiuliuatibus, Commendis, & administrationibus, quæ per cessionem & resignationem ad manus alterius administratoris peruenerint, fructus & reditus duorum annorum integrorum Ærarium ipsum percipiet. Quos nouus administrator soluere tenebitur, vel si vtilius videbitur, Receptor dictos fructus ipse colligere, aut alteri locare debebit. Exceptis his, quæ ratione melioramenti capiendi, vel permutationis secundum formam Statutorũ nostrorum factæ, dimittuntur.* In Tit. De communi Ærario.

cilia vel inita regia, locus esset prouocationi ex abusu ad Curiã Paris. Vt constat Aresto die vlt. Iulij an. 1544. inter Fratrem Vilhelmum Quinonium appellantem ex abusu, Et Fr Iohan. Quintinum de Corboliensi eiusdem Ordinis sacerdotio.

Quod Statuto huiusce Ordinis cautum fuit, æris alieni debitorē minimè ordinatum iri, nec ad sacerdotia eiusdē Ordinis prouehendum, hoc intelligitur, nisi is administratione deposita, rationes reddiderit. Quo casu licitè ordinatur. l. 4. Cod. De Episc. & cle.

11 His consequenter, Religiosus Melitensis Ærarij debitor, habetur exinde vacantium sacerdotiorum incapax: Familiari huius Conuentus Lege lata à Frat. Baptista Vrsino totius quondam Cœtus principe. Vnde nuper Religiosi Patres negarunt Fr. Michaëli Seureo militarem Fiduciã D. Magdalenæ sacram in Diuionẽsi Galliæ vrbe: Quam tamen is sibi peculiariter addictam intendebat ex sacra sua Campaniæ Præfectura. Seureus enim hic Gallicæ Campaniæ Archiprior Ordini suo obæratus erat, ab *Deportu* seu caducario prouentu Leodiensis Præceptoriæ, quem illi debebat. Ideoque Diuionensem interea vacuam Præceptoriam ordo & petenti renuit debitori, & Fr. Claudio Iobelino adiudic[illegible]. Ab hac verò Sententia appellante Senatum debitore abusus ergô, Marius pro eo, abusos fuisse potestate Iudices ad contemptum Francici decreti Regij in Prætorio, quo disertè præscriptum fuerat, illius quæstionem debiti in terra Gallia à duobus sacris Equitibus decisum iri, quibus id muneris Rhodius Magister delegatum voluisset. Aduersus ea, Nos pro Iobelino, in promptu constare, appellantem Ordinis debitorem esse, Monasticarum Legum executionem simul & interpretationem peti ab aliis non oportere, quàm ab ipsarum conditoribus, regularisque Patribus Collegij: ex prisco Cœnobiorum ritu ac consuetudine, simul ab Militaris huiusce Ordinis sanctione peruetusta. Tit. De Consilio, In Lib. Statutorum sacri Ordin. Hierosolymit. Inde earum disceptationem Legum egredi septis claustrisque Cœnobij nec decere, nec vllo modo posse. Quandoquidem monasticæ vitæ rationes ita componendæ sunt, teste Hieronymo, vt cœnobita vnius disciplinam Parentis monastici agnoscat, amplectatur. Libello De regula monachorum. Nil ita-

Commẽda S. Magda. Ordinis S. Ioh. Hierosolymit. quæ est à *Digeon.*

Fr. Michel de Seure grand prieur de Champaigne pourueu de la Commanderie du Liege, debiteur du Vacant d'icelle enuers l'Ordre.

Auctoris Oratio in Senatu Paris.

In Nicæna Synodo Præsulibus quibusdã libellos accusationum in alios præsules offerentibus Constantinus Cæs. hic in mediis Comitiis dixit eos se libellos non inspexisse. Dei enim ac Pontificum, non suam esse cognitionẽ, addiditque, si Antistitem in adulterio deprehendisset, se eum sua occultaturũ Purpura, ne ob alio obseruatus noceret exemplo. Auctor Theodoritus Cap. 11. Lib. 1.

que proponi, cur neglecta putaretur Regij decreti auctoritas, quùm & in media denuò Gallia bini Equites Seureum cognita causa debitorem pronuntiarint ex Regij animi sententia. Allegabam dehinc, Statutum in debitores Ordinis, de quo antè dictum est, fauorabiliter recipiendum, conforme scilicet veteri Ecclesiarum disciplinæ, Christianisque antiquorum institutis, Mauritij enim Augusti constitutione prouisum fuit initio, ne ratiociniis obnoxij, procuratores, debitores in Clerum aut Monasterium cooptarentur priusquâm dispunxissent rationes, alienumque æs exoluissent. Vt ait Gregorius Magn. Regesti Lib. 7. Cap. 11. Tota Distinctione. 51. &. 53. apud Gratianum. Eódem vergit Concilium Carthaginense, ex quo depromptum Caput. 1. Inter Pontificias decretales Epistolas De obligatis ad ratiocinia ordinandis vel non. Can. 1. Causa. 21. Quæst. 3. Cap. 1. & 2. Ne cler. vel monach. In Antiq. Hispanis necnon Lex dicta fuit Toletano. 1. Concilio, sub Honorij & Arcadij Cæss. Principatu, ne obligatus cuiquam, citra Domini consensum vel patroni Clericus efficeretur. Quòd si etiam cœlesti huic militiæ prophanam comparemus & Castrẽsem, haud dubiè inueniemus Alexandrum Mag. priusquàm secerneret quos retenturus esset milites, edixisse vt ij æs alienum profiterẽtur. Graue conflatum à plerisque compererat, & quamquam ipsorum luxu fuerat contractũ, redimere tamen ipse decreuerat. Vt auctor est Q. Curtius Lib. 9. Veneta rursùs lege, fisci debitoribus mandari nullus potuit Magistratus. Quemadmodum Bembus ait in Veneta Hist. Præterea quùm Hipponensis pontifex B. Augustinus quæreret in Africana Synodo, an procuratores, actores, executores seu curatores pupillorum deberent ordinari, quòd multùm æris alieni sub ea administratione lateret, respondit Gratus Episcopus, illos non nisi post deposita [illegible]ra editaque ratiocinia promoueri, & ad sacerdotium Ecclesiæ assumi oportere. Id quod eadem Synodo fuit constitutum. Neq; iis aduersatur Cæsarea lex Officiales Cod. De episc. & cler. Ac propterea sancitum est olim à religioso Militẽtium Equitum Ordine, his verbis. *Quod nullus frater Ordinis nostri, cuiuscunque fuerit conditionis, qui debitor nostri communis Ærarij fuerit, Dignitates, Commendas, Officia, & Beneficia Ordinis nostri vllo pacto consequi possit, quovsque debita sua eidem Ærario persoluerit.* Cui constitutioni subiungitur hæc à Fr. Iohanne *de Homedes* condita, Ordinis præfecto. *Quòd frater qui tempore smutitionis dignitatum seu commendarum in lingua faciendæ communis nostri Ærarij iurium debitor fuerit (nihilo ei suffragante, quod ante in manibus eiusdem Ærarij pro soluendis debitis suas Commendas posuerit, vel post ipsam smutitionem communi Ærario satisfecerit) dictas dignitates seu commendas vacantes consequi non possit: imo ad eas consequendas penitus inhabilis & incapax censeatur.* Tit. de communi Ærario, Lib. Statutorum Ordinis Hierosolymitanæ sacræ Militiæ. Ea propter descendit in causam Fonteneus pro Melitensis Ordinis Syndico, præfractéque

Administrator tamẽ miserabilis personæ vel Ecclesiasticæ, necdùm redditis rationibus, posset promoueri Can. peruenit 86. Dist. Sed debitor Ordinis Hierosolymit. ex speciali Statuto ab eius sacerdotiis arcetur.

An recipienda sit in iudicio Querimonia possessoria in casu saisinæ & nouitatis

ctéque asseruit prouocantem illum, vt debitorem esse communis Ærarij, ita ab sacris Iudicibus ritè exclusum fuisse controuersa Præceptoria, quam clienti nostro addixerint, neque tùm abusos fuisse eos Iuridica potestate. In media autem hac Fori disceptatione dixit appellans, experiri se velle interdicto Vtì possidetis eiusdem Præceptoriæ nomine, vt hac scilicet possessoria formula sacri negotij cognitionem ad Regios iudices transferret. Cui extemplò respondimus, in Monasticis hisce Fiduciis Interdicto locum non esse temporariis nimirùm, & temporis solùm interuallo commendaris, non perpetuis. Quippe quæ ad Ærarium modò pertineant mancipio ac possessione. Vt patet ex Constiturionibus Ordinis Tit. de communi Ærario. Nec aliter Iohannes. 22. P.P. decreuit, temporarias Vicarias sacerdotiorum appellatione non contineri. In Extrau. Execrabilis. De Prębend. Atqui momenraneus huiusmodi possessor ac beneficiarius, depositarij instar, nec possidet, nec vtitur Interdicto retinendæ possessionis. l. licet. §. rei depositæ. ff. Depositi. Rursùs Militiæ sunt istæ Rhodiensium Equirum, veriùs quàm Sacerdotia: nec ideo nisi à Duce miliriæ, qualis est Ordinis Magister, diiudicari solent. Quod à prophanis etiam militibus inrer ipsos vulgò obseruatur. Ex Vegetij Lib. 2. De re militari Cap. 9. l. Magisteriæ Cod. de Iurisd. omn. iudic. l. Certi iuris Cod. De Iudic. Negotium denique longa actione discussum in foro P.C. consilio commiserũt 7. Kal. Feb. An. 1576.

protitulo Commendatum seu Præceptoriarum Ordinis S. Ioh. Hierosolymit. inter duos eius Ordinis in eisem conteodeotes.

Vicariæ temporales.

Idem de confratria B. Mariæ presbyterorum Parisien. censuit Gloz. ins voluit. Ver. beneficiorũ de Annat. io Pragm Sanct.

Appoincté au Conseil die 26. Ian. Ao. 1576.

12 SIC Reges nostri eorúmve Magistratus haud facilè conuellunt sacras monachorum Constirutiones, quæ Regularem spectent disciplinam. Quamuis enim Princeps territorij rectè ius dicat prophanis Clericorum possessionibus, quarum ratione sacerdotes Regiæ legi imperióque subiiciuntur. §. his ita. 11. Quæst. 1. §. si mundum. 23. Quæst. 3. l. de his. Cod. De episc. & cler. Quoties ramen agitur de Sacerdoriorum iure ac titulo potiùs quàm de rediribus, id monastici arbitrio Collegij est relinquendum. Atque omninò, vt sacræ politiæ seruetur modus, Nicolaus P.P. rescribit ad Græcum Augustum, ne Cæsar Ponrificatus iura, neu Pontifex Imperatoria insignia sibi postmodùm vsurparenr. Can. 6. Distinct. 96. Inde faretur Alexander. 3. non esse à ciuili Magistratu ad sanctam Sedem prouocandum, præterquàm ab iis qui profano tenerentur Pontificij imperij dominatu. Tametsi idem agnoscat, ex more tùm recepro diuersum custodiri, in perniciem secularis Iurisdictionis. Cap. si duobus. §. 1. De appellat. Ideóque ralem iudiciorum ritum Gallicus fori vsus dudum obliterauit. Vt somnio Viridarij proditum est. Lib. 2. Cap. 93. Et à speculat. Tit. ad quem appellandum sit. Item licet Pontificũ legibus ab Antistire profanam exercenre iurisdictionem prouocetur Archipræsul. Cap. Romana §. debet De Appellat. In 6. Hoc certè inibi demùm procedit, vbi profana iurisdictio in Præsules omni-

Statuta regularia monachorum.

A laicis Iudicibus ad Papam non appellatur, nisi ab exercentibus temporalem Papæ & patrimonialẽ seu laicalẽ Rom Sedis Iurisdictionem.

Citauimus suprà hui⁹ Somnij scriptorẽ hoc tamen delectu, vt impium illum in minuẽda sacrosanctæ potestatis auctoritate dubio procul existimemus.

Iustitiæ temporalis Prælatorum Ecclesiæ, tanquã dominorum alicuius feudariæ Ditionis mouentis à Rege vel alio superiore immediato Ressor-

tus per appellationem competit Regiis Iudicibus vel alterius superioris gradatim.

modò translata est: Sin autem beneficiaria feudi lege eam obtinuerint à Principe, cui & clientelæ sacramento obligentur eiusdem ratione Iuridici imperij (vt in Gallia), tunc ab Episcopi iudice deuoluitur appellatio ad proximum superiorem laïcum eius Territorij, quod Ecclesia possideat. Bartol. in l. 1. §. si quis à principe. ff. De appellat. Sanè prisci Galliæ reges piè religioseque sinebant, Hierarchas iudicia inter profanos tractare, perinde ac sacratos inter homines. Id quod pluribus Iuris argumentis astruxit Clericus aduersus Militem, in Somnio Viridarij Lib. 2. Cap. 13. ex sacro Oraculo, Deuteron. Cap. 18.

SENTIEBANT enim Christianiss. Principes Imperij sui fastigiū æterni Numinis cultu sustineri, demissáque Ministrorum ipsius Venerarione. Vt insigni exemplo testatum habemus, in Libello D. Cypriani Opusculis inserto, laudun Præcone Pipini Aquitaniæ Regis: Idcircò enim Pipinum narrat de Vandalis triumphalem victoriæ lauream retulisse, Quòd rem Christianam, sacerdotibus in pretio habitis, strenuè proueheret. Vandali enim classe vecti tempestatibus appulerant in portum Engolismensem situm in Alniensi Aquitaniæ ora. Quibus in finibus regiam tùm Pipinus sedésque locauerat ad Vltonam flumen in Palatio, qui Engeriacus vocabatur, media Pictonum & Santonum regione. Hic igitur bellatorum stipatus manu cum occurreret Vandalo hosti, eum incruento Marte profligauit, diuinóque nutu Vandalica acie fusa, ne tantæ quidem cladis nuncius superfuit, vicenis duntaxat ex Aquitanorum militū agmine desideratis. Mox Pipinum labore semisomnem excitauit cœlitùs emissa vox, Cur te ita piger oppressit somnus? Scito magni viri Iohan. Baptistæ caput ex Transmarinis oris in has partes vnà cū tribus pueris insontibus deferri, & illius te promeritis ex nouissimo prælio victricia signa, Diis auspicibus, reportasse. Ecce enim tua præmentes vestigia fratres septem specie amictúque viatorum ac peregrinorum, quibus qui videtur præsidere, Fœlix appellatur. In eorum occursum perge cum paucis, & submissione Christiani pectotis benignè amplectere. Pipinus actutum, exuto paludamento, paucísque comites cinere tecti & cilicio famulis Dei processêre obuiam: vti ea de re præmonitus fuerat oraculo Princeps. Cumque mutuò se iacentes prostratique conspexissent, tam is quàm omnes qui aderant, proni in terram tandiu adorauêre (inquit auctor) quoad famuli Dei locum vsque, vbi procubuerant, peruenissent. Tunc DOMINVM sacro celebrantes præconio, salutéque sibi inuicem dicta, osculum pacis mutuum dederunt, erectiq; humo interrogabāt se vicissim, qua de causa, quóve superū afflatu visa ab iis auditáque isthæc obtigissent. Vir autem DOMINI Fœlix cuncta sentiens à Numine patefacta rei gestæ seriem pandit ordine. quemadmodùm sanctam Syonis vrbem adierit voti reus, & abditos sacrarum reliquiarum

Pays d'Aulnis in Aquitanica Gallia.

13

Christiani in Samarcanda Hyrcaniæ vrbe templum diuo Ioh. Baptistæ extruxerunt cuius fornix vnica columna in medio posita sustentaretur. Coacti tunc sunt Ismaelitæ Christianis inferiores columnam Christianis cōcedere. Dein Christianorum rebus attritis, & Ismaelitis columnam suam repetentibus spe euertendi tēpli, Christiani ad preces conuersi sunt. Mox fornix in sublime eleuata columnam secum pluf-

quiarum thesauros Deus ei mirificè reserarit, detexerit. Ex hinc fusis in Cœlites precibus, cùm omnes respondissent, Amen, Fœlix pretiosissimas gemmas in medium protulit, Caput, scilicet, Iohan. Baptistæ, sociorúmque eius Martyrum Innocentium reliquias: Quorum memoriæ Diuorum â Fœlice sacrati hymni, & psallentium chorus ab eo dirigi cœptus. Quo audito Aquitana phalanx tota procurrit obuiam, & Cæsorum in acie cadauera præferens opem implorauit Immortalis DEI per præcursorem suum Iohannem: vt cuius reliquiæ isthuc aduectæ essent, diuino instinctu mortalibus ostenderet. Tum manu prehendentes sportellam, qua B. Iohannis caput condebatur, singulis eam feretris imposuerunt, tangendamque à mortuis curauêre. Ita subinde ac tetigit ossa iacentium, miro opere vita per mortuum mortuis reddita est. Protinùs autem funerati viceni surrexêre, quasi repente experrecti, à somnóque excitati, & qui à lugentibus efferebantur ad tumulum, iisdem gaudentibus ad vitam redibant. Ea verò Pipinus Rex intuens totusque exercitus MAGNALIA DOMINI, per antecursorem suum Iohannem Baptistam prodita, sublatis in cœlum manibus festóque plausu Deum collaudarunt, QVI FECIT MIRABILIA IN COELO ET IN TERRA. Hæc D. Cypriani Libris intexta comperies In Tract. de reuelatione capitis D. Iohannis Baptistæ. Ac ista quidem sunt Gallicæ Christiani Principis in impios victoriæ trophæa diuináque beneficia. Sic cœlesti præsidio Gedeon Israëlis iudex, Hebræis reliquis Arabum & Amalechitarum exercitus magnitudine conterritis, solos delegit è numerosa Iudæorum turma trecentos: atque eo duntaxat comitatu, hostes noctu in ipsis castris inuasit, coniectáque in fugam eorum multitudine, centum millia hostium occidit, à cæteris Hebræis in cæde fugientium adiutus. Ex Cap. 7. Iudicum in sacto vetere Instrumento. Ionathas aûtem Sauli filius, vno duntaxat comite sequente, hostium castra noctu ingressus est, ac circunquaque multorum cum strage peruagatus, tantùm pauoris iniecit Philistæis, quorum erant castra, vt cùm omnia ab hoste teneri crederentur, fugam arripuerint. Eò Saulus accurrit cum parte copiarum, Philistæosque passim dispalatos trucidat. Haud secùs Diuinæ opis miraculo Iudas Mochabeus tribus inermium millibus hostilem deleuit exercitum. 1. Mach. Cap. 3.

quã pedali altitudine à sua basi trax it: atque ita suspensam retinuit vt hoc miraculo plurimi ad fidem Christi conuerterentur. Ex M. Pauli Veneti Lib. 1. Cap. 39. de Region. Orient.

Sic Prochorus discipulus B. Iohan. Euangelistæ de eius vita, miraculis, & assumptione Tractatum edidit.

14 DIGRESSI sumus in ea Franciciæ Religionis exempla paulò copiosiùs, vt intelligerent omnes, Gallici Imperij fœlicitatem canæ Fidei priscorúmque pietati Regum accepto ferendam, & inclytos terræ Galliæ Rectores Sacerdotibus summas honoris partes detulisse. Ac ne interim ab Ecclesiastica bonorum Oeconomia discedamus, in numerato sunt complura Regio sumptu extructa dotatáque Cœnobia velut perpetuum sparsim triumphati diuino munere hostis monumentum. Ita Insubrum Regulus Ottho, partis de hoste trophæis, dedicauit Aram in Mediolani templo maximo Diuæ Ag-

Ottho Vicecomes Mediolani Princeps.

netæ,quam in prælio vouerat: addidírque agros in alimenta sacerdorum,qui quotannis eius diei memoriam celebrarent. Idque adhuc singulis annis in vrbibus Mediolanensi Dirioni contributis religiose repetunt Prætores,Decurionesque, ad tubarum cantum instauratis sacris post trecentos annos. Vt à Iouio perhibetur in Mediolanen. Principum Hist. Omitto hac in parte veteres Ethnicos qui fœlices etiam prçliorum euentus in religionem vertebant, & Templa Diis sacrabant. Sesostris enim Ægyptiorum rex,cum multos populos suo imperio bellica virtute adiecisset, ex hostili præda singulis Ægypti ciuitatibus phanum ei constituit Deo,quem præcipuè colebant. Inquit Diodorus Sicul. Lib. 2. Cap. 2. Porro Britanniæ regi Ælfredo sanctum solemnéque fuit, annuum censum trifariam partiri:sic, vt primam inopibus partem, alteram Cœnobiis quæ condiderat ipse, postremam Scholæ ex variis coactæ prouinciis, clericis, & literarum doctoribus consecraret. Anno restituti Mundi 888. Auctore Matthæo VVestmonasteriẽsi,Rerum præsertim Anglicarum auctore peruetusto.

Timoleũ Corinthius, qui Dionysij regnum euertit in Sicilia post clarissimam victoriã non est Religionis oblitus, sed paternam domum in Templi vsum conuertit.

CVRIALE ineunti sacerdotium necessaria est domus, quam incolat, presbyteri domicilium Vulgo dictum. Parœci enim tenentur sua impensa ædes construere quibus parocho frui liceat,commoda instructas supellectile. Decreto Senatus pro Ludouic. Garroto Curione Longipontis ad Montem lericum, in Diœcesi Parisien. 3. Idus Decemb. An. 1540. Refectio autem Curialis eiusce ædificij cuinam incumbat,parochóne an parœcianis,ardua quęstio. Placuit Archiepiscopali Tholosatium Iuridico, refectionis onus ad sacerdotem Parœciaci templi pertinere pro rata sacrorum redituum,qui ei supersint,portione Decis. Capellæ Tholosanæ. 499. Quod in Normania vsu receptum innuit Alexander. 3. P. P. ad Lexouiorum præsulem scripta Decretali Epistola 4. de Eccles. ædific. Eóque in negotio patrium morem seruandum notat Siculus, & Doct. in Cap. 1. Eod. Tit. Putà si Fabricæ onus in populum transferat consuetudo Regionis, ab eo Iure, quod tandiu æquum visum sit, haud temerè discedendum. Hostiens. in cit. Cap. 1. Innocent. in Cap. vlt. De his quæ fiunt à maior. part. Capit. Porro sacræ Fabricæ prouentus annuo piorum fundatorum voto mandatisque adimpletis, insumi debent

Arestum Curiæ Paris. pour le Curé de Longpont, vers Montlehery. Die 21. Decemb An. 1540 de luy fournir vn presbytere ou maiso presbyterale par les parroissiens.

Par Arrest de Tholose du 25 Ianuier 1571. tous prenans fruicts decimaux sont contribuables à la reparation & construction des Eglises. Et par Arrest precedent du 20. Mars 1538. au proffit du Syndic de habitans de Berat, fut dit que les bastimens, & reparations des Eglises seroient faites aux despens des Prieur & Recteur, qui prenoient les fruicts decimaux des lieux desdites Eglises, à sçauoir le tiers contre va chacun de ce qu'ils y prenoient des fruicts. Et lesdits habitans seroient tenus faire les charrois & manœuures necessaires dans la parroisse. Rapporté par Maynard Lib. 1. Cap. 32.

Arrest de Longjumeau tout semblable du 30. Ian. 1567 pour M. Claude Versoris curé de Longjumeau contre ses parroissiens, condamnez luy bastir presbytere & le luy meubler, & outre près iceluy faire petites escholes pour les ieunes enfans.

Arrest donné à l'Audience de la grand Chambre de l'an du 18. Feurier l'an 1596. plaidant Versoris pour le Prieur de Gesmont appellant d'vne sentence du Baily ou Lieutenant de Bar le Duc, contre le Curé & habitans de la parroisse de S. Diserintimes. Par lequel il fut iugé que encores que ledit Prieur fust decimateur en ladite parroisse de S. Dizier, neantmoins en emendant le iugement il fut enuoyé absous de la demande de reparation de l'Eglise tombee en decadence. Mais par autre Arrest de l'Audience du Mardy 18. iour de May 1604. au roolle de Champagne plaidant du Marché pour les Appellans comme d'abus de l'Official de Bar, & Daignes pour les intimez, lesdits appellans qui sont les Chanoines & Chappitre de Toul ont esté declarez non receuables en leur appel comme d'abus de ce que l'Official ou Vicaire de l'Euesque de Toul faisant ses visites auoit ordonné que lesdits Chanoines comme principaux desimeurs en certaine parroisse de son diocese contribueroient aux reparations de l'Eglise parochiale ruineuse & en decadence Les parroissiens intimez en cest appel.

Edictum de Melun vulgo appellatũ, quo Matricularij Ecclesiarũ parrochialium tenentur conficere solemne Inuentarium litterarum & titulorũ Fabricam Ecclesiæ suæ spectantium, & iuxta illud annuatim sua computa reddere.

debent in fulturam refectionémque Templi, ac sacrorum instrumenta necessariámque phano supellectilem comparandam. Art. 9. regij Edicti, quod postulante Gallico Clero Meloduni coacto An. 1579. latum fuit Lutetiæ Mense Febr. An. 1580. Eodem capite Edicti præcipitur Templorum Æedituis, res omnes tabulásque ad Fabricam spectantes in testatum redigere, & ex solemni eo Repertorio singulis annis ratiocinia edere suæ bonorum curationis. Quod verò attinet ad priuatam Rectoris parœciæ habitationem ac domum, sequendus est locorum mos prædictus, quo cessante presbyter, tenetur ædificium ex annuis Ecclesiæ obuenrionibus non quidem struere, quod est parœcianorum, sed fulcire & instaurare. Saluo eo, vt si deductis ad clericiuictum vsumque necessariis, nihil ipsi supersit, parœci subsidio nummos conferre eam in causam compellantur. Argum. Cap. si Episcopus de offic. ordin. In 6. Proinde narrat Aufrerius, sua tempestate Lectorensem, Mimatensem, Ausciorum Pontifices damnatos fuisse à Tholosano Senatu, sui cuiusque templi sarta tecta curare suo sumptu. In Addit. ad Decision. Capell. Tholos. 499. Nam sacræ Basilicæ instaurationi addictus est speciatim totius Ecclesiastici census quadrans, à prisca sanctorum Patrum obseruatione, quam Sozomenus recensuit. Hist. Eccles. Lib. 8. cap. 12. His optimè congruit Arelatensis Synodus. 4. sub Karol. Mag. Cap. 25. *Vt si quis beneficium de rebus Ecclesiæ habeat, ad tecta eiusdem Ecclesiæ restauranda: vel ad ipsas Ecclesias ædificandas omnino adiuuet.* Quin & Patisiensis Curiæ decreto iussus est Virtutum cœnobiarcha semissem monasticorum redituum effundere in Ædis suæ refectionem B. Virginis sacræ. Brissonio, Abbæ fiduciarij: Me, contrà cœnobitarum causam orantibus. 5. Nonas Octobr. An. 1569. Ac longo antea temporis curticulo iudicarat Senatus, Antistitem Bellouacorum instante Collegio Cathedralis Fani, dimidias in eius reparationem impensas facere teneri, æqua sumptuum parte à Canonicis pensitanda. S. Consulto. 5. Kalend. Decemb. An. 1512. Haud secùs Andiũ Præsul quotam Episcopalium obuentionum portionem conferre damnatus est in Phani maximi instaurationem; tametsi vetusta Mensę cõmunis cum ipso Collegio partitione ius suum tueretur, redituumque pontificalium tenuitate. Aresto pridie Kal. Iunias An. 1538. quùm Marillacus pro Episcopo, & Seguierus pro *Capitulo* vtrinque perorassent. At nostra memoria intestino bello grassante per mediam Galliam, prudenter constituit Rex Karolus. 9. Templorum beneficiarios, quæ hostilium copiarum lasciuie diruta fuissent, reficiendis iis non obligari. Exceptis sacris Ædificiis, quæ possessorũm culpa negligentiáve collapsa sint. Qùo casu beneficiarij possessores sarcire ea tenentur, suisque impendiis reparanda illicò procurare, Codicillis Regiis. 3. Nonas Nouembr. 1572. quos Senatus comprobauit. xi. Kalend. Ianuar. Eod. Anno.

Episc *de Lestoure, de Mãde*, Archie. *d'Aux*.

Fœlix Ausciorum seu Auxitanus Archiepisc. Elibertino Concilio subscripsit. Tetradius Aurelianensi, 2. Faustus Matisconensi. 2. Licerius Cabilonensi. Horum autem Archiepiscoporum suffraganei Lectorenses episcopi, inter quos Faustus Lectoren. Præsul, Matisconensi 5. Concilio interfuit.

Arestum Curiæ inter Abbatem *de Nostre Dame de Vertuz, en Champaigne*, & eius monachos, de contribuendo pro media parte redituum Abbatiæ necessariis eiusdem reparationibus. Die 3. Octob. 1569.

Iudicium Curiæ die 27. Nouemb. 1512. contra Episcopum *de Beauuais, tenu contribuer pour moitié aux reparations de la grand Eglise, & les Chanoines pour l'autre moitié.*

Arestum Curiæ die vlt. Maij An. 1538.

Rescriptũ principis die 5 Nouemb. 1572. Verificatum in Parlamento die 22. Decem. eod. An.

Arestum Curiæ die 20. Iulij 1566. Dn. Broëe litis inspectore inter Theodorum Sarretum & Iacobum Morinum litigatores. Eo autem Aresto reseruatum est optionis ius antiquioribus Canonicis: quẽadmodũ & alio Curiæ Placito inter Lugdunenses sacros collegas Die 9. Iulij. An. 1565.

PORRO in Canonicorum Cœtu, quibus competit singulis domuncula, quæsitum fuit, nûm tales ædes à collegio trãscribi in profanum aliquem possint temporaria locatione. Senatus censuit non posse, si modò vel collegarum Ecclesiæ vnus domo egeret, eamque sibi deposceret incolendam. Aresto Curiæ. 13. Kalend. Sextiles An. 1566. quùm inibi Sarretus, & Morinus Sodales Fani Honorati Parisien. aduersus Sodalitium in foro contendissent. Iudicatũ est quippe, domos Canonicis destinatas, quas ab Collegio Massurius forẽsis patronus conduxerat, haud aliis locari, quam petentibus sacris collegis debuisse, pro veteri sacræ familiæ instituto. Idem planè Tricassibus inualuit Sacerdotalium domuum vsus, vt sua Canonico cuilibet habitatio adsignetur. Auctore Innoc. 3. in Cap. Dilecto. vers. Sicut Canonicus Trecensis interfuit, & domum quandã per Capitulũ memoratum obtinuit, quæ nonnisi canonico consueuerat adsignari De Præbend. Pari ratione Ludouicus 12. rex vetuit, Andegauæ matricis Ecclesiæ domos aliis omninò locari, quàm Clericis eiusdem ministerio mancipatis. Diplomate. 7. Idus Decemb. An 1512. quod in maioris ipsius Phani tabulario conditum est. Nec diuersũ cauetur decreto Prouincialis Synodi apud Burdigalam Vibiscorum habitæ An. 1583. Tit de Capitulis & Canonicis Ecclesiarum cathedralium. Artic. vlt. Nempe vt offensiones & scandala tollantur, quæ ex contubernio ac conuictu Eccesiasticorum cum profanis, præsertim coniugibus, oriri solent. 16

Literæ patentes Ludouici 12. Die 7. Decem. 1512. *touchant les maisons Canoniales de l'Eglise d'Angiers.* Conciliũ prouinciale *de Bordeaux.*

17 QVOD dicimus præbendam Sacerdoti habitationem, vt frequẽs sacrum gerat officium, cui deditus sit, id summæ innititur æquitati: Quando & assiduè huius functionis intuitu attributa est Collegiis quibusdam sacrosanctæ vacationis venia in Ecclesiasticis aliis beneficiis, quæ singuli priuatim Sodales possideant. Ambianæ enim principis Ecclesiæ Chorus leuatur continui onere ministerij in cæteris Canonicorum sacerdotiis, quandiu Ambianenses clerici in Episcopali templo sacris operentur, Pontificio isto Pij 2. diplomate. *Pius*

Priuilegium Apostol. pro Capitulo cathedralis Ecclesiæ *d'Amiens*, ne beneficiati in eadem, residere cogantur in aliis suis sacerdotiis. Die 4. Nouemb. An. 1460.

Ordonnãces de Charles 5. *Empereur à Bruges le 21. Octob. 1541. Que es lettres de places qui s'accordera pour mettre à execution aucunes Bulles ou prouisions Apostoliques de Cures & Eglises parochiales sera adiousté, que l'impetrant d'icelles sera tenu resider au lieu de sa cure, sans la pouuoir faire deseruir par autruy.*

Item que lettres de places ne seront accordees sur priuileges de non resider sur les cures, ou sur dispense d'aage, ou qu'il ne sçaist le langage du pais, ne aussi sur coadiutoreries en prebendes ou autres benefices simples.

Les Chanoines & Chappitre de l'Eglise du Mans ont pareille Bulle de dispense de nõresidẽce en leurs cures de Clement 7. à Auignon. 6. Idus Iulij An. 12. Pontificat. *& patentes du Roy Charles 9. du 21. Feurier 1561. mais lesdites patentes n'ont esté verifiees en Parlement. Or en Mars 1604. il y auoit 4 particuliers Chanoines prests à plaider leur appel, de ce que le Lieutenant du Mans leur a enioint d'aller resider en leurs cures.*

Le Lundy 20. Ianuier 1603. en plaidant par Montelon pour le Chappitre d'Amiens appellant des saisies faites à la requeste du Procureur du Roy d'Amiens à la suscitation de l'Euesque d'Amiens, touchant le temporel des cures de chacun des Chanoines. Lequier plaidant pour ledit Euesque intimé en son nom, Monsieur Seruin Aduocat du Roy a incidemment appellé comme d'abus de l'execution de la Bulle du Pape Pie 2. cy transcripte, comme n'ayant peu le Pape dispenser de la residence des benefices curez estans de droict diuin, ou quoy que ce soit, des saincts Decrets & Conciles generaux, desquels la Cour est protectrice selon les priuileges de l'Eglise Gallicane. Et le lendemain Mardy 21. de Ianuier au mesme roolle d'Amiens audit an 603. ladite cause n'a esté poursuiuie ne plaidee.

L'an 1538. M. Pelleué Euesque d'Amiens par acte solemnel, renonça & quitta la redeuance qu'il auoit accoustumé leuer sur les curez dudit diocese, non residens, & pour le congé d'y establir Vicaires aux cures, idque *pour les Chanoines du Chappitre d'Amiens qui auoient des cures, comme n'estant lesdits Chanoines tenus à la residence en leursdites cures. Suiuant le chap.* Extirpandæ. § quia verò, De præbend.

Le Ieudi 4. de Mars 1604. a esté appointé au conseil plaidant Dagnes pour 4. Chanoines de l'Eglise du Mans, le Chappitre se ioinct auec eux, appellans du Lieutenant du Mans, Cornu pour le substitut du Procureur du Roy audit lieu, & Seruin pour le Roy, A sçauoir si lesdits quatre Chanoines qui ont cures pres ladite ville, seront dispensez d'y resider. On dit qu'il y en a eu arrest en plaidant contre les Chanoines & Chappitre de Beauuais de l'an 1579. ou de l'an 1597. & ledit Seruin l'a allegué.

Par Arrest du Parlement de Paris du 13. Iuillet 1563. iugé pour le Chappitre de l'Eglise de Bourges, sur l'appel par le Chappitre de ladite Eglise interiecte des saisies faites du temporel des Cures appartenans à plusieurs Chanoines de ladite Eglise, & ce à la requeste du Procureur du Roy des lieux, fut dit en ayant esgard aux patentes du Roy obtenues par ledit Chappitre, qu'il auoit esté mal saisy à faute de residence par les particuliers Chanoines de ladite Eglise, en leursdites Cures. Et en ce faisant auec le Procureur General furent declarez n'estre subiects à ladite residence, comme estans de ladite Eglise Metropolitaine.

Par le Synode Metropolitain ou Prouincial de Rouen de l'an 1581. au Chapitre de Residentia, *il est dit que les Chanoines des Eglises cathedrales pourront tenir Cures, non distantes de plus de cinq lieues de leur Eglise Cathedrale.*

Bulle du Pape Pie 5. reuocatoire de toutes dispences de resider en ses benefices, laquelle est à la fin du Concile prouincial de Rheims qui la commande garder. Laquelle Bulle est de l'an 1568. Idibus Iulij, *portant expressement reuocation de toutes dispenses octroyees par ses predecesseurs de non resider en leurs Cures, en quelque diocese que ce fust ou prouince Metropolitaine soubs ombre de Canonicats que ayent lesdits Curez ez Eglises Cathedrales ou Collegiales. Mais leur enioint precisement resider esdites Cures, & en ce faisant sont deschargez de resider en leursdits Canonicats, desquels aussi ils gaigneront les gros fruicts, horsmis les distributions quotidianes. Ainsi est il determiné par le Cocile prouincial de Rheims tenu l'an 1583.*

Bulle du Pape Pius 2 de l'an 1459. 14. Kalen Augusti Pontificatus An. 1. *Les Doyen, Chanoines & Chappitre de l'Eglise Metropolitaine de S. André, & de S. Seuerin de Bordeaux, ils sont dispensez de tenir & iouyr des benefices curez auec leurs Chanoinies & prebendes, en residant seulement en leursdites Chanoinies, & commettant quelques Vicaires & Chappelains* conductitios. *Suiuant laquelle Bulle de dispense y a eu Arrest du Parlement de Bourdeaux du 20. Mars 1461. au proffit desdits Doyen, Chanoines & Chappitre.*

Bulle de Pie 2. de l'an 1458. 5. Calend. Mart. *portant que suiuant l'exemption de l'Archeuesque de Bordeaux accordee à son Chappitre de S. Andre par le Pape Clement 7. Ledit Chappitre a pleine iurisdiction sur tous les particuliers habituez Chanoines & Chappelains de ladite Eglise, & outre, que les Chanoines en residans en ladite Eglise, ils sont dispensez d'aller & resider en leurs cures ou autres benefices. Et quant au college de Raphael de Bordeaux autresfois fondé par vn Archeuesque de Bourdeaux, il demeure par ladite Bulle à correction & iurisdiction dudit Chappitre. Laquelle Bulle de Pie 2. fut executee par l'Euesque de Bazas delegué le 24. Decembre 1481. du temps du Pape Sixte 4.*

Pius Episcopus, &c. Venerabili Fratri Archiepiscopo Auxitanen. Ecclesiæ, & dilectis filiis S. Genouefæ, & S. Dionysij Parisiensium Monasteriorum Abbatibus salutem, &c. Hodie dilectis filiis Decano & Capitulo Ecclesiæ Ambian. necnon vniuersis & singulis perpetuis Beneficiatis, aliisque Capellanis, & perpetuis habituatis in eadem, nostras concessimus Literas tenoris subsequentis. Dilectis filiis Decano & Capitulo Ecclesiæ Ambianen. necnõ vniuersis & singulis perpetuis beneficiatis, &c. Auctoritate præsentium indulgemus, vt vos ac vestri successores apud ipsam Ecclesiã personaliter residendo, fructus reditus & prouẽtus quorumcunque beneficiorum cum cura & sine cura, etiam residentiam personalem requirentium, quæ in quibusuis aliis Ecclesiis in dicta prouincia Rhemensi coassistentibus obtinueritis, etiam si Canonicatus & prabendæ, dignitates in Cathedralibus vel Collegiatis Ecclesiis, & dignitates ipsæ in Cathedralibus post Pontificales maiores, seu in collegiatis Ecclesiis huiusmodi principales fuerint, & ad dignitates seu personatus consueuerint aliqui per electionem assumi, cum ea integritate liberè quotidianis distributionibus exceptis percipere valeatis, & ad residendum interim in eisdem minimè teneamini, &c. Nonobstante, quòd in ipsis aliis Ecclesiis primam non feceritis personalem residentiam consuetam: Prouiso quò beneficia huiusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis, & animarum cura in eis, quibus illa imminet, nullatenùs negligatur, &c. Cupientes igitur, vt Literæ nostræ sortiantur effectum discretioni vestræ mandamus, quatenùs vos, vel duo, aut vnus vestrum per vos vel alium, seu alios faciatis auctoritate Apostolica prædicta Decano & Capitulo, personis beneficiatis, Capellanis, & habituatis præfatis, fructus, reditus, & prouentus beneficiorum huiusmodi, quę obtinebunt, quandiu in prædicta Ambianen. Ecclesia resideant, illicque in diuinis deseruierint, integrè ministrari: non permittentes, eos per Episcopum, Ordinarium, & Capitula huiusmodi, & quosuis alios ad residentiam interim in dictis aliis Ecclesiis siue locis, & aliàs contra eiusdem nostrę concessionis formam quomodolibet molestari. Non obstantibus, &c. Pridie Nonas Nouembres An. 1460. Pontific. An. 3.

Ab huius Ambianẽsis Ecclesiæ Episcopali iurisdictione exẽpti fuerunt Decanus, Canonici, Capitulum & Clerici omnes Ecclesiæ collegiatæ S. VVlfrannij in Abbævillana vrbe, *en Ponthieu*, déque omnibus ciuilib. & criminalib. causis omniũ clericorum huiusce Ecclesiæ Capitulum solum S. VVlfrãnij cognoscere debet in prima instãtia Per Bullã in Clem. 6. P. apud Auenionẽ. 7. Idus Iunij Ao 13. Pontificatus. Et duplex concordatum in curia Parisien. inter Episcopum Ambian. & Capitulum sancti VVlfranni) super illa exemptione iurisdictionis, die 10. Mart. An. 1364 & die 2. Aug. 1399 Cũ Aresto contradictorio inter eosdem. Die 15. Ian. Ao. 1565. *en plaidant du roelle d'Amiens.* Literæ patẽtes Regię Die 14 Aug pro Capitulo maioris Ecclesiæ *de Sens*, Verificatæ in Parlamento Die 26. Nouem. Ao. 1562.

Eadémque ratione, Senonensi matricis Ecclesiæ Collegio indultũ est, vt Senonum Canonici, qui sacrum ibidem munus implerent assiduè, reliquorum vacationem haberent plenissimam. Principali rescripto Postridie Idus Sextiles. 1562. Quod & Senatus probauit. 6. Kalend. Decembres Eod. Anno. Singula hæc, iuxta Edictum Aureliæ latum in maiori Gallicorum Ordinum concilio, Artic. 5. & Edictum Blesense Art. 19. Neque ab iis prorsùs alienum est quod retulit olim Bohicus, Martiniani Côuentus monastici Præfectum apud Lutetiam, hoc ipso sacram Annonam percipere in Cathedrali Parisiorum basilica solido iure, quòd monasticum Primarum exerceat, officioséque rem diuinam peragat in phano Martiniano. Idem iuris à Bohico tribuitur D. Euurcij Abbæ in Aurelianensi Æde sacrarum maxima, cui nempe huius præbendum templi competat, ecclesiasticum modò officium in Cœnobio suo obeunti. Henric. Bohic. in Cap. Deus qui de vita & honest. cleric. Imò Regij etiam senatores clerici propterea soluuntur continui lege ministerij in suis sacerdotiis, quia Senatoriis Reique publ. negotiis dietim occupentur. Ex Boherij Decisione Burdegalen. 17. ac Decreto Prætoriani Consilij, Nonis Septemb. An. 1573. pro Karolo Valla, Regio in Curia Rothomagensi Consiliario aduersus pontificale Eburouicũ sodalitium: Quo ille in Sodalitio sacra Cantoris & Canonici munera obtinebat. Atque adeo iam olim vulgari hac formula *Significamus* expediuntur Senatoria decreta, quæ templorum Canonicos adhortentur, vtì Clericum Senatorem Ecclesiæ beneficiarium mitti sinant in possessionem sacerdotij vicaria procuratoris opera: quùm Senatorio ipse officio implicitus, à sacri Beneficij functione excusetur. Talia Aresta præscriptis hisce verbis concipiuntur. *Carolus Dei gratia Francorum rex, Dilectis nostris Decano, Canonicis, & Capitulo, &c. salutem. Cum à Sede Apostol. nobis sit indultum, vt omnes Clerici & personæ Ecclesiasticæ nostris insistentes obsequiis fructus, reditus, & prouentus suorum beneficiorum quorumcunque cum ea integritate percipiant, qua ipsos perciperent, si in Ecclesiis in quibus ipsa obtinent, personaliter residerent, &c. SIGNIFICAMVS vobis, quòd dilectus & fidelis noster in nostra Parlamenti Curia Consiliarius N. prebendatus vestra Ecclesia nostris ab anno citra institit & adhuc incessanter insistit obsequiis, suum officium in dicta Curia nostra exercendo. Vnde vos attente rogamus, nihilominùs mandantes, quatenùs eidem Consiliario nostro aut eius procuratori pro eo de fructibus, prouentibus & emolumentis ad dictum Canonicatum & Prebendam spectantibus, quotidianis distributionibus duntaxat exceptis, ab illis quorum interest aut interesse poterit, faciatis integre responderi: taliter id acturi, quod nobis & dicto Consiliario nostro debeat esse gratum. Datum Parisiis in Parlamento nostro, &c.* Iuxta hæc sunt dictata Baldi ad l. Iurisperitos D. de excus. tutor.

Hẽrici Bohici verba sunt hæc, in Ecclesia Paris. Prior S. Martini de Campis habet ratione sui prioratus vnam præbendam. Et in Ecclesia Aurelian. Abbas S. Euurcij habet vnam præbẽdam.

Abbatia de S. Euuerte d'Orleans.

Arestum Magni consilij Die 5. Sept 1575. iuxta vetus Clemẽtis 6. P. P. priuilegium Francis regibus pro eorum ministris ac familiaribus Clericis irrogatum. De quo Nos cumulatè Lib. 3. Tit. vlt. de Domanio Franciæ.

Capitulum Ecclesiæ d'Eureux en Normandie.

18 ASSIDVI quoq; immunitas ministerij beneficiario data est politioribus studiis incumbenti: eo cum fructu, vt sacerdotij reditus sibi lucri-faciat, dùm in stadio literario decertet, tempore legibus præfinito.

Scolastico item gratia fit ab Episcopo, ne intra septennium necessario ad presbiterij

præfinito. Decretali epiſtola Innocentij. 3. Tuæ De cleric. non reſiden. Et Honorij. 3. conſtitutione Super ſpecula de magiſtr. Quam Innocentius. 4. ſanctionem repetiit Concilio Lugdunenſi Cap. Cum in diuerſis De Priuileg. In. 6. Hæc ſimiliáque ſcholaſticorum priuilegia recenſentur ab Archydiacono in Can. De quibuſdam. 37. Diſtinct. & in Cap. vlt. De reſcript. In. 6. Tum à Guymerio Pragmat. Sanct. interprete §. Et quotiens In verb. liberiùs Tit. De collat. Eamque ſumma Curia ſentétiam amplexa eſt, ſecundùm ſingulare Ius iſtud Canonica lege comprehenſum: huic tametſi Canonicorum Societas diuerſam Eccleſiæ ſuæ conſuetudinem oppoſuiſſet. Areſto diebus Chriſti Natalitiis An. 1553. inter Stephanum *de Leſtág* Muſarum alumnum, & Sodales templi Feritatis *Aurain*, litigatores. Idemque publica Fori actione obtinuimus à Senatu pro Daniele Augentio cliente noſtro, Græcarum literarum profeſſore in Academia Pariſien. & Senonenſis Eccleſiæ canonico, in Archiepiſcopale Senonum Collegium. Extemporali decreto Curiæ. xi. Kalend. Mart. 1579. Et. 14. Kal. Quintiles poſtero Anno, in executione Decreti anterioris. Itaque peculiaris ille ſacrorum Collegiorum mos, vt ſigillatim quiſque diuinis interſit eo in Templo, cuius beneficiarium ſe profiteatur, ceſſat in hiſce priuilegiariis, quorum immunitas ſcripto etiam Iure conſignata eſt. Specialis autem Eccleſiarum Conſuetudinis in ſacerdotio reſidendi typum pete ex ſacra Canonicorum Familia D. Hilarij Pictauenſis, cuius de eo ritum inſtitutumque vetus confirmauit Lucius. 3. P.P. qui Romæ ſedebat An. 1183. & ita verba fecit. *Lucius &c. Rationabilem conſuetudinem veſtræ Eccleſiæ auctoritate Apoſtolica confirmamus, qua conſuetudine ſtatutum eſt & hactenus obſeruatum, vt omnes reſidentes ſeu Manſionarij canonici, qui de curtibus & terris veſtris accenſamenta ſub certa penſione percipiunt, per. 8. menſes ad minus in ſeruitio debeant Eccleſiæ reſidere, fide interpoſita promittentes, quod terras ſeu alias res Eccleſiæ bona fide conſeruent, & manſionem. 8. menſium facientes ſtatutam debeant exoluere penſionem, aut ſi manſionem forte non fecerint, ab accenſamento ſuo per annum integrum ſuſpendantur, &c. Datum Anagniæ. 2. Idus Mart.* Cuiuſmodi priſcum morem Canonici renouarunt, adhibita ſanctiſſimi iuriſiurandi religione. Poſtridie D. Hilarij, Menſe Ianuar. An. 1310. Ne iſthuc otioſè congeram varia ſummorum Pontificum in hanc Hilarij Ædem beneficia, Innocentij. 2. An. 1142. Vrbani. 4. An. 1263. & 14. Kalend. Nouemb. An. 1264. Clementis item Quarti. 8. Idus Iulias An. 1265. Quibùs, inter alia Templi Sodales foro Diœceſani Præſulis imperióque eximuntur.

gradum euehantur. Cap. Cum ex eo De Elect. In 6.

Placitum Curiæ recitatum Die Natali Chriſti profeſto An. 1553.

Areſtum *donné en playdant*, die 19. Feb. An. 1579. Et in eius executione, alterum die 18 Iunij An 1580. *pour M. Daniel d'Auge, contre le Chapitre de Sens.*

Eadem Bulla approbatur conſuetudo iuramenti à Canonicandis præſtandi, quod nil ab eo vel pro eo ipſi ſcienti qui Canonicari deſiderat, propter hoc datum eſt, vel promiſſum, & ſi promiſſum eſt, non ſoluetur. Et quòd theſaurum ſeruabit Eccleſiæ, neque res & poſſeſſiones ipſius diſtrahi permittet. &c.

Apoſtolicæ Literæ pro Eccleſia collegiata S. Hilarij Pictauen. die 14. Mart. Cum Statuto & iuramento Canonicorum Bullæ adprobatiuo, Die 14. Ianuar. An. 1310. Poſt Bullas priuilegiatas Die 19. Oct. An. 1264. Et die 8. Iulij An. 1265.

Par Statut ſolennel capitulaire de l'Egliſe collegiale de S. George de Vendoſme du 18 de Ianuier 1576. omologuee & confirmee par Arreſt de la Cour du 27. Febvrier enſuyuant, auec le Procureur General du Roy, ſur la requeſte dudit Chapitre, il eſt ordonné que les ieunes Chanoines & Chappellains nouueaux de ladite Egliſe, iront eſtudier aux lettres humaines, & autres aux Vniuerſitez, pour ſe rendre dignes & capables de leur profeſſion Eccleſiaſtique, iuſques à l'aage de 24. ans. Et cependát ſerôt exépts du ſeruice perſonnel de leur Egliſe, auſſi perceuront ils ſeulement le gros & moictié des diſtributions de leur benefice, pendant le temps de leurſdicte abſence ſcholaſtique.

Les diſtributions quotidiaines ou manuelles ſont auſſi bien adiugees au Precepteur de ſa prebende Preceptorialle, que les gros fruicts, comme au Docteur Theologal, encores qu'il n'aſſiſte au ſeruice. Par Arreſt de Tholoſe du 29. Ianuier 1584. prononcé en Robbes rouges par le premier Preſident Duranty, rapporté par Maynart, Cap. 14. Lib. 2. de ſes Queſtions.

Du gain des fruicts de Prebende, pour le Conseiller Clerc presidial, Vide Tit.3.Lib.2. art. 10.

In impetratione beneficij certi valoris quotidianæ distributiones non computantur. Rotæ Decis. 134 In antiq. Quia non sunt de corpore beneficij, sed certi tantum ministerij ratione dantur Cap. vnic. De cleric. non resid. In 6. Cap licet, de præbend

Arrest du Parlement de Rennes, entre Iehan Mangart appellant, Chanoine de Dol, & les Chantre, Chanoines & Chapitre dudit Dol. du 25. Febvrier 1562. cotté par Dufailz aux arrests d'audience L'appellant ayant seruy en son Canonicat, demande les gros fruicts de sa prebēde. Les inthimez dient qu'il n'a commencé sa residēce la vigile S. Sanson cōme il est requis par les Statuts de ladite Eglise. Appel cōme d'abus desdits Statuts pour l'appellant, & le Procureur General. La Cour dit qu'il a esté abusiuement refuzé en consequence desdits Statuts de le payer desdits fruicts qu'il apparoissoit auoir fait residence. Et aussi en ce que par lesdits Statuts il est dit, que chacun Chanoine sera tenu commencer sa residence à la vigile de S. Sanson, & que à faute de ce faire ne prendra aucuns fruicts en l'annee. Et aussi en ce qu'il est dit, que les Chanoines dudit Dol qui auront commencé leur premiere residence au iour de vigile S. Samson & continue durant les 24. sepmaines suyuātes, ne seront tenus à l'aduenir resider que trois mois l'an à leur plaisir. Et en ce faisant ordonne la Cour, que pour l'aduenir les Chanoines receus en ladite Eglise, qui auront fait leur residence selon les Canons, seront payez de leurs gros fruicts, depuis le commencement de leursdites residence.

Pareil Arrest du Parlement de Tholose transcrit par Geraut de Maynoard, liure premier de ses Decisions dudit Parlement Chap. 2.

Arrest du Parlement de Bordeaux du 24. Febuirier l'an 1604. entre Marc Roy, Archidiacre d'Aunis, René Vincent Mᵉ. d'Escole, & Seguin de la Place aussi Chanoines particuliers de l'Eglise Cathedrale de S. Pierre de Xainctes, appellās cōme d'abus d'vne Ordōnance & conclusion Capitulaire du Chapitre de ladite Eglise (portant que chaque Chanoine d'icelle gaignoit tout le gros de sa prebende, en se presentant au seruice vn seul iour prefix de l'annee, sans estre tenu resider ne y assister aux autres iours de l'an) d'vne part: Et le Syndic des Doyen, Chanoines, & Chappitre de ladite Eglise inthimez, & deffendeurs en reglement de ladite Eglise. LaditeCour veu les productions des parties, Dit, pour le regard dudit appel comme d'abus, qu'elle a mis lesdites parties hors de Cour & de procez, & en les reglans, sans auoir esgard aux anciens Statuts Capitulaires de ladite Eglise dispensatifs de ladite residence. Ordonne que les Chanoines qui ne resideront ordinairemēt, excepté les cas de maladies ou absence legitime pour les affaires publiques de l'Eglise, seront priuez de leurs distributions, & du gros, selon le Concile Prouincial de Bordeaux, portant qu'en cas d'absence de plus de trois mois, les Chanoines ne prendront aucun gros. Contre lequel Arrest ledit Chapitre a requeste Ciuile euoquee au Parlement de Paris, qui estoit preste à plaider à la fin de l'annee 1605. fondee sur lesdits anciens Statuts Capitulaires.

Mes deffences en requeste Ciuile, faictes ineunte *Anno* 1606. *pour les Deffendeurs.*

Maistre Marc Roy, Archidiacre d'Aunis en l'Eglise Cathedrale de S. Pierre de Xainctes, René Vincent Maistre d'Escole, & Seguin de la Place aussi Chanoine en ladite Eglise, deffendeurs à l'entherinement d'vnes lettres Royaux, en forme de requeste Ciuille, obtenues contre vn arrest du Parlement de Bourdeaux du 24. Feburier 1604. & demandeurs en l'execution dudit arrest. Contre le Syndicq des Doyen, Chanoines, & Chappitre de ladite Eglise, demandeurs en ladite requeste ciuille, & deffendeurs en l'execution dudit arrest.

Dient pour moyens de deffendre à ladite requeste ciuille, & consequemment pour l'execution dudit arrest par eux requise, que sur le differend desdites parties estans d'vn mesme corps & College de ladite Eglise Episcopale, ayans icelle esté reglee par ledit arrest diffinitif de Bourdeaux, donné sur les productions des parties: les demandeurs se plaignent d'iceluy seulement en deux poincts limitez & coarctez par leur requeste ciuille. Le premier, en ce qu'il porte priuation des fruicts des Canonicatz & prebendes contre les Chanoines non residans ny assistans

ſiſtans au ſeruice Diuin, & ſinon que leur abſence & non reſidence fuſt excuſee par maladies ou autres cauſes legitimes & neceſſaires ſelon les cas de droict, & dont l'excuſe euſt eſté propoſee & iugee bonne par le Chapitre de ladite Egliſe. Le ſecõd point de leur plaincte giſt en ce que par ledit arreſt il auroit eſté ordonné le Concile Prouincial de Bourdeaux de l'an 1583. eſtre ſuiuy, executé, & entretenu, & conformement à iceluy deffences auroient eſté faites auſdits demandeurs ſoubz pretexte de quelque Statut & couſtume que ce ſoit s'abſenter de ladite Egliſe, plus haut de trois mois pour chacune annee; ſur les peines contenues ez ſaincts decrets.

Or pour monſtrer clairement ladite requeſte ciuille n'eſtre recepuable, & ſubordinemẽt inciuille & non vallable, tant le fondement d'icelle rapporté par leſdites lettres Royaux des demandeurs, conſiſte entierement en la force de quelques Statuts particuliers de ladite Egliſe, & au fait pretẽdu de la couſtume & vſance d'icelle, en conſequence deſdits Statuts: par leſquels ils ſuppoſent que chaque Chanoine ou dignité de ladite Egliſe pour le gain des fruicts de ſon Canonicat ou dignité en icelle, eſt tenu ſeulement d'aßiſter au ſeruice Diuin de ladite Egliſe le iour & feſte de S. Barnabé, de chacune annee preciſement, apres que en la premiere annee de ſa reception & inſtallation, il auroit fait ſon premier ſtage & reſidence rigoureuſe, les premiers ſix mois depuis ſadite reception, ſoubz pretexte deſquels Statuts & obſeruances pretendues en ladite Egliſe, leſdits demandeurs ſe pretẽdent greuez par leſdits deux chefs, de l'arreſt de Bourdeaux. Le premier concernant la perte des fruicts deſdites Chanoinies & dignitez iugee contre les abſens & non reſidens, ſans excuſe probable, telle que deſſus. Et par l'autre chef dudit arreſt ſubſecutiuement prohibitif auſdits demandeurs de s'abſenter de ladite Egliſe plus haut de trois mois en chacune annee, ſuyuant ledit Concile Prouincial.

Contre lequel argument & fondement vnique de requeſte ciuille, dient les deffendeurs, en premier lieu pour fin de non receuoir, que leſdits Statuts & pretendue couſtume particuliere de ladite Egliſe, ſurquoy eſt du tout fondee & appuyee ladite requeſte ciuille, ont eſté plainement conteſtez & diſputez au procez, pendant audit Parlement de Bourdeaux, ſur lequel ſeroit interuenu ledit arreſt, contradictoire & meſmement aux premieres qualitez dudit procez & arreſt, les demandeurs eſtoient appellans comme d'abus deſdits Statuts en ladite Cour, comme eſtans purement abbuſifs & contraires à la diſcipline canonique, nonobſtant ledit fait de couſtume ou pluſtoſt corruptelle ſur la non reſidence des beneficiers de ladite Egliſe Cathedrale.

Tellement que en ladite inſtance appellatoire comme d'abus & requeſte de reiglement, preſentee par les deffendeurs audit Parlement de Bourdeaux, touchant la reſidence deſdits beneficiers en icelle Egliſe ſuyuant ledit Concile Prouincial de Bourdeaux, leſdites parties ayans reſpectiuement eſcript & produit meſmes leſdits Statuts & ſanctions Conciliaires de ladite prouince, ſans auoir rien obmis deſdits faits de couſtume poſez par leſdits demandeurs, ledit Parlement qui a tout veu, a iugé par leſdits deux chefs de ſon arreſt, la nullité & inciuilité deſdits Statuts, & fait de couſtume particuliere, tant pour le regard du gain ou perte des fruicts des benefices de ladite Egliſe, contre les beneficiers abſens &

non legitimement excusez de la non residence, que aussi pour le regard du reglement du temps & de l'absence des Chanoines en chacune annee, suiuant ledit concile Prouincial derogatoire aux Statuts & coustumes locales contraires.

Dont il resulte apertement la fin de non receuoir contre ladite requeste ciuille des demandeurs, comme estant en effect vn pur relief d'appel en forme de griefs, contre vne sentence de Iuge subalterne subiect à reformation par appel. Ce qui est inhibe & interdit par les ordonnances Royaux, de se pouruoir contre les arrests des Cours Souueraines par telle forme de griefs ou erreur de droict, ains seulement permis de venir ad solitam retractationem, *par le dol & surprise de la partie en la procedure en matiere de requeste ciuille: ou en cas d'erreur de faict par forme de proposition d'erreur. Ou en tout euenement entre parties priuilegiez, comme les mineurs, l'Eglise, ou le fisque en cas que apres le iugement ils rapportassent quelques nouueaux moyens ou exceptions obmises, ou non iustifiees ny produictes au premier procez: en ce cas y pourroit il auoir lieu aux lettres de restitution de l'execution contre les iugemens contre eux donnez, suyuant les loix.* Si Prætor §. Marcellus ff. de Iudiciis l. præfecti. ff. de Minoribus: *Et selon l'Edict d'Orleans & autres touchant les requestes ciuilles & propositions d'erreur.*

Consequemment puisque les demandeurs par lesdites lettres Royaux en forme de requeste ciuille, ne rapportent rien de nouueau que ce qu'ils ont escrit & produit audit premier procez, concernant lesdits Statuts & pretendues vsances speciales de leurdite Eglise, surquoy lesdits Iuges souuerains ont iugé, lesdits demandeurs ne font à receuoir en leur relief d'appel, desguisé en forme de requeste ciuille contre l'auctorité des arrests des Cours souueraines, pour dire qu'il auroit esté mal iugé: car autrement il n'y auroit iamais fin au procez, & mesmes y seroit fort interesse Reipublicæ status, qui auctoritate rerum iudicatarum continetur, *selon que disoit vn ancien.*

Subordinément, & droit sur ladite fin de non receuoir prealablement fait: soustiennent les deffendeurs pour la fin de non valloir contre ladite requeste ciuille, que tout ce que les demandeurs ont allegué par icelle causé sur lesdits Statuts & vsage local de ladite Eglise n'estoit pertinent ny considerable pour iuger autrement que ce qui a esté sainctement & religieusement decretté & ordonné par les arrests de Bourdeaux.

Car quant au premier chef dudit arrest touchant la perte des fruicts des prebendes contre les absens & non assistans au seruice diuin, iceux demandeurs recognoissent assez qu'il est generalement iuridicque & de droit canon, enioingnant precisement la residence actuelle aux Clercs & Chanoines des Eglises à peine de priuation non seulement des fruicts, ains aussi du tiltre de leurs benefices. Cap. 1. Cap. Ex parte, & toto Tit. de Cleric. non resid. *Mais seulement se couurent lesdits demandeurs sur leursdites constitutions ou Statuts particuliers de leur Eglise dispensatifs de ladite residence: & sur leur coustume & obseruance de ne resider sinon à certain iour ou feste de chaque annee.*

Arqui *la Pragmatique sanction procedant du Concile de Basle, laquelle est receüe pour loy & police Ecclesiastique en ce Royaume, declare tels Statuts & coustumes particulieres de n'assister au seruice diuin, à chaque heure du iour, purement*

rement abusifues & comme telles, les reiecte cõme nulles, §. Iubet Tit. Quo quisque tempore debeat esse in choro Veriffic. Tollens prorsus abusum illum, quo in vna duntaxat hora præsens totius diei distributiones vsurpat: ea Statuta quoque & consuetudines Ecclesiæ, quæ tendunt ad diminutionem Diuini cultus, & grauant Ecclesias omnino reprobantur, Henr. Bohic. in Cap. Quia nonnulli de cler. non resid. *Suyuant le texte formel.* In Cap. ex parte de Constitut. Cap. 1. de consuet. *Specialement aussi touchant l'assistence au seruice diuin, aux heures ordinaires, ladite Sanction Pragmatique n'a receu exceptiõ, ne reserué les coustumes particulieres des Eglises canoniales, sinon entant que lesdites coustumes seroient encores plus estroictes & rigoureuses en l'obseruation de ladite assistence & residence*, §. 1. Eod. Tit. Quo quis. tempore. In Versic. Saluis Ecclesiarum cõsuetudinibus, si quæ forte circa hoc arctiores existant.

Et de la procede l'abus manifeste des pretendus Statuts & coustumes particulieres de ladite Eglise cathedrale de Xainctes, par contrauention à ladite Pragmaticque verifiee au grand Conseil du Roy, l'an 1488. & gardee pour loy en toutes les Cours souueraines de ce Royaume. Et suyuant laquelle ont esté donnez infinis arrests entre les Eglises Episcopales & Collegiales de la France, entre lesquelles il auroit esté enioinct notamment pour la manutention du seruice diuin, de garder & obseruer les quatre tiltres d'icelle Pragmatique: assauoir, Quomodo diuinum officium sit celebrandum. Quo tempore quis debeat esse in choro. Qualiter horæ canonicæ dicendæ sint extra chorum. De his qui tempore diuini seruitij vagãtur per Ecclesiam.

Tant y a que mesme la disposition canonicque particulierement pour le cas de present, a cassé & annullé vn Statut particulier de l'Eglise de Troyes, touchant le gain & perte des fruicts des Chanoines absens & non residens, en ce que il estoit contraire à la discipline commune de la residence de chacun Chanoine actuellement requise au seruice diuin, pour gaigner les fruicts de sa prebende. Cap. cum omnes. De constitut. *Et quand le Pape Gregoire 9. a deffendu la suppression ou diminution du nombre des canonicats & prebendes de ladite Eglise cathedrale de Xainctes, il s'est fondé principalement sur l'integrité des reuenus aux demandeurs & du bien temporel de ladite Eglise, cõme suffisant & capable pour chacun desdits Chanoines ou prebendez, seruãs & assistans au seruice diuin d'icelle Eglise.* Cap. transmissæ. De verborum significatione. & Cap. pro illorum de præbendis, *traitant specifiquement des Canonicats & prebendes de ladite Eglse cathedrale de Xainctes.*

Dõt tãt peu s'en faut que les Chanoines d'icelle Eglise puissent ou doiuẽt gaigner frãcs, sans assister cõtinuellemẽt aux prieres ordinaires de ladite Eglise, que au contraire la premiere institution de ladite Eglise Pontificale & du College desdits Chanoines en icelle fut faite par leur Euesque nommé Ilo, en forme d'vn Chapitre religieux & regulier, & comme de Chanoines reguliers ausquels pour habitation, furent expressement bastis des Cloistres, pour ne s'eslongner de leur Eglise, & Canonicæ vitæ præcepta illis tradita.

Par consequent lesdits demandeurs non seulement sont mal fondez en la

requeste ciuille contre ledit arrest de Bourdeaux infirmatif & annullatif de leurs pretendus Statuts & coustumes locales de leur Eglise, contraires à la discipline publique reguliere de la residence des Chanoines en leurs Eglises: ains aussi sont du tout sans griefs: comme ayant esté bien & sainctement iugé par ladite Cour de Bourdeaux en ce regard, conformement à toutes les constitutions Canoniques & à ladite Pragmatique sanction reprobatiue de tous Statuts particuliers, ou vsances contraires, pretendans à la dissolution du nerf de la discipline Ecclesiastique.

Reste maintenant le second chef dudit arrest de Bourdeaux, approbatif dudit Concile Prouincial, interdisant l'absence aux Chanoines de leur Eglise plus haut de trois mois par chacune annee: duquel chef d'arrest se plaignent aussi lesdits demandeurs à tort & contre raison par leurdite requeste ciuille, soubz pretexte de leursdits Statuts & coustumes particulieres de leur Eglise, ausquelles ils pretendent n'auoir esté derogé par ledit Concile Prouincial de Bourdeaux, soustenans iceluy n'auoir esté executé par toute la prouince metropolitaine, & que nonobstant iceluy, ils auroient continuellement pratiqué & obserué leursdits Statuts & coustumes locales.

A quoy les deffendeurs pour responce prompte, sans preiudice de leursdites fins de non receuoir contre ladite requeste ciuille, dient en premier lieu, que le contexte dudit Concile Prouincial de Bourdeaux, quoy qu'ils dient, porte derogation expresse aux Statuts & coustumes contraires à son decret conciliaire par les termes d'iceluy qui s'ensuiuent.

Non liceat iis, qui in Ecclesiis Cathedralibus, aut Collegiatis, dignitates, Canonicatus, & præbendas obtinent cuiuslibet Statuti, aut consuetudinis ratione ac prætextu, vltra tres menses ab eisdem Ecclesiis, cessante legitimo impedimento, abesse: nihil tamen propterea detrahi volumus, iis constitutionibus, quæ longius seruitij tempus requirunt. Tit. De Capitulis & Canonicis Ecclesiarum cathedralium, & Collegiatarum.

Par ainsi selon lesdits termes expres dudit Concile Prouincial derogatoire ausdits Statuts & coustumes contraires telles que mettent auiourd'huy en auant les demandeurs, il a esté bien iugé par ladite Cour suiuant ladite sanction conciliaire, nonobstant & sans auoir esgard ausdits Statuts & coustumes contraires. Tout ainsi que en la session 24. du Concile de Trente au decret de reformatione Cap. 12. cautum fuit nominatim, obtinentibus in eisdem Cathedralibus, aut Collegiatis dignitates, Canonicatus præbendas, aut portiones, non licere vigore cuiuslibet Statuti, aut consuetudinis, vltra tres menses ab eisdem Ecclesiis quolibet anno abesse: saluis nihilhominus earum Ecclesiarum constitutionibus, quæ longius seruitij tempus requirunt, &c.

En suitte dequoy les demandeurs qui sont ciuilement obligez à l'obeissance & entretenement mesmement de leur Concile Prouincial, & des decrets d'iceluy touchant la Police & discipline de l'Eglise, & leur deuoir Ecclesiastique au seruice diuin, ne peuuent iustement contreuenir aux ordonnances dudit Concile Prouincial. Suyuant les decisions expresses pour l'auctorité de tels Conciles

Prouinciaux,

Prouinciaux, ſur les ſuffragans & Dioceſains dependans de ladite Prouince, In canone Scitote 6. quæſt. 3. Et Diſtinctione 18. per totum. *Ioinct que la preface des decrets dudit Concile Prouincial de Bourdeaux de l'an 1583. declare diſertement l'Eueſque de Xainctes, enſemble les deleguez des Egliſes Cathedrales de chaque Dioceſe d'icelle prouince, auoir aſsiſté à la congregation & aſſemblee dudit Concile Prouincial: Et le tiltre final duquel Concile porte inionction à tous les Eueſques de ladite prouince de le faire lire & publier en leurs prochains Sinodes Epiſcopaux, & de l'obſeruer eſtroictement en toutes les Egliſes Cathedrales & parochiales deſdits Dioceſes.*

Partant mal à propos les demandeurs par leurdite requeſte ciuille ſe targuent de leurſdits pretendus Statuts & couſtumes locales de leurs Egliſes, contre ledit Concile Prouincial & arreſt dudit Parlement approbatif d'iceluy, puiſque le meſme Concile ſpecialement abroge les Statuts & couſtumes particulieres ordinaires. Car toutesfois que la loy publique reprouue quelques actes particuliers, en ce cas leſdits actes ſont tenus pour nuls, & comme non faits ny eſcripts. l. non dubium Cod. de legibus. l. cum lex occurrit ff. de fideiuſſoribus. *Ioinct que ladite loy publique dudit Concile Prouincial ayant eſté paſſee en l'aſſemblee generale où aſsiſtoient leſdits demandeurs, quoy que ce ſoit leur Eueſque & deleguez dudit Chapitre, ils ne ſont à preſent recepuables de maintenir vſage de poſſeſsion contraire à la teneur dudit Concile Prouincial, ny a mettre auiourd'huy en auant leurſdits precedens Statuts, ou couſtumes contre la teneur dudit Concile Prouincial derogatoire. Sur le ſeul fait neantmoins deſquels Statuts ou couſtumes particulieres eſt cauſee toute la requeſte ciuille des demandeurs.*

Par ces moyens concluent les deffendeurs à ce que les demandeurs ſoient declarez non recepuables, & en tout euenement deboutez de l'effect & entherinement de leurdite requeſte ciuille. Et en ce faiſant, ſuyuant & en executant ledit arreſt du Parlement de Bourdeaux, ſur l'execution duquel leſdits deffendeurs auroient cy deuant baillé leurs articles, & formé inſtance, ſeront auſdits deffendeurs adiugez leurs demandes ſuyuant leſdits articles par eux baillez en execution dudit arreſt, auec condemnation de deſpens, dommages & intereſts, tant en demandant que en deffendant.

19 LITERARVM tamen ſtudioſis Canonicis, qui ab Eccleſia ſua abſunt non diſtribuuntur diurnæ ſportulæ, nec aliis diaria huiuſmodi reſeruantur, quàm qui ſacris cantionibus precationibúſque adſiſtant. Sed ab hac quotidianæ diſtributionis Regula binum caſum excipito. Prior in Canonico diuinam Philoſophiam profitente, qui tandiu ſtipem diurnam cum reliquis obuentionibus percipit omnimodò, quandiu in Theologa profeſſione verſetur. Concilio Baſilienſi, in cit. §. Et quotiens. Verſic. nihil perdat abſens, Vbi. Guimerius nominatim De collat. Poſterior caſus, in eo qui morbo diſtinetur, aut occupationibus Eccleſiæ cauſa ſuſceptis intra eiuſdem Vrbis pomœria. Vt ſtatuit Bonifacius. 8. Cap. 1. De cleric. nó reſident. Gloſſematarius in. §. Iubet, verb. actualiter Tit. Quo

Diſtributiones quotidianæ.

Quid autem de Canonico ab Eccleſia abſente, venia à collegis impetrata pro tempore, an lucretur quotidianas diſtributiones? Minimè Sed annuos fructos maiores ſuos facit. Glo. in verb. abſens De collat. In Pragm. Sanct.

Vu

quiſque tempore deb. eſſe in choro. In Pragmat. Sanct. Pontificia autem aſſiduitatis exemptio ſacerdotum, quam *reſidentiam* appellamus, ad illas non porrigitur minutulas erogationes ſeu *diſtributiones*, quæ inde nimirùm excipi ſolent Romanæ Sedis codicillis. Quales in Archiis Regij Sacelli de Vado Malneo Cenomanenſi viſuntur, ita à Clemente. 6. conſcripti. *Clemens Epiſcopus, &c. Dilectis filiis Abbati monaſterij S. Genouefæ Pariſienſis, Archidiacono de Dinano, Maclouienſis, ac Cantori S. Radegundis, Pictauenſis Eccleſiarum, Salutem. Cum ſicut ex parte Philippi Regis, & Iohannæ Reginæ Franciæ fuit nobis expoſitum ipſi ad Capellam manerij de Vado Malundi ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Cenomanenſis Diœceſis, quam idem Rex fundaſſe dignoſcitur, & dotaſſe, ac inſtituiſſe Theſaurarium, & certum Capellanorum ac Clericorũ numerũ in eadem, gerant præcipua dilectionis & deuotionis affectũ, &c. Nos ipſorum Regis & Reginæ deſideriis ac ſupplicationibus in hac parte annuere fauorabiliter intendentes, eiſdem Theſaurario ac Capellanis, & Clericis dictæ Capellæ præſentibus & futuris auctoritate Apoſtolica tenore noſtrarum literarum duximus indulgendum, vt ipſi in eadem Capella reſidendo, fructus, reditus & prouentus aliorum beneficiorum ſuorum cum cura vel ſine cura, etiam ſi dignitates vel perſonatus exiſterent, dummodò dignitates ipſæ maiores in Cathedralibus poſt Pontificales, & in Collegiatis Eccleſiis principales non exiſterent, cum ea integritate liberè perciperent, quotidianis diſtributionibus duntaxat exceptis, cum qua illos perciperent, ſi in eiſdem Eccleſiis, in quibus huiuſmodi beneficia obtinuerant perſonaliter reſiderent, & interim ad reſidendum in eis minimè teneantur, &c. Prouiſo quod beneficia huiuſmodi debitis interim non fraudentur obſequiis, & animarum cura in eiſdem, quibus illa forſan immineret, nullatenùs negligatur ſed per bonos & ſufficientes Vicarios, quibus de beneficiorum ipſorum prouentibus neceſſaria congruè miniſtrentur, diligenter exerceretur, & deſeruiretur inibi laudabiliter in diuinis*. 5. Calend. Octob. Pontificatus An. 2.

Clementis 6. P.P. Diploma priuilegiarium in gratiam Canonicorum Regiæ Capellæ Du Gué de Marny, apud Cenomanas, vt à reſidentia in cæteris ſuis beneficiis excuſentur. die 27. Sept. Ao 1343.

De hoc Collegio Canonicorum Vad Malnei Cenoman. eiuſque fundatione Regia, ſcripſimus Lib. 3. De Domanio Franciæ Tit. De Tabellionibus & Notariis.

Die. 27. Septemb.

REGIÆ itidem Aulæ ſacrificulis ſingulari iure competunt alio- 20
rum ſacerdotiorum prouentus, tametſi abſentibus à ſacerdotum Collegio, cui ex Canonicatus munere adſcripti ſunt. Dempta ſolùm diurna annona ſeu *diſtributione*, quam Priuilegiariis iſtis carpere non licet. Edicto Principis Menſe Apr. An. 1554. & Ianu. Menſe An. 1567. quod palam recitatum eſt in Curia Pariſi. Idibus Martiis. 1567. Gemina tamen exceptione Rex ibidem moderatus eſt vagum effuſiúſque ſacerdotum iſtiuſmodi priuilegium. Imprimis enim cauit Princeps, canonicorum Sodalitia, quæ regij muneris beneficiíque non ſunt, pluribus onerari non debere, quàm duobus Regiæ familiæ ſacellanis & ſacrificis: Alias verò Auguſtæ collationis Eccleſias vltra quatuor id genus Clericos amittere non teneri. Saluo eo, vt Eccleſiaſtica Societas, quæ quadragenario Canonicorum numero conſtet, vel ampliore, ſenos aſſumat Regiæ familiæ ſacerdotes. Rurſus Principali ea Lege adhibita cautio eſt, vt exacto anni tempore,

Les Chantres de la Chappelle du Roy, exẽpti à reſidentia in ſuis Canonicatibus & præbendis, pourgaigner franc, reſerué les diſtributions quotidiannes.

Regia Ordinatio publicata in Parlamento: aruſien. die 15. Mart. an. 1567.

pore, quo aulici ſacerdotes miniſterium ſuum obeunt in Regia Francica, ſuas adeant Eccleſias, & in iis quanto potuerint, officio perfungantur. Haud ſecùs prouiſum cernimus Edicto Melodunenſi. Artic. 7. ad ſupplicem libellum ſacrati Galliæ ordinis, qui ideò Melodunum Senonum conuenerat. An. 1579. Quùm igitur Aulici ſacrorum miniſtri nouum Principale Diploma elicuiſſent veniæ gratiæque aſſidui officij in Eccleſiaſticis ſuis beneficijs An. 1581. Interceſſimus pro palam in Senatu pro Gallico Sacerdotio, ne tale Diploma promulgaretur. Re demùm multis verbis concertata, placuit ORNATISS. CVRIÆ, Principis Reſcriptum publicari ea lege, vt aulici cantores & ſacrificuli in ſuas Eccleſias diſtrictè referrent ſyngrapham regij famulitij aſſertoriam, temporiſque indicem ac teſtem, quanto verſati eſſent in familiari Regum comitatu. S. Conſulto. 8. Kalend. Februar. An. 1582. quo additum eſt inſuper, præcedentia in hoc negotio decreta Curiæ ſeruatum iri. Nam interim variis Patrum ſententiis pronuntiatum fuerat ſecundum immunitatem continui miniſterij Aulicorum ſacerdorum. Decreto. 4. Calend. Apriles An. 1575. victore Petro *Leuaſſeur*, contra Ædis Vlfranij Canonicos in Abbæuilla Pontiuenſium vrbe: quibus Nos ea in lite forenſem patroni operam præſtitimus. Quinetiam Palatini Sacelli Pariſienſis Clerici iudicio obtinuerunt, vt aliorum ſacerdotiorum fructibus potirentur abſentes, eodem hoc nomine, quòd in Aulicis domeſticiſque Regum ſacrificis numerarentur. Placito Curiæ fiduciario. 13. Kalend. Maias An. 1572. pro Nicolao Lulerio Cantore & Canonico Regij Sacelli Lutetiani, aduerſus Collegium Epiſcopalis Meldorum Baſilicæ, in qua ille pariter Canonici ſacerdotium tenebat. An verò Cathalaunen. Eccleſiæ Canonicus, qui ſit in comitatu Epiſcopi, faciat fructus ſuos, Curia cenſuit exquiſitè deliberandum. In publica fori diſputatione. 7. Idus Decembr. An. 1587. Ex Volumine cauſarum Veromanduarum. De quo vide Pontificium Reſcriptum antepenult. De Cleric. non reſident. Iuſtiſſimum certè reor, abſente Epiſcopo Reipubl. cauſa, eius comitem aſſeclámque Canonicum tantiſper excuſari, dùm in templo minimè aſſiduus extiterit. Neque his abſona eſt Leonis. 10. P. P. Epiſtola ad Societatem & Canonicos templi Romani Apoſtolorum principis, quibus Lege præſtitutum erat, vt qui ex iis Roma annum abeſſent, Collegij prouentibus ne iuuarentur. Ac propterea illis mandauit, vt Latino Iuuenali familiari ſuo, qui Rom. Reipubl. operam nauaret, nihil de ſacerdotij ſui reditibus detraheretur, ſed ad abſentem integri ipſi ac ſolidi peruenirent. Vt eſt apud Petr. Bembum Leonis. 10. ſcribam, Lib. 15. Epiſtolarum:

Edictum de Melun.

Areſtum Curiæ die. 25. Ianuar. An. 1581. *que les Chappellains, & Orateurs de la Chapelle du Roy, apres auoir ſeruy leur quartier en Cour, rapporteront certificat de leur ſeruice au Chapitre.*

Placitum Curiæ de exemptione Capellanorum Regis à reſidentia in ſuis beneficiis. Die 19. Mart. An. 1575. de Eccleſia collegiata *de S. Vulfran d'Abbeuille.*

Prouiſionale Iudiciū Curiæ die. 19. April. An. 1572. pro Canonico S. Capellæ Palatij Pariſien *auſſi Chanoine à Meaux.*

De Canonico *de l'Egliſe de Chaalons, abſent à la ſuyte de ſon Eueſque: Appoincté au Conſeil* die. 7. Dec. 1587. *au roolle de Vermandois.*

Arreſt du Priué Conſeil du Roy, du 19. Iuin. 1585. entre les Chanoines & Chappitre de l'Egliſe de Meaux, demandeurs en Requeſte du 20. Auril 1584. & en reglement: Et Maiſtre Lazare Coquelay Conſeiller en Parlement, & Chanoine de ladite Egliſe, deffendeur. Veu &c. L'Edict du Clergé de Melun, an

septiesme article, portant que les Chantres de la Chappelle du Roy estans hors de quartier, seront tenus aller seruir en personne leur prebendes & autres benefices subiects à residence. Lettres Patentes du vingthuictiesme Septembre ensuiuans derogatoires audict septiesme article, & ordonne suyuant l'Indult du Pape Clement, que les Chantres & Chappellains de la Chappelle du Roy, iouyront de leurs benefices, & Arrest de la Cour verificatif desdictes Lettres auec le Clergé de France, le vingt-cinquiesme Ianuier 1581. Le Roy ordonne que le deffendeur tant qu'il sera Conseiller de la Cour, iouyra de sa prebende fors des distributions manuelles, excepté qu'aux vacatiõs de la Cour il sera tenu d'aller resider partie dudit temps en ladite Eglise, pourueu qu'il ne soit retenu pour seruir en la Chambre des vacations. Et quant au reglement requis contre Me. Didier Lesebuer deffendeur & autres Chantres & Chappellains de la Chappelle du Roy, Idem comme dudit Conseiller. Et ce toutesfois pour le temps qu'ils seruiront actuellement en vne des Chappelles du Roy seulement, & vn mois de plus pour leurs voyages, dont ils rapporteront certificat du Grand Aumosnier, ou autre qu'il appartiendra, sans que le temps du seruice qu'ils auront fait en l'vne desdites Chappelles accomply, ils puissent pour le surplus de l'annee durant l'vne des autres Chappelles pour pouuoir iouyr de leurs prebendes pour le reste du temps, ains iront resider sur leurs benefices, iouyssans neantmoins des iours francs accordez aux autres Chanoines residens. Ordonne que l'Edict fait en l'annee 1554. sera gardé, assauoir que és Eglises Cathedrales & Collegiales n'estans en la disposition & collation du Roy, n'y ayt au plus que deux priuilegez des Chappelles du Roy, & aux Eglises Collegialles, dont les prebendes sont en la collation du Roy, n'y ayt plus de quatre priuilegiez des Chappelles susdites, & quant à celles esquelles le nombre est de quarante Chanoines & plus, il y puisse auoir iusques à six priuilegez tels que dessus, gaignans les fruicts. Ce que le Roy veut estre obserué.

Bulle du Pape Nicolas, Datum Reate 6. Calend. Octob. An. 2. Pontific. Venerabili Fratri Episcopo Parisien. Salutem, Significarunt nobis dilecti filij Capitulum Ecclesiæ S. Benedicti Parisien. quod distributiones quotidianæ ipsius Ecclesiæ, quæ dantur Canonicis residentibus, sunt adeò tenues, quod aliqui ex Canonicis ipsis ob tenuitatem ipsarum distributionum in D. Ecclesia non curant personaliter residere &c. Quare pro parte D. Capituli nobis fuit humiliter supplicatum, vt eis in augmentum dictarum distributionum percipiendi fructus & reditus primi anni præbendarum Canonicorum D. Ecclesiæ decedentium, & eis in vsum distributionum huiusmodi conuertendi licentiam concedere curaremus. Nos itaque, &c. mandamus tibi, quod eisdem Capitulo huiusmodi concedas licentiam, si videris expedire. Ita tamen, quod pro hoc Apostolica auctoritate receptis in D. Ecclesia & præbenda, & expectantibus vacaturis nullum præiudicium quæratur.

Arrest pour le reglement des fruicts de prebendes & du seruice Diuin Vide Tit. 3. Lib. 2. Monastic. art. 13.

Des priuilegiez & exempts de resider en leurs Chanoinies, Vide Tit. 3. Lib. 2. Monastic. art. 14.

Tria sunt genera distributionum. De quibus Gloz. in ver. distributiones. Tit. Quo tempore quisque deb. in Pragmat. Sanct. Grossi verò fructus omnes Canonici absentis accrescunt Ecclesiæ, non singulis præsentibus. Cap. penult. De cler. non resid. Et ibi Henric. Bohicus.

MANIFESTVM est, absentis Canonici diaria collegis accedere præsentibus, velut auctario quodam & incremento. Vt ait Ioh. Andr. in Clem. Vt hi qui §. ipsis Vers. dimidia de ætat. & qualit. Et in Clem. Quoniam in ver. suspensus De vita & honest. cler. Ac Guymerius In Tit. De tenentibus capit. temp. missæ In ver. neque. Sed quid de sportulis huiusmodi Ecclesiasticis, viritim assignatis ac distinctis? Hæ sacris tunc Sodalibus non obueniunt: Secùs si pro indiuiso constitutæ sint. Ex Cardinalis sententia in Clement. Vt ij qui §. illi De ætate & qualitat. Argum. l. 1. ff. De vsufr. accresc. Nam in dispositionibus limitatis, vt nostri loquûtur, cessat ius accrescendi. Bald. in l. 1. Cod. De secundis nupt. Et in l. si arrogator ff. De adopt. l. Lucius §. qui habebat D. Ad Trebell. Quoniam verò didascalis ingenuarúmque artium doctoribus æquè Præbendum attribuitur in Collegio Ecclesiastico Oppidi cuiusuis, vt cœlestis Sophiæ lectori, in ciuitate Episcopali, par est etiam, diaria vtrique eodẽ iure erogari tãquàm absenti è re vtilitatéque publica simili modo. Frãcica Cõstit. Aurelian. Art. 8. &. 9. Sed hoc discriminis postea inter vtrumque præbẽdorum genus est interpositum, vt in pontificali vrbe adsignetur spiritalis Annona Euangelicæ Philosophiæ professori: Inferiorum autem disciplinatum libros prælegenti ita demùm addicatur Ecclesiasticum illud stipendium, si plura in Collegio Canonicorum Præbenda extent quam duodecim: Dummodò & annuus præbendi cuiusque reditus octoginta libellas Frãcicas 21

In Ecclesiis canonialibus Præbendæ præceptorialis, & Theologalis.

cicas non excedat, necà prima sacri Collegij institutione decretus fuerit literarius præceptor, qui iuuentutem erudiret ex antiqua sacræ mercedis lege condicta. Sic Aulici Optimates definière in Prætorio, ad Aurelianen. Edicti interpretationem. Kal. Sextilibus An. 1566. Ob eámque rationem hi Regiæ Aulæ Prætoriani iudices pronuntiarunt aduersus literarium Ludimagistrum, in Vaurensi templo Præbendi petitorem. Aresto sanctioris Consistorij. 15. Kal. Sept. An. 1568. inter Hieronymum de Diuio, Ædiles Plebis Vaurensis, & Canonicorum cœtum, inuicem contendentes. Ac paulo momento iudicatum est in eodem Principis Auditorio, Sodalitiun fani Martini in Pontisara Syluanectensis agri oppidulo, minimè obnoxium fore alendo ludimagistro, sacræuè Annonæ huic ipsi præbendæ. Decreto. 11. Kal. Nou. An. 1568. Quibus affinis est quodammodò Canonica hæc sententia, Canonicorum numerum pro modulo redituum Ecclesiæ constitui oportere. Cap. 1. De Instit. Cap. 1. De statu regular. In. 6. Cap. cùm Martinus De constitut. Verùm Curia *Parlamentaris* huic rerum discrimini optimum adstruxit salubréque remedium, ne publica meliorum Artium professio tam citò intercideret, quàm prudenter sancita fuerat. Præbendorum enim templi penuriæ vel paucitati ita prospexit Senatus media quadam via ac Iurisprudentia, vt proximorum oppidi Templorum vel Canonicis, vel monasticis Præfectis contributionem imperaret annui reditus Ludimagistro præbendi. S. Consulto. 9. Kal. Quintiles An. 1569. quùm Nos propalàm dixissemus pro Fr. Iohanne Dureto è secta D. Francisci, sacræ paginæ lectore: Thuanus, contrà, pro Collegio Canonicorum D. Andreæ Castrodunensis. Biennio quidem pòst, suspensa est Magistralis huius Annonæ erogatio, Regia constitutione. 16. Kal. Maias An. 1571. Art. 8. Sed quem & pauculos alios nondùn probauit Curia Parisien. Ex Regestis eiusdem. 16. Kal. Sept. Eod. Anno. Quò fit, vt parum etiam mouear Articulo. 13. Melodunensis Edicti, ne annua præceptori merces attribuatur ex prouentibus Canonicorum, antequàm certa *Prabenda* possessore caruerit, quam interim ieiunus præceptor expectare teneatur. Nam hoc caput Edicti nec admisère *Patres Parisien.* nec forensi vsu receptum quotidie experimur. Meritò hercle, quùm hoc Magistrale stipendium haud nouo Iure inuectum sit in Gallias, sed ab prisca nostratium Ecclesiarum consuetudine repetitum. Nam Alexander. 3. P. P. qui ad moderandam Petri Nauiculam vocatus est Anno. 1159. ita rescripsit ad Rhemensem Archiepiscopum. *Peruenit ad nos, quòd cùm in Ecclesia Laudunensi, & Ecclesia Tornacensi ad sustentationem eius, qui Scholas regit, beneficium olim deputatum fuisset, sicut per omnes fere alias Ecclesias maiores Gallicanas, &c.* Ex concilio *Lateranensi. Fraternitati tuæ mandamus, quatenus ad Ecclesias supradictas accedas, & ad opus Magistri, qui Scholas regat, aliquod restituas beneficium,*

Decretum ateani Cõsilij regij die. 1. Augusti. An. 1566.

Aresta sacti Consilij Regij, quod priuatú vulgò vocant die 18. Augusti & die 22. Octob. An. 1568 *touchant les prebendes preceptoriales en l'Eglise de la Vaur, & de S. Martin à Pontoise.*

Iudicium Curiæ die. 23. Iunij An. 1569. *entre N. Brissart appellant du Bailly de Blois, Et le Chapitre de S. André de Chasteaudun, Fr. Iehan Duret Cordelier, & autres. Qu'estoit le Clergé dudit Chasteaudun contribuera à la nourriture d'vn predicateur, precepteur audit lieu, sans diminuttion des prebendes de l'Eglise collegiale de S. André.*

Edictum regium die. 16. April. 1571 Modificatum in Parlamento die 17. Augusti sequentis.

Edictum *de Melun* Mense Febr. 1580.

Ecclesiæ Cathedrales *de Laõ, & de Tournay.*

quod ad illud opus deputatum fuit antiquitus, aut aliud facias de nouo deputari. In Collectionibus Decretalium recèns editarum. Ad extremum, Concilio Tridentino Ecclesiastes institui debet seu concionator Euangelicus in Cathedrali qualibet ac inferiorum Collegiorum Ecclesia celebrioris cuiúsque Oppidi, cum adsignatione Canonicatus & Præbendi, quod primum possessore vacauerit. Concilij Sessione.5.celebrata.15.Kal.Iulias An.1546.Decreti de reformatione Cap.1.Quo illi quidem interpretandi Verbi DEI prouincia demandatur, ac monitis simili vita Populum ad castiores mores reuocandi. Summam enim dictis fidem conciliari factorum similitudine, ostendit hæc Claudiani Panegyris in Consulatu Manlij.

Concilium hoc Lateranense habitum est Mense Mart. An. 1180. sub Alexandro. 3 & Pontificatus eiusdem Anno. 20. Vt est in 5. Tomo Conciliorum.

Sessio quinta du *Concile de Trente* die. 17. Iunij An. 1546.

Qualem te legimus teneri primordia Mundi
Scribentem, aut partes animæ, per singula talem
Cernimus, & similes agnoscit Pagina Mores.

PRÆBENDORVM æqualitas inter Sodales Ecclesiasticos variis 22
præscripta est S. Consultis, quorum meminimus Lib. 1. Tit. 3. Liceat tantùm in præsens de spiritalibus Annonis percunctari, quæ vel dispari sacrorum Ministrorum titulo ac qualitate, vel fundatorum diuersitate inuicem secernantur. Nam prioris generis exemplum profert vetus contentio maiorum decem Vicariorum cum Canonicis sacratissimæ Meldorum Basilicæ, qui vt Ecclesiastici cum istis officij erant, ita commodorum participes esse ex æquo debere intendebant. Sed excipientibus Canonicis aliam esse Vicariorum seruorum conditionem, aliam Canonicorum ipsorum, interlocuti sunt Lutetiani Patres, Cathedralis huiusce phani tabulas fundarionis annuásque eiusdem profanorum Ratiociniorum paginas in iudicium produci: vt qui fuerit olim stipendiorum in Vicarios, & Canonicos modus ac ratio, exactè discuteretur. Atque interim decreuêre illi, nil aliud Vicariis sacræ mercedis nomine, quàm pro modulo nouissimè præteritorum annorum, dependi oportêre: Quatenùs verò Canonici priuatis Constitutionibus suis, à quibus Vicarij ceu ex abusu prouocarant, scita decretáque infregissent Basiliensis Concilij (Tit. Quomodò diuinū offic. sit celebrand. Cum tribus sequent.) abusiuè statutum Curia pronuntiauit. Aresto pridie Kal. Maïas An. 1538. quùm Auberius, Vicariorum appellantium. Seguerius, Canonic. & Capellus Fisci causam orassent. De Canonicis porrò inter ipsos, quos prædiximus patronorum alicubi varietate distingui vicissim, edo hanc forensis controuersiæ speciem. In Collegio Ædis Martinianæ apud Andes, Præbenda Regij sunt beneficij ac muneris: vnico excepto, quod Andium pontifices erogare consueuerunt. Illa nimirùm condita institutáque à priscis Andium Comitibus, quūs Franci reges in eum Dominatum successêre. Hoc

L'esgalement de Prebendes des Eglises canoniales.

Iudicium Curiæ interlocutorium die vlt. April An. 1538. *entre les Vicaires ou grands Chappelains, & les Chanoines de l'Eglise de Meaux.*

Ecclesia collegiata S. Martini, in vrbe Andegaua, Regiæ fundationis, & cuius Præbendæ, à Rege conferuntur, præter vnam quæ ab Episcopo regulariter confertur.

Hoc autem Præbendum plebeiæ fundationis priuatæq; exiſtimatur, quod ideò ordinarij conferunt Antiſtites. Eo modo diſtincta Præbendorum conditione, Regij illi Canonici negarunt Præſulis beneficiario æquam honorum ſuffragiorúmque in Comitiis ſuis & annuorum communicationem redituum, pro more in ea Eccleſia quondam vſitato. Victi iudicio, & æqualem in ordinem redacti ab Andegauo proprætore, Senatum appellarunt. Qua in lite appellatoria non leuibus ipſi nituntur Iuris argumentis. In ſacra Oeconomia expendendam eſſe ſingulorum qualitatem munerum Eccleſiaſticorum, quæ ſi diſiuncta à ſe inuicem atque diuulſa ſint, paribus honorum & commodorum legibus ſociari non debeant, nec adæquari. Habendũ eſſe itẽ perſonarum delectum non modo in mandandis ſacerdotiis, ſed etiã in honoraria prærogatiua ſacerdotibus ipſis deferenda pro ſingularibus cuiuſque promeritis, eximiáque virtutis commendatione. Sicuti à Gregorio. 9. reſcriptum eſt Cap. Statuimus De maiorit. & obedien. Vbi Hoſtienſ. in Summa eiuſdẽ Tit. Argum. l. Honores. ff. De Decurion. Ad hæc diſpenſandas Tẽplorum opes ac copias ex merito gradu, ſacrorúmque miniſtrorum dignitate, inter quos proinde æqualitas ipſa inæqualitatem pareret vel maximã. Ex Gelaſio Pontif. in Can. Vulteranæ. Can. conceſſo. 12. Quæſt. 2. Can. Epiſcoporum. Diſtinct. 74. Huc accedit Auguſtini ſententia in Libro de Verbis Domini, ex eóque hauſtus ſacer Canon Non cogantur. 41. Diſtinct. Cap. Cùm ad monaſterium De ſtatu monach. Ætati præſertim ac ſenectuti inter eorundem conſortes munerum cedendum eſſe. Vt reſpondit Caliſtratus lib. 1. de cognitionibus In l. ſemper. ff. De Iure immunit. l. ſicut de erogation. milit. anno. Lib. 12. Cod. l. ſi quid. D. De vſufr.

Sententia Locumtenentis Seneſchali Andegauenſis de præbẽdis Canonicorum ad æqualitatẽ redigẽdis.

Data meritorum paritate, præferendus & promouendus eſt primò ordinatus.

23 Ediverso pontificius Canonicus, Nobis patronus, ita defendit, Nil referre, quàm varia multipléxq; ſit ſacrarum Annonarum fundatio ſeu numerus collatorum. Vſquequaque enim cooptatos in ſacrum Collegium æqua lance metiri decere. Vt auctor eſt Gregorius Magn. Regeſti Lib. 3. Epiſt. 11. ad Maximianum Epiſcopum Syracuſanum. Nam incongruum eſt, inquit, vnam eandémque Eccleſiæ ſubſtantiam duplici quodammodò iure cenſeri. Can. cognouimus. 12. Quæſt. 2. Ius enim quæſitum eſt ęquabile inter ſocios potiſſimùm, liberos ciues, comparéſque alios & æquales. Tullio teſte Lib. 1. Offic. Ob id pariter ſodales Fani Georgij Vindocinenſ. Senatus reuocauit ad æquam præbendorum communionem ſocietatémque, tametſi non vnum omnes patronum conditorémque, canonici illi agnoſcerent. Primitùs quippe inſtitutus fuit eo in Templo Senarius Canonicorum numerus, cum ſex hebdomadariis: Antiqua Vindocinenſium Procerum donatione, quam Alexander. 3. Pontifex, dum in Senonibus Galliæ ageret, confirmauit, ſimul & prædiarias Ædis Georgij facultates. Diplomate An. 1164. Huic deinde Canonicorum Societati adiectus eſt Primicerius ſeu vulgò

Annonæ ſeu præbendæ canoniales, earũq; collatores varij.

Eccleſia Collegiata S. Georgij, in Caſtro Vindocinenſis Andiũ oppidi.

Hic Alexander P. eo Reſcripto eum Ædis Georgij poſſeſſionib. Magiſteriũ ſcholarũ totius oppidi comprobauit, vnà & proceſſiones ex conſue-

tudine debitas populares seu Borgenses in Castro Vindocinensi.
Abbas de Bourgmoyen de Blois & Magister Leprosariæ de Chasteaudun.

Capicerius, & Cantor à Cœnobiarcha Burgimedij Blesensis, ac præfecto Castrodunensis Leprosorum diuersorij, quos illius censores ac emendatores Cleri purpuratus Legatus nuncuparat: Cum hac tamen Reformatorum lege, vt Vindocinensi Comiti præbendorũ erogatio competeret, Septimaniarum, Dignitatum, & Matriculariarum. An.1215. At longa temporum serie interposita, Ludouicus Vindocini Regulus octonos addidit Canonicos sacræ huic Ædi & quatuor Vicarios, sacrificulos, seu vulgariter *capellanos*. Postridie Kalend. Maias An.1428. Vnde probabiliter apparebat, recentiores Canonicos, quasi titulo, vt tempore, inferiores, diuersęque à prioribus fundationis, non esse ad paria cum istis referendos, nec in opimis saltem primarij Tituli commodis lucrísque consociandos. Nihilo seciùs P.C. æquabilis dignitatis rerúmque consortium decreuerunt omnibus promiscuè Vindocinen. Canonicis. Iudicio pridie Assumptionis Diuæ Virginis An.1570. ex quo elicitur, simile ius collegis Fani Martini Andegauen. statuendum videri: Idque velut sacræ politiæ caput quoddam ad Senatus cognitionem pertinere sicuti etiam *Ordo ampliss.* censuit, de præbendorum æquatione Cenomani templi maximi ius à sedici posse. Aresto pridie Idus Martias An.1533. post forensem Thuani actionem pro Canonicis aliquot, & Montholonis pro fiscali procuratore. Aliud quippe est Canonicatus, aliud *Præbenda* seu Annona Canonicis quibusque debita. Ille spiritalis verè dicitur, hæc quadantenùs profani iuris, Ciuilísque est Magistratus imperio obnoxia. Vt Innocentius.3. Pontifex indicat Cap. Cùm Martinus Ferrariensis De Constitut. Quæ enim ad Ecclesiasticam spectant Politiam seu bonorum sacrorum Oeconomiam, Regia ac Sacerdotalis sibi asserit auctoritas. Vt ingenuè fassus est Leo.1. Pontif. Max. Pulcheriam Augustam compellans. In Can. res autem omnes 23. Quæst.5. Ea propter Canonicus ille apud D. Martinum Andensem (de quo ꝰ) rectè contendit, parem sibi gradum, ordinem, commoda, & emolumenta, quæ cæteris Ecclesiæ suæ collegis, tribuenda ac communicanda.

Die 2. Maij An.1428. Ludouic⁹ iste Comes *de Vendosme* deinceps in Ecclesia D Georgij personatus 4. instituit Præposituram, Succentoriam, Thesaurariã & Cancellariam. Die 22. Iulij An. 1440.

Arestum die 14. Aug. An.1570. de æqualitate præbendarum.

Decretũ Curiæ Parif. die 14. Mar. An. 1533.

Inde etiam fiunt pro laicis præbendæ aliquando in Ecclesia. vt Panor ex Compost. refert in Cap. Cum Martinus De constit. de Ecclesia S. Martini Carnotensis & quadã eius præbenda Nobilibus adsignata ratione paupertatis, vel seruitij temporalis. Inter Leo. 1. P. Epist.

Hvivs itaque partis sententiam cùm in media Fori luce tuere- 24
mur iudicio euicimus fiduciariam saltem Præbendorum, ordinis, honorúmque peræquationem. Senatorio decreto. 16. Kalend. Febr. An.1577. pro cliente nostro Vilhel. Chesnello, aduersus Martinianum (pro quo Lomedeus dixit) Sodalitium sacrum, in vrbe Andegauensi. Iam istic velut tabulam lectori proponam, antiquũ fundationis Instrumentum Canonicorum Ædis huiusce Martinianæ ta'i scriptura. *Comes Andegauensis Fulco, vxórque eius Hildegardis Comitissa dolentes Ecclesiam S. Martini Andegauensis longo tempore tam destructam esse, vt vix à duobus presbyteris Deo inibi seruiretur, eam readificare tantùm conati sunt, vt tredecim Canonicos ibi ad seruiendum Deo constituerent, résque eis necessarias, quæque Ecclesiæ hæreditariè pertinerent, à venditoribus proprio censu mercarentur: Comitissa verò, maximè viro suo militiæ intento eleemo-*

Arestum prouisionale pro Guillel. *Chesneau* in Ecclesia collegiata S. Martini Andegau. Canonico Episcopali seu episcopi collationem habente die 17. Ian An.1577. contra Capitulum.

Fulco cognomento Nerra Andiũ Comes

Gregorius. 9. P. P. insigni Rescripto confirmauit sacras possessiones omnes à profanis magnatibus eol-

eleemosynam suam augere cupiens, quæcunque potuit, & quæ veratra inuenit, eidem Ecclesiæ & Canonicis intentissimè acquisiuit. Interea erat quidam vir diues in hac villa nomine Bernaldus de Barra, qui habebat quendam filium Lambertum nomine, quem in Ecclesia S. Martini hæreditare cupiens à Comitissa postulauit, vt vnam prabendam in eadem Ecclesia ei daret tali pacto, vt omnia quæ ipse habebat, post decessum filij sui Ecclesiæ S. Martini remanerent. Quam rem Comitissa libenter annuente, pater & mater filium suum ad Ecclesiam adducentes, Deo & S. Martino eum cum omnibus quæ habebant, i. septem arpentis vinearum, furnero & domibus suis super altare ponentes donauerunt. Hoc donum viderunt & audierunt Beringerus Grammaticus, magister Raynaldus clerici eiusdem Ecclesiæ, Mauricius tunc Prior, &c. Annum circiter 1020. Qua ex Chartula liquet errore lapsum Andensium Chronicῶν scriptorem, quo loco tradidit, Martinianū templum apud Andes excitatum fuisse à coniuge Ludouici Aquitaniæ regis Hildegarde, cóque in templo Collegium sacris faciendis ab illa institutum: constitutis præterea fundis, vnde sumptus in cultum sacerdotum suppeditentur. Anno qui fuit salutis generis humani octogesimus septimus post Septingentesimum. Legi quidem apud vetustiores Andium Chronographos, (quorum Opera necdùm edita sunt). PRÆBENDAM B. MARTINI INGELGERIO DATAM, IPSI ET HÆREDIBVS PERPETVO POSSIDENDAM. Caluo tum Galliæ Rege. Sed locus hic intelligitur de Spiritalibus Annonis Martiniani Turonum delubri, non Andegauensis: quùm ea tempestate Andes Turonésque iisdem fermè Dominis parerent. Ex GESTIS COMITVM ANDEGAVENSIVM, quæ Thomas Lucheus Odonis Abbæ nomine inscripta de Andegauis Consulibus & Comitibus repperit primùm, & quorundam accessione Annalium locupletauit. Aucta Comitum Historia à Rabino Brito Ambaziacensi, dein à Fr. N. Maiorismonasterij cœnobita, qui eos dicauit Annales Errico Britanniæ insulæ Regi, Andegauorum Comiti, Turonum ac Cenomanorum, Aquitaniæ Principi, Vasconum Duci, Britonum, & Aruernorum.

latas Decano & Capitulo D. Martini Andegauen. eiusque consuetudines hactenus pacificè obseruatas. Perusij Idib. 9 Februarij. Pontificatus Ao. 8. Hic Pontifex sedebat An 1227. Michael Andium Pontifex Transactionis tabulis cessit iure procurationis visitationisque emolumento sacris sodalibus D. Martini Andegauen. excepto Episcopali Canonico eiusdem Templi, quùm reliqui solum Regem suorū collatorem sacerdotiorum agnoscerent. mense Nouemb. An. 1250.

Andica hæc Historia manuscripta refertur Ciriacū supra Ligerim à Fulcone Ruffo Andegau. Comite donatū fuisse Monasterio S. Albini & S. Licinij: deinde à Gaufrido Grisatunica Andium Regulo Canonicos Lochis in Turonibus constitutos. Tum à Fulcone Nerra Hierosolymis reuerso constructum Cœnobium in honorē Dominici Sepulchri Lochis in Belloloco, vbi monachos & Abbatē imposuit cum parte veræ Crucis. Et hanc Fulco nouam Ecclesiā suam Odoni Abbati S. Genulphi regendā commisit.

IAM satis de sacra Martino Æde, ipsius modò memoriam sanctissimi Præsulis celebremus obiter pio Sidonij versu.

Martini corpus totis venerabile terris,
In quo post vitæ tempora viuit honor:
Texerat hic primùm plebeïo machina cultu,
Quæ Confessori non erat æqua suo:
Nec desistebat ciues onerare pudore,
Gloria magna viri, gratia parua loci.
Antistes sed qui numeratur sextus ab ipso,
Longam Perpetuus sustulit inuidiam.

Internum remouens modici penetrale Sacelli,
Ampláque tecta leuans interiore domo.
&c. Lib.4.Epist.18.

Curati ius parochiale vt consistit in Missa diebus festis ab eo dicenda parochianis in parochia Cap. 2. de Paroch. in administr. sacramentorū in Ecclesia parochiali Etiā parochianis sepultora Cap. omnis de sepolt. Clem. dudum. § verū de sepult. Ita consistit in perceptione decimarum & oblationū, quæ curato dari debēt De qu b.i. Tit. prox.

Arestum latum in Magnis diebus Pictauorū quos vocāt. An. 1404. procuraro diœcesis *de Luson.*

CANONICIS adhuc fauorabiliores sunt presbyteri animorum curatores, in eorum victu ex sacris reditibus adsignando. Parochi enim hi secundùm Episcopos verè censentur in Hierarchico Ordine, cuius Pontifex Rom. obtinet principatum. Canonici verò, cœnobiarchę, prioratuū præfecti, sacrorúmq; administri seu sacelli habentur extraordinarij quodammodò, & in sacræ sollicitudinis partem duntaxat adsciscuntur. Vnde curio, quasi in Leuiticæ tribus iura suffectus decumanos agrorum fructus suos facit, veluti canonicam iustámque portionem diuino elogio sacerdoti attributam. Præter hæc tolerabilis Patribus visa est plebani possessio, triticariū modium à sua Plebe quotannis recipientis. Decreto in Senatoria Pictonum Sessione iuridica. An.1404. pro pastore quodam Ecclesiæ parochialis, in finibus sacræ Lucionensis Præfecturæ. Quam in sententiam citatur aliud, latum Mense Septemb. An.1488. Quippe & egeno parocho suppeditari à Parœcis oportet necessaria vitæ subsidia. Abbas in Cap. Ex parte De testib. Gloz. in Can. omnis Christianus de consecrat. Distinct.1. Hinc Tridentinus Ecclesiæ concessus, prohibuit ne pensitatio vlla sacerdotiis indiceretur parœciacis, néue ista cum Cœnobio aut canonicorum Collegio vnirentur, sed tenuibus his alia potiùs vicina coniungerentur. Trident. Concilij Sessione 24. Cap.13. Etsi itidem qui iurisdictioni præest, curionem non audiat agentem possessoria formula de certo sacræ sepulturæ honorario. Ex auctoritate Senatus.11. Kalend. Apriles An.1543. Seruata est tamen parœciæ Rectori possessio capiendi auferendíque cubilis in quo parœcus quisque occubuerit, sua instructi suppellectile. Iudicio Curiæ de parœciaca Æde Stephani apud Agathopolim. An.1391. Quod Gallus enarrat Quæst.275. Huic persimilem cōsuetudinem animaduertit Decisio Capellæ Tholosanæ. 387. & 388. Verùm id ciuili quadam moderatione temperandum est benigniùs ne si in parœcum sordidè se gerat templi sacerdos, ipse etiam Episcopus, qui ei curiale mandauit sacerdotiū, censura notetur Aquisgranensis Synodi habitæ Anno Domini 833. Decreto de ordine Rectorum Cap.4. In summa, parœci licitè vrgentur ad offerenda curioni munuscula & libamina quadruplici casu, vt sensit Thom. Aquinas, Secunda.2. Quæst.86. Primo ab vetustis moribus patriis, quibus Christiana plebs festo quoque die nonnihil porrigere solet curiali sacerdoti: Iuxta Canonem omnis Christianus De Consecra. Distinct.1. & Not. in Cap. Pastoralis De his quæ fiunt à Prælat. Altero, prædij nomine, ex quo solarium vectigal Ecclesiæ debeatur. Tertio ex pia largitione à defuncto collata in Ecclesiam vltimis tabellis, aut purè contracta viuorum donatione. Quartò ob summam paro- 26

Tridentinum Concil.

Placitum Curiæ die 22 Mart. Ao. 1543. quo possessoria querela Curatiio iudicio contra parochianum, non admissibilis pro stipendiario iure sepulturæ declaratur.

Agatha, seu Agathopolis, Gallica lingua *Agde*, in Narbonensi. Hodie tamen Agathopolis, Monspessulanus dictus.

Cura animarum bifariam accipitur. Est enim quædam cura fori pœnitentialis, & hæc propriè dicitur cura. Quædam verò est cura fori contentiosi, quæ versatur circa exercitium iurisdictionis spiritualis, vt in excommunicando, interdicendo, ab-

parochi inopiam ac penuriam. Quæ omnia Canonicis ſanctionibus haud dubiè confirmantur. Vt inquit Hieronymus, ad Heliodorum. Can. alia Can. ſtatuimus. 16. Quæſt. 1. Can. ſanctorũ 10, Quæſt. 1. Et Pontificiis Reſcriptis Cap. Abolendæ De ſepult. Cap. Quantò De cenſib. l. Priuilegia In fi. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. Et ibi Barr. Panormit. in Rubr. de Parochiis & alien. parochian. Ac vniuerſim inclytus Princeps noſter præcepit Edicto, ſacras libationes, quæ *oblationes* dicuntur, iuſtáque alia parœciaca Sacerdoti perſolui pro more conſuetudineque loci inueterata. Art. 51. Bleſenſis Edicti 1579. derogatorio Conſtitutionis Aurelianenſis, An. 1560. Art. 15.

ſoluendo, ſimiliáque exercendo Et hęc nõ dicitur ita propter curã animarum. Quia tamen hæc ſunt animabus Medicinalia. Cap cum medicinalis De ſent. excommunic in 6. eadem hæc Cura dici poterit.

Arreſt du Parlement de Paris en Latin du 25. Aouſt l'an 1402. Par lequel entre le Duc d'Anjou, Loys 1. & les habitãs d'Anjou d'autrepart, & les Curez des parroiſſes dudit pais, Eſt adiugé auſdits Curez de chaſcune parroiſſe pour les droicts des mortuaires & ſepultures, un fouage, autrement nommé dixhaictain qui eſt la ſomme de 18. deniers pour chacũ feu, où teſte des parroiſſions. Toutesfois part. a tranſaction du 18. de Nouembre l'an. 1408. les habitans & marguilliers, ou fabriqueurs, de la ville de Saumur composée d'une parroiſſe dite noſtre Dame de Nantille, & de 2 filles, qui eſt S. Pierre & S. Nicolas, Eſt accordé auec le Curé dudit Nantille, qui a ſes 2. Vicaires temporels eſdites deux Egliſes ſuccurſales, & dont le Recteur primitif eſt l'Abbé de S. Florens, Que ledit Curé aura pour leſdits droicts 18. liures par an, aſſauoir 8. liures ſur les parroiſſiens de noſtre Dame, 7. ſur S. Pierre, & 60. ſols ſur S. Nicolas outre les oblations funebres volontaires Ledit Curé a ſa groz de bled & vin de l'Abbé de S. Florent, Curé primitif, decimateur uniuerſel.

27 INCIDVNT autem plerũmque de parœciacis obuentionibus controuerſiæ inter parochũ & ſacræ Ædis tutores, quos vulgi vocabulo Matricularios nuncupamus. Res præiudiciis Curiæ deciſa eſt ſecundum Lutetianos Æditiuos Fani Germani Altiſſiodoren. qui à præfecto vrbi Pariſien. ad Senatum prouocarant, contra Eccleſiaſticum Collegium D. Germani, quod parœcianorum regimen habet admixtum. S. Conſulto. 14. Kalend. Maïas AN. 1561. Eo quippe vetitũm eſt, ne pro effodienda humo ſepulchri cauſa quicquam exigatur à presbytero Eccleſiæ: Sed ſi quid eo nomine vltrò erogetur, decretum, id omne Æditiuorum commodo cedere, non curialis ſacerdotis: pro elato quidem funere nummariam mercedem curionibus appendi debere, modo ne ſummam æris excedat, veteri partiũ Tranſactione præfinitam. 4. Kalend. Quintiles AN. 1456. Ius præterea ſedilium in Templo priuatis concedendorum Æditiuis competere, non parœciaco ſacerdotum Collegio, vti & epigrammatum vel Epitaphij parietibus Templi præfigẽdi copiam, ac quicquid eá ob cauſam à poſtulantibus datum ſit, ſacræ fabricæ curatoribus totum acquiri, non paſtori Eccleſiæ. Ad hæc, piæ ſtipis cõquiſitionem & collectionem in Fano irritam fore, niſi permiſſu, veniáque ab Æditiuis impetrata. Quo caſu coram iiſdem diſpungentur Quæſtoris eleemoſynarij rationes, pariter & ſacrarũ Sodalitatum, quas Phratrias vocant: vt reſidui nummi in egenorum alimoniam parœcorum inſumantur. Conſtitutum inſuper à Senatu, ſacra libamina Diei paſſo Domino ſancti, (i. quæ à fidelibus tunc offeruntur Almam Crucem adorantibus) ad Collegium Eccleſiaſticum, non ad Æditiuos pertinere. Communi autem opera cõcionatorem populo quęrere tenentur Æditui vnà cum curione, qui tanto ipſe oneri ferendo non ſit: Ea tamen lege, vt parochus Euangelico pręconi victum ſalariúmque præbeat ex opulenti ſacerdotij cenſu, aut

Areſtum inter Canonicos Eccleſiæ collegiatæ de S. Germain de Lauxerrois à Paris, & les Marguilliers de ladite Egliſe. Die 18. Apr. An. 1562.

Tranſactio die 28. Iunij. An 1456. *Droict de bailler ſieges & bancs aux Egliſes parochiales.*

Les Queſtes d'aumoſnes aux Egliſes.

Phratriæ, apud Ariſtotelem in Politic. erant conuentus quidam hominũ propria ſibi ſacra peculiariáque communiter habentiũ. Quo nomine primũ quas *Cõfratrias* hodie dicimus, id eſt communem quandam religionẽ, appellatas eſſe putat Budæus, in Annotat. in Pandect.

viritim certè cum Æditiuis pecunias conferat in lectissimi Ecclesiastæ stipendium. Atque ita conscripti Curiæ de sacris concionibus definierunt ad supplicem libellum Parisien. Episcopi. Quinto Idus Apriles An. 1556. Sacerdotalis enim animorum Curatio constat imprimis docẽdæ plebis officio, ac diuini Verbi prædicatione. Sicuti Gallica Arelatensi Synodo. 4. sancitum est Cap. 3. Quo tempore Karolus Mag. rerum potiebatur. Ea propter Paulina sententia monebantur presbyteri, sacras paginas nocturna versare manu, versare diurna. Timoth. 4. Idque Toletano Concilio. 4. refricari videtur Cap. 24.

Iudicium Curiæ die 9. April. 1556.

Attendite, inquit Paulus, lectioni, exhortationi, doctrinæ.

PORRO quæ superiùs à Senatu præscripta diximus de Curionum iure, & Æedituorum curialis templi inuicem controuerso, procedũt ita demùm, si non aliud singulari inter ipsos Pactorum cautione comprehensum sit, modò ne publica disciplina priuatis pactionib. corrumpatur. Tunc enim alteruter si egerit transacti negotij exceptione venit repellendus. Qualis illa Æedituorum Transactio vetus cum Societate & Canonicis Fani Benedictini Parisien. de capitibus similis controuersiæ suprarelatis, quæ magna ex parte dirempta sunt in rem Sacerdotum. Tabulis authenticis 16. Kalend. Iunias An. 1353. Sed neque omnia ista sigillatim percensere nunc expedit, nec de iis hodie rursùs adductis, in forum quæstionibus nostrum interponere iudicium, vel præiudicium. Vnde obiter explorare, non minimam esse Æedituorum in parœciaco delubro potestatem. 28

Antiquum concordatum inter Matriculatios (Marguilliers) Ecclesiæ S. Benedicti Parisiẽ. & Canonicos eiusdem, approbatum & admissum in Capitulo maioris Ecclesiæ Paris. die. 17. Maij An 1351 de multis iurib. parochialib.

Quin & Venetiis, præter Sexuiros procuratores D. Marci, quorum in res vrbanas, profanáque ciuium iura munus patet latissimè, tres alij existunt Ædis Marciæ Procuratores, qui sacræ Basilicæ instaurationi prouident, simul & Clericorum ministerio, totúmque adeò rei diuinæ cultum promouent curántque exequendum. Hos in Magistratuum etiam album Venetæ Reipub. adscripsit Gaspar Contarenus, Lib. 4. de Magistrat. Venet. Sed ne extra patrios penates euagemur longiùs, Curia Parisiorum vtrique quod suum est, parocho & Æedituis distinctè attribuir. S. C. notatu digno postridie Nonas Quintiles An. 1538. ad appellationem ex Præfectura Vrbis Lutetianæ, quam interposuerat Iacobus Martinus curio & archipresbyter Diuæ Magdalenes in ciuitate Parisien. contra Fabricæ rectores eiusdem Ecclesiæ. Rebursio, Curionis: Magistro, Æedituorũ: & Raymondo Fisci causam agentibus. Eò námque iudicio decreuit Senatus, clauium Templi & Chori ipsius possessionem penes Æedituos fore coniunctim cum pastore Ecclesiæ. Illis pariter adiudicauit sacrę Fabricæ regimẽ præfecturámque solidam, gemmea sacrorum instrumenta iisdem reliquit custodienda, vestes, calices, & alia ad ornatum cultúmve rei diuinæ pertinentia. Item eorum partes sunt, Phani tintinabula pulsare ad rem diuinam peragendam, publicorum Fabricæ operum executionem sacerdoti mandare, vel profano homini pro arbitratu: Curionem necnon monere, & vrgere

Veneti procuratores Ecclesiæ S. Marci olim tres tantum erant, sed aucta & dilatata vrbe tres alij instituti sunt, sic diuisa administratione vt cis Canalem Venetum tres, vltra Canalem totidem impuberum tutelam gererẽt. Quarto reipso, sum officium potissimè versatur.

Decretum Curiæ die 8. Iulij An. 1538. inter curatum & archipresbyterum parochialis Ecclesiæ S. Magdalenes, & les Marguilliers de la dite Eglise. Sur l'appel du Preuost de Paris.

Est etiam vetustius aliud Arestum de eglomenent entre le Curé & les Marguilliers de la paroisse & ville de S. Menehoust en Champagne, par lequel entre autres choses les Marguilliers peuuent commettre personnage clerc ou lay, pour auoir la garde des reliquaires & ornemens de lad. paroiss.

gere

gere ad sacrum litatorium hora ea idonea, qua vicini parochi, celebrandum. Versa vice, parocho Senatus addixit clauium Fani Chorique ipsius custodiam liberam, peræquè ac Æditiuis, vt diu noctúque petentibus Christianam Hostiam porrigat, sacrum baptisma, perunctionem vltimam, cum migrantis animæ pia commendatione. Rursus curioni soli adsignatur clauium custodia Eucharistici Sacramenti, quod sola parochi aut Vicarij sacrata manu debeat contrectari. Præterea curionis est, Aras templi ritè decentérque ornandas curare, déque rebus sacrum ministerium spectantibus pro suo iure statuere. Postremò ei vni competit, subministrum & coadiuuam leuioribus Ecclesiæ officiis præponere, quem *Clericum* vocant, siue ad externum Ararum apparatum, siue Crucem in publicis Ecclesiæ supplicationibus deferendam, vel vt sacramentorum administrationi subseruiat, aut sacro solemni celebrando. Quæ omnia Ecclesiæ munia Patres Parisienses ita distribuêre parocho vicissim & curatoribus sacræ fabricæ.

Maior missa parochialis.

29 CORONIDEM addunt Curialis muneris tractationi leges quædam S. Consulto dictæ inter primarium rectorem parœciaci templi & perpetuum eius Vicarium. Quibusdam enim canonicorum familiis, pluribus etiam Cœnobiis inest sparsim natiua ac originaria functio Parœciaca, cuius exercitium fiduciario mandatur sacerdoti. Vtcúnque enim Monachi se abdicarint parœciaca animarum curatione, varíisque eam Clericis solidam reliquerint. Ex Gratiani Decreto. 16. Quæst. 2. Canonici tamen in delubris plerisque maiorem retinuerunt Ecclesiastici huius regiminis prærogatiuam. Putà, in fano Benedicti Parisien. sacri Sodales, iidemque Parochi primarij interdicto certarunt aduersus Procurionem, (i. Vicarium) huic non licere sacrum litatorium peragere adhibito Diaconi vel Ypodiaconi ministerio, nec lustralem aquam sacrare, humo condere defunctos Cruce erecta, nec nisi summissa voce rem diuinam facere sacrísque operari. Iuxta quas sacri iuris possessiones datæ sunt olim vindiciæ Benedictino canonicorum Collegio, aduersus Vi-

Propriè enim Curatus quondã nominabatur presbyter Ecclesiæ. Cap. Ad audientiam de Appellat. Cap. Cũ esses De Test. Clem. 1 De iure patronat. Vel persona Ecclesiæ vocabatur. Ca. personas Ecclesiarũ de appel. Cap. Ad audientiam. 1 De Eccles. ædific in vers. si verò persona matricis Ecclesiæ Ca. Bonæ de appellat. In ver. persona Ecclesiæ de Fan. Cap. Audita in ver. persona Ecclesiæ de Sander. de Restit. spoliat. Eo quoque personæ vocabulo priscæ tabulæ Ecclesiarum, quas legi permultas, Curatum parochiæ intelligebant.

Arrest de la Cour du 7. Septembre 1577. entre les Marguilliers de S. Benoist à Paris, demandeurs en requeste du 20. Ianuier 1576. & en augmentation de demande, & les Chanoines & Chappitre d'icelle Eglise, & leur Vicaire perpetuel defendeurs. Veu, &c. Dit a esté, qu'il sera fait queste sur les paroissiens, pour estre ce qui sera volontairement baillé, employé au salaire du predicateur par dessus les 100 liures delaissez audit Predicateur par Bertommier Chanoine. Item sera le Vicaire perpetuel de ladite Eglise tenu faire le prosne chacun Dimanche, & en son absence tenu de presenter autre. Item que ce qui sera baillé pour l'ouuerture de terre, de ceux qui esliront sepulture en ladite Eglise sera party esgallement entre les demandeurs & defendeurs suiuant la Transaction de l'an 135. Item sera la Croix aux conuois & enterremens des trespassez portee haute & esleuee sans aucune acception de la qualité des morts soit que le Chappitre assiste audit conuoy ou non. Item seront tenus les parties chacun par moitié fournir les 2. torches portees pour accompaigner le Corps de Dieu qui sera porté aux malades. Item la permission & proffit de mettre en l'Eglise coffres, eriger chappelles, affiger Epitaphes & tableaux, mettre tumbes & vitres & autres choses, si elles sont mises dans le cueur de l'Eglise, sera au Chappitre. Et si elles sont mises en la nef, seront à la fabrique. La permission de faire queste en l'Eglise appartiendra aux Marguilliers. Les comptes desdites questes & confrairies se rendront par les Marguilliers en presences de deux desdits Chanoines, &c.

carium perpetuum. Aresto Senatorij ordinis An. 1490. Nec ita pridem, simili coorta lite canonicorum Ædis Germani Antissiodoren. in Vrbe, cum Geruasio Cocherio vicario curione, Senatus censuit ampliùs deliberandum. 14. Kalend. Maias An. 1561. Huc vergunt dictata à Pontificiæ legis Consultis in Cap. Auaritiæ Cap.

Arestum prouisionale An. 1490. pro Canonicis S. Bened. Paris. rectoribus & curatis primitiuis, suæ parochiæ cõtra eorũ Vicarium perpetuũ, de certis capitib. parochialis functionis.

Appointé au Conseil

die 28. Apr. An 1562. inter Canonicos Ecclesiæ collegiatæ de S. Germain de l'Auxerrois, à Paris, & leur Vicaire perpetuel.

Magna missa parochialis, quæ festis diebus decantatur.

Iudicium Curiæ die 20. Aug An. 1558.

L'Eglise succursale ou annexe de l'Eglise parochiale de S. Benoist à Paris pour les habitãs des fauxbourgs S. Iaques, & de nostre Dame des Champs.

La premiere sentence de Paris d'erectiõ d'eglise succursale ès fauxbourgs S. Iaques est de l'an 1566. & fut confirmee à Sens le 1. Feurier 1569. Et à Lyon le 12. Auril 1578. Vide Tit. 8. Lib. 2 art. 14. & 15. suprà.

de monachis Cap. extirpandæ §. qui verò De præbend. Enimuero Benedictinæ illius Ecclesiæ parœcianis querelam mouentibus nuper, vnà cum Æditui in Canonicos ipsos, definitum est celebri Curiæ iudicio, sacrum solemne post hac ab eorum Vicario peractum iri sublimi voce Dominicis, insignioribusque aliis diebus festis horam circiter septimam, diacono tùm & subdiacono ad parœciacam Aram ministrantibus: ita tamen, ne diuinum officium à Canonicis celebrari solitum minueretur, aut turbaretur. Adiectúmque S. Consulto, funus ductum iri in posterum elata Cruce à Vicario & aliis minoribus Fani sacrificulis, funebrésque ab iis psalmos clara voce decantari posse. Decreto. 13. Kalend. Septembres An. 1558. Hæc de domestico & vrbano curialis templi Vicario, quid de peregrino vel suburbano? Exempli gratia, An. 1566. 1. Febr. Parisiorum Pontifex subsidiarium Ædi Benedictinæ Sacellum erexit in suburbiis D. Iacobi, eíque sacellanum præfecit, vicaria Bene-

Sentence de l'Euesque de Paris du 23. Mars 1583. Veu l'Arrest de la Cour du 1. Septembre 1582. & c. il confirme sa premiere erection de ceste Eglise succursale, & ordonne que les 3 curez commettront vn prestre, qui sera approuué par ledit Euesque, pour faire l'office en ladite Eglise au lieu, & vice curatorum ipsorum. Que ledit Vicaire dira la Messe aux habitans seulement à basse voix, & leur administrera les Sacremens Ecclesiastiques en cas de necessité. Par sa sentence du 11. Feurier 1584. entre les habitans des fauxbourgs demandeurs en requeste, & les curez defendeurs.

Sentence de l'Official de Sens du 20. Sept. 1595. sur l'appel des 3. curez de S. Benoist, de S. Medart & S. Hippolite, de la commission de deseruir en ladite chappelle ou Eglise de S. Iaques & S. Philippes succursale desdites trois Eglises parochiales aux fauxbourgs S. Iaques de Paris emanee de l'Euesque de Paris. Et frere Iean Bastin religieux chappelain de ladite chappelle intimé. Veu ladite commission du 4. Octob. 1594. & c. La sentence d'erection de Secours du 21. Feurier 1566. Autre du 8. Septem. 1574. Arrest du 19 Nouembre entre les curez appellãs, & M Iean Marquet intimé. L'arrest du 1. Septembre 1582. & c. Il dit bien appellé, & ladite commission pour deseruir declaree nulle & subreptice, tussoe, de laquelle sentence de Sens ledit Bastin Vicaire est nouuellement appellant comme d'abus, le 22. May 1604. & l'appel pendo at en la Cour en Iuin ensuiuant.

Arrest de la Cour du 27 Mars 1604. donné en la grand Chambre au rapport de M. Pelletier entre les Chanoines & Chappitre de S. Benoist, curez primitifs de ladite Eglise. M. Nicol. Roquenãt Vicaire perpetuel, Gabriel Coulõ curé de la paroisse de S. Hippolite ès fauxbourgs S. Marcel, & fr. Geruais Beaussaux, curé de S Medart demandeurs en execution & cõtrauention d'Arrest du 27. d'Octob. 1586. & frere Iean Bastin Religieux en l'Albaye de sainct Magloire, Chappelain de la Chappelle S. Iaques du Hautpas, & les Marguilliers dudit S. Iaques, les habitãs du fauxbourg S. Iaques, & nostre Dame des Champs defendeurs. Veu, & c. La Cour condamne lesdits deffendeurs garder & entretenir le reglement porte par ledit Arrest du 27 d'Octobre 1586. leur faisant & à chacun d'eux defenses particulieres d'y contreuenir à peine de 60. liures Parisis d'amende, dont sera deliuré executoire ausdits demandeurs contre chacun desdits contreuenans.

Arrest de la Cour du 1. Septembre 1582. M. Spifame Rapporteur entre l'Abbé, Religieux, prieur & Conuent de S. Magloire à Paris, trãslatez à l'hospital ou chappelle de S. Iaques du Hautpas ez fauxbourgs S. Iaques demandeurs en execution d'Arrest de la Cour. Et les habitans desdits fauxbourgs S. Iaques defendeurs. Veu l'Arrest du 9. Auril 1579. enqueste, pieces, & c. les parties mandees & ouyes en ladite Cour, est ordonné que les defendeurs paroissiens de la paroisse de S. Benoist, S. Medart & S. Hippolite, & les prestres seculiers & autres habituez en l'Eglise S. Iaques du Hautpas laisseront aux Abbé, Religieux, Prieur & Conuent de S Magloire la possession vuyde d'icelle Eglise, auec defense de les troubler en ladite possessiõ & seruice diuin d'icelle Eglise, & en ce faisant enjoinct la Cour à l'Euesque de Paris de pourueoir ausdits habitã. d'vn Vicaire Religieux ou seculier, pour leur administrer les SS. Sacremens, & autres choses spirituelles en cas de necessité, à la charge toutesfois que lesdits parroissiens se trouueront ez 4 festes solemnelles de l'annee en leursdites paroisses pour y assister, & c. Si mieux lesdits habitans n'aiment faire bastir en iceluy fauxbourg vne Eglise ou chapelle qui leur seruira de secours pour la necessité susdite. Et pour ce faire accepter l'offre à eux faite par ledit Euesque de Paris de la somme de 400. escus, lesquels ils seront tenus employer à ladite construction, auquel cas sera semblablement par luy Euesque pourueu d'vn Vicaire seculier qui leur administrera lesdits Sacremens, qui sera par lesdits habitans entretenu & salarié à leurs frais & despens, & sans prendre autres droicts par eux respectiuement deubs aux curez desdites paroisses.

Arrest de la Cour à l'Audience du 29 Mars 1605. sur l'Appel comme d'abus de M. Nicol. Roquenant curé de S. Benoist, M. Gabriel Coulon curé de S. Hippolite, fauxbourgs S. Marcel, & frere Geruan Beaussaux Prieur, curé de S. Medart appellans comme d'abus d'vne sentence de l'Official de Paris du 29 Nouem. 1603. d'informer super commodo, vel incõmodo *de l'erection des Eglises succursales des fauxbourgs S. Iaques ez tiltres de Cures en chef d'vne part. Et lesdits habitans desdits fauxbourgs S. Iaques & de nostre Dame des Champs intimez, & frere Iaques Bastin Vicaire perpetuel de la Chappelle succursale dudit fauxbourg S. Iaques. Appointez au Conseil, & cependant ledit Bastin sera reintegré en possession de la charge de Vicaire.*

Ferunt viri præstantes Hieronymũ Angliõ iuris doctorem antiquissimũ, fuisse canonicum in hac Ecclesia S. Benedicti Parisien. & in ea tumulatum.

dictini parochi opera ibidem perfuncturum. Alia item Sacella duo instituit Episcopus, quorum Sacerdotes vicarium munus implerẽt curionũ D. Hippoliti, & D. Medardi in suburbiis. Quũ autẽ huiusmodi Vicarij succedẽte tẽpore obliuiscerentur officij, neq; plebs iis subdita matricem quamque Ecclesiam, vt debebat, agnosceret, vel adiret sanctiorib. anni diebus festis, summi tres parochi expostula-

runt

sunt de eo sigillatim apud Parisiensem Antistitem. Hic quidem decreuit, parœcos trini Sacelli matricem basilicam inuisere non teneri, nisi die Encæniarum, quo festiuitas Dedicationis Templi significatur. Sed parochis inde Senatum abusus titulo appellantibus; Nos pro iis in amplissimo illo Curiæ theatro, minora isthæc phana auxiliaria permitti ea tantùm lege consueuisse, vt suum matrici Ecclesiæ decus honósque constaret. Rescripto Alexandri.3. ad Eboracensem Archiepiscopum. Cap. Ad audientiam.1. De Ecclesiis ædific. Atqui vel Gallico Agathensi Concilio plebs Christiana petere debet celebrioribus anni diebus publicam Ecclesiam. Can. Si quis etiam extra parœcias Versic. Pascha verò, Natali domini, Epiphania, Ascensione Domini, Pentecoste, & Natali S. Iohannis Baptistæ, & si qui maximi dies in festiuitatibus habentur, nónisi in ciuitatib. aut in parœciis audiant. De consecrat. Distinct.1. Hæc & alia multa cum è sacrorum Canonum fontibus eduxissem in medium, Senatus pronuntiauit, suburbanis parœcis eundum esse in matricem Ædem quatuor insignioribus annuis Diebus festis, cum eo qui cœlicolæ patrono Templi dicatus sit. Aresto Idibus Martiis An. 1584. postquã Chezelleus causidicus nostris aduersas partes in Foro defendit. Posteriori necnon Curiæ iudicio .6. Kal. Nouemb. 1586. damnati sunt parœciani suum antiquiùs delubrum repetere Natalitio Christi die, solemni Paschate, Pentecoste, Alma Triade, Festo corporis Dominici, cũ eius octaua sequenti luce, Assumptione B. Mariæ Virginis, Diebus patronorum & Encæniarum. Tum eo in delubro Christianam Hostiam sumere Dominica Resurrectione, ac solemnibus Iubileis indictis. Item publicis eiusdem Ecclesiæ supplicationibus interesse, quæ videlicet ex ritu Ecclesiastico fiunt festis D. Marci, Rogationum, Dominica die quadragenario ieiunio proxima, seu quas alias Episcopus Templis omnibus supplicationes imperarit. Ad hæc, iussi sunt parœciani sacellano suo commodas ædes fruẽdas præbere, Domesticis instrumentis probè munitas, & si quando refectione egeant, eas suo sumptu instaurare: In ipsius verò alimenta sacellani, conferre sexagenas æris libellas Francicas: & Sacellũ vasis sacris adornare, codicibus, cereis, luminaribus, cunctisque Templi ornamentis. Denique matrici Ecclesiæ condictum vectigal in annos singulos appendere.

Causa acta in magna Camera Parlamenti Parisien.

Archiepisc. d'York in Anglia.

Placitũ Curiæ die 15. Mart. 1584. & in eius executione aliud latũ die 27 Octobr. An. 1586 ad relationem Dn. *Cheualier* in magna Camera Parlam.

Encæniæ, festum Dedicationis Fani cuiusdam.

Sacrosancta Eucharistia, seu sacra Synaxis.

Ecclesiasticæ processiones generales.

Curati domus presbyteralis, cum suis vtensilibus

30 Ex quo interim obseruare liceat ciuilem Ecclesiasticæ rei Politiam ad Regios magistratus haud incommodè pertinere. Ita Ludouicus Pius Cæs. Comitibus suis Edicto præcepit, vt Ecclesiasticis ministris politicos sese præberent adiutores, nec vllum prætermitterent officij genus, quo sacri canones, hortatore presbytero, Comitéque executore in vsum reuocarentur. Legis Francicæ lib. 2. Cap. 23. DE COMITIBVS ET MINISTRIS ECCLESIÆ, VT IN SVIS MINISTERIIS ADIVTORES SINT.

Comitum nomine Iudices intelliguntur Francicis legib. Karo. Magn. & Ludouici Pij. Vt patet ex Lib. 5. Leg. Franc. Cap. 19. 51. 59. 67. 70.

Erant & quidam Comites ad custodiam maritimam deputati Cap. 5. Lib. 4. Legis Franc.

Congruit his Lex Caroli Mag. Lib. 1. Legũ Cap. 13. *de causa borta ad inhonorationem Regni pertinente*. Vbi sequens periodus subiicitur. Quidquid hactenus, in his quæ ad pacem & iustitiam totius pop. pertinent & honorem Regni & communem vtilitatem, aut à nobis, aut à vobis neglectum est, debemus Deo auxiliãte curare, qualiter abhinc nostro & vestro studio emendatum sit.

Vicissim quoque pro Regio Imperio vota nuncupantur indies ab Ecclesiastico Cœtu, quasi in illius incolumitate inclusam Ecclesiæ incolumitatem sentiente. Imperij enim amplitudinem prodesse ad propagationem Religionis primi etiam existimarunt Christiani. D. Ambrosio auctore in Psalmo 46. & Prudentio Lib. 2. contra Symmachũ. Iuxta ea pariter, quæ adnotauit Eusebius in calce Lib. 3. De demonstrat. Euangel. Hoc igitur Canescentis Mũdi seculo, demississimæ preces ab Ecclesiá fundendæ sunt, Deóque litandum pro Christianiss. Principe ad omnes regionatim Aras, ne cũ ipsius principatu domesticis simul iactata seditionibus sacra Respubl. in extremum periculum adducatur. Itaq; licet Phryges simus aliquantulùm, nec nisi plagis reddamur emendatiores, piè tamen exorato Numine sperandum, Francicam Monarchiam pristinę Majestati, & Hierarchiam priscæ Sanctitati, venerationíque restitutum iri.

Titulus. IV.

DE DECIMIS, PRIMITIIS, ET OBLATIONIBVS.

1. *Ecclesiasticus census puréque sacer quinam à Deo institutus.*
2. *Priuilegium decimarum percipiendarum Ecclesiæ S. Martini Turonen. irrogatum.*
3. *Regia Francorum Edicta de soluendis à populo decimis.*
4. *In præstatione decimarum seruandam esse locorum consuetudinem.*
5. *Quanta sit Vicarij perpetui portio canonica.*
6. *Cluniacensium in percipiendis decimis Priuilegium.*
7. *Apostolica alia Cluniacensium priuilegia.*
8. *Portio congrua in foro Ecclesiastico à Curatis petenda, non in profano.*

9. 10. *De Primitiis ac Oblationibus, & vbi oblationes inter* Curatum *ac* Matricularios *diuidantur.*

11. *An extraordinaria munera Curato erogare teneantur Parochiani.*

12. 13. *Solemnia Christianorum, ac sacerdotum Conuiuia, ciborúmque communio.*

14. *Nummariæ decimæ ad bellum infidelibus gerendum destinatæ.*
15. *Cruce signatorum in bellum sacrum Priuilegia.*

16. *Bulla*

16. *Bulla Cruciata Pij 2. P.P. in Turcas.*
17. *Moniales ab huiusmodi nummariis decimis exemptæ.*
18. *Prædiariæ decimæ complures militibus quondam infeudatæ.*
19. *Num decimis* infeudatis *sufficiat* immemorialis *possessionis probatio, citra tituli Infeodationis exhibitionem.*
20. 21. 22. *Curati portionem congruam ex infeudatis etiam decimis supplendam esse.*
23. *Arestum pro* Curato *contra nouum Abbatem de præteritarum decimarum restitutione.*
24. *Aduersus* laïcos *diuinum turbantes officium in foro* laïco *agendum esse.*
25. *Vuiclefistarum error in decimis summo iure non exigendis.*
26. *Pontificium priuilegium de fructibus beneficiorum à Scholastico, licet absente studij causa, percipiendis.*



1 REI ECCLESIASTICÆ profanos reditus discussimus, ex Templorum fundis percipi solitos, obiterque de sacris fructibus delibauimus quædam seorsum iam spiritales hos prouentus Ecclesiæ peculiariterque adgrediamur. Tales sacræ decumæ sunt, primitiæ frugum, & reliqua id genus, quæ ab Orthodoxis offeruntur sacerdoti. Decimas autem integra fide persolui non modò Clericorum interest, sed cuiusque etiam Agrorum possessoris. Quum D. Augustinus referat, Maiores nostros ideo copiis omnibus abundasse, quia Decimas Superis penderent, nec Cæsari censum abnegarent. Posteriùs verò quia refrixerat patriæ Religionis studium, accesserat indictio Fisci Homilia. 48. Lib. 50. Nolumus partiri cum Deo decimas, modò aufertur totum. Can. Maiores. 16. Quæst. 7. Itaque decimarum ius, merè sacra est ac spiritalis Templorum possessio, Mosaïca Lege Numini consecrata. Profanæ autem possessiones, quas non à superis tantùm, sed ab hominibus accepit Ecclesia, *temporales* vulgò nominantur, quasi fluxa, caduca & temporaria latifundia. Quo nomine alia aliam fortunis diuitiisque Ecclesiam exuperat. Inde Rhenanis Germanorum phanis maioribus addita sunt Epitheta, pro varia cuiusque vel opum humanarum, vel spiritalium dotiũ commendatione. Dicta hinc Colonia, opulentissima: Argentina, nobilissima: Spira, religiosissima: Constantia, amplissima: Wormatia, pauperrima: Basilea, amœnissima: Treuerensis, vetustissima: Curia summa, quia ad caput & fontes Rheni amnis sita: Moguntina, venerabilissima, vtpotè cæteras dignitate antecellens & auctoritate. Misnensis demùm ingenua appellata, quod libera sit ab Archiepiscopi ditione, ac vni Romanæ Sedis iudicio moderaminique subdatur, Pontificiis codicillis Ioannis. 13. An. 938. & Pontificiæ

Decimarum genera 4 collegit D. Hieron. super Ezech. quæ ex veteri Lege debebantur.

Dicterium de primi nominis Sacerdotib. ad Rhenum habitantibus.

Constantia, amplissima ideo dicta, quod habeat in sua diœcesi supra 1800. parœcias & 400. Monasteria.

Misnensi Ecclesiæ primus præfuit Burcard. Othoni. 1. Cæsari à sacris, qui auctoritate Hildeberti Moguntini Archiep. è cœnobio Ratisponensi euocatus, Missus titulo Pastoris eam rexit, annos circiter 20.

Sessionis eiusdem P. P. tertio. Cuiusmodi sacrum Diploma descripsit ad literam Fabritius Chemnicensis, in Annalibus vrbis Misnæ. De præcedentibus verò Theutonicæ Ecclesiæ præfecturis vide Gasparem Bruschium in Tract. De omnibus Germaniæ Episcopat.

DECIMARVM ius hoc Monasticis conuentibus irrogatum est ple- 2
risque, vt quibus in finibus veteres, in iisdem nouas perciperent decimas. i. ex Nouali, quàm Grœci νέαχιν vocitant. Verum Alexander. 4. Pontifex talia Monachorum priuilegia lege temperauit, ne iis quomodocunque liceret noualium decimas sibi vindicare vltra semissem. Qua ab regula solos excepit Carthusianos & Cistercienses. Cap. statuto. §. 1. de Decim. Apud Bonifacium. 8. Lib. 6. Decretal. Atque ita præclaro Curiæ iudicio decisum est. 10. Kalend. Ianuar. An. 1545. Verbi gratia, Cistercienſe Cœnobium de Pratea, Bituricæ diœcesis, sibi asseruit decumas quasdam antiquas ex profana Magnatis donatione: quam tamen Ædis Stephani Canonici apud Auaricum Biturigum oppugnabant, quasi Archiepiscopo soli probatam absque Clero & Collegio Archiepiscopali. Vt refert Innocentius. 3. Cap. Cùm Apostolica De his quæ fiunt à præl. Nuper autem mota in Senatu contentione de Pontificio illo decumanorum fructuum modo in priuilegiarios cœnobitas, Curia pronuntiauit secundùm Martiniani cœnobij Antistitem, Tullensis diœceseos: parocho *de Tourailles* nequicquàm renitente. Senatus enim peræquè noualium portiones, vt vetustarum decimarum, monachis adiudicauit. Decreto. 3. Idus Ianuar. An. 1549. Dn. Sennetone regio Consiliario litis expositore. Quam in sententiam ideo definitum negotium aiunt, quòd peculiare hoc decimarum ius Martiniano concessum fuisset monasterio à Sede Petri Tullensiúmque pontifice, priusquàm Alexander. 4. Sanctioné illam ferret monastici priuilegij in posterum derogatoriam. Eodem priuilegio donati sunt Turonenses Martiniani Templi Sodales à Gregorio & Innocent. 3. maximis vicissim Ecclesiæ pastoribus, tali clausula Diplomatica.

Gregorius, &c. Capitulo S. Martini Turonensis, &c. Vtilitati Ecclesiæ vestræ paterna volentes sollicitudine prouidere, concedimus, vt in parochiis vestris, in quibus vobis veteres decimæ sunt concessæ, decimas noualium deductarum nouiter ad culturam, quarum non extat memoria quod cultæ fuerint temporibus retroactis, liceat pro ea vobis portione percipere, pro qua in eadem Ecclesia veteres percipere consueuistis, &c. 11. Kal. Apr. Pontific. An. 2. Sic D. Vincentij, apud Laudunũ Veromáduorũ Abbæ indulsit Hono. 3. P. M. vt iisdé in parochiis noualia perciperet, vbi decumanos antea faciebat fructus suos. Codicillis 13. Kal. Sext. An. 1222. Cuiusmodi, & alia Benedictini

Curiæ placitum die 23. Decemb. 1545.

Abbatia *de la Pree en Berry* simile monasteriũ de Helemosio (*de l'Aumosne*) Cistercié. Ordinis in Carnutẽsi diœcesi cuius Abbati rescripsit Innoc. 3. Cap. Accedens. 2. Vt lite non contest.

Ecclesia S. Stephani *de Bourges.*

Priuilegio Apostolico simplici decimarũ, nihilo magis quàm præscriptione continentur noualia. Nisi Papa sic concesserit, omnes & quascunque decimas vel omnem decimationem talis territorij. Quo casu veniunt etiã noualia. Archid. in Cã cognouimus. 12. Quæst 2. Socyn in Consil. 297. Volum. 2.

Placitũ Curiæ die 11. Ianu. An. 1549. Pro Abbate & Conuentu S Martini, in Tullẽsi Lotharingiæ diœces.

Transaction entre le Chappitre de S. Benoist le Bien-tourné, & le Chappitre S. Honoré, touchant les dismes de Clichy, &c. l'an. 1323.
Die Dominica post octauas festi Purificationis matris Domini gloriosæ.

Lib. 2. Historiæ Cassinensis. Cap. 2. Aligernus Abbas Benedictinus Cassinimontis obtinuit priuilegium à Iohanne 15. Papa nulli Episcopo licere ab vllo ex populis, ei Monasterio subiectis, vel à quibuslibet vbique terrarum ad se pertinentibus Ecclesiis, decimas vicorum, seu oblationes defunctorum qualibet occasione percipere.

Gregorij Pont. diploma priuilegiarium in gratiam Canonicorũ Ecclesiæ collegiatæ S. Martini Turonen. die 22. Mart. Innocẽtianum vero eadem de re Rescriptum Die 18 Maij Pontif. An. 1. Honorij. 3. Bulla priuilegiaria *pour l'Abbaye de S Vincent de Laon.* Die 20. Iulij An. 1222.

ctini eiusce Monasterij iura singularia Vrbanus. 4. confirmauit. Apostolico Rescrip. An. 1263. Haud aliter cœnobiarcha fani Martini apud Hungaros obtinuit Pontificio Paschalis beneficio, simul & D. Stephani Pannonum Regis, vt Simagienses parœci decimas sibi pensitarent ex decumanis agris quibuslibet, nec in eo negotium ipsi facesseret Episcopus Vesprimensis. Decretali Epistola Innocentij. 3. Cap. 19. De Præscript.

Clerici vel religiosi qui non habent Parochiam, iure communi decimas petere non possunt: Priuilegio tamē vel præscriptione possunt. Sed libertas non soluendæ decimæ nunquam præscribi potest. nin Inn. c. in aliquib⁹ De Decim. Feyn in Cap. causam Dei Præscript.

3 Hvnni quoque Regis instar, Franci grauissimis Edictis decimas sanxerunt, Ecclesiæ ministris exoluendas. Kalend. Mart. 1545. &. 8. Calend. Nouembres An. 1561. Quæ Senatus Edictis subscripsit Mense Iunio. 1562. Tum Regia Constitutione. 12. Kalend. Maias An. 1562. Curiæ iudicio probata. 4. Iduum Maiar. Eodem Anno. Rursus Principali Sanctione. 16. Kalend. Maias An. 1571. Cap. 16. Blesensi item Lege Gallica. An. 1579. Artic. 49. & 50. Quibus caueatur, ne decumani fundi possessores eius fructum colligant decerpantve, antequam cogendarum frugum diem præconio nunciarint in solemnibus Sacris peragendis. Idque Vilhelmus Durandus primùm videtur indicasse, Tit. De Decim. §. vlt. Quod & Gratianopolitano S.C. Decretum An. 1459. refert Vido Papius in Delphinali. Decis. 283. Colono autem decimas soluere recusante, defertur rei cognitio iisdem Edictis supremo cuique Galliæ Tribunali. Scilicet Christiani Principis munus est, externam Ecclesiæ Politiam tutari, quæ à sacra bonorum Oeconomia curationéque sciungi non potest. Ob id Pannonum reginam cohortatur Honorius 3. P. P. vt quæ sacrandam curarat Oradiensem Basilicam, sacerdotum inibi Collegio instituto, eam iusta profanarum facultatum dote cumularet. Cap. Cùm sicut de Consecrat. Eccles. vel altar. Inde est pariter, quòd Sicula Constitutione Regi liceat, Ecclesiam ipsius donatariam Ciuili tegere imperio ac magistratu, vel in sacraros etiam Proceres qui ei nonnihil molestiæ grauioris aspercerint. Capit. Regni Neapolitani, quod orditur ira, Omnis deprædatio. Atque id continuo vsu seruatum hucusque, testatur Afflicti Decisio Neapolit. 2.

Regiæ Gallorum de Decimis Constitutiones. Die. 1. Mart. 1545. & Die. 5. Octob. 1561. Die. 20. April. 1562. Senatu promulgante die 12. Maij. 1562. Edictum die 16. April. in Curia modificatum die. 7. Sept. 1571.

Curatus vel exactor decimarum potest adito prætore inhibere domino fundi, ne fructus exportet ante decimæ solutionem, vt furti occasio vitetur.

Lucas Pennatus in Lib. 2. Cod. Quan. & quib. quar. pars deb. Lib. 10. Guid Pap. Decis. 283. Aufrer, in Decis. Tholos. 109.

Matth. Afflict.

Placart de l'Empereur Charles 5. à Malines, du 1. d'Octobre 1520. Que nulles gens d'Eglise ny les layz possedans disnes, ne puissent prendre ny leuer ou exiger aucunes nouuelles disnes, ou autres charges, ny droicts quelconques de quelque espece de biens que ce soit, autres qu'ils & leurs predecesseurs ont accoustumé prendre & leuer passé a quarante ans & au dessus. Ainsi se contenter des disnes & droicts ordinaires, & dont ils ont iouy & vsé auparauant le temps de quarante ans. Et deffenses aux gens d'Eglise de cognoistre desdites disnes inusitees. Ains l'interpretation desdits droicts & disnes insolites en appartiendra à nos Consaulz & iusticiers ordinaires.

Et par autre Edict du 10. de Mars 1523 interpretatif de l'autre de l'an 1520. Qu'il n'est defendu de payer disme des grains, foings, & fruicts, despouillez sur les terres, prez, & terrages nouuellement cultiuez & labourez, dont es parroisses où ils sont l'on n'a accoustumé, auant quarante ans payer ny leuer disme de tels ou semblables grains, foings, ou fruicts. Aussi n'auons entendu defendre de payer disme d'aigneaux, laine, poulailles, volailles, & autres bestiaux nourriz ès maisons & heritages nouuellement, ains qu'il en soit payé droict de disme, pourueu que de telles especes l'on ait accoustumé payer disme par auant lesdits quarante ans, en la paroisse desdites maisons ou heritages, & si en aucuns villages du Comté d'Artois estoit à l'aduenir semé, planté, cueilly, ou pasturé quelque nouuelle espece laquelle n'auoit jamais esté audit village, planté, semé, cueilly, ne pasturé ou nourry, en ce cas quant au payement des disnes de telles especes nouuelles, l'on se reglera comme ès autres villages dudit pays où semblables especes auroient esté semees, &c. Et si une nouuelle espece du tout non veue ne accoustumee estre plantee ou nourrie en aucun village dudit pays d'Artois, l'on se reglera quant au payement de la disme d'icelle nouuelle espece, selon le droict escrit.

4 In exigendis sacris decimis patrius mos est custodiendus. Hunnis inoleuit consuetudo, vt ex vnius diœceseos finibus turmatim commigrent in aliam, nec eo seciùs vterque diœcesum Antistes

Consuetudo quantumcunque longa non soluendi decimas nulla est. Oldrad. Consil. 91. Sed quoad

quotam decimæ, valet. Innoc. Et Panor. in Cap. In aliquibus De decim. Item quoad translationem decimarum Prædialium, vt curatus vnius parochiæ in alia capiat decimas. Cap. 18. Eod. Tit. Rata consuetudo de decima in agro reliquenda, modò curatus monitus fuerit, antequam aliqua fructuum fiat separatio. Rochus Curt. in Cap. vlt. De consuet. post Hostiensem in Cap. certificari De sepult. Aufret. in Decis. Tholos. 432. Item licita est consuetudo minutarum decimarum non soluendarum.

Ex B. Thoma in 2. secundæ Quæst. 87. Artic. 3. Et ita Senatum iudicasse refert Boerius in Consuet. Biturigum 5. 12. in fi. De consuet. præd.

obnoxios sibi & decumanos esse agros intendat. Quo nomine consultus à Strigoniensi Pannonum Archiepiscopo rescripsit Lucius. 3. Pontifex, vetusto Prouinciæ mori standum esse. Cap. 20. De decim. In Antiq. Pannoniæ necnon Legibus patriis hæc continentur, *Decimæ si non exigantur vsque ad festum S. Stephani Regis, licet colonis suas fruges, decimis in campo relictis, conuehere. Rursus decimæ integrè soluantur, nullo cellario, vel horto excepto. Decimæ argento non redimantur, sed vt terra protulerit, vinum vel segetes soluantur. Item Decimas non soluunt Nobiles de propriis terris.* Apud Bituriges Celticæ Galliæ populos diuiduntur prædiariæ decimę inter eius parochum, qui suis bobus excultum ierit alienæ parœciæ fundos, & alterum huiusce Rectorem parœciæ. Idque ius Municipes vocant *Suite de disme.* Artic. 18. Tit. De iuribus Prædiariis In Consuetudine Bituricensi. Nec iniuria sanè, quùm Labeo pariter ac Trebatius I. COSS. responderint, boues aratores ei fundo cedere, vbi opus fecissent, non vbi manere consueuissent. Sicuti Iabolenus memorat in l. Cùm quidam ☩. De instructo & instrum. legato. Placuit autem Alexandro. 3. & Lucio. 3. Pontif. in prædicta decimarum ambiguitate veterem loci morem consulendum. Cap. Cùm sint homines Cap. Ad Apostolicæ De Decim. Et Artic. 50. Francici Edicti Blesensis. Cæteroquin Prædiariæ decimæ Templo parœciaco debentur, cuius in finibus prædia situm habeant: personales decimæ, vbi quis diuina percipiat. Cap. vlt. De paroch. Can. Quæsti. & Can. si quis laicus Causa. 16. Quæst. 1. Eò redit Karoli Mag. Lex Francica, *Vt terminum habeat vnaquaque Ecclesia, de quibus villis decimas recipiat.* Capitulor. Karoli Lib. 1. Cap. 155. Veneti porrò nullas ex negotiatione mercium decumas viui appendunt sacerdoti, sed in obitus puncto ipso decima persoluitur, habita mercimoniorum omnium, mouentiumque reliquorum ratione. Vt tradit Abbas Siculus ad Cap. in aliquibus De decim. Eiusmodi personales decumæ, quas ex mercatorio quæstu sic vocant, haud absimiles videntur iis, quæ Herculi ac Mercurio à priscis Ethnicis vouebantur. Auctore Plutarc. in Problemat. A Germanis vtique pensitari assolent quotannis certi ac definiti frugum acerui, quos nec augere fertilitas anni, nec minuere sterilitas possit. Panormit. teste ad cit. Cap. in aliquibus. Slauorum item in regione, Aldenburgensi præsuli designatum est decimæ vice annuum vectigal ex omnibus Vuagitorum, seu Obotritorum latifundiis: Nempe quolibet ex aratro, grani mensura, & lini resticuli quadrageni, cum duodecim nummis argenteis: Vnus præterea nummus, pretij summam colligentis. Vt est apud Helmodum presbyterum Lubecensis Ecclesiæ, Cap. 12. de Marcone. 1. Episcopo Aldenburgensi. Insuper Armoricæ Britanniæ Clerus olim transegit cum Equitibus ac Plebe de Nonis suis, aliisque iustis parœciacis. Eamque Pontifex Clemens Transactionem sanxit. Auenionensi Rescripto. 5. Cal. Iulias Pontificatus An. 4. Ad hæc, moribus comparatum est in Occitanis Galliæ

Personales decimæ, ex personæ artificio & negotiatione.

Bulla Apostolica Clementis. 6. apud Auenionem. die. 27. Iunij. An. 1345.

Galliæ oris ſacerdotem interdicere, vetare ne arui proprietarius, niſi illo adſtante vel eius procuratore, meſſem faciat fructuſque demetat. Quod & Tholoſano S.C. decretum fuit pro Albiorum Præſule aduerſus populares ſuos decumani croci debitores. Idibus Septemb. An. 1485. Vti ab Aufrerio perhibetur, regio apud Tholoſates Senatore, ac libellarium ibidem Iudicum Præſide. In Commentar. ad Deciſion. Capellæ Tholoſ. 109. E diuerſò quoque parœci ſtipulas colligent impunè aruorumque fructus cogent, licet prohibente ſacrorum Miniſtro, Regionis ſi volet vſus, quem penes arbitrium eſt & lex & norma reddédæ decimæ. Vt inquit Speculat. In Tit. De decim. ſub finem. Abbas in Cap. Ex parte De decim.

Areſtum Parlamenti Tholoſani die. 13. Septemb. Ao. 1485. *du ſafran de diſme deu à L'eueſque d'Alby*, ſcribente Aufrerio Præſide in Camera Requeſtarum palatij Tholoſ.

Quota decimæ poteſt præſcribi, patria conſuetudine. Si tamen curatus ex ea parte viuere nequiret, tunc integras decimas petere poſſet non obſtáte præſcriptione. Angel. de Clauaſio In ver. Decima §. 2. Quia contra ius Naturæ non valet conſuetudo, vt miniſtrans ſpiritualia non metat temporal a.

5 VICARII animarum curatores perpetui non faciunt decumarum fructus ſuos, ſed canonica iis redituum portio eſt in victum & ſtipendium adſignanda, ſeu à rectore Eccleſiæ, ſeu vacuo eius ſacerdotio, à diœceſis pontifice, quoad nouus parœciaco Fano paſtor præficiatur. Sicuti in Tridentinis Eccleſiæ comitiis præceptum eſt. Seſſione. 24. Cap. 18. Quanta autem portio ſit fiduciario huic tribuenda Curioni, vixdùm ſatis definitum. Senatus olim huic quartam addixit, velut Quiritum Lege debitam profanæ hæreditatis pottionem, quam vulgò Trebellianicam iſti appellabant. Areſto 16. Kalend. Sextiles An. 1539. Quarumdam certè Regionum vſus * τὸ μέρος ἐπιβάλλον interpretatus eſt, quadranté quadrâtis ex toto a ſſe ſacrorum redituum. Id quod Innocentius. 3. abrogauit in Concilio generali Cap. Extirpandæ De præbend. Rectiùs enim ſentiunt qui putant, iuſtam legitimámque portionem certis modulis ac limitibus non circumſcribi, ſed iudicantis arbitrio ſtatuendam pro locorum rerumque varietate. Quemadmodùm Ioh. Seluæ viſum eſt, in ſummo Pariſiorum Conceſſu ſenatori. Tract. De beneficiis Parte. 1. Quæſt. 5. Num. 121. Nuper quidem Princeps edixit, Clero poſtulante, ne parochi, quorum ſacerdotia ſexies vicenis libellis Francicis æſtimantur annui reditus, audirentur congruam petentes portionem: Quibus verò tantus ex curionatu prouentus non ſuppeteret, iis vt lege agere liceret de Canonica pottione coram pontificio Magiſtratu. Cap. 9. Regiæ Conſtitut. 16. Kal. Maias. 1571. Etenim P.C. tandiu huiuſce Capitis ſuſtinuerunt comprobationem, donec Regem vberiùs conſuluiſſent. Decreto 16. Kalend. Septembr. Eod. Anno. Monaſteria quippe ſolidas carpunt decimas ſparſim, non quia ab iis primitus regerentur parœciarum templa, ſed vel ob donationes in Cænobia collatas antiquitùs, vel ab longiſſimi temporis poſſeſſione. Ex Innocentio. 3. Cap. cum contigat De decim.

Curiæ Pariſ. decretum Die. 17. Iulij An. 1539.

* portioné cógruam. Canonica portio tranſactione tolli nequit, alimentorum inſtar. Iaſ. in l. cum hi ff. De Tranſact. Si verò apud Rectorem vel patronum nihil aut parum remaneret ex eo beneficio, ex cuius fructu petitur congrua portio, tunc Vicarius poterit agere contra parochianos, vt præſtent ei vitæ neceſſaria. Panor. In Cap. ex præſentium De Pignor. col. vlt. Glo. & Doct. In Can. Omnis Chriſtianus De Conſecr. Diſtinct. 1. Rebuffus in Tract. Congruæ portionis Quæſt. 12.

Regia lex Gallica die. 16. April. verificata in Parlamento Die. 17. Auguſti. 1571.

Exemption de payer diſmes pour les Celeſtins. Vide Tit 2 Lib. 2. Monaſtic. art. 47.

6 EN tibi in procinctu Cluniacenſis Monaſtica Societas, cui de ſacrarum decimarum perceptione dati ſunt à Nicolao. 3. Pontif. Priuilegiarij codicilli, hoc verborum compédio. *Nicolaus Epiſcopus &c. Dilectis filiis Abbati & Conuentui, Cluniacenſis Ordinis, Salutem &c. Vobis & Fratribus veſtris auctoritate præſentium indulgemus, vt intra parochias*

Cluniacenſium Apoſtolicum de decimis Priuilegium. Die. 23. Ianuar.

Quidam rursus Monasticorum conuentuum Ordines eximuntur decimarum solutione ex fundis suorum cœnobiorum. Nam Innocentius. 6. P.P constituit fauore Antoniani Ordinis regularis, vt nullus de rebus & prædiis ipsius Ordinis ante generale Concilium habitis decimas exigere, aut eo nomine molestiam huic Ordini inferre præsumeret. De iis vide Aymarum Falconem eius Ordinis monachum, in Antoniana Hist.

vestras pro ea portione, pro qua veteres decimas ibi habetis atque percipitis, de noualibus redactis nouiter ad culturam, quæ a tempore, cuius non extat memoria, non fuerunt exculta, decimas percipere valeatis &c. 10. Calend. Februar. Pontificatus An. 2. Quibus tabulis consentaneum est prorsus Gregorij. 9. Diploma. 3. Kalend. Iunias, Pontificatus An. 2. Tum Alexandri P.P. Nonis Iuniis An. 4. secundum Cluniacenses cœnobitas. Ac Vrbani. 3. Rescriptum pro Ædis Petri Magistro *de Coincy*, monastici Ordinis Cluniacensis: Idemque priuilegium Benedictinis monachis attributum olim; sed de quo Patres Parisienses, Me pro monastico conuentu D. Germani Parisien. agente, censuerunt plenius ineundum consilium. 18. Kalend. Ianuar. An. 1567. Choarto, contrà, Iohannis Pontani curionis Meudonij causam orante. At prædictum Cluniacense cœnobium aliis honestauit priuilegiis nunc Sanctissima Sedes, nunc Oecumenica Synodus Constantiana, cuius decretum tale est. *Sacrosancta & generalis Synodus Constantiensis, Dilectis Ecclesiæ filiis Abbati & conuentui monasterij Cluniacensis, &c. Personas vestras & monasterium vestrum, in quo diuino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ impræsentiarum possidetis rationabiliter, aut in futurum poteritis adipisci, sub B. Petri protectione suscipimus atque nostra, necnon omnes libertates & immunitates à Romanis Pontif. siue per priuilegia vel alias indulgentias vobis & eidem monasterio vestro concessas, ac libertates & exemptiones secularium exactionum à Regibus, Principibus, & aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis & præfato Monasterio vestro indultas, cum pertinentiis suis, sicuti ea iuste & pacifice possidetis, & per vos eidem Monasterio vestro auctoritate nostra confirmamus &c.* Sexto Kalend. Quintiles An. 1416. Pontificio vacante Solio. Nec dispari Priuilegij formula vsus est Basiliensis Christianorum Præsulum congressus, in Cluniacensium gratiam monachorum. XI. Kalend. Martias An. 1435.

Bulla Gregorij P.P. Die 30. Maij, & Alexandri die 5. Iunij. *Appoinctè au Conseil*, Die 15. Decem. 1567. inter Religiosos S. Germani de pratis, Lutetiæ, & Curatum *de Meudon lez Paris.* Decretum Constantiensis Concilij, quo omnia Cluniacensium Priuilegia confirmantur. Die 26. Iunij An. 1416. Basiliensis Synodi Priuilegiatæ literæ secundum Cluniacenses, die. 19. Februar. An. 1435.

SIGILLATIM vtique *Prioratum* Cluniacensem, cui à Charitate 7
nomen inditum, Romanus Pontifex egregiis auxit Priuilegiis, hoc Rescripto. *Hadrianus Episcopus &c. Raynaldo priori monasterij B. Mariæ, quod de Charitate dicitur, eiusque Fratribus tam præsentibus, quam futuris &c. Monasterium Beatissimæ Mariæ, semperq; virginis de Charitate: cui largiente Domino deseruitur, ad exemplum prædecessorum nostrorum Vrbani, Paschalis, & Lucij Romanorum P. P. sub B. Petri & nostra protectione suscepimus: statuentes, vt quascunque possessiones, quæcunque bona idem cœnobium impræsentiarum iuste & canonice possidet, aut in futurum poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant &c.* Octauo Kalend. Maias An. 1156. Pontificatus Adriani 4. Anno. 2. De hoc monastico Primatu habita mentio est Decretali Pontificum Epistola ad Cluniacensem Cœnobiarcham. Cap. 51. In vers. Cluniacensi & de Charitate Prioribus duntaxat exceptis de Elect. In Antiq. Eidem subiungo Martinianum Lutetiæ phanum monasticum, quod Philippus. 1. sacrandum curauit: Attributo ei bino cœnobio, D. Symphoriani, & D. Samsonis Aurelianens. Religiosum tamen B. Martini

A Cluniacensi Abbatia, capite Ordinis, pendent. 4. filiolæ (*fillettes*), Prioratus Charitatis ad Ligerim, S. Martini de Campis Lutetiæ, Souuignius, in Borbonensi agro: *& de Saucillange*, in Auxitano Archiepiscopatu. Primarij enim sunt isti eius Ordinis atque dignissimi. Bullatæ tabulæ Adriani 4. Pontif. comprobatoriæ bonorum & possessionum Prioratus de Charitate, Cluniacensis Ordinis. die 24. Apr. An. 1156. In hoc Cap. 51. De Elect. agitur de Comite Valentiæ, qui tanquam patronus Prioratus S Pancratij ad Cluniacensem Ecclesiam pertinentis sibi arrogabat ius instituendi ad dictum Prioratum vnum de duobus certis Cluniacensis Ordinis, quos Abbas duxisset nominandos, demptis Cluniacen. & de Charitate Prioribus.

Martini Conuentum ſubiici ipſe voluit Cluniacenſi Abbæ ſeu Æteriarchæ An. 1079. Morticinij item iure donatæ ſunt *Prioratus* huiuſce poſſeſſiones à Ludouico Iuniore. An. 1130.

8 CERTUM eſt, congruæ portionis conditionem ex Canone, mouendam apud ſacros Magiſtratus, non profanos. Reſcripto Alexandri. 4. Statuto §. vbi autem De Decim. Apud Bonifacium. 8. & Clementis. 5. Sanctione in Concilo Viennenſi edita ſub Tit. De Iure Patron. At forenſi Maiorum noſtrorum inſtituto, *κατὰ τὸ ἐπιεικές addicebatur fiduciaria quædam à Senatu penſitatio curiali Sacerdoti, de decimis interdicto agenti cum cœnobiarcha. Vt puta, parœciaci fani Sacerdos dictauit poſſeſſorium decumarum iudicium monaſtico Antiſtiti, & ſecundo libelli ordine petiit canonicam portionem: Curiatum preſbytero, lite pendente, alimentariam penſionem adiudicabat, vel Interdicto vtí poſſidetis ſummotum ali iubebat in ſpeciem canonibus debitæ portionis. Vſqueadeo, vt hoc velut legitimum bonorum ſubſidium, omni deducto onere, præſtandum pronuntiauerit, neque id retentioni, aut compenſationi cum ære alieno quolibet fore obnoxium. Decreto. 13. Kalend. Martias An. 1524. ex prouocatione, quam D. Marcelli Collegium Lutetian. interpoſuerat à Suppræfecto Pariſienſi: Ienneuillerio parocho in contrarium litigante. Atque adeò Petr. Rebuffus in Senatu aduocatus teſtatur, vidiſſe ſe Regios Iudices multos, qui poſſeſſoria decimarum lite feruente, addicerent obiter fiduciaria ſententia congruam curioni portionem: quæ ſubſidio petita fuerat, vt interim ſacerdos Templi neceſſariis veſceretur. In Tract. Congruæ portionis Quæſt. 7. Verùm hodiernus Fori vſus vix patitur congruæ portionis quæſtionem, vel vindiciario quidem iudicio, à Regiis Præfectis diſceptari: Sed totum hoc controuerſiæ genus ad Pontificios nunc relegatur, tametſi in poſſeſſoriam decimarum cauſam incidens (quaſi appendix) coram Ciuili Magiſtratu. Ita Edicto cautum Aurelianenſi, in maxima aſtantium Pop. Ordinum frequentia. An. 1560. Artic. 5. Principali item conſtitutione. 16. Kalend. Maïas An. 1571. Artic. 9. Quem nos Conſtitutionem tranſlatitiè interpretamur de congrua etiam portione nummaria,

An Curato liceat alibi quàm in foro Eccleſiaſt. petere portionem congruam in alimenta.

* ex æquitate.

Areſtum, Die 17. Februar. 1524. ſuper appellatione quam Canonici Eccleſiæ collegiatæ S. Marcelli Pariſien. interiecerãt à Locumtenente præpoſiti Pariſien. Non ſolùm Epiſcopus, ſed Capitulum etiam ſede vacante cognoſcere poteſt de congrua portione. Quia hoc eſt iuriſdictionis contentioſæ, quæ ad Capitulum tranſit ſede vacante. Io. Franc. In Tract. De offic & poteſt. Capit. ſede vac. Gloz. in Verb. ordinario. In Extrauag. Execrabilis §. ſtatuimus. Inferior verò non poterit aſſignare Canonicam portionem. Glo. & Doct. in ver. Diœceſanis In Clem. 1. De Iure Patron. Imola In Cap. De monachis. De Præbend.

Regis Edictum die 16 April. An. 1571.

Au Synode Prouincial de Cambray tenu à Montsen Haynaut, en Octobre, 1586. & par Edict du Roy d'Espa-
gne approbatif d'icelluy, fait à Bruxelles le 1. de Iuin 1587. il eſt arreſté par l'article 11. que outre la portion Canonique des Curez pauures par
-aſſignation de diſmes, ou vnion des ſimples benefices, eſt neceſſaire venir à la 3. voye ordõnee par le Conſile de Trente, ſauoir de la collecte ſur
les parroiſſiens. Pource eſt mandé aux Magiſtrats & gens de Loy, aſſiſter les Eueſques à trouuer ce qu'il faudra pour l'entretenement des Pa-
ſteurs, là où ne leur pourra eſtre ſuffiſamment pourueu par les 2. premieres voyes ordonnees par ledit Concile general, iuſques aux ſommes or-
donnees par ceſte Synode metropolitaine, leſquels Magiſtrats feront l'aſſiette de ce que iceux Eueſques auront trouué defaillir, aux 2. premie-
res voyes, pour trouuer la ſubſſentation des Curez.

Par le meſme Edict ſuyuant ledit Synode Prouincial de Cambray, eſt dit, que à la portion Canonique des Curez, & reparation des Egliſes parochiales, contribueront les diſmes, ayans autrefois eſté laicales, leſquelles preſentement ſeroient retournees és mains des gens d'Egliſes, de quelque nature qu'elles ſoyent, fiefs ou autres, enſemble celles que l'on pourra verifier auoir eſté achoptees, ou autrement acquiſes par gens laiz des Eccleſiaſtiques, depuis le premier Concile de Zatra, qui fut l'an 1179.

ſeu decima frugum parte, quæ in annos ſingulos pacta pecunia redimatur. Valet enim hæc decumani fundi redemptio, commuta-

tioque Agrarij vectigalis in nummariam erogationem. Vti constat Francica Lege Karoli Mag. Lib.2. Cap. 21. De Nonis ac Decimis. Qua itidem Lege Francica, beneficiarij Ecclesiæ pensitabant tum eidem Nonas Decimasque agrarias, sed profani veriùs quàm Ecclesiastici iuris. Lib.1.Cap.157. Prædicta autem omnia intelligi volumus de libera decimarum conuentione, non de coacta, inuoluntaria, armis extorta. Quo modo Sarmatici Annales referunt, Wladislauiensem Episcopum vi terroréque huc à Prutenis adactum Crucigeris, qui Pomeraniæ dominabantur, vt senos tantùm grossos annuos in iugeta decimæ nomine tam ipse quàm sacerdotes eius acciperent è Pomeranicis agris. Annum circiter. 1330. Ea autem pactione vehementer accisi sunt reditus Wladislauiensis Episcopæ. Vt inquit Chromerus, Rerum Polonic. Lib.11. Imo & illis finitimi Dani, Noruegíque decimarum solutionem detrectarunt, vel postquam relicto Hellenismo orthodoxam fidem sunt professi. Vt tradit Krantzius Hamburgensis, Daniæ Lib.4. Et in Noruegiæ Historia. Vnum hoc obseruaui in Lubeci Annalibus, Danicæ, vrbis aut Danis proximæ, sacerdotum ipsius Collegium impensè ditatum auctúmque fuisse sacro decumarum prouentu: quas Geroldus Lubecensium pontifex primus in commune contulit Ecclesiastico Sodalitio, id est, Clericis. 13. canonicè degentibus in principe Æde D. Iohanni sacra. An. 1163. Nihilominùs decimas à plebe negatas identidem Lubeci Episcopis ac presbyteris, narrat Hermannus Bonus, Lubecensium Chronicōn Lib. 1. Sarmatæ pariter decimarum præstationem diu multùmque renuerunt, quas Miecislaüs Princeps Edicto perpetuo Clericis dependi præceperat: Ita quidem, vt decimæ post messem, ab iis qui darent, ad constitutum locum comportarentur. Sed lapsu temporum, Casimirus Rex Cracouiensi Episcopo non solùm Immunitatem restituit, quæ eius Ecclesiæ adempta fuerat, sed ea etiam quæ ad decimarum conuectionem venditionemque pertinebant. Anno Christi. 1352. Tanti beneficij vestigia adhuc extant, Regiáque Cazimiri diplomata in summo Cracouiensi delubro. Si Polonicæ Chromeri Historiæ credi par est, Lib. 12. Cazimirus idem plurima templa condidit partim cocto latere, partim secto quadroque lapide: in quibus sunt Sendomiriense, Visliciense, Sidlouiense, Stobinicense, Sagoscense, & Gargouiense.

Prussiæ Crucigeri.

Compositio super decimis valet inter Ecclesiasticos, vt decimæ vni curato debitæ alteri soluantur, Cap.2. Cap dilecti De Transact. & ibi Panor Vel vt minus quam sit decima, eis soluatur inter clericos, vel vt de aliquibus rebus non præstetur. Cap 3. Cap veniens De Transact. Et in tali compositione, qua minuitur decima, inter clericos sufficit Episcopi adprobatio. Doctor in d. Cap 2. & Cap. Veniens. Sed si cum laicis fiat compositio, requiritur Rom. Pontif adprobatio Ex Steph. Bertrandi Consil. 14 Et Consil. 116. Volum. 1.

Per translationem Sedis Episcopalis Aldêburgt Lubecum, Geroldus primus Lubeci Episcopus Canonicos ibidem constituit.

Poloni.

Pannonum Ritu prisco, in scripta redacto, Decimæ integræ soluantur, nullo tellario, vel horto excepto. Decimæ argento non redimantur, sed vt terra protulerit, vinum vel segetes soluantur. Decimas non soluunt Nobiles de propriis terris. Decimæ debentur ex tributis & vectigalibus.

Le Ieudy 9. de Ianuier 1606. a esté plaidé & iugé au roolle d'Amiens, que le Curé n'a point de preference pour auoir affermé les dismes de sa acesse appartenans à Religieux ou autres, soubz ombre du faux & supposé Edict de Iuin, 1577. qui ne fut oncques, & n'esté supposé par Guenois en la conference des Ordonnances. Encores qu'il y ait eu quelques Arrests de la Cour fondez sur ce pretendu Edict. Vide Tit. 3. Lib. 1. Monastic. art. 24.

Arrest du Parlement de Rennes, du 18 de May 1564. en enterinant les Lettres obtenues par l'Euesque & Clergé de Rennes, touchant les dismes Par lequel deffenses sont faictes à tous proprietaires, Nobles ou autres, & à tous Laboureurs de terres subiectes à dismes, de coupper ne emporter les fruicts de dessus lesdits lieux, que premierement ils n'ayent notifié aux beneficiers dudit Eueschè, leurs Curez, Receueurs ou fermiers à iour de Dimanche ou autres Festes solemnelles au prosne de la grand Messe, ou à leurs personnes ou maisons desdits beneficiers, le iour qu'ils voudront faire coupper & leuer lesdits fruicts, pour aller dans deux iours apres ladite signification leuer ledit droict de disme, lesquels Curez & gens d'Eglise seront tenus faire registre desdites notifications & du iour d'icelles: autrement lesdits Laboureurs seront creux par serment desdites notifications & significations par eux faictes. Voyez les ordonnances de Rebuffe sur ce.

uienſe. Multa inſuper ille præclara pietatis opera edidit, ad iratum Numen placandum ægríſque mortalibus conciliandum.

PRIMITIÆ frugum decimis affines ſunt, pari iure Leuitis addictæ. Moſaïcis legibus, Numer. 18. Et apud Ioſephum, Antiquit. Iudaïc. Lib. 4. Cap. 3. Sacræ item libationes ſeu oblationes parocho debentur. Auctore Gregorio. 7. in Can. Omnis Chriſtianus De conſecrat. Diſtinct. 1. è diuino Oraculo, Exodi. 24. D. Thoma in Quæſt. 86. Ac Honorij. 3. Reſcripto Cum inter De verb. ſignif. Certa autem eſt Decumarum quantitas, regionis ſaltem moribus cuiuſque definita: Primitiarum non item, quippe quæ offerentium arbitrio relinquantur. Teſte Hieronymo in Ezechielem. Ex iis quædam templo oblata à curiali plebe, haud ſoli competunt curioni, ſed æqua ſorte diuiduntur interdum ab Æditùis cum parocho. Per hunc modum tranſacta quondam res eſt ab Epiſcopali Lingonum Collegio cum Æditùis D. Petri Lingonen. vt ſacra libamina, quæquè grata Fidelium manu porrigebantur DEO, viritim diſtribuerentur inter Eccleſiaſticos illos collegas ſeu Canonicos (qui Ædis Petri curiones ſunt) & profanos Templi curatores: Cautione tamen Pacto appoſita, vt *Matricularij* iſti ſacræ Baſilicæ ædificium fulcire omnimodò, ac inſtaurare tenerentur, hoc ſermone. *Item mediantibus prædictis, præfati Matricularij, & Parochiani pro parte dictæ Eccleſiæ cogentur dictam Eccleſiam S. Petri duntaxat reparare ſufficienter, & dictam Eccleſiam ſic reparatam ſeu refectam exnunc in ſtatu ſufficienti manutenebunt, & ſemper eãdem Eccleſiam totaliter tenebuntur reficere, ſi eam aliàs contigerit, quod abſit, verti in ruinam, ad expenſas eorum, cum omnibus pannis, libris, càlicibus, chappis, veſtimentis, ornamentis, campanis, & vtenſilibus quibuſcunque Eccleſiæ prædictæ ſufficienter & decẽter &c. Itẽ ſi ea, quæ Matricularij pro tẽpore recipiẽt ratione dictæ Fabricæ & luminaris prædicti, non ſufficiant ad manutenendum & faciendum prædicta, Matricularij, & Parochiani dictæ Eccleſiæ pro tempore tenebuntur facere prædicta ad expenſas proprias ipſorum, & ſi vltra aſcendant, & ſe extendant, Parochiani dictæ Eccleſiæ pro tempore de pluri poterunt facere ſuam omnimodam voluntatem, tamen ad opus Fabricæ & luminaris prædictorum, & vt ſibi viſum fuerit expedire.* Sexto Idus Apriles An. 1339.

De Oblationibus vide Canoniſtas in Cap. Paſtoralis De his quæ fiunt à præl.

Tranſactio inter Capitulum Eccleſiæ *de Langres, & les Marguilliers de S. Pierre de Langres*, die 8. Apr. An. 1339.

Ceſſante hac Æditùorum qualitate fieri non poteſt quauis cõſuetudine, aut permiſſione Epiſcopi, vt laici in ſuis etiam oratoriis recipiant oblationes. Can. Si quis baſilicam De conſecrat. Diſtinct. 1. Cap. inquirendum, ibi, ſacras oblationes De pecul. cleric. Contra Conſil. Decij. 148 vbi illam conſuetudinem adprobat.

Interlocutorium Curiæ Iudicium die 29. Mart. An. 1576. de citando Epiſcopo, ad quem nempe præcipua cura ſpectat tuendarum Eccleſiarum tam externè quàm internè. Cap ſicut Et ibi Anto. De ſupplet. neglig. Prælat.

10 DE cuius effectu Tranſactionis quæſtioné agitarunt Æditui nouiſſimè in Canonicos Lingonenſes, putà de ſacræ Ædis refectione, & aliis parœciacæ Politiæ capitibus inuicem litigioſis. Verùm interlocuta eſt Curia Pariſien. vocandum in cauſam Epiſcopum, vt citatis omnibus, quorum intereſſe poterat, lis certiùs dirimeretur: Areſto. 4. Kal. Apr. An. 1576. poſt forenſem patronorum actionem lato, Magiſtri, pro Sodalitio canonicorum: & Buyſſonij, pro Æditùis dicentium. Veneti ſanè Triumuiri Marciæ Ædis procuratores aſſiduam hanc nauant operam, vt non modò Delubri tecta & ædificia fulciantur, ſed vt miniſtris quoque Eccleſiaſticis iuſta exoluantur ſtipendia, ac omninò ſacra Myſteria ſolemni ritu peragantur. Sicuti refert Contarenus, De Magiſtrat. Venetis Lib. penul. Nec mi-

Procuratores Eccleſiæ S. Marci, Venetiis.

Gaſpari Contareni De Magiſtrat. Reque publ. Veneta Libri. 5.

In Veoeta ciuitate ſpectaotur. 62. Diuorum templa inſignia, quas Plebanias nominant: Virginnm veſtalium, ſeptem & vigioti. Cœnubia Fratrum totidem præclata habentur, vitra Oliuoleaſe D. Petro ſacrum, aureamque Marciaoam ædem a Iuſtiniaoo Patiſiaco Duce inſtitutam, quòd templum poſtea ioxta octingenteſimum ferè annum, nnu ſine admiratione cunctatum gentium viſitur, Apud Ioh Baptiſtam Egnatium Lib. 1. De Exempl. illuſt. Viros. Venetæ Ciuit. Io Cap. De Bello Othomanico.

rum in tam pia iſta Venetorum Republica: quam & ab aliis eò diſtare prodidit Egnatius (Venetus quidem ipſe) quòd à Chriſtianis viris condita, Orthodoxam fidem integrè complexa ſit: tum quòd prima eius fundamenta à ſacri Fani dedicatione occœperint. Lib. 1. De exemplis illuſtrium virorum Venetæ Ciuitatis Cap. 1. Poſteris autem aliquot ſeculis, Petrus Venetorum Dux legatum Adeodatum miſit ad Ludouicum. 2. Cæſ. qui Mantuæ commorabatur, atque ab eo priuilegium elicuit de patrimoniis Cleri, & Pop. Veneti in eius imperio iuſtè ac legitimè poſſidendis: prout ex fœdere cum Græcis icto, regnante Karolo proauo ſuo, poſſederant. An. 855. Vt Sigonius atteſtatur, Italici Regni Lib. 5.

De Capitulo Cathedralis Eccleſiæ *d'Angoumois.*

Engoliſmen. Epiſcopi Auſonius, B. Martialis diſcipulus, obiit Ao 27n. Dynamus de quo Paulinus apud Greg. Turon. (An. 400.) Lupicinus, An. 500. Aptonius, An. 509. Mercerius, An. 549. Maraebarius, An. 567. Frontinus, Ao 575. Heraclius An. 576 Nicaſius. 580. Lannus, 775. Helias, 790. Gūbaldus Hooliba, 894. Godalbertus, 896. Fncaldus, 925. Eibulus, 937. Radulphus, 948. Grimoardus, 991. Roho, 1018. Gerardus, 1040. Guillermus, 1060. Ademarus, 1074. Gerardus, 1105. Lambertus, 1131. &c. Quem Engoliſmen. Epiſcoporum & ſucceſſorum Catalogum hocuſque edidit Galli-Carlonius Engoliſmen. Conſiliarios & Præfectus Regius, An 1597. *recueilly* ex Greg. Turoo. Ademaro Cabanelo, Bernardo Bnoæuallis Abbate, Bernardo Guidone, Platina Franc. Corlæo, Annalibus Armoricis, & ex Carthophilacio Eogoliſmen. Eccleſiæ.

EXTRAORDINARIA munera nonnunquam extorquent pa- 11
rochi, quæ niſi vltrò largiente plebe, non erant accipiéda. Nam Canonici Angoliſmenſis Ædis ſacrarum maximæ diem dixerunt certe parœciæ Vicanis coram Pontificio Iuridico, vt illorum quiſque pater familias annuos. 8. teruncios appenderet parochialis Eccleſiæ rectoribus, eius vini nomine, quod ſumpta Eucharistia ſingulis porrigitur Die Reſurgenti Domino percelebri. Vicani ſoluere damnati prouocant ad Senatum ceu ex abuſu. Nec eò ſeciùs, appellatione pendente, ſacri impiique declarantur, & graui ab Epiſcopo anathemate obligantur. Diſceptatum eſt in curia prouocationis negotium à Morello, appellantis Plebeculæ: & Corlieo, Canonicorum aduocatis. Differebat ille, profanos trahi ad ſacrum Tribunal non debuiſſe, multò minùs vrgeri ad pecuniarium munus ſupererogandum pro curiali ea opera, qua ſacerdos Templi in parœcos defungi teneatur. Hic verò, contrà, nummariam mercedem Eccleſiaſtici miniſterij, qua de agebatur, diuturna præſtatione agnitam eſſe, poſſeſſionéque humanam ſuperante memoriam. Iuxta Innocentij ſcholiaſtæ dictata in Cap. Ad Apoſtolicam De Symon. Conſcripti Curiæ Eccleſiaſticum iudicem imperio abuſum pronuntiarunt. Decreto Pariſienſi. 3. Idus Sextiles An. 1551. Prædicti autem Engoliſmorum cleri decus illuſtrar Gregorius. 9. Decretali epiſtola ad Angoliſmenſis Collegij decanum & ſacriſtam Cap. Tranſmiſſæ De verbr. ſignif. At totius diœceſis vetuſtatem prodit Auſonius ille primus Engoliſmorum Præſul à B. Martiali deſignatus, cui Vandalica dehinc perſecutione ceruices abſciſſæ. Eius rei fidem facit antiquus Codex calamo exaratus, hac Tituli præſcriptione: *Geſta Pontificum, & Comitum Angoliſmenſium.* Quibus etiam planum fit,

Areſtum Parlamenti Pariſien. die 11. Auguſti An. 1551.

Angoliſmorum Epiſcopo Honorius 3. reſcripſit Cap vlt. De Corp. vitiat.

Extat alius Burdigalæ, & Angoliſmæ antiquitatum ſcriptor neotericus Elias Vinetus Santo.

fit, Aptonium longo poſt priorem illum curriculo temporis Angoliſmenſi præfuiſſe Eccleſiæ: quùm aulicus antea Clodouei Regis ſacellanus extitiſſet. Subde his Mererium, Marthæum, Sigiſmundum, Gotiſmundum, Anſelinum, Berthealem, Ardoynum, Girbardum, Crogium, Adelardum, Neadabertum, Guillermum, Fredebertum, Sidronum, Launium, qui Angoliſmenſis viciſſim Eccleſiæ clauum tenuerũt. In lucem ſubinde prodiit Helias Frotizena, Theodulpho præceptore fœlix Aureliorum Epiſcopo, tum Hooliba, Engoliſmorum antiſtites. Quo tempore Caluus Rex, habito ſacrorum Patrum conuentu, Aquitaniam per Comites diſpoſuit, vt Hiſtorici ipſius phraſin vſurpem: Inde Turpio Angoliſmorum Comes eluxit, bellico cum Normanis congreſſu in Santonibus interfectus. Illud vero ex Angoliſmenſi Hiſtoria ſcitu dignum, quòd Hugo Santonicus Angoliſmorum pontifex, vt Comitatum in ius Eccleſiæ ditionemque transferret, ſæpe bella geſſerit cum Arnoldo Comite: ſacra prędia ob id diſtrahere coactus, quorum reliquiæ deinceps vix paucis mònachis, qui in Templo maiori diuinis operabantur, victum ſuppeditarint. Eóque argumenro patet, cœnobitas olim Angoliſmis fuiſſe, qui nunc dicuntur Canonici, Angoliſmenſis Epiſcopi ſenatores. Ex Epiſcopis autem vni reſcripſit beneuolè Honorius. 3. in Cap. vlt. De corp. Vitiat. Quemadmodùm autem Engoliſmorum Præſules minùs decuit peruicax illa profani dominatus ambitio: ita nec Angoliſmenſes Regulos ſacrorum cenſuum rapinæ & exactiones. Quos tamen ſibi cenſus pendi quotannis à Fratribus Cœnobij *de Corona* ſumma vi procurarunt. Ludouico Iuniori Gal. Rege. Sicuti D. Bernard. ad Angoliſ. Comitem queribundè ſcripſit. Epiſt. 299.

Launio iſ͡o Engoliſmenſium Præſule poſtulante, Carolus Mag. confirmauit Priuilegia & poſſeſſiones Abbatiæ [illegible]barri ſeu Eparchi, iuxta Angoliſmam, cum plena libertate poſſidendi optima latifundia Magnaci, Chamillonis, Chauenaci, Tortiaci, Thoriclati, Monsuiller, Baliaci, Triac &c. Ea autem Abbatia fundata fuerat ab Eparchio filio Comitis Petragoricenſis Feliciis Auricoli, Merouæo Gallicarum Rege. Ex Gregorio Turonenſi, & Lib. Antiquitatum Burdigalæ, & Engoliſmæ. Diſſidij fortan occaſio inter Epiſcopum Et Comitem Engoliſmenſem, inde nata eſt, quòd Marachanus Comes, factus deinde ſit Epiſcopus Angoliſmen. quaſi Comitatus ita confuſus fuerit aut deuolutus in iura Epiſcopatus & Eccleſiæ De eo Marachario Gregorius Turonen. Hiſt. Lib. 5. & Aimoynus Lib. 3. De Geſt. Franc. Cap. 31. Sed mortuo Marachario, Nantinus filius ſororis Marcharij Comitatum Engoliſmenſem fertur a Rege coëmiſſe. Ex Aimoyno.

12 Messe frugum facta, & collectis decimis, quærendum ſubit, quos in Clericorum vſus ſint tot ſacri prouentus inſumendi. Moris quidem Eccleſiaſticis aliquot Familiis, ſplendidum conuiuium ſeriatim apparare ex fructuariis ſacerdotij obuentionibus, & communem menſam ſtato anni die exquiſitis dapibus inſtruere ad promiſcuum cibum inuicem capiendum. Sed nonnulli tollẽdam hanc è Sacra Oeconomia conſuetudinem exiſtimabant, velut corruptelam Eccleſiaſticæ diſciplinæ. In Andenſi enim Æde maxima Dignitate præditi expoſtularunt apud Patr. Conscr. ſua ſacerdotia huic oneri ferendo non eſſe, nec eorum reditus tot alendis conuiuis ſufficere, vniuerſis nempè Fani adminiſtris ſumptuoſum epulum de more flagirantibus. Placuit tamen Senatorio Ordini, talem victus ciborúmque communicationem ſeruari, ſumptuariis modò legibus temperatam, conditámque aſſidua ſacræ Paginæ lectione, quam protinùs Euañgelici Verbi præco ſequeretur. Decreto. 8. Calend. Martias An. 1536. quùm Thuanus, Cathedralis collegij: Ægid. Magiſter, Epiſcopi: & Marliacus, ſacellanorum cau-

Areſtum Curiæ Die. 21. Februar. An. 1536. *des Feſtages de l'Egliſe d'Angers.*

Vide *du droict de Feſtes, ou Feſtages entre Eccleſiaſtiques*, Ragueau page 134. *des droicts Royaux.*

sam egissent. Quod Rebuffus Decretum Curiæ recenset in commentar. concordat. Tit. de reseruat. §. 2. Festos hosce conuiuiis dies Andensis Ecclesiæ memorat Ægidius Bellamera I. C. in Responso. 31. Vt pote maior ipse Diaconus quondam in summo Andegauensi delubro. Atque adeo Erasmus generatim morem hunc esse ait apud plerosque Canonicos, multis nominibus laudandum, vt conuiuiis in orbem actis, mutuò agitent sodalitia: vel ob vitãdam prophanorum cõsuetudinem ne familiaritas pariat conte̓ptum: vel ob moderandũ sumptum, qui minor est, vbi plures conueniunt. Et interim discitur aliquid in conuiuiis, tractatur aliquid negotij, nonnunquam & errata quædam corriguntur. Lib. 19. Epistol.

Ægidius Bellamera Hispalensis Episcopus & Cardinalis loquitur de Andegauensibus huiusmodi conuiuiis, seque in Audensi matrice Basilica fuisse Archidiaconum profitetur. Io Cõsil 31.

QVINIMO in Christiani seminarij satu ipso, coïbant Orthodoxi passim ad communem cibum vnà sumendum, quasíque fraterno mensæ consortio vtebantur. Id quod Plinianæ indicant literæ ad Traianum Imperatorem. Eiusmodi cœna Christianorum de nomine rationem suam ostẽdebat, Ἀγάπη dicta, quod Græcis dilectionẽ sonat. Ex Tertulliani Apologetico aduersus Gentes. Tunc enim quantiscunque sumptibus constaret, lucrum erat pietatis titulo facere sumptum. Siquidem inopes quoque refrigerio isto iuuabant Christiani conuiuæ, à quibus nihil vilitatis, nihil immodestiæ admittebatur non priùs discumbebatur, quàm oratio ad Deum prægustaretur, edebatur quantum esurientes caperent, bibebatur quãtum pudicis erat vtile: Ita saturabantur, vt qui meminissent etiam per noctem adorandum Deum sibi esse: Ita fabulabantur, vt qui scirent Dominum audire. Post aquam manualem & lumina, vt quisque de scripturis sanctis, vel de proprio ingenio poterat, prouocabatur in medium Deo canere. Hinc probabatur quomodo bibisset. Æquè oratio conuictum mensæ dirimebat, inde non in catervas cæsionum discedebatur, neque in classes discursationũ, nec in eruptiones lasciuiarum, sed ad eandem curam modestiæ & pudicitiæ, vt qui non tam cœnam cœnassent, quam disciplinam. Hæc Tertul. 13

Ethnicorum verò sacerdotum epulæ conuictusque luxuriæ plenus fuit. Nam Salij Martis sacerdotes suas cœnas tanto instruebant sumptu, vt Principibus publicanorum decumanis. Hẽt colis decimas locare cogerentur.

Vnde & apparatus lautioresque epulæ Saliares vulgò vocabantur Ægyptiorum quoque culinæ in sacris Serapidos quanto luxu frequentarentur, ostendebat vis illa spatteolorum, & fiscellarum, quæ vndique concurrebant prisca illa & Ethnica tempestate.

Quod in argumẽtum, nobis iãpridem apud Conscript. Curiæ dicẽdum fuit pro Iana Brossina Monastici primatus Seichei Præfecta, in Magistram Vestalium virginum Roncerei cœnobij Andegauẽsis, à quo *Prioratus* ille pendebat. Facti seriem accipe. Muliebre hoc Monasterium à Fulcone Nerra conditum fuit, Andium Comite patrono. Pridie Idus Quint. An. 1028. Paulò post Comitis vxor Eduarda, collatis in Cœnobium latifundiis, statuit solemne epulum vertente quoque Anno celebrari Kal. Apr. atque ibidem poscentibus egenis singulis singulos Panes subministrari, adiecta Comitis Odoardæ commemoratione, vt tantæ Heroïdis memoria quotannis insigni eo ritu coleretur. Intendit autem Monialium Antistita, in id prandium æris tantùmdem expendi debere à Præfecta Seichei *Prioratus*, quantùm & à seipsa, peræquato suptuum onere, ac parem eo nomine in contributionem ambas vocari. De quo adita ex prouo-

Prioratus *de Seiches, en Anjou*, membrum dependens ab Abbatia *du Ronceray*.

Abbatiæ *du Ronceray* fundatio in vrbe Andegauensi. die 14. Iulij An. 1028.

Die 1. Aprilis.

Le pain de la Comtesse Esduarde.

ex prouocatione Curia Parisien. Nos pro monacha Priore sic egimus conuiuum, de quo lis erat, multùm abesse à cœnulis, quas depinximus suprà. Nihil enim minus congruere Monastico vitæ instituto, quàm opiparè epulari, cum prophanis præsertim Andium oppidanis, qui tùm intra sacri Parthenones septa claustráque pransuri, malo more & exemplo improbabili accerserentur. Ethnicarum quidem Sodalitatum lautissima fuisse conuiuia hæc, Laconum Phiditia, Andria Cretensium, Atheniensium Abaturia, aliásque Phratriarum symposiacas coïtiones: De quibus Aristoteles, Lib. 2. Politic. Cap. 8. Herodotus lib. 1. & Plutarchus in Lycurgo. Vnde & Plato philosophorum seuerissimus admisit huiusmodi compotatiunculas, nec damnauit etiam inuitatiunculas, ex more Græcorum ad largiùs bibendum, modò ne prætereatur * πάντων μέσον ἄριστον. Nec diffitebar, Romanos solemne conuiuium instituisse, Caristiam ritè appellatum, cui præter cognatos & affines nemo interponebatur: vt si qua inter necessarias personas querela esset orta, apud sacra mensæ & inter hilaritatem animorum, fautoribus Concordiæ adhibitis, tolleretur. Valerio auctore, Lib. 2. Cap. 1. De Institutis antiquis. Verùm à Christiano sodalitio exquisitæ sumptuosæque comessationes reiiciuntur: quarum etiam impendia reditus monastici huius Sacerdotij exhauriant. Hinc colligebam, Ecclesiasticum conuictum castiùs religiosiúsque curandum, ac epulares sacrorum Sodalium accubationes: ne cui temerè ex prouentibus Ecclesiasticis liceret luxuriari. Eámque ob rem edixit Princeps, sacras Symphratorum pecunias, adempta omni compotatione, in pias largitiones effundi, ac in publica literarum gymnasia, ad communem Christiani Pop. vtilitatem. Regia Constitutione An. 1539. Art. 185. 186. 187. Tum Aurelianensis Edicti Art. 10. Quod magis est, Senatorio iudicio conuiuiorum vsus matricis Andium Ecclesiæ abolitus fuit, nummaria saltem æstimatione pensatus & commutatus. 17. Kaléd. Maias. 1570. Litis enarratore Quadrigario. Et 9. Kalend. Quintiles eod Anno. Thuano causæ inspectore. Vtvt sit, minimè æquum videatur, cùm octo regulares Primatus subsint Cœnobio, vnius illorum Præfectam epularibus impendiis ex dimidia parte cum Monasterij Antistita onerari. Audita causa, interloquitur Senatus, fundationis tabulas eiusce Cœnobij à Magistra edi exhiberíque debere: quibus perspectis, certior de toto hoc genere ferretur sententia. Postridie Nonas Quintiles An. 1572. Me, Prioris monachæ: Vilcotio, Cœnobiarchæ partes publicè tuentibus. In Volumine causarum Pictauensium. Profano autem artificum Collegio adsignatas olim epulas ab Ecclesiastico cœtu quotannis, sustulit Curia funditùs, quasi exemplo perniciosas. Tametsi enim Aurelianenses Lanij vetustissimis literis adprobarent Senatui, prandium opiparum sibi deberi cuiúsque anni Mense Nou. à primario canonicorum Sodalitio, & ab administratore D. Lazari, apud Aureliam: Ordo

Quioetiam inter Ethnicos Gynæceum ideo dicebatur, quòd locus esset in ædibus secretior, vbi solæ mulieres habitabant: De quo Plautus in Mostell. & Cic. 2. Philipp.

A Græcis Sodalitates *συσσίτια* dictæ sunt quòd Sodales eadem mensa vterentur. Lacedæmoniorum item Phiditia memorat Plutarchus, dicta à conuiuiorum frugalitate.

* Omnium medium optimum.

Symphratores, i. eiusdem confratriæ seu sacræ Societatis Sodales, *de mesme Confrairie.*

Principalis Constitutio De sacris Artificum sodalitatibus seu Phratriis.

Arestum Curiæ die 15. April. ad relationem Dn. *Chartier.* Et die 25. Iunij 1570 ad relationem Dn. *Dethon* Cōsiliariorum Curiæ.

Iudicium interlocutoriũ diè 8. Iulij 1572. *en plaidant du Roolle de Poictou.*

Hoc genus cōuiuij Aurelianenses vulgò vocabant *Les Oublies*; quarum nomine Lanij suboixi erant Diplomate Caroli. 7. Regis, & veteribus Curiæ decretis.

tamen Clariſſimus cenſuit placere, tantum abuſum conuelli, & ab epuli præſtatione Eccleſiam vtramque in poſterum abſolui. Decreto.4.Calend.Sextiles An.1566.ex publica noſtra Actione pro Oeconomo illo fani Lazari, vt Becheti pro Canonicis, & Vilcotij pro lanionum Collegio Aurelianenſium. Optimè hercle, quùm decentiùs multò habeatur Canonicorum fratrúmque Eccleſiæ conuictus mutuus, quàm profani vulgi cum Clericis, diſparíſque hominum vitæ inſtituti. Ac ne priſco ab æuo repetamus communem illam menſam Canonicorum inter ipſos, quaſi cœnobitarum, In multis etiamdùm Collegiis ſacerdotum huiuſmodi, haud alius eſt ſacerdotij cuiúſque prouentus quàm annonarius, & in panis, vini, fructuúmque annuorum erogatione conſiſtens. Vt Iohannes. 22.P. animaduerit in Cap. Cum nonnullæ.1.§. præterea De præbend. In Extrauag.commun. Et Rota Romana in Deciſ. 460. In nouis Verſic. *Et de fructibus recollectis tot facit æquales portiones, quot ſunt Canonici, & cuilibet tradit partem ſuam. Et ſic ſeruatur in Eccleſia Andegauenſi.* Quare nec Senatus improbauit ſtata quædam ac ſolemnia inter Andenſes Canonicos & Epiſcopum conuiuia veriùs quàm συμπόσια: id eſt, Chriſtianum Sociorum conuictum, potiùs quàm Ethnicam Sodalium compotationem, de qua in ſacris Idæis magnæ matris. Tullius Lib. de Senectute. S. Conſulto pridie Kalend. Iunias An. 1538. poſt alternas Marillaci pro Antiſtite, & Seguerij pro Collegio orationes in Auditorio Curiæ Pariſien.

Placitum Curiæ, die 29 Iulij An. 1566. *pour l'administrateur de S. Ladre d'Orleans.*

Decretum Curiæ die vlt. Maij An. 1538. *touchant les Festages de l'Eglise d'Angers, lesquels lors l'Euesque & certaines dignitez de l'Eglise d'Angers estoient tenus faire aux Chanoines, & Corbeliers ou maistres Chapelains de l'Eglise d'Angers, & aux Chanoines de l'Eglise collegiale de S. Maurille.*

AGRARIAS decimas ſequuntur nummariæ: olim extraordinariæ dictæ, quòd extra ordinem beneficiariis iniungerentur à Sede Pontificia, belli occaſione Turcis inferendi. Sic in Anglica Eccleſia Purpuratus Legatus Otho ſacerdotiorum reditus decumauit in cauſam belli gerendi aduerſus Sarracenos incredibili totius Cleri conſenſione. An.1226. quùm Erricus. 3. Britannis imperaret. Vt eſt apud Polydorum, Anglicæ Hiſto. Lib.16. In Bohemiam quoque legatus à Cœleſtino.2. Pontif. Romanus Senator decumas popoſcit à Sacerdotibus, in vſum Aſiaticæ militiæ conferendas. Annum circiter. 1200. Quemadmodùm Dubrauius tradit, Rerum Bohemic. Lib.14. Sarmatiæ item Cazimirus Rex à Clemente.6.P.P. obtinuit, vt ſibi decima decimarum ab Eccleſiaſtico cœtu in quadriennium penſitaretur aduerſus barbaros Scythas: Rurſúmque ne wratiſlauienſis Eccleſia abſtraheretur à Gneſnenſis Archiep. imperio, & Pragenſi addiceretur, Quod tamen Karol.4.Cæſ.Bohem.Rex enixè flagitabat. Vt Chromerus memoriæ prodidit, Polonic. Annal. Lib.12. Nam more maiorũ Chriſtianus quiſque Sanctæ Militiæ aut ſeipſum deuouebat Crucis cãdidatus, aut vicarium Militem, pacta illi de ſuo mercede: aut pecunias certè erogabat in rei bellicæ expeditionem. Teſtâtur idipſum Regiæ Franc. & Angl. cõſtitutiones in Dominica Cruce capeſſenda aduerſus Syriacos Chriſti hoſtes, editæ inquam, illæ de communi Sacerdotalis Ordinis ſententia. Circiter An.1180. 14

Decimes ex Beneficiis Eccleſiaſt.

Hic Legatus In Bohemiam Cardinalis Petrus à lata via cognomento dictus.

Poloniæ Rex Caſimirus.

Auctis ſacerdotij fructibus non eſt augenda pecuniaria decima, quùm ſemel taxata ſit. Collectam. in Cap. Nuper De decim. Imò nec debetur hæc decima, niſi ex beneficio decimas prædiales habente, tanquam decima decimarum. De quo in Clem. 1. De decim.

Quibus vtrobíque sancitum est, militiam sacram vel à subdito quolibet obeundam, vel collatitia annui cuiusque reditus decima fulciendam & adiuuãdam. Cautum ad hæc, militantes Christo, quandiu in iis versatentur castris, vsuræ æris alieni in creditores suos minimè obstrictum iri, vt Vilhelmus Neubrigensis retulit, Hist. Lib. 2. Cap. 22. Lugdunensi itẽ Cõcilio statutum fuit à Gregorio 10. Pontif. vt decima pars Ecclesiasticorum censuum septennio toto in sacri belli sumptus impenderetur. Idque Matthæus westmonasteriensis recensuit in Britanniæ Chronicis: Eadem de causa Gallo regi Clemens. 5. in quinquenniũ permisit decimarum ius de templorum prouentibus cogendarum. Vt Paulus Æmilius scripsit in Philippo Pulchro. Huic quoq; Nicolaus. 4. Clementis præcessor indulserat, vt ex sacris facultatibus vectigal quoddam exigeret: Quo tamen Nicolaus ipse Virdunensem Ecclesiam immunem declarauit. Rescripto 6. Idus Octobr. Pontificatus Anno 3. qui fuit ab Orbe redempto. 1291. Ex wasburgi, Belgicæ Histor. Lib. 5.

Bulls Nicolai 4. die 10. Octub. An. 1291.

Edict du Roy François I. du 22. iour d'Auril 1539. Publié au Parlement de Tholose, ouy le procureur general le 12 Aoust audit an; que les gens d'Eglise & autres pour raison des obitz, chappellenies, hospitaux, dons & aumosnes faits pour les ames de purgatoire, & autres oeuures pitoyables pour raison des biẽs roturiers qu'ils tiennent subiets & contribuables à nos tailles qui ne sont aucunement fondez ny couchez en titre de benefices, ne seront mis, enrooll. z, ne cotisez au roolle des decimes & dons gratuits, charitatifs. et est deffendu aux euesques & autres commissaires de les y cottizer aucunement. &c.

15 INDE veteribus Francis Asiaticæ accinctis militiæ identidem, factum est, vt per multas continenter ætates idem apud Turcas Francorum, quod Christianorum nomen existeret, & apud eos Franciæ nuncupatio non Gentis, sed Religionis haberetur. Qua insigni virtute Heroës Franci gloriam ingentem posteris reliquerunt: In Europa, in Asia, in Africa victoriarum suarum monumenta, trophæaque erexêre: Galliam spoliis hostium locupletarunt. Verùm paulatim dùm nos aliæ necessariæ occupationes à rebus Orientis respiciendis auertunt, Christiana Religio tanto decremento imminuta est, quanta accessione fide, armísque Francorum adaucta fuerat & amplificata. Gallorum quõdam arma Euphratem iugum ferre cogebant, Nilum coërcebant. Nunc circa Euphratem Nilúmque nati hostes nostri, torpente lethargica Gallia, Asiæ, Africæque imperant. Aureo igitur seculo illo dabatur Cruce insignitis Priuilegium infra relatum. *Li croisiez qui ala outremer, raura la terre que son proesme vandi, quant il reuanra, puys qu'il requiert dans l'an & ior, qu'il est reuenuz: Encores lait li achateures tenue an & ior & plus assez, & ait molt la terre amendee, & susedifiee. Car le priuilege des Croiziez dict, que totes leurs choses soient en la protection de S. Yglise, & demeurent entieres & paisibles, iusqu'a tant que len soit certains de leur repaire, ou de leur mort. A ceste cause luy estant reuenu d'outremer, il rendra (en faisant le retraict) tout le forfet & amendement qui fu mis en la chose; & puis que li ans & li iours fu passez, sans rauoir les fruicts. & cest conseill seuffre bien nostre vsages.* Ex libro Franciæ veteris Iurisprudentiæ, quem Petrus Fontaneus scitè concinnauit, Præfectus Libellis supplicibus in Prætorio D. Ludouici Regis, hac epigraphe.

Phil. Augusti temporibus communis lex Gallis & Anglis dicta à suis regib in fauorẽ sanctæ expeditionis, hoc modo. Quicũque clericus aut laicus crucẽ acceperit, nihil dabit, & de hominib. terræ suæ decimam habebit, exceptis burgensibus & rusticis, nisi assensu dominorum suorum crucem acceperint. Itẽ quicũque crucem acceperit si reditus suos antè inuadiauerit, exitus ei anni integrus habeat: & transacto anno creditor reditus rehabeat. Ita quod fructus quos inde acceperit in solutionem debiti computentur vsuris nõ currentibus super debitis ante crucem contractis, quandiu debitor in peregrinatione erit. Ex Vilhel. Neubrigensi, Lib. 2. Britannic. Chronic.

Ex talibus Roman. Põtif. Literis originẽ sumpsit annuum vectigal decumanũ sacerdotiis impositum. Nã missa de eo in Galliã Bulla Leonis. 10. PP. æstimatio facta est beneficij Ecclesiæ cuiusuis, vt pro suo modulo ferret annuatim

taxatam summorum quantitatem pro iure decimæ. Cuiusmodi Taxa à nostris dicitur paschalina, quia Paschalis Consiliarius Gratianopolitani Senatus, & Brindus Paris. senator cum aliis à rege selectis Fráciæ quæque sacerdotia in annuũ Decumani æris censum retulerint. An. 1517.

Cist Liures est appellez Li Libures La Reigne, & enseigne droict à faire & iustice à tenir tresespeciaumment.

DEFERVESCENTIBUS postmodùm pietatis studiis, quùm non 16
sponte accenderetur posteritas ad induenda militiæ Christi insignia, subsidio adhibiti sunt Pontificij Codicilli: quibus vniuerso Occidenti classicum caneretur: hisque tanquam stimulis ad sacram Crucem suscipiendam excitaremur, vel ad substituendum conducticium militem, vel æs militare sedulo conferendum. Eiusmodi sanctæ Sedis diplomata vulgò appellamus *Bullas Cruciatas*. Sed quarum posteriores duæ Christiano militi excutere veternum haud potuerunt, neque eum domo elicere in sacram expeditionem. Harum alteram promulgauit Pius. 2. piæ voluntatis indicem: quæ tamen, eo fatis prærepto, in irritum reciderit. Alteram Leo. 10. præscripsit, cuius amplior extat decumani vectigalis exactione memoria quàm Sacri Belli opere efficacia. Nam ex quo tempore *Cruciata* palam proposita est An. 1516. decumanum aurum cunctis Galliæ sacerdotiis indictum fuit perpetuò, inita singulorum æstimatione annua, pretióque tum taxato à Paschali, Regio Delphinatium Senatore, cui id muneris Princeps demandauit. Ex quo Decumanam hanc taxationem Forenses *Paschalinam* vocarũt, ceu rei beneficiariæ Censum. Adeo vt nec certiùs vllum hodie, quàm ex decumana pecunia tributum habeatur. Anterius autem Pij. 2. Rescriptum quo veteré formulam intelligas nummariæ decimæ in sacram causam absumédæ, nobiscum sic legito. *Pius Episcopus, &c. Ezechielu Propheta magni sententia est, veniente gladio, nisi annũtiauerit speculator animarum quæ perierint, sanguinem de manu eius requirendum fore. Quod veriti prædecessores nostri Nicolaus. 5. & Calixtus. 3. ab eo tempore, quo efferata Turcarum rabies Constantinopolim expugnauit, venturum ad interiora Christianitatis hostilem gladium, clamare non cessarunt, commonere Christianos Principes & populos, quanto in periculo esset nostra Religio, nisi occurrerent hostibus priùs quàm ampliùs inualescerent, suasere vt arma sumerent, defensionem nostræ fidei Catholicę subirent, furentibus bestiis obuiam irent, nec sinerent immanem draconem Mahumetem fideles deuorare animas. Videbant ferocem illius animum, occupata Constantinopoli, minime quieturum, cuius inexplebilis esset dominandi cupiditas, nec dubium quin Orientali sublato Imperio, in Occidentale aspiraret, annũtiata est in tempore futura calamitas, sed non est credita, non sunt auditę Pastorũ voces sanctorum. Hungari tantùm sub Calixto vigilantes arma sumpserunt, quorum & Teutonum & vicinorum auspibus apud Belgradam Turcarum ingentes copiæ profligatæ sunt, & Mahumetes ille terribilis & ferox turpem arripuit fugam. Nationes aliæ, tanquam nihil ad eas Turcorum facta pertinerent, in suis sedibus quiete permanserunt. Nos deinde, sicut Domino placuit, qui quãuis indigni tanto munere Calixto successimus, mox in Apostolatus initio Mantuanum Conuentum indiximus, in quo de communi vtilitate communibus Christianorum consiliis ageremus, &c. Ea propter vos omnes & singulos Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, & alios Ecclesiasticos,*

Apostolicum Diploma Pij 2. Christianæ gentis exhortatoriũ ad arma sumenda in Turcas, communes Christiani nominis fideique aduersarios die 22. Oct. An. 1463.

Decanatus, Prioratus & mẽbra vnita Abbatię Clun ac. etiã si in aliena & longinqua Diœcesi sita essent, non adstringuntur huius decimæ nummariæ contributioni, quum caput ipsum & Abbatia taxata sit, quoad decimas, habi-

qui

qui de sorte Domini effecti estis: Vos quoque Imperatores, Reges, Duces, Marchiones, Comites, Barones, milites, ciues, & alios quosque fideles per viscera misericordiæ Domini nostri Iesu Christi, per passionem eius qui vos redemit, per iudicium extremum, in quo stabitis ante Tribunal eius, accepturi vnusquisque secundùm opera sua, per spem vitæ æternæ, quam repromisit Dominus diligentibus se, obnixè requirimus, monemus & obsecramus, vt quæ commodè potestis in hanc Sanctam expeditionem auxilia conferre non differatis, sed in tempore prædicto ad nos mittatis. Veniat per seipsum qui validus est, & commodè potest. Qui verò non veniet, mittat alium seu alios iuxta vires suarum facultatum. Si neque aliũ mittere potest, de bonis suis à Deo collatis quantum secundùm conscientiam suam potest, per fideles manus in hanc expeditionem contribuat, aut in cistis reponat quæ ad hoc opus in singulis Diœcesibus constituentur, &c. 11. Kal. Nouemb. An. 1463. Pontificatus Pij 2. Anno 6.

> ratione omnium membrorum suorum vnitorum periode ac capitis ipsius, & bonorum cuiusque tam capitis quam membri. Aresto Curiæ die 23. Aug. An. 1560. Tilloho, pro Cardinali Lotaringo Abba Cluniaceosi, & Auberto pro Rhegmenti in prouincia Episcopo dicentibus Huc facit Cap. diuersis. de cler. coniugat.
>
> Die 21. Octob.

17 AT Pius 4. dicatas DEO Virgines exemit hac decumani æris pensitatione, Bullatis tabulis. An. 1560. Nonis Aprilib. summatim inscriptis, DE EXEMPTIONE PERPETVA PRO QVIBVSCVNQVE MONIALIBVS A DECIMIS NVMMARIIS, QVAS POSSENT PAPÆ OB BELLA EXIGERE. Vetitum etiam fuit Constantiani Concilij Sessione. 43. ne inferior summo Pontif. quisquam decimas Ecclesiis imperaret, neu in Regno aliquo vel Prouincia decumanum hoc, aliáve onera imponerentur patrimoniis diuini iuris: nisi sacrorum Procerum consilio assensúque adhibito. Atque eo casu sacerdotes soli decimas minutatim colligere debent, nec alia quàm Ecclesiastica auctoritate. Sed effusiùs aliud piæ collectæ genus Hispanis vsurpatur, apud quos Apostolicæ literæ publicantur identidem, ad cogenda vicatim piorum munera stipémque nummariam: Vt ex ea Christiani nominis captiui redimantur, & qui apud Mauros in seruitute habentur, postliminio restituantur in libertatem. Tale diploma redemptionis captiuorum sæpiusculè publicatum est tota Iberia: Regio iussu, & Edicto in Toletanis Hispaniæ Comitiis lato An. 1560. Articul. 104.

> Bulla Apostol. Pij 4. dat. 5. Apr. An. 1560.
>
> Cautũ est eo art. Toletanorum Hispaniæ conuentuũ, nõ modò bullam redemptionis captiuorum à Præcone Ecclesiastico euulgari, sed & collectæ huic eleemosynæ rationes exactè dispungi ne aliò conuerterẽtur quam in captiuorum redemptionem. Status Hispaniei in Toletana vrbe congregati.

18 FVERVNT insuper decumæ Militibus clientelæ titulo attributæ à Principibus viris, assentiente Clero, quòd Ecclesiæ Christianæ acerrimos se defensores præbuissent in externos fidei hostes. Vt nostratibus Chronicis liquet. Aliam verò saxonici Annales citant profanarum decimarum originem. Horum enim testimonio, Karolus Mag. Saxones prælio victos, qui cladi superfuerat, ea lege seruauit, vt nomina darent Christo imperatori, & sacra lotione abluerentur. Mox ab eodem Osnaburgæ extructa est Pontificalis basilica, cui VVitonem præpositum, variis eius Prouinciç opibus cumulauit, in perpetuum Cleri victum adsignatis. Exin produnt, iniunctas Plebi decimas de more Christicolarum non obuenisse pontifici primùm, sed Regiis Præfectis vt militibus inde stipendia dependerent, sumptúsque crebrarum in barbaram gentem expeditionum. Tributorum nomen horrebat libertati assueta Natio, sed decimarum exa-

> Decimæ infeudatæ & laicales.
>
> Gaguinus in Francic. Annal. profanarũ decimarũ institutionem repetit à Karol. Martello Sarracenis acie deuictis, qui ab Hispaniæ oris egressi, Gallicos agros fanáque euastarant.
>
> Peruicacia Saxonum pectora vix tùm domari potuere.

ctionem frugum abnuere nõ poterat. Interpretantur quidam hinc ortum, vt decumæ à profani ordinis viris possiderentur. Crantzius autem de clientelarium decumarum institutione aliter censit in Ecclesiastica Saxonũ Historia, Præsules, vt sacra iura firmiùs Magnatũ tutela præsidióque munirent, decimarum partem prophanis Dynastis transcripsisse beneficij in speciem, ratos, ferendam esse potiùs dimidiæ partis iacturam, quàm totiùs sacri prouentus. Quo factum vt à summatibus viris transirent decimæ in *ministeriales*, qui nunc militares appellantur. Auctore Krantzio, Metropolis Lib. 1. Cap. 2. Adeo quidem Ecclesiasticorum bonorum protectio Ciuili competit Potestati Nobiliúmque primoribus, vt monachorum agros in Bohemia populantibus istis, Abba Strahouiensis compellarit Premislaum regem in hęc verba. Quid nos aliud, Princeps inclyte, quã curatores fiduciarij sumus? Vt bonorum videlicet nobis creditorũ procurationem geramus ex fide. Imperium autem tutelaréque patrocinium tam in nos, quàm in Cœnobia, ad te vnum pertinet, tanquam ad principem nostrum. Ab Regibus quippe donationes hæ in pia hominum consortia dimanarunt, non vt profanentur, temeréque distrahantur res Numini semel dicatæ, verùm vt pietati inseruiant perpetuò: Quod tamen vix vnquam contigerit, nisi terrarum Rectores sua in Ecclesiam munera vsquequaque tueantur. Cùm enim multa in Regno decorè, piè, ac vtiliter constituta sunt, tùm in sacra hac Politīa auorum tuorum agnosce prudentiam. Struebant alij passim Monasticas Ædes, plurimísque vicis, pagis ac colonis illas dotabant, Religionis vtique amplificandæ gratia: sed qui suo etiam commodo interim & Monarchiæ, quę retineri sine externis opum viribus non poterat, consulebant. Intantùm enim Cœnobiorum facultates suis adnumerabãt, vt *Cameram* suam vocitarent: quòd inde, vrgentibus bellis, velut ex confertissima penu annonam & reliquum commeatum suam in rem depromerent. Si quando autem opus erat perfugio in domesticis præsertim seditionibus, nõ tam monasteria, quàm propugnacula habebant, tutáque militibus receptacula: quibus nihil in profanos agros moliti licuisset tametsi à priuato possessos infido ac rebelli. At fidi, Regúmque dicto semper audientes nos in piis perseueramus contuberniis, Deo litamus assiduè precabundi, vota nuncupamus pro vniuerso mortalium genere, pro Regibus, aliisque in præcelso dignitatum gradu collocatis, nec sine flagranti studio Cleri: vt saluæ tibi maneant Cœnobiorum tuorum possessiones, cum Regni tui incolumitate. Vide igitur, ecquid expediat propria te vineta cædere, quibus amputatis, sterile posthac domi, mutilúmque obtineas Imperium. Propitiis hæc auribus accepta sunt, latumque mox capitale Edictum in omnes locis virisque religiosis insultare ausos. Sub annum 1220. Sicuti à Dubrauio traditur Olomuzensi Episcopo. Bohemicæ Hist. Lib. 15. Idem auctor est, Premislaum regem nouis monachorum Sodalitiis

Quamuis decimæ nequeant laicis concedi in feudum, cap. quãuis De Decim. Tamen concessæ ante Cõcil. Lateran. habitum Ao. 1179. remanserunt penes vassalos Sed fauore reductionis decimarum ad ius commune primæuum & ecclesiasticum dominium vale: donatio quã de solius diœcesani cõsensu facit laicus Ecclesiæ de decimis, quas ab alia Ecclesia habet in feudũ, licet non eadem sit Ecclesia, & in cæteris alioqui solus episcopi consensus sine consensu Capituli non sufficiat. Cap. cum Apostolica De iis quæ fiunt à prael.

An verò, si Decimæ antiquitùs concessæ laico redeant ad Ecclesiam, episcopus possit de nouo illas infeudare. tract. Calder. Consil. 2. De decim. Puto non posse, quia decima semel ad Ecclesiam reuersa pristinam qualitatem & conditionem reassumit, vt copiosiùs diximus Lib. 3. de Domanio Franc. Tit. 23.

Pia, elegansq; exhortatio Abbatis Strahouiensis ad Bohemum Regem pro rerum bonorumque Ecclesiæ conseruatione.

Quùm laicis decimas possidentibus ius cõmune resistat nisi probetur Titulus, sola possessio etiam immemorialis laicis non prodest in iure decimarum controuersia. Cap. Ad decimas De restit. Spol. in 6. Quia laicus decimas præscribere nequit cap. Causam De pręscrip.

Bohemicum regnum exornasse. Imprimis enim duo Pragæ cœnobia instituit, alterum D. Clementis, alterum B. Francisci titulo, & in vtrúmq; Sodales transtulit, deuotos iam antea piæ Franciscanorum Dominicanæ Societati.

19 NON eo solo clientelis adscriptæ decimæ probantur, quòd à profanis hominibus dudùm perceptæ sint, vel seculari etiam Clericorum silentio, ac centena sacri iuris possessione. Decreuit enim Senatus, profanum quemque eius decimæ, quam centum & ampliùs annis possedisset, idcircò petitione summoueri, quia primæuam illius dationem beneficiariam in iure non exhibuisset. Aresto pridie Purificationis D. Mariæ An. 1537. Nam sacræ decumæ vt possessio plebeiis vetita est, sic cuiusuis temporis præscriptio. Cap. Causam de præscript. Ita visum Hostiensi, Ioh. Monac. Et Archid. In Cap. 2. §. sanè De decim. in 6. Sed moderatione quadam definiendum hoc putat Abbas Sicul. vt Feudaria decimarum concessione allegara, cuius tabulas proferri non patitur æui vetustas, laïco satis sit, illius fidẽ facere centena decimarum possessione. Panor. in Cap. Cum Apostolica De iis quæ fiunt à Præl. sine consens. capit. Alioquin beneficiaria eiusmodi Cautio authenticis literis docenda est à cliente, non testibus, aut testimoniis adstruenda. Publicè enim interest, clientelaris Pacti instrumentum edi, vt dispiciatur, quo seculo decima in profanum aliquem translata sit, ante necne, an post Lateranensem Synodum peractam circa annũ. 1180. Vnde quisquis sacras decimas clientelari lege sibi arrogat, eas ante Lateranum Concilium sibi, vt clienti Ecclesiæ transcriptas intendit. Porrò Quadrigarius nostri pridem Fori patronus consultissimus dicere solebat, beneficiarias decimarum Concessiones, quæcunque scriptis mandatæ fuerant, iussu Philippi Pulchri allatas fuisse in Cameram Præfecturæ Rariociniorum Parisien. Inde, ea fortuitò pòst exusta necessariò coactos Iudices in controuersiis Feudariæ decimæ quæstionibus admittere vicanorum senum testationes, & tabularum inopiam testium fide sarcire, atque ex his rei gestæ veritatem eruere. Vnica superest de decimis quæstio, an earum nomine quas parochus à suis percipit Lege Diuina, teneatur is fidem clientelámque præstare Diœcesano Antistiti, parochialis simul vici profano Domino, pòst binam annorũ centuriam Feudariæ huiusmodi possessionis. Sed ambiguitatem hanc diluens Senatus pronuntiauit, sacrata decimarum iura profano clientelæ obsequio subiici non posse quantalibet in ea prophani Dynastæ, licet Episcopi possessione. S. Consulto. 3. Kalend. Iunias An. 1587. pro Bucicaldo curione *de Villeuesque*, aduersus Guilielm. Ruzeum Pontificem Andium, pariter ac dominum eiusdem villæ

S. Consult. die 1. Feb. An. 1537. de infeudatis decimis.

Si huiusmodi decimæ ad Ecclesiam reuersæ sint, An prælatus iterum possit eas laico infeudare, cùm Ecclesia de nouo infeudare non possit. Cap. 2. de feud. Ioh. Andr. in Cap. prohibemus, & ibi Abbas de decim. tenet non posse. Item. Hostiensis in sua summa, in Tit. de feud § quis vestrum tenere contrarium voluit Cardin. in Cap. 1. de feud. Et ibi Imol. Zazius tenet priorem opinionem in Tract. feud. Tit. quæ res in feud. dari posse Quia decimæ ad Ecclesiam reuersæ nil ab aliis decimis differunt l. si vnus. §. quod & in specie ff. de pact.

Egregium Baldi cõmentum est, vt qui lõgissima possessione suffultus sit absque euidenti titulo, titulũ alleget eúmq; probet antiquissima possessione Bald. in l. Cum de in rẽ verso ff. de vsuf. Doct. in l. si ortis annis Cod. De pact.

Huc pertinet cap. dudum De Decim. vbi titulus infeudationis & donationis decimarũ factæ etiam à Principe vel Rege post Conc. Lat. (eo ipso quod exhibitus fuit in iudicio) euertit fũdamentum possessionis immemorialis, qua nitebatur laici donatarius aduersus Episcopum. Nam eo Concilio posteriores decimarum infeudationes irritantur.

Arrestum Curiæ Paris. die 30. Maij 1587. au rapport de M. Peletier. in 5. Camera Inquestarum Curiæ, pro curato Villæ episcopalis *de Villeuesque*, contra Episcopum, quamuis dominum temporalẽ loci. Nam pro spiritualibus homagium

præstari non posse, alibi satis ostēdimus.

Episcopalis. Dn. Peleterio senatore eam litem col legis suis exponēte. In 5. Classe Inquisitionum Curiæ Parisien.

Non solùm patroni Ecclesiæ, sed & quicūque eius decimas possident, obligantur cōgruæ portioni dandæ. Cum decimæ sint tributa egentium. Can. reuertimini 16. Qu. 1.

Varie certant Pontificij scriptores, nùm à clientelaris decimæ 20
possessore Curio licitè petat congruæ suæ portionis supplemētum. Illicitè peti respondit Cardinalis in Clem. 1. De iure patron. Ex Constitutionis huiusce verbis, *Personam Ecclesiasticam*, &c. Iuuat hanc sententiam profana decimarum eiusmodi patrimonialium conditio, quæ liberi sunt arbitrij ac commercij penes priuatum quemq; possessorem reliquorum instar patrimoniorum. Vnde nec in totum, vel ex parte vindicari tales decimæ possunt à rectore parœciæ, quasi sacris decimis affines, nec illarum dominiū iustis possessoribus absque eorum facto eripi, vel minui. Quemadmodum de profanis cuiusque latifundiis cautum est Iure ciuili. Etsi enim Sacerdotes in Blesensi Cōuentu Gallico postularunt, curionum portionem congruā suppleri ex profanis decumis, quæ beneficiaria lege tenentur intercessit Equestris Ordo An. 1577. resque mansit hactenùs indiscussa. Multò etiam firmiùs sacri Equites Melitenses tueri se videntur aduersus canonicam illam portionem. Sicuti enim ipsorum prædia Ecclesiasticis decimis eximuntur, ita earum portione libera vacuáque censentur. Argum. l. quæ de tota ff. de rei vindicat. l. an pars D. pro derelicto. Imò & talium fundorum coloni eadem vtuntur decimarum immunitate, quam iudiciis probatam obiter affirmat Mōstreletus, aut Monstreleti appendix, hac vernacula phrasi. *En l'an* 1460. *En vn village pres Soissons estoit vn Curé, lequel voulut auoir dismes en vne cense estant audit village appartenant aux Croisiez d'outremer. Le Censier qui lors y estoit, refusa payer icelles dismes, & fut porté & aduoüé desdits Freres Croisiez. Le procez en fut faict & parfaict, & en descheut ledit Curé. Pour laquelle cause ledit Curé print en haine mortelle ledit Censier & sa femme, &c.* Franc. Hist. Volum. 3. Nihilò seciùs arbitror, & religiosos D. Iohan. Hierosolymitani milites congruæ portioni obnoxios esse, & alios profanarum decimarum possessores. Quanquam enim illorum coloni sacras decimas minimè pensitent, ex diplomatica Rom. Pontificum dispensatione: mera tamen hæc gratia Pontificiáque indulgentia quæ aduersatur Iuri communi, ad iniquum compendium trahi non debet, vt egenti parocho alimenta denegentur. Cap. Cū secundum De præbend. Sed eo casu necessario dimidia saltem præstanda est congruæ nomine pars decimarum, quibus ex priuilegio Apostolico immunis est Melitensium eiusmodi agrorum conductor in exiguum tempus: cui nec priuilegium tamen istud competere scribit Vidus Papa Quæst. 207. ex qualicunque Decreto

Decimæ infeudatæ & patrimoniales.

Equites Ord. S. Ioh. Hierosolymitani qui sont à Malte.

Engerranus De Monstrelet.

Le 26. Iuillet 1604. vn procez party en la premiere chambre des enquestes, & prest d'estre departy en la cinquiesme chambre, entre M. de Villemereau & Radier Rapporteur & Competiteur: Assauoir si vn Seigneur lay qui tient des dismes infeodees, est tenu subsidiairement fournir & suppleer au Curé de la paroisse, en laquelle se perçoiuent lesdites dismes, sa portion congrue & Canonique.

An laici tenētes decimas infeudatas de-

Gratianopolitani Senatus inter Collegium B. Mariæ Gratianopoli-

tanæ,& Præceptorem Echirolarum. Iuxta Cap. A nobis. Cap. licet Cap. Dudum De decim. Sed de eo vide suprà à Nobis tractata Tit. proximo. Cæterùm quod dicitur in cit. Clem. 1. Ecclesiasticas personas, quæ decimis potiuntur, ad congruæ portionis solutionem vrgeri, ciuili modo accipiendum est de iis quæ * ἐπὶ τὸ πλεῖστον, non quæ * ἐκ παραλόγου accidunt. Quippe quùm profani homines regulariter Ecclesiasticis bonis non fruantur, vtpote sacrarum possessionum incapaces. Sin autem *laïcus* singulari iure quodam suos faciat terum Ecclesiæ fructus, vel etiam clientelari iure decumanos, cum eo expetiundi potestas erit parœciaco sacerdoti ad debitæ portionis collationem, subsidiario saltem ordine, post excussos clericos sacras decimas in aliena parœcia sibi sumentes. Argumen. dictatotum à Dominico in Cap. Cùm singula de Præben. In 6. Quam Rebuffus sententiam pluribus confirmauit, In Tract. Congruæ portionis Quæst. 5. Nec enim melior omnino debet esse profani hominis cõditio, qui decimas occuparit priuilegiaria lege, quàm Ecclesiastici eas percipientis iure communi.

beant contribuere portioni congruæ à Curato loci petitæ saltem in subsidium,

* quæ frequenter.
* inopinatò, securatò

Quid si plures fiat Ecclesiæ patroni, vel decimas percipientes à quibus petatur portio congrua an hæc ab omnibus simul petetur, an à singulis in solidum? Ab omnibus petetur, sed pro ea parte, quam possident, vel fructus recipiunt. Arg. l. 3. §. vlt. ff. De Alim. leg. l. Si libertus 1. §. libertus. ff. de bon. liber ibi, residuũ ex debita sibi parte omnibus hæredibus pro portione cuiusq̃ue aufert.

21 Verum misero hoc seculo, tantùm abest vt sacratis viris canonica portio à milite adsignetur, profanas decumas capiente, vt vel primi nominis sacerdotia equites sibi vsurpent in Gallia idētidem: neglectis qui in sortem *Domini* vocati sacras Præfecturas soli deberent obtinere. Et hanc Reipubl. nostræ labem aduertenti sæpiùs, quàm vellem, recursant animo quæ Nicolaus Clamengius tragicè scripsit in Francica suæ ætatis vitia, quorum ciuiles Discordiæ comites, externa tum Bella peperêre, ex his demùm fœdissimam Gallici Pop. internecionem. In Lib. De lapsu, & reparatione iustitiæ ad Philippum Burgundionum Ducem An. 1420. Quo loci multa ille de emptitiis Magistratibus, de venditione sacerdotiorum, de noua subinde vectigalium indictione. Vnde graues Plebis ac procerum tumultus, bellum Ciuile, flagellum Dei, concitatum sit: quod scriptor idē acerbè deplorat. In Oratione ad illustrissimos Galliæ principes. Hac nimirùm Oratione Gallicos magnates bello dehortatur intestino, cui tum accingebantur, & in perduelles Christianæ ditionis arma conuertere suadet, sed irrito conatu. Surdis enim cecinisse fabulam istum non modò testes sunt auriti Franciæ Historiographi, sed etiã oculatus Gallicæ tragœdiæ spectator & actor Iuuenalis Vrsinus præfectus collegio Decurionum Parisien. A quo speciatim Karoli 6. Annales conscripti, & aduersariæ nostratum id temporis factiones, simultates, Procerum motus, externa bella Ciuilium sequacia, quæ Francici Orbis imperium magnopere concusserunt. Ex Vrsini chirographo exemplari.

Nicolaus de Clamengis Bellocassinorum in Neustria Archidiaconus à Parisien. Schola Magisterio Theologiæ decoratus edidit scripta plurima, de corrupto Ecclesiæ statu, de fructu rerum aduersarum, De Præsulibus symoniacis, De fructu Eremi, De materia schismatis, Epistolas quoque ad Petrum de Alliaco Episcopum Cameracensem Cardinalem, & alia pleráque, quũ Carolus 6. Franciã Rempub. regeret,

Liber Iohan. Iuuenal. Vrsini Præpositi mercatorum Paris. Regiique in Senatu Lutetiano aduocati: cuius ex liberis vnus fuit Galliæ Cancellarius, regnante Carolo. 7. rege, Archiepiscopus Rhemensis, & alij ad amplissimos honores euecti, quorum sepulchretum visitur in quodam Sacello maioris Templi Paris.

22 Quæ omnia si cum huius ætatis moribus contuleris, cúmque hodierna omnium Pop. Ordinum corruptela, eccui iam mirum sit, Galliam domesticis cladibus exagitari, mox Atrois prædam gentibus obiici cum summo Reipubl. nostræ casu nedùm dedecore?

Vereor equidem, ne frustra nunc à nostratium animis belli cogitationem diuellas nuda Maronis oratione, qui Romanis ciuiles tumultus personari Anchisæ verbis dissuadet.

Ne, quæso, ne tanta animis assuescite bella,
Neu Patriæ validas in viscera vertite vires.

Quandiu enim à recta virtutis via aberrabimus Franci, tandiu punctionem ictúsque Ciuilis gladij sentiemus. Scio nonnullos calamitatis nostræ culpam reiicere in primarios Reipub. Magistratus, quasi publicæ disciplinæ parùm studiosos, sacræquè imprimis Politīæ. At veriùs est decentiúsque id nostris flagitiis adscribi, quàm huius summatum Imperij ignauiæ, * καὶ ἀμαθίαις τῶν κρατούντων. Nam & pius vates Oseas præcinit, Populum, cuius scelera vlciscatur DEVS, temerè in suos rectores inuecturum seu Ecclesiasticos, seu profanos, quasi publicæ salutis iuxta ac periculi contemptores. Oseæ 8. & Esa. 3. Id quod Anastasio perinde visum est, Niceno Antistiti. Quæst. 15. An omnis Princeps, & Rex, & Episcopus à DEO præficiatur. Vtinā tantùm liberis Franciæ Comitiis excutiantur, vti spero, Popularium Ordinum deprauati mores, ac vitæ cuiusque rationes dispungantur. Idcircò enim vel Ethnici Galli conuentus annuos solemnésque peragebant, vt corruptum Reipubl. statum identidem ad synceræ Politiæ normam reuocarent. Teste Iul. Cæsare, Lib. 6. de Bel. Gal. in iis verò nunquam vberiùs expostulandi argumentum in plebeios, in forenses Togatos, in Equestrem Ordinem, maximè verò in Sacerdotes: quibus si Ecclesiasticæ Præfecturæ communi suffragatione Cleri deferrentur ex vsu institutóque maiorum, quantò meliùs cū Repu. ageretur? Sicuti enim à Sacerdotali munere aliena est profanorum tractatio: ita à Ciuili magistratu sacrorum arbitrium, mandandíque Hierarchici muneris auctoritas. De quo elegāter Fischerius Roffensis Episcopus, in sacerdotij defensione contra Lutherū, Congressu. 2. Axiomate. 6. Idem auctor Martyrij lauream cruenta morte nactus est Londini in Ecclesiastica aduersus Principē dignitate & libertate asserenda. An. 1535. Haud multò aliter quàm sanctus Cantuariensium pontifex, qui & ad Aram maximam velut victima mactatus fuit, sacris cruore humano respersis. Præclarum sane Karol. Mag. apophthegma ad Synodicos Patres non semel ipsius hortatu coactos, vt de summa Rei Christianæ decernerent: Se œcumenicis Ecclesiæ congressibus interesse quidē, non vt præesset, aut sanctioribus consiliis iudicium misceret suum, verùm vt ibidem statuta Politico gladio Regiáque manu tueretur.

* Et imperitiæ rectorum Reipubl.

Olim vniuersa Hispaniæ prouincia in septem Conuentus Iuridicos diuidebatur: specialiter autem in Bætica fuisse iuridicos conuentus. 4. scribit Plinius lib. 3. Natur. Hist. Gaditanum videlicet, Cordubensē, Astygitanum, Hispalensem. Nouissimis autem temporibus Toletani Conuentus habiti Ao. 1555. Deinde alij An. 1558. & 1560.

Fischerius itidem Roffensis præsul scripsit contra Clichthouæū De vnica Magdalena. Roffensi autem in Anglis Episcopo rescripsit Innoc. 3. cap bonam. De appellat.

LITEM decimarum nomine instituit parochus in cœnobiarcham D. Michaëlis *de vlteriori portu*, Rothomagens. Diœceseos. 23
Hic iudicio superatus (cum Monastico cætu) Cœnobiarchiam eiurauit in Borbonij gratiam Romani Purpurati. Aduersus hunc postu-

Abbatia *du Treport* in Normania Cardin. Borbonio resignata.

postulat Curio executionem rei iudicatæ, simul & in Monasticam Familiam, vt præteritorum annorum fructus restituant viuersos, de quibus à Senatu nominatim pronunciarum erat. Ediuersò nouus Abba conceptam fuisse condemnationem in Cœnobij magistrum præcessorem, non in seipsum. Decimarum quidem ius à Curia definitum respicere Cœnobiarchiam ipsam, & Monasterij præsules quoscunque; At fructuum restitutionem qui personales sunt & ab vltimo percepti Antistite Cœnobij, in eundem esse vel eius hæredes persequendam. Replicat ad hæc parochus, Cœnobiarcham & Conuentum expressim iudicati lege comprehendi, vtrûmque damnatum fuisse Monasticæ titulo Dignitatis, non personæ, nec pro decimarum iure duntaxat, sed etiam præteriti temporis fructuum. Proin aduersus iudicatum fraudi locum non superesse, neque illius effectum posteriore Cœnobij cessione eludēdum. Quippe quùm salua maneat nouo Abbę subsidiaria actio in antiquum monasterij præfectum. Ita denique Patres Lutetiani pro curione decreuerunt. Nouembri Mense Anno 1542. Bouioûo, & Cardinali Abba prædicto litigatoribus.

> luta & onera realia cum ipsorum reliquijs sequuntur successoré Ecclesiæ titularium. Maximè quando sententia lata est in capitulum vel conuentū qui non moritur vedū in personam Abbatis. cap. si gratiose De rescript. in 6. Cap Quoniam. Abbas. de offic. deleg.

24 OFFERENTE sacras libationes plebecula, emersit dissidium in Templo inter curionem, Sacelli cuiusdam sactificulum, & profanos aliquot parœcos, qui ab huius sacellani partibus stantes quùm tumultuarentur, Ecclesiasticum Numinis cultum interturbarunt. Hi propterea cum sacellano promiscuè rei citantur Pontificio iussu. Regij deinde fori præscriptione summoti prouocant abusus titulo ad Ordinem amplissi. Prouocationem fulciebat plebea, profanáque appellantium conditio, quibus ideò sacer magistratus ius dicere pro imperio nō poterat. Diuini enim cultus perturbationem mixti fori crimen esse annotat Baldus in l. Siquis in hoc genus Cod. De Episc. & Cler. Talis igitur perturbationis reus si profanus sit, videtur ad regium Tribunal vocandus: si sacerdos, ad Episcopale. Parochus è contrariò allegabat, Iuridicum Ecclesiasticum violati sacri ministerij vindicem esse indiscriminatim. Basiliensi Concilio. Tit. de iis qui tempore diuin. offic. vagantur per Ecclesiam. §. prohibeatur, ne diuina officia tumultuosi quoruncúnque per Ecclesiam discursus impediant aut perturbent. Et ibi Guimerius Interpres. Licitè enim pontificius gladius cuiuis intentatur sacrum officium conturbanti. Cap. Dilectis. De Appellat. Huiusmodi tumultus sacro in loco proximè ad impietatem accedere, velutique ad hæresim quādam, Pontificiæ crimen notionis, & animaduersionis. Vt Lib. superiore á nobis explanatum est. Nihilominùs Curia hoc genus delicti mixtum esse, seu mixti fori pronuntiauit. Aresto Pridie Kalend. Ianuar. An. 1549. At biennio post, similem penè quæstionem Senatus pleniori commisit deliberationi. 13. Kal. Decembr. An. 1551.

> In primitijs & oblationibus, vt aliquid soluatur, hoc est diuini iuris & præcepti. Quantum autem soluatur, ex consuetudine pendet. Ac de ea consuetudine in talibus attendenda Bohetius Decis. Burdegal. 136. Oblationes verò inceperunt tempore Caini & Abelis. Ex Gen. 4 licet ad Noe cum id referant alij Ex Gen. 8. in fin. Ibi ædificauit autē Noe altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare, &c.

> Basiliensibus his placitis conueniunt duo subalpini Senatus Decreta, ne quis in templis obambulet, uéve tumultuetur, quo tēpore cultus diuinus palam celebratur, adiecta grauissimæ mulctæ commination. Arestis die 25. Febr. An. 1561 & 14 Iulij. Ao. 1562. Ex Lib. Edictorum & Statut. Sabaudi Ducis cum Allobrogicis Senatusconsultis, quæ ibidem instruuntur.

> Placitum Curiæ die vlt. Decemb. 1549.

> *Appoincté au Conseil* Die 19. Nouemb. An. 1551.

25 RENOVATVS est hoc seculo fanaticus VViclefi error, decimas dicentis eodem loco habendas, ac ἐλεημοσύνας, possessorum cui-

que liberum ius esse eas pro arbitrio erogare, nec ad soluendum vllo iure compelli. Cuiusmodi opinionem Patres Constantianæ Synodi damnarunt, vnà cum 188. aliis peruersi iudicij capitib. Vviclefi,

Placart du Roy d'Espagne à Bruxelles publié le 1. Iuin 1587. sur l'execution de la synode prouinciale de Cambray, tenue à Mons en Octo. 1586. Art. 8. Quesdits iours de festes & Dimanches ne seront passez contracts & recousses de maisons & autres heritages, ne venditions de biens meubles, encores que ce fut apres le seruice diuin fait. Mais voulons tels deuoirs pour l'aduenir estre remis à quelque autre iour. Mais esdits iours de festes & Dimanches se pourront faire les cries des heritages, hors lequel à l'issue de la Messe, ou de Vespres, à raison que le peuple est lors assemblé. Et quant aux foires & autres marchez publics de chacune semaine, quant ils escherront sur le Dimanche ou autre feste, seront anticipez au iour precedent, ou postposez au suiuant par les Magistrats, par communication & aduis des Euesques, si mestier est.

Lis mota de decimis apud consiliarios Requestarum Palatij Paris. tandem decisa Aresto celebri Curiæ pronuntiato die Natalis Christi profesto An. 1561.

& Iohan. Hussi hæresiarchæ. At pridem quoque, sacro fremente bello Gallico, venit in quæstionem apud Libellarios in Palatio Senatores Parisien. vllamnè prorsus, quotámve fructuum partem dare parœcus teneretur curioni, Agrario Decimæ iure. Ille temporum iniuria fretus oppugnabat decimarum ius omninò putas esse largitiones dictitans, & vltroneæ munus liberalitatis ad necessitatem minimè detorquendum: Saltem trahēdum non esse ad certam erogationis annuæ formam vel quantitatem, quo minùs curiales ipsi quotam voluerint pro arbitratu, seu vicesimam, seu tricesimam liberè præstent. Parochus ex aduerso, Decimarum appellatione non quid modò, sed & quantum sacris Oraculis ipsi deberetur, significari. Fatetur certè decimam frugum partem, quæ Leuitico Ordini attributa augustissima Superùm lege minui nonnunquam pro Regionum moribus & patrio ritu. Cessante autem Prouinciali consuetudine, circumscripta est Canonibus ac definita fructuum quantitas, i. decima portio templi sacerdoti debita, vel ipsa etiam verbi notatione. Vnus hinc solùm demitur casus Regia cōstitutione Philippi Pulchri, ne inusitatum genus decimarum exigeretur: pro iis scilicet, ex quibus decimæ regulariter percipi nō solent. Anno Christianæ Salutis 1303. Et hoc Philippinum Edictum de insolitis decimis extat in Stylo Parlament. Parte 3. Itaque damnato parœco Decimam frugum partem exoluere Curioni, Senatus ex prouocatione censuit rectè iudicatum. Arestis Curiæ solemnibus, quæ Ægid. Magister Senatus princeps clara in purpura recitabat. An. 1561. Quibus confinis est planè Britannica Odoardi Regis Sanctio vetus, ex omni annona decimam partem Deo pensitandam: Qui gregem æquorum pasceret, ab eo pullum decimum reddēdum: Qui caseum pressisset, decimum, si non pressisset, lac diis offerendum decimo quoquedie. Similiter agnum decimum, butyrum decimum, porcellum decimum. Id quod latiùs explicat Anglica Lambardi Archayonomia.

Philippina ordinatio des dismes insolites.

Anglica lex Regia. Lambardus de veteri Legislatione Angliæ.

SEDVLO nunc Rectoribus Ecclesiarum curandum restat, vt sacros perinde spiritalésque fructus parœcis suis conferant assidua 25
Pastoralis muneris functione, vti profanam frugem decimam ex istorum fundis demetere concupiscunt. Qua tamen curialis assiduitate ministerij immunes solutique sunt literarum studiosi in celebrio

celebriore Academia, sacerdotiorum interim fructus lucrifacientes non tantùm Canonicis Legibus Vulgò notis, sed veniali quoque hoc Rescripto, quod Iohannes 22. Pontif. Max. Lutetianæ Scholæ alumnis priuatim irrogauit. *Iohannes Episcopus, &c. Dilectis filiis vniuersitati Magistrorum, & Scholarium studij Parisien. &c. Nos vestris supplicationibus inclinati, vobis indulgemus, vt vniuersi Magistri præsentes & futuri in præfato vestro studio Actu studentes, huiusmodi insistendo studio, fructus, reditus & prouentus omnium beneficiorum suorum quæ obtinent, & in posterum obtinebunt, etiam si dignitates, personatus, vel officia existant, & curam habeant animarum, dummodo huiusmodi dignitates in Cathedralibus maiores post Episcopales, & in collegiatis Ecclesiis principales ac huiusmodi alia beneficia Ecclesiæ non existant, cum omni integritate vsque ad quinquennium percipere liberè valeant, quotidianis distributionibus duntaxat exceptis, &c. Non obstantibus si dicti Magistri primam in dictis Ecclesiis non fecerint personalem residentiam consuetam, seu quibuscunque statutis & consuetudinibus ipsarum Ecclesiarum contrariis, iuramento, confirmatione Apostolica, vel alia firmitate vallatis, &c.* Auenione. 4. Nonas Nouemb. Pontificatus Anno. 15.

Apostolicum Diploma Iohannis 22. in gratiam Scholarium beneficiariorum, vt absentes studij causa lucrétur nihilominùs fructus suorum sacerdotiorum Die 2. Nouemb. An. 1311. Ille enim Papa creatus An. 1317. Ecclesiam Auenione gubernauit Annis 18.

Titulus. V.

DE ADMINISTRATIONE RERVM AD XENODOCHIA PERTINENTIVM.

1. *Hospitalitas inter prima ac præcipua Christiani hominis officia est numeranda.*

2. *Hospitalium curam ad Diœcesanos Præsules pertinere.*

3. *Tridentini Concilij Decretum de reddendis Hospitalium ab Administratore rationibus.*

4. 5. 6. *Francicæ obseruationes in gubernandis Eleemosynariç bonis, eidémque nùm sacri, an profani administratores præficiendi.*

7. *Regia adprobatio &* admortizatio *bonorum* Leprosariæ *S. Quintini, in Picardia.*

8. *Res clericorum Sancti Quintini Regiæ notioni reseruatas fuisse.*

9. *De hospitalibus* Commendarum Ordinis S. *Anthonij Viennensis.*

10. *De variis Hospitalium fundationibus.*

11. *Quænam à Diœcesanis olim condita fuerint Valetudinaria.*

12. *Episcopi beneficiarium Hospitale à laïcis non administrari.*

13. *Secùs de Xenodochiis nudam administrationem, non beneficij sacri titulum habentibus.*

14. *Condonati seu deuoti Eleemosynariæ bonis propinquos succedere.*

15. *Aliud in oblatis, qui mutata veste se suáque dedicant Monasterio.*

16. *Pauperum Scholarium, Hospitia seu Gymnasia.*

17. *Sorbonicæ Scholæ Parisiorum institutio.*

18. *Alimentorum modus Scholasticis præscriptus* Cluniacẽsis *Collegij Parisien.*

19.20.21. *Pro Scholasticis Gradibus qui sumptus lege constituti.*

22.23. *Vetus in educandis inopibus Politia.*

24. *An generali testamenti reuocatione pia legata reuocata videantur.*

25. *Legitimam in antiquis patrimoniis Consuetudine statutam pio legato minui non posse.*

26. Ordinationes *quædam Regiæ de communi pauperum ærario.*

27. *De Hospitali &* Collegio *Canonicorum S. Sepulchri Parisien.*

28. *Ecclesiasticos annuis bonorum Reipub. rationibus dispungendis præfuisse nonnunquam.*

29.30. *Ecclesiæ bona pauperibus sacrata, profanos in vsus conuerti non debere.*

Neapolitani à Pontano laudati sunt, quod hospitalitatis iura sanctè seruarent in B. Mariæ domo pauperes hospitio exciperent, educarent & expositititias puellas ibidẽ pudicè liberaliterque institutas, qui domui præsunt, honestis viris bona cum dote soliti sint elocare. Ponta. Lib. de Liberalitate cap. 19.

Hospitalitatis oe sitis immemores, inquit Paolus: per hanc enim quidam insciẽtes exceperunt Hospitio Angelos post sacrorũ Beneficiorum bona, de quibus dictum est, nunc quæ ad ea proximè accedunt, vt Hospitalia, tractanda sunt.



VM IN Sacris beneficiis, tùm in hospitalibus Pauperum diuersoriis adhibenda est Oeconomica procuratio, bonorúmque administratio diligens. Nam Ecclesiasticas opes egenorũ esse patrimonia intonat Prosper Aquitan. Lib. 2. De vita cõtemplatiua. Cui rei documento sunt priorum Ecclesiæ parentum opera, conferentiũ ἐλεημοσύνας, quibus alerentur tenuiores, ac suppetias ferentium egentibus Christianis. Paulina Epist. ad Romanos. 12. Quia autem in iis Hospitalitas maximum humanitatis piæque animorum coniunctionis locum obtinebat, inde factum, vt & Christiani hospitales esse monerentur, & in hæc vsque secula productæ sint Ecclesiasticæ vetustatis insignes reliquiæ, Hospitales Ædes: in quibus communi quodam, ac Christiano Hospitio inopes exciperentur, ægri aut viatores. Iuxta Pauli sententiam, Hebræor. 13. Et. 1. Petr. 4. Einsmodi Hospitalitatem, velut antiquiùs Christianorum exercitium refert Dionysius apud Eusebium: Quo præsertim tempore 1

tempore pestifera lues per mediam Alexandriam grassabatur. Lib. 7. Cap. 22. Exin Pontificij etiam Scholiastæ censuerunt,* Πτωχοδοχεῖα Ecclesiasticis omnibus frui priuilegiis. Abbas & Barbat. in Cap. Ex literis De consuet. Ioh. Andræas in Cap. grandi De supplend. neglig. Prælat. In. 6. Idem in Cap. 2. De restit. in integ. Eod. lib. Innoc. in Cap. cum ad sedem De restit. spoliat. Bald. in l. si quis ad declinandam l. Orphanotrophos Cod. De episcopis & cler.

*pauperum receptacula.

Nonnullis etiam Præsulibus tanta efferbuit in pauperes charitas, vt Leo. 9 Pontifex summa erga inopes liberalitate leprosum ante fores suas pauperem inuentum in lecto suo collocari iussserit. Sed apertis mane a ianitore foribus, nusquam pauper inuentus est, sed Christum pauperis habitu ibi recubuisse creditum. Ex Platina in Leone. 9.

2 Episcopis verò Xenodochij cura, sollicitudóque olim peculiariter incubuit, tanquam Ecclesiastica functio. Statutum est enim à Chalcedonensi sacro Conuentu, Clericos Valetudinariis præfectos, quæ in Cœnobiis, & basilicis Diuorum Martyrum constituerentur, Episcopali imperio censuræquè fore obnoxios. Actione. 15. Can. 8. Rursùm Pelagius. 1. Pontifex in suam Ecclesiæquè tutelam * Nosocomium recepit, à Childeberto Francorum Rege conditum, & ab Vltrotta Galliæ Augusta, in vrbe Lugdunensi. Concilio Aurelianensi. 5. Posteris videlicet Paulus gentium Apostolus faces prætulerat in hoc pio negotio procurando. Nec enim is detrectauit sacram in pauperes Oeconomiam curámque familiarem: quùm Galatis, Achæis, Macedonibus, & Corinthiis legem fidelibus imposuerit, qua velut ad præscriptum se gererent ipsi in Elee-

* ægrotorum receptaculum publicum.

L'Hostel Dieu de Peronne est en la pleine direction du Chappitre de l'Eglise collegiale de S. Furcy de Peronne, qui a la superintendance de l'administration d'iceluy, à l'institution & destitution des administrateurs, & l'audition de leurs comptes, encores qu'il y aye des religieuses y residens & vacans au ministere domestique desdits pauures, Comme appert tant par la Bulle d'Alexandre 4. tertio Idus Octobr. An 1. Pontificatus. Et par transaction entre ledit Chappitre de S. Furcy & les Religieuses deseruans audit Hospital omologuee en Parlement le 2. Octobre l'an 1360. Tellement que sur vn Breuet de nomination du Roy, faict de Marguerite de Laual Religieuse, pour administrer le bien & reuenu de cest Hospital, à quoy lesdits Chanoines comme Patrons & directeurs superieurs se seroient opposez, le Parlement de Paris par son Arrest du 28 Aoust. 1599. la debouter de sa nomination, & ledit Chappitre conserué en sadicte auctorité sur ledit Hostel Dieu Et en l'an 1605. autre Religieuse nommee de Bayancourt auroit esté nommee à ceste administration par ledit Chappitre, lequel l'a voulu par apres destituer, quoy craignant elle auroit prins Breuet du Roy, lequel ayant esté enteriné par le Lieutenant de Peronne, nonobstant les deffenses dudit Chappitre, dont il auroit appellé en Parlement en ceste annee. 605.

La Maladerie & Chappelle de Bonneual est en tiltre de benefice, & en la collation de l'Euesque de Chartres. Et par Arrest de la Cour, en Auril 1588 le Chappelain Hospitalier a eu main leuee, à la charge de rendre compte par chacun an deuant le Iuge Royal ordinaire des lieux & de sa pension sur les reuenus de ladite Maladerie.

mosynis colligendis, & inopi cuique largiendis. Ex. 1. Epist. Ad Corinthios Cap. 16. Plerúnque verò occupatis in re diuina facienda presbyteris, subsidio adiuncti sunt eleemones Diaconi, quibus interim sacræ mensæ ac pauperum cura committebatur. Vt memorat Ambrosius Lib. De officiis, vbi multa de B. Laurentio. Quibus sanctorum Patrum exemplis constat, Valetudinaria quondam, ac publica egenorum domicilia non alio regi solita moderatore, quàm Ecclesiastico, nec à profanis (vt hodie) sed ab Episcopis, sacerdotibus, aut diaconis huic officio præpositis à diœcesano Antistite. Quippe & Diaconos in sacratum Ordinem relatos fuisse, & Ecclesiastica obiisse munia docemur Christianis Annalibus. Hi videlicet prædicatorio Euangelij munere functi perhibentur à Theodorito, Ecclesi. hist. Lib. 5. Cap. 39. Eosdem rursùs sacra lustrasse aqua, Christianóque singulos baptisterio abluisse, presbyteris absentibus testatur D. Hilarius, Psal. 67. ac Paulus Diaconus Lib. 5. Cap. 10. Atque adeo primum hoc Diaconorum studium fuit, rudes sacris

Ecclesiæ Diaconi, Eleemosynarij

Theodoritus narrat, Beniaminum Diaconum, sub Theodosio iuniore, tormentis enectum à Persarum Rege, quòd ab Euangelij prædicatione cessare nollet. Idem a Nicephoro traditum est, Sacræ Hist. Lib. 14. Cap. 20. Queritur & Gregorius. 1. quòd Diaconi contempto altaris ministerio & prædicatione, modulationi inseruirent.

In Vasensi Synodo sub Leone statutum est, quòd si presbyter valetudine impeditus concionari nequeat, Sanctorum homiliæ à Diaconis recitentur.

initiandos ministeriis diuina doctrina imbuere ac informare. Vt est apud Dionysium Areopagitam, Cap. 2. & 5. Eccles. Hierar. De quo Diaconōn ministerio fusius Clemens P.P. in Epist. 1. ad Iacob. Et in Apostolicis Constitur. Lib. 2. Cap. 48. Ne sileamus obiter septenarium Diacon. numerum ab Euaristo P.P. cuique atrributum Episcopo, cui adstarent illi ac velut oculi Episcopi haberentur. Ex quo rectè diiudices, piam eleemosynarum curationem ac dispensationem, quæ diaconis olim & clericis id genus ab Ecclesia delegabatur, fuisse purè Ecclesiasticam, nec à profani ordinis viris exerceri consueuisse.

Romana Lege Hospitalarij debebant inuentarium bonorum Hospitalis conficere, & superioris auctoritate administrationē recipiebant, & res Hospitalis non poterant, nisi ex causa vrgente, alienare. Tamen non tenebantur pauperibus illius loci administrationis rationem reddere. L. orphanotrophos Cod. De Episc & clerie. §. vlt. Autheo De Ecclesiast titul. At Francicis Edictis, ac dein de Tridentino Concilio, illi administrationis rationem reddere coguntur, instar tutorum & curatorum.

IDIPSVM, opinor, intuens Tridentina Præsulum synodus, etsi non vtique nostrarem vsum damnarit profanæ publicorum Hospitiorum gubernationis; sanxit tamen, profanos dispensatores perinde ac Ecclesiasticos, Fabricæ sacræ, Valetudinarij, Phratriarum, eleemosinæ Mōtispietatis, aliorúmque piorum locorum reddere rationes teneri Episcopo singulis annis, contrario omni priuilegio seu consuetudine abrogata: Nisi aliter forsan in talis institutione Ecclesiæ, seu Fabricæ cautum inueniretur. Quòd si ex vetusto more, priuilegio, aut singulari constitutione locorum aliis edendæ essent rationes, vnà cum iis adiungi Episcopum Tridentini Patres decreuêre. Sessione 22. Cap. 9. Hispanica itidem Xenodochia, licet profanorum hominum manu tractentur, Ecclesiastici inuisūnt statis temporum interuallis, & habita inquisitione, vt omnia ritè exequantur Oeconomi, gnauiter procurant. Tales conspicias in Betica, Valentiæ, & Cæsaraugustæ Hospitales Domos, ab Ibericis Regibus exructas adeo vbere prouentu, vt fouendis quingentis pauperibus abundè sufficiant. Toletanus item, & Hispalensis Archiepiscopi varia eiusmodi condidêre Nosocomia Toleto, Regia sede, & Hispali, ciuitate apud Iberos Archiepiscopali. Quibus opulentum aliud accensetur Hispalense Valetudinarium, ab egregia Marchionis Taraffæ munificentia tantóque apparatu, vt spectantes summa admiratione permoueat.. Cuius rei auctorem habemus Frat. Laurentium Villauicentium Xeresanum, Augustinianæ Societatis Eremitam. In Tract. De Oeconomia Sacra circa pauperum curam. Cap. 6. 3

Patentes du Roy Henry 4. du 18. Decembre, 1599. Verifiees en la Cour, le 27. de Mars, 1600. Par lesquelles il depute vne Chambre à la Table de Marbre, de quatre Commissaires, Fleury, Brissart, Loüet, & le Roy, Conseillers de la Cour, pour regler & reformer tous les Hospitaux de ce Royaume, soit qu'ils soyent en tiltre de benefices, ou de simple administration, pour se faire apporter les tiltres des fundations d'iceux, & d'ouyr les comptes de l'administration de chacun d'iceux.

In ambiguo locus pius seu Hospitale præsumitur fundatum auctoritate Episcopi, quando sæpe celebratur in eo, vocato populo per signum publicæ campanæ. Abb. in Cap. parentibus De Priuil Felyn. in Cap. De quarte De Præscr. Et si Hospitale fuerit fundatum consensu Episcopi, vel quòd Episcopus consecrauerit altare, tunc potest dici publicum. Felyn post Innoc. In d. Cap. de quarta. In priuatis autem communiter non sunt altarie consecrata. Vnde publicum Hospitale confertur de iure ab Episcopo, quando solitum est dari in titulum ex ordinatione fundatoris, vel per viam electionis. In Clem. Quia contingit De Relig. domib.

FRANCICA porrò Regum sanctione profanis regenda committuntur 4

De l'administration Ecclesiastique des Hospitaux, Gregorius Magnus Lib. 3. Epist Indicti. 12. Cap. 24. *en ces mots*. Tales qui Xenodochiis præsunt, ordinentur, quos vexandi, iudices non habeant potestatem, ne si tales personæ fuerint, quas in suum possint euocare iudicium, vastandarum rerum Xenodochij præbeatur occasio.

mittuntur Ptochodochia, eiusque rationes curationis à Ciuili solo Magistratu excutiuntur, dispunguntur. Vt ostendimus Lib. 2. Tit. 7. Sic Karolus. 5. Cæsar sibi pridem, ac Belgico suo Senatui attribuit Politicam eleemosynarum, Pauperumque præfecturam. Constitutione lata An. 1551. Secundùm quam Brugensis plebis Ædiles nónulla ciuilium Legum capita edidêre, ad publicorum tutelam Hospitiorum pertinentia. An. 1564. Ædilitio námque Edicto placuit, eleemosynarios Quæstores in singulis parœciis deligi, qui mẽstruas collegis suis rationes redderent: exacto autem anno, piæ administrationis summam ad calculos vocari in foro Principis, generatímque rationes apud Magistratum exigi à curatoribus pauperum & Magistris mensarum S. Spiritus. Auctore Villauicentio, vbi suprà. Heluetiarum item Vrbium Xenodochiis complures à Magistratu præficiuntur ministri & œconomi, atque œconomorum adiutores inspectores, obseruatores. Vt narrat Iosias Simlerus Tigurinus, De Republ. Heluetiorum Lib. 2. At seruamus etiamdùm Franci Politicæ Legis exceptionem Viennensi Concilio introductam An. 1311. Qua militarium Ordinum Nosocomia, pariter & Religiosorum hominum, eximuntur profano ac ciuili plebeiorum Regimine, nec alios agnoscunt, quàm Ecclesiasticos piarum facultatum dispensatores. Vt Clemens. 5. statuit in Cap. Quia contingit. §. præmissa De Relig. domib. Quocirca monasticæ nostrates Præceptoriæ, Antoniani Ordinis, licet publica sint ægrorum Diuersoria qui sacro igni torquentur, lege soluuntur piorum Hospitiorum. Ex Rescripto Principali Ciuilis iuris nostri derogatorio, ita, vt Antoniani Xenodochij reditus minimè profana manu administrentur.

Hi Ædiles, patria Flandrorum lingua, Burgimagistri, Scabini, & Cõsiliarij Vrbis.

Heluetiorum Hospitalia, in quibus ciues ætate confecti, & egeni, ægri, pupilli, aliique plures aluntur. Ex Iosia Simlero.

Commendæ Ordinis S. Antonij Viennensis, quæ laicali manu Commissariorum seu Administratorum laicorum non reguntur.

5 EA rursùs Valetudinaria, quæ primæuo sacri Collegij titulo accesserint, alteriúsue Sacerdotij, haud aliis regenda mandantur, quàm sacerdoti ipsi beneficiario, vel Ecclesiasticis collegis, aut cœnobitis, quibus accessionis vice adhæreat Hospitalis domus. Parisiensi S.C. non incelebri. 4. Kalend. Sextiles An. 1570. secundùm Præfectum & sacros Sodales Hospitalis Ædis Vindocinensis, contra oppidanos Vindocinenses, qui eius Oeconomiam Xenodochij reuocare ad se conabantur, ciuilemque ad profanorum hominum functionem. Sic Magister Collegij Canonicorum almæ Virginis *de Coüeffort* ad vrbem Cenomanam, iudicio obtinuit, ne alius præter eum profanas res publici Hospitij Collegio annexi moderaretur. Bina Principis Sententia in aulico Prætorio. 3. Iduum Februar. An. 1552. & postridie Idus Quintiles An. 1578. Anteriùs quippe struxerat Phanum illud Canonicorum Erricus Angliæ Rex, Andium & Cenomaniæ Comes. Sub annum. 1180. Dehinc Præfectus Ædis Nosocomium ei subiunxit, cuius ideo, nudæ velut accessionis, promiscuè retinuit præfecturam. Errici quoque Regis eiusdem coniunx Monasterium condidit, à Pietate Dei dictum, in confinio Cenomanæ ciuitatis. Talia multa apud Sarmatas feruntur Ptocho-

Arestum Curiæ die. 29. Iulij An. 1570. *pour le maistre de l'Hostel-Dieu de Vendosme.*

Aresta intimi Consilij regis die. 21 Feb. An. 1552. & die 16. Iulij An. 1578. pro Renato *Rosty* magistro Ecclesiæ collegiatæ *de nostre Dame de Coüeffort lez le Mans* de cauda forti, contra Scabinos vrbis Cenomanæ.

Abbatia *de Lespau lez le Mans,* alias *de la Petie Dieu.*

Polonica pauperum Hospitalia.

dochia, quæ Cœnobiis primitùs sacrísque adiecta Familiis, earum opera gubernantur. Nam Miecislaüs.3. Polonorum princeps Nosocomium recipiendis & sustentandis ægris inopibúsque excitauit

Le Mardy 25. iour de May, 1604. a esté plaidee & appointee au Conseil la cause de l'appel comme d'abus de l'union ou translation du Prioré seculier & Chanoines de S. Gilles de Surgeres, faite tant par l'Euesque de Xainctes, que par le Pape, l'an 1600. aux Minimes Religieux de S. François de Paule, plaidans Germain pour N. Montault, Prieur seculier, appellant & demandeur en Requeste Civille, & Robert pour lesdits Minimes, Montolon pour le Baron de Surgeres intimez: & Gillot au contraire pour le grand Aumosnier de France, l'Archeuesque de Sens, interuenant auec ledit Montault, & Seruin pour le Roy, adherant à l'appel comme d'abus, & à la requeste Civile, contre l'arrest omologatif sur Lettres Patentes de ladite union de ceste Maison-Dieu ou Aumosnerie fondee par Guillaume Duc d'Aquitaine, enuiron l'an 1117. qui fonda un autre Hospital de S. Gemme à Bordeaux. Voyez la fundation dudit Hospital de Surgeres cy apres à l'article. 9.

Posnaniæ apud D. Michaëlis, eiúsque dotalibus aucti prædiis curationem dedit Hospitalariis Fratribus Hierosolymitanis. Circa annum. 1180. Nec diu pòst, Yuo Cracouiæ Pontifex Xenodochium pauperibus, morbóque ac senio debilitatis extruxit in suburbano suo Cracouiensi, vicósque ac decimas quasdam in victum iis adsignauit: perpetuo sacri Hospitij regimine commisso Hospitalariis Fratribus, qui vulgò de Saxia appellantur. Posteriùs autem incommodo Xenodochij situ perspecto, quòd ab Vrbe frequentiáque hominum remotum esset Antistes Cracouiam id transtulit, conditis nouis Ædibus, atque templo quod S. Spiritui dedicauit. Annum circiter. 1230. Vt Chromerus tradit, Polonic. Rerum Lib. 7. Sed obiter adnotandum, S. Spiritus in Saxia Hospitalis Magistros & Fratres mandata functione abusos fuisse longo pòst æuo: quam illis propterea functionem, multiplexque priuilegium Pius. 4. pontifex ademit. Bullatis tabulis. 14. Kalend. Octobr. An. 1562. libertatem immunitatemque abrogantibus, quas eiusmodi Hospitalariis itrogarant Innocentius. 3. 4. &. 8. Alexander. 3. Celestinus. 5. Bonifacius. 8. Vrbanus. 5. Clemens. 5. &. 6. Eugenius. 3. &. 4. Benedictus. 12. in Concilio Lateranen. & Martinus. 5. Romani solij Antistites. Ex Lib. collectaneo diuersarum Constitut. & Literarum Roman. Pontif. à Gregorio. 7. vsque ad Gregorium. 13. Quo in Libro pariter spectanda proponitur Xenodochij domus Monasterio accessoria & adscriptitia, qualem hoc loco describimus. Inibi enim legere est Apostolicum Pauli. 3. diploma. 11. Kalend. Matt. An. 1542. *de facultate erigendi Monasterium & Hospitale pro Iudæis & Infidelibus ad Christi fidem conuersis.* Alia verò causa est eius Valetudinarij, cui Sacellum aliquod, velut appendix, progressu temporis adstructum additumque sit, putà ad sacrum litatorium inopibus, ægris, hospitibus ministrandum. Nam hoc casu Politica ciuium manu tractantur vtriusque patrimonia tùm Valetudinarij, tùm Sacelli. Ita, me dicente, iudicauit Senatus de Hospitali Leprosorum Æde Vindocinensi, cuius tamen sacra Capella hucúsque Episcopi beneficiaria extiterat. A testo. 13. Kalend. Februar. An. 1571. in pomeridiana Curiæ sessione causarumque agitatione forensi. Exhinc rerum Vsus patet, optimus interpres Pontificiæ constitutionis Clementis. 5. in Cap. Quia contingit §. vt autem præmissa De relig. domib.

Bulla Apostolica die 18. Septem. An. 1562.

Bulla Romana Pauli. 3. die 19. Febr. 1542.

De Capella adiuncta Hospitali ad Missam celebrandam, & sacramenta Hospitibus ægris, & pauperibus administranda.

Iudicium Curiæ *en plaidant les apresdinees* die. 20. Ianuar. An. 1571. *de la Maladerie & Leproserie de Vendosme.*

6 NEQVE

9 NEQVE ab iis alienum eſt, quod Senatui placuit de Xenodochio Aubignei Biturigum oppiduli. Nam veteri huic Xenodochio Arnulphus Belinus loci indigena nouam adiunxit monaſtici Primatis & monachorum Familiam, quam multorum dote prædiorum inſtruxit: Vt hæc ſcilicet procurandis Domus Dei Hoſpitibus egeníſque aſſiduè incumberet. Tabulis fundationis. 9. Kalend. Decemb. An. 1419. quas & Septimus Karolus ſanxit, & donata latifundia Deo ſacrôque dedicauit. Apud Caynonem Turonum oppidum Auguſto Menſe An. 1431. Proinde Senatus contradicto iudicio addixit profanis Oeconomis bonorum curationem eiuſce Noſocomij, tam à Belino adiectorum, quàm initio ad Hoſpitalem Ædem pertinentium. Areſto Pariſienſ. 3. Nonâs Iulias An. 1567. inter Oppidanos, & Dangladum monaſtici conuentus Præfectum Aubignei. Hoc ampliùs, Allobrogici Senatores piam hanc adhibuêre patriis Xenodochiis œconomiam, vt ſingula menſtruo quóque ſpatio inuiſenda decreuerint vel Senatorij ordinis viro, ſeu cui alij Senatus eam prouinciam demandaret. Nempe vtì viſitatores accuratè omnia colluſtrent oculis in ſacro Diuerſorio, explorént que diligenter, in eo necnè officioſè pauperes hoſpites alantur, ciúſque bona piè diſpenſentur. S. Conſulto Allobrogico. 9. Kalend. Martias An. 1562. quod extat in Lib. Conſtitutionum & Areſtorum Sabaudiæ. Secùs fortè reſpondeas de Hoſpitali domo funditùs mutata conuerſaque ab hærede fundatoris in aliud pietatis munus, vel in Eccleſiaſticam Familiam. Vt putà, Albertus Hangeſtus Genliaci toparcha excitauit Valetudinarium in Vico & Caſtro Genliaco, apud Veromanduos. Sextili Menſe An. 1221. Eius Deinde Iohannes filius publicum opus paternum commutauit in Parthenonem ſanctimonialium, ordinis Præmonſtratenſis, ſub regula D. Auguſtini: quas nouis etiam poſſeſſionibus cumulauit. Et hanc rerum conuerſionem probarunt noſtri Principes, ſupremi fundorum pa-

Hoſpitale d'Aubigny ſur Nerre, en Berry.

Ceſte fundation faicte par Arnoul Belin, d'vn Prieur, & neuf Religieux, à ſçauoir quatre Chappelains & cinq Chanoines reguliers, de l'Ordre S. Auguſtin, de Ianuier l'an 1419 fut omologuee par Bulle de Martin 5 dattee 2. Idus Sept. Anno. 10. Pontificatus, *qui eſt l'an 1427. par ladite fundation le Prieur doit eſtre eſleu vn Religieux dudit Conuent, par les autres Religieux, les Eſcheuins du lieu appellez & aſſiſtans à ladite election, laquelle eſlection & nomination doit eſtre confirmee par l'Abbé de S. Ambrois de Bourges.*

Arnoul Belin de familia Iohannis Biturigum Ducis, & primus Theſaurarius S. Capellæ S. Saluatoris in vrbe Bituricen. à dicto Duce fundatæ.

Qui Belinus die. 23. Nouemb. An. 1419. fundauit Priorem & Religioſos Hoſpitali deſeruituros & dietim oraturos pro animabus dicti Ducis, & Ludouici *d'Eureux* Stãparum Comitis. Idem Belinus fuit Magiſter rationum regiarum Caroli 7. in Camera Computorum, in vrbe Bituricen.

Areſtum Curiæ die. 5. Iulij An. 1567.

Par ledit Arreſt du 5. Iuillet 1567. ſur l'appel du Bailly de Berry, l'appellation & ce fut miſe au neant ſur l'appoincté au Conſeil du plaidoyé de Buiſſon, pour les habitans d'Aubigny, Rochefort & Montelon pour Durant lors Prieur, & Danglade nouuellement pourueu dudit Prioré. Il eſt dict, que tout le reuenu entierement dudit Hoſtel-Dieu, y compris ladite nouuelle fundation, ſera regy par adminiſtrateurs laiz, qui en rendront compte d'an en an, & aura ledit Prieur 140. liures de taxe comme titulaire, ſuyuant l'Edict des Hoſpitaux du mois d'Auril 1561. Et que par les mains deſdits Gouuerneurs, les autres Religieux & Religieuſes ſeront adminiſtrez en eſpece de pitance, bledz, vins, & autres choſes à eux neceſſaires.

Areſtum Parlamenti Sabaudiæ die. 21. Febiuar. An. 1562.

Hoſtel Dieu de Genly, en Vermandois, fundatum ab Alberto *de Hangeſt,* domino *de Genly.*

Monaſterium Virginum, Leproſariæ.

La fundation de l'Hoſpital des Lepreux de la ville de Ruë en Ponthieu, eſt de Iehan Comte de Ponthieu, ratifiee & augmentee de biens-faicts par Guillaume ſon fils, Comte de Ponthieu, par Chartre du mois de May l'an, 1190 Où entre autres choſes il donne à perpetuité auſdits Lepreux, iuſques à 72. arpens de ſes bois de Rue pour leur chauffage. Or en l'an 1598. le Roy aduerty de la deſolation & ruine aduenue par les dernieres guerres, tant du Conuent des Religieuſes ſœurs griſes du tiers Ordre de S. François eſtans en ladite ville de Rue, que dudit Hoſpital des Lepreux, il a donné auſdites Religieuſes tout le bien & reuenu dudit Hoſpital, à la charge de receuoir, nourrir, & entretenir les Lepreux qui y viendront par cy apres. Leſdites Religieuſes ont en l'an 1605. & 1606. plaidé à Abbeuille deuant le Seneſchal, contre les habitans de ladite ville de Rue, qui de grand' ancienneté tiennent & iouyſſent de tous les bois anciennement appartenans auſdits Comtes de Ponthieu.

troni. Die B. Clementi festo An. 1245. 1284. postetique feriatim. Vtut sit, tanto legum fauore pia legata sustinentur, vt relicta in causam piam certam, ne auctoritate quidem Principis in aliam possint inuerti. l. penult. & ibi Bald. Cod. De donat. Et Clem. Quia contingit De relig. domib. Cæteroquin donatario licet quendam in vsum donata, in alium transferre, ac consumere. l. 2. in fi. cum l. seq. ✠. De donat. l. sed si vir §. vlt. & l. seq. ✠. De donat. inter vir.

Froila secundus Asturum Rex in Hispania, Alphonsi Mag. filius, lepra correptus ærumnosa morte vitam clausit. Ex Hispanic. Annalib.

7 Leprosorum domicilia publica eodem iure metimur, quo Hospitale diuersorium quodque, suscipiendis peregrinis destinatum, egenisque nutriendis. Ac potior adhuc ratio suadet, peculiarem Leprosis domum dedicari, quum ciuitate est legibus interdictum. Samariæ enim populo sancita Lex erat, vt lepra infecti extra ciuitatem manerent. Quod memoriæ prodidit Iosephus, Antiquit. Iudaic. Lib. 9. Cap. 4. Simili Politia, Persæ* elephantiasi laborantem, aut * Psora, in vrbem non admittebant communéque hominum consortium: quasi aduersus Solem is quidpiam commisisset. Vt ait Herodotus Lib. 1. Hoc morbo affecti recensentur in sacris Bibliis nonnulli: quùm Mariam Dominus Lepra percusserit, quòd licentiùs in Mosem oblocuta esset. Naamam quóque Syrum ele-

*genus lepræ, quo cutis aspera, & elephanti corio similis efficitur.

*scabies non omninò dissimilis lepræ.

Si rector Ecclesiæ leprosus sit, ab administrationis officio remouetur, sed ex bonis Ecclesiæ sustentatur.

Cap tua nos Cap. de rectoribus De cler. ægrot. Vbi ait Pauor. leproso interdici posse ingressum Ecclesiæ, cū ingredi nequeat sine scandalo aliorum. Non idem tamen in matrimonio carnali, quod in spirituali illo matrimonio. Nam inuito leproso non est substrahenda vxor, nec econtra maritus vxori. Cap. 1. & 2. De coniug. leprosor.

Touchant l'Hostel-Dieu de Chaalons en Champagne, y eut Arrest au Priué Conseil du 22. Auril, 1564. entre l'Euesque & les Escheuins & Gouuerneurs de ladite ville de Chaalons: Par lequel sur le reiglement dudit Hospital, à ce qu'il fut regy & administré par de bons Bourgeois suyuant l'Edict de l'an 1561 Et aussi sur le reiglement desdits Escheuins requis par ledit Euesque, à ce qu'ils ne fussent plus perpetuels à leurs vies, ains qu'ils fussent doresnauant electifs d'an en an. Le Roy renuoye l'affaire à son Procureur General du Parlement de Paris, pour en donner aduis.

phantia curauit Heliseus. Quarto Regum, Cap. 5. Itaque Leprosorum Hospitia cuiuis alij Xenodochiorum generi adæquantur: ac veluti ambarum Ædium œconomi Rectorésque existunt vrbis Decuriones, ita ambarum census & latifundia inter Ecclesiasticas opes numerantur, peræquè Morticinij iure donanda Regiis codicillis. Quem in sensum facilè trahitur prisci Diplomatis auctoritas Philippi. 4. Galliæ Regis, quod ex Archiis Quintiniani Veromanduorum oppidi excerpsimus, tali scriptura. *Philippus &c. Notum facimus, nos literas, Eurardi dicti Porion Canonici Suessionen. & Liziardi dicti Le Iaulne ciuis Laudunensis vidisse in hæc verba: Eurardus Porion, & Liziardus li Iaunes deputati & missi ab illustrissimo principe Philippo Dei gratia Rege Francorum ad financias recipiendas pro ipso Domino Rege & nomine ipsius super feodis, retrofeodis, cēsiuis, & alodiis ab Ecclesiasticus personis, domibus religiosis, Vniuersitatibus, & ignobilibus in Bailliuia Viromandua à quadraginta nouem annis citrà acquisitu, Salutem &c. Nouerint vniuersi, quod nos recepimus à Maiore & Iuratis Villæ S. Quintini in Viromandia medietatem summæ triginta nouem librarum quinque solidos, in qua pecuniæ summa Fratres & Sorores Domus S. LaZari dictæ Villæ tenebantur domino Regi ratione acquestuum suorum inferiùs contentorum: Aliam*

Magno Regis Consilio delata est antehac cognitio rerum ad Hospitalia pertinentium. Sed Rex eam cognitionem reuocauit ad ordinarios locorum iudices regios, *du faict desdits Hospitaux de France, reiglement & reddition des comptes d'iceux.* Rescripto die 14. Augusti. 1587. Verificato in Curia Parisien. die 7. Septemb sequenti. Principale Diploma admortizationis bonorum Leprosariæ vrbis S. Quintini apud Viromanduos. An 1295.

Aliam verò medietatem dictæ summæ residuam remisit & quictauit Dominus Rex intuitu pietatis Maiori & Iuratis prædictis, ad quos prouisio dictæ Domus noscitur pertinere, &c. Nos verò finantiam huiusmodi ratam & gratam habentes, laudantes & tenore præsentium adprobantes, volumus & concedi mus, quòd dicti Fratres & Sorores S. Lazari dictæ villæ S. Quintini, & ipsorum successores omnes & singulas res prædictas acquisitas cum suis iuribus & pertinentiis, prout superiùs sunt expressæ, nomine prædicto perpetuò teneant, possideant, & explectent absque coactione vendendi, vel extra manum suam ponendi. Saluo tamen in aliis iure nostro, & quolibet alieno. Mense Maio. Anno. 1295.

Vrbs S. Quintini, Augusta Veromanduorum.

8 Ex Regiis hisce Literis appatet, sacram Lazaro Domum Ædilitia Quintinianorum ciuium opera curationéque gubernari. Ac omnimodò etiam Tribuniplebis Augustæ Veromanduorum Politico prædití sunt imperio iurísque dicundi Potestate, quam duobus Curia decretis comptobauit. 5. Kalend. Decembres An. 1564. &c. 14. Kalend. Ianuar. An. 1575. Me, Decurionum vrbis vtrobíque causam orante, aduersus Regium Supprafectum Fani Quintini. In Catalogo causarum Viromanduarum. De hac itidem ciuili Ædilium auctoritate S. Quintini An. 1359. extat locus Frossartis Historici, Volum. 1. Cap. 194. Sed popularis hic Magistratus, quámlibet latè pateat in profanas Valetudinarij publici ditiones, nullum habet imperium in res sacri Collegij Quintiniani, ac sacerdotiorum quæ Ecclesiastici beneficij titulo insignita sunt. Nam Philippus. 2. Rex priuilegiario Rescripto, quod Quintinianæ, vrbis decurionibus tributum est, iura Clericorum excepit, formula sequenti. *Philippus &c. Nouerint &c. Quòd vsus & consuetudines, quas in tempore Radulphi Comitis & antecessorum suorum Burgenses S. Quintini tenuerunt, salua fidelitate Ecclesiæ S. Quintini & nostra concessimus, & eas firmiter tenendas, quando terra in manu nostra erit, iurari fecimus. Cùm primùm Communia acquisita fuit, omnes Viromandiæ Pares, qui tunc temporis maiores habebantur, & omnes Clerici saluo ordine suo, omnésque milites, salua fidelitate Comitis, eam firmiter tenendam iurauerunt. Communia verò ita statuta est, quòd homines Communiæ, cum omnibus rebus suis, quieti & liberi permaneant, neque nos, neque alius super aliquem de Communia quicquam nisi iudicio Scabinorum clamare possit, neque nos, neque alius super hominem de Communia mortuam manum clamabimus. Si nos implacitauerimus Communiam, nos eam faciemus iudicari per nostros liberos homines, qui sunt de honore S. Quintini, Clericos, & milites. Et si ille contra quem fit iudicium, non concedit illud iudicium, per Campum & Duellum poterit illud contradicere intra Villam S. Quintini contra illos qui iudicium fecerint. Et hoc tunc emendabitur, sicut emendari debuerit, &c. Seruientes Clericorum, qui in domibus ipsorum eis seruiunt, & de pane eorum viuunt, nulli habent respondere iustitiæ de catallo, nisi per Decanum & per ipsos Clericos. Nullus item de Communia debet respondere personæ Christianitatis extra Villam, sed tantùm Decano S. Quintini, in Capitulo eiusdem Burgenses respondere debent &c.* Hoc totum

Aresta Curiæ de Iurisdictione Scabinorum Fani Quintini Die 27. Nouem. An. 1564. Et die 19. Dec. 1575. *En plaidant du Roolle de Vermandois.*

Les Iurez de la ville de S. Quentin, qui ordonnoient de l'ouuerture & closture de leur ville, refuserent l'entree au Connestable de France, au Comte de S. Pol, &c. voulans poursuyure l'armee des Nauarrois fuyans. Froissart.

Literæ Philippi Augusti de Maiore & Scabinis Quintinianæ Viromanduorum ciuitatis quorum potestate eximuntur excommunisúrque Ecclesiastica & Clericorum iura.

Eodem Diplomate cautú est, hoc modo, *Communia nullam poterit facere Iustitiam vltra bãleucam suam. Item Si quis extraneus, qui multrarius sit, vel latro, vel qui raptum fecerit, à foris in Villam venerit, in quocumque districto inuentus fuerit, non remanebit pro Communia, quum ministri nostri illum capient, &c.*

De l'Hospital de Nemours, d'Abbeuille, Chasteautherry &c. Vide Lib. 2. Tit 26. 27 & 28. Monastic.

Commandeur du Temple lez Angers, Vide Lib 2. Tit. 1. art. 25.

De Hospitalitate, & Hospitalibus librum condidit Lapus Castellioneus.

concessimus, saluo iure & honore nostro, & Ecclesiæ S. Quintini, & aliarum Ecclesiarum, & liberorum hominum nostrorum. Datum Compendij, An. incarnati Verbi. 1195. & Regni nostri. 16.

Hospitaux de S. Anthoine.

ANTONIANI Ordinis Valetudinaria, in quibus sacro igni correpti studiosè curantur, subsunt quidem Oeconomicæ cœnobitarum potestati, non profanorum vrbis Decurionum. At Familiari huic præfecturæ leges dantur interim à Ciuili Magistratu, ad publicum vsum externæquè decus Politiæ conseruandum. Talibus quippe ægris ad Antonianas Præceptorias commeantibus dictus est à Senatu alimentorum modus, ac medicaminum: ea conditione, vt morbo leuati abscedere Hospitali domo teneantur. Alij videlicet, vt pristinum viuendi institutum repetant artificiúmque, ex quo prius sibi victum comparabant: Alij, vt nouam arté, in vitæ subsidium addiscant, collatitio ære sumptibúsque Antoniani Præceptoris. Aresto Curiæ. 7. Idus Septembres An. 1575. pro Fr. Ludo. Langiaco Præceptore Antoniani phani Tricassibus suburbani, aduersus egenos Præceptoriæ hospites: cuius ego litis commentarios contexui pro Langiaco, vetere clientela mihi imprimis commendato. Huic S.C. non malè congruit, quod PATRES antea iudicio deciderant, postulante Antoniano Lutetiæ Præceptore, morbo afflictos, quamprimùm in pristinam valetudinem restituti essent, cedere Xenodochio cogi, ac diurna manuum opera, seu opificio victum sibi quæritare. Decreto. 12. Kalend. Septembres An. 1565. Iuxta Cæsaream Gratiani Constitutionem De mendicantibus non inualidis In Cod. Theodosiano, Et Karoli Mag. Cap. 118. Legis Francicæ de Mendicis discurrentibus. Atque in proposito rectè definitum est à Prouinciali Burdegalæ Concilio An. 1583. Mendicantibus validis ac robustis non solùm pia Diuersoria occludi; sed & publicè ac hostiatim mendicare penitus interdici, compellísque eos à Magistratibus, vitæ adiumenta potiùs corporeo sudore exquirere, quàm immeritis eleemosynis suam alere ignauiam. Artic. vlt. De Hospitalibus. 9

Placitum Curiæ, die 7. Septemb. 1575.

Le Commandeur de S. Anthoine à Paris.

Arestum die 21. Augusti. 1565. Steph. Bertrandus Consil. 136. In 1. Par. Consil. quùm loquitur de Hospitali S. Spiritus de Arca mirabili ciuitatis Arelaten. censet ipsius administratorem teneri libros rationum conscribere huius gestionis nomine, eiu[illegible]e rei cotam ad Magistratus pertinere. Iuxta §. œconomos De sanctiss. Episc. Collat. 9.

Fundation domus Eleemosynatiæ de S. Gilles de Surgeres,

De cofe de Xainctes, de par Guillaume Comte de Poicton & Duc d'Aquitaine, y a enuiron de 600. ans, ayant ladite Maison-Dieu vne Eglise Collegiale, composee d'vn Prieur seculier, & huict Canonicats dicts freres. Lettre de Richard Dux Aquitanorum, Comes Pictauorum, quæ Eleemosynaria de Surgeriis fundata est in territorio meo proprio testante Charta A. Reginæ matris meæ, & Charta Vilhelmi Comitis Pictauens. proaui mei, qui D Domum in proprio fundo fundauit. *Ceste Lettre confirmatiue des franchises dudit* Hospital, *de l'an 1179. Voyez le plaidoyé & arrest d'appoincté au Conseil de ceste cause cy dessus à l'article 6.*

Alphonsus filius Regis Franciæ Comes Pictauens. An. 1248. in vigilia B. Bartholomæi Apostoli, apud Rupellam, cum Prior & Fratres Eleemosynatiæ S. Egidij *de Surgeres*, teneant in feodis vel in retrofeodis nostris Maresia, salinas, vineas, &c. Voluimus & concessimus quod d. Domus Eleemosynaria, ea omnia pacificè possideat, *sans estre tenue en vuider ses mains.*

QVANQVAM igitur Nosocomiis id genus Ecclesiastici præsint libera ac solida pij census dispensatione: Reges tamen sua Reique Publ. interesse putant, explorari interdum à ciuili Iudice, ne quis sacro censu ad luxum & proteruiam abutatur. Nimirum, D. Hieronymi verbis, Mensulam tuam Pauperes & Peregrini & tu cum illis Christum conuiuam noueris: negotiatorem clericum, & ex 10

Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis, & vicissitudinem reddet ei, inquit sapiens ille Hebræus.

inope diuitem, ex ignobili glorioſum, quaſi peſtem quandam, fuge. In Epiſtola B. Hieronymi ad Nepotianum de vita Clericorum. Nec abs re ſummi Orbis Principes Xenodochia ſtruxêre, eximia pietatis ſuæ monumenta, vt in pauperum educationem ampliſſimi reditus profunderentur. Laudata eſt Hircani liberalitas, qui primus Hoſpitales aduenis domos excitarit, Noſocomia ægrotis, Orphanotrophia pueris qui patribus erant orbati, Ptochotrophia inopibus, Gerontocomia ſenibus & infirmis, Cœnotrophia promiſcuis, Pædotrophia infantibus & imbecillis magnificè condiderit. Auctore Egeſippo.

Quin & Dorotheus Ægyptius monachus, licet pauperrimus, tamen ex lapidibus collectis quotannis habitaculum cõſtruebat ad hoſpites excipiendos.

Apud Byzantios Conſtantinus monachus Cæſar templum exædificauit, in quo grauati ſenio, & ad laborem inutiles fouerentur. Beliſſarius, ad hæc, Patritius Valetudinarium extruxit Romæ in via Flaminia, quùm Petri Ædi opima donaria obtuliſſet. Vigilio tunc Chriſtiani Orbis præſide ſacroſancto. Ex Lib. 13. Hiſt. Eccleſ. Cap. 4. Haud ſecùs Galliarum Stephanus Dux, B. Martiali hortatore, duo in Lemouicibus erexit Valetudinaria: vnum. 300. inopibus alendis deſtinatum, Eleemoſynæ titulo Martyris ac Virginis Valeriæ: Alterum pro ſe, ac D. Martiali, in quo ſexcenti pauperes ſingulis diebus humanè ſuſtentarentur. Vt tradit Aurelianus S. Martialis diſcipulus in eius Hiſtoria, quam Fr. Thomas Bellamicus manuſcriptam nuper publicauit.

Fr. Thomas Bellamicus Pariſinus Carmelita, noſtræ ætatis Theologus doctiſſ.

Venetorum etiam Vrſeolus dux publicum egenorum Domicilium ſuis ſumptibus excitauit. Id quod Egnatius recenſet, Lib. De exemplis illuſtr. virorum Venetæ Ciuitatis. In Gallia necnon, Ptochotrophij meminit Yuo Carnutenſis, quod ſitum erat in Caſtroduno Bleſenſis agri oppido, ad Fanum Magdalenes. Epiſt. 214. Similiter Iohannis Euangeliſtæ titulo Xenodochium fundauit Henricus Angliæ Rex in vrbe Andegauen. quùm Andibus & Aquitaniæ dominaretur. Authenticis tabulis An. 1154. quibus & fundator copiam fecit pij loci adminiſtris res ſoli acquirendi quaſcunque, in perpetuum Xenodochij vſum atque dominium. At longa poſt temporum intercapedine, ſtructum eſt in Tornadorenſi Senonum oppido Valetudinarium publicum à Margareta Burgunda Karoli Andium Comitis vxore, qui Siculus quoque Rex inſcribebatur. Sub annum. 1280.

Ita effatus eſt Moſes, Dominus Deus noſter amat peregrinum, & dat ei victum & veſtitum: & vos quoque amate peregrinos, quia & ipſi fuiſtis aduenæ. Deuteron. 10.

Hoſtel Dieu de Chaſteaudun.

Hoſpital d'Angiers.

Hoſpitale de Tonnerre, ville du Bailliage de Sens.

Le Chappitre de l'Egliſe de Rheims ayant de toute ancienneté vn Hoſpital proche de l'Egliſe fort riche, & de tout temps commis deux de leur Chappitre, à l'adminiſtration d'iceluy, tant pour le temporel, que ſpirituel, pour le miniſtere duquel ſpirituel, il y a bon nombre de Religieuſes ſeruans audit Hoſpital. Depuis à l'occaſion de l'Edict du reiglement des Hoſpitaux d'Auril 1561. leſdits du Chappitre eurent mis vne patente du Roy en Feburier 1566. Verifiée en Parlement le 15 de May audit an, executé & confirmé par autre arreſt de ladite Cour, du 8. May 1598. en il eſt dict que doreſnauant auec les deux commis du Chappitre y aura quatre Gouuerneurs & adminiſtrateurs du temporel, laiz & Bourgeois eſtablis par les Maire & Eſcheuins de ladite ville, pour ayder & ſoulager les deux du Chappitre, & que pour leſdits ſix adminiſtrateurs ſera nommé vn Receueur de tout ledit temporel qui en fera la deſpenſe, & rendra compte, & ſera changé de trois ans en trois ans, lequel compte ſera rendu en preſence du Procureur du Roy, & deſdits Maire & Eſcheuins. Ainſi anciennement l'Hoſtel Dieu de Paris eſtoit ſeulement regy par le Chappitre de Paris tant au temporel, qu'au ſpirituel: iuſques à ce que par arreſt de la Cour de l'an 1511 l'adminiſtration dudit temporel fut oſtée auſdits Eccleſiaſtiques, comme contraire à leur profeſſion. Mais l'intendance du ſpirituel eſt demeurée audit Chappitre de Paris, comme de l'Hoſpital de Rheims au Chappitre de Rheims.

EXTANT & peregrinorum Hoſpitia pleraque à ſacris Præſu-
II libus fundata ac conſtituta. Nam Baſilius Magn. Cæſarienſium

pontifex Xenodochia condidit: Vnum nobilissimum, Basiliada de suo nomine dictum, vt Sozomenus inquit Sacræ Hist. Lib. 6. Cap. 33. Eadem humanitate Ioh. Chrysostomus Byzantiorum præsul Nosocomium suis impendiis erexit in Græca Constantini Vrbe. Teste Gregorio in eius vita. Quo cum rectè conferas Eustathium, qui ad Sebasteæ Ponti Episcopatum subuectus commisit Ærio presbytero aduenarum Hospitium, quod ab enutriendis inopibus Ptochotrophium in Ponto vocabatur. Valente & Velentiniano Impp. Vti ab Epiphanio scriptum est, Constantiæ Cypri Antistite. Tom. 1. Cap. 75. contra Ærium hæreticum. Talia enim (infit) construunt Ecclesiarum Præfecti studio hospitalis officij, & mutilatos ac imbecilles, eò vt diuertãt, impellũt, quib⁹ inibi victum suppeditent. Nostra itidem memoria excitatum est Corcyrense pium Hospitium, ad subleuandos Christianæ classis milites saucios & infirmos. Eius fidem adstruit Pontificium Gregorij. 13. Rescriptum. 15. Kalend. Quintiles An. 1572. quod extat in Collectione diuersarum Constitut. & Literarum Roman. Pontif. à Gregorio. 7. vsque ad Gregorium. 13. Quidni verò ita faxint Christiani Præsules, quod perhumanè factitant Barbari? Inter Punicas gentes, Fessani Hospitales domos habent peregrinis excipiendis, atque Xenodochia in quibus afflicti morbis benignè curantur. Auctore Iouio, Elogiorum Lib. 7. in Vita Muleamethis Scyriffi Mauritaniæ regis. In Gallia sanè, nunquam defuerunt publicæ huiusmodi Pietatis officinæ, quas valde promouit, aut sanxit Karolus Magnus. *Vt peregrini, Hospites, Egeni per loca diuersa regulares habeant & Canonicas susceptiones.* Capitul. Lib. 1. Cap. 75. Sed aliquantò pòst, ab intempestiua Regum largitione Magnates ausi sunt interuertere sacras Pauperum possessiones, & in priuatum denuò commercium transferre: Id quod ab huius seculi moribus haud procul distat. Itaque Frãcicus Clerus de eo acerbè questus est Meldensi Synodo apud Caluum Galliæ Regem, postea Imperatorem, Anno. 845. Ex Synodico isto decreto. Cap. 40. *Admonenda est Regia magnitudo de Hospitalibus, quæ tempore prædecessorum suorum ordinata & exculta fuerunt, & modo ad nihilum sunt redacta. Sed & Hospitalia Scotorum, quæ sancti homines gentis illius in hoc Regno construxerunt, & rebus pro sanctitate sua acquisitis ampliauerint, ab eodem Hospitalitatis officio funditus sunt alienata.* Qui reculam (ait Symmachus P.P.) vel quicquid fuerit Ecclesiæ, petunt à Regibus, & corrumpendæ pietatis instinctu, egentium substantiam rapiunt, irrita habeantur quæ obtinent, & à cõmunione Ecclesiæ, cuius facultates auferre cupiunt, excludantur. Vltimi tamen Reges multùm operæ studiique posuerunt in Hospitalium Ædium rebus procurandis officiosèque conseruandis. Cuiusmodi est Almi Spiritus Orphanotrophium Lutetiæ, cui Princeps Politicas leges dictauit ad tuenda inopum patrimonia Orphanorum. Edicto Mense Quintili. 1566. Cui Senatus Parisien. calculos admouit Postridie Nonas Septembres

D. Gregorius P.P. non contentus vulgi subuenire inopiæ, omnibus vbique Christi seruis necessaria ministrauit, & ita effecit, vt in monasteriis monachorum cresceret numerus, ac per Syriam dispersis, & in Syria vsque habitantibus, Roma non sic abesse, vt abest, videretur.

Apostolicum Rescriptum die 17. Iunij An. 1575.

Africani regni *de Fez* Hospitalia, Mauritaniæ Tingitanæ.

Hospitales Domus à Scotis constructæ in Gallijs, malè postea à Principibus dispensatæ.

Ordonnance de reglement des Maistres & Gouuerneurs de l'Hospital du S. Esprit à Paris, & des Enfans orphelins y estans. Verificata in Parlamento die 6. Sept. An. 1566.

bres Eod. Anno. De huius quippe Hoſpitij pij œconomia prouiſum eſt cumprimis, vt orphanorum, qui ibidem decederent, in res mobiles ſuccederet Hoſpitalis Domus, in prædiarias, genere propinqui: Saluo eo, vt parentibus qui liberos expoſuerint, tanquam indignis auferatur certa pars, quæ arbitrante Iudice Orphanotrophio addicatur. Quòd ſi orphani iſthinc ſecedant cum fortunis ſuis omnibus, tenentur ilicò refundere Orphanotrophis in cauſam bonorum ipſorum expenſa quæcunque. Alia regiæ Legis capita prudens omitto. Ac vniuerſim de Hoſpitalibus diuerſoriis ſcita præſcriptáque Regia inſeruntur Edicto Bleſenſi. An. 1579. Cap. de Hoſpitalibus.

12 VTCVNQVE ſit, diſertè cauetur à Clemente. 5. in Concilio Viennenſi, Xenodochia, publicáſve leproſorum Ædes Pontificiis de ſacerdotio legibus non contineri, *etiamſi Eccleſias, vel Capellas, decimas, aut alia ſpiritualia iura noſcantur habere.* Cap. 2. De Præbend. Quæ quidem Pontificia verba illuſtrauit Senatus inſigni hac diſtinctione, vt ſi Sacellum cum Noſocomio iam olim ſubiiciatur profano patrono, cuius nominatione ordinarij Præſules vtrumque conferre aſſueuerint, tunc merè Eccleſiaſticum cenſeatur hoc & illud, nec Regia Edicta profanæ Hoſpitalium domuum Oeconomiæ iis accommodentur. Decreto Ampliſſ. Ordinis ſecundùm beneficiarium Sacelli ac Valetudinarij apud Nogentium Rotrodi, Perticenſis Comitatus vicum. 4. Idus Septembres An. 1566. Qua in litis ſpecie Iudicibus compertum eſt, ius offerendi Epiſcopo Noſocomi olim competiiſſe Armoricis Ducibus alternatim cum Archydiacono Carnutenſi. Tranſactione inter hos inita. Anno. 1283. Proinde ſacerdoti Xenodochij curatio S. C. relicta eſt hac lege, vt adminiſtrationis rationes edere poſtmodum teneretur qualibet trieteride. Iuxta Francicam Conſtitutiocem. Anno. 1561. de piis etiam Hoſpitiis quæ ſacri beneficij titulo poſſidentur. Quam Patres Conſtitutionem promulgarunt 4. Iduum Maïar. Anno. 1562. Idemque de Corbolienſi Leproſorum Domo pronuntiatum eſt à ſumma Curia pro Epiſcopo Pariſienſi huius collatore Valetudinarij: cum eo onere, vt Epiſcopi beneficiarius quouis triennio rationalia proferret œconomicæ bonorum diſpenſationis. Areſto. 4. Kalend. Apriles. 1568. Cui conſimile dehinc S. Conſultum acceſſit inter Anianum Portanum Epiſcopi donatarium, & Herculem Diuitem Corbolienſium ciuium Regíſque ſuffragio curatorem bonis datum publici eius Hoſpitij. 6. Kalend. Iunias An. 1569. His conſequenter, Senatus Corbolienſe Xenodochium clienti meo addixit, cui Portani ceſſione commiſſa fuerat eiuſdem adminiſtratio Noſocomij ab Antiſtite Pariſienſi. Iudicio. 4. Iduum Aprilium. 1576. quùm Nos, Antonij *Maleſieu*: & Iugeus, Diuitis cauſam oraſſemus. In Volumine cauſarum Præfecturæ Pariſienſis.

Beneficiorum regulæ ad Hoſpitalia non extenduntur, neque ad Capellas Hoſpitalibus annexas. Nec in materia pœnali, Eccleſiarum nomine venit Hoſpitale, niſi ſit Religioſorum, eiſque annexum.

Dominic. de S Geminiano, poſt Lapum in Cap. cupientes § 1. De Elect. In. 6.

Iudicium Curiæ *pour le maiſtre de l'Hoſtel-Dieu de Nogent le Retrou, pays du Perche.* die 10 Sept. An. 1566.

Edictum prouiſionale de adminiſtratione per ſeculares bonorum Hoſpitalis, quod tenetur iure ac nomine beneficij. Verifficatum in Parlam. Pariſienſi Die. 12. Maij An. 1562.

La Leproſerie de Corbeil.

Areſta Curiæ die 19. Mart. An. 1568. Tum die 27. Maij. 1569. Et die 10. April. An. 1576. *en plaidant du Roolle de Paris.*

Arrest de la Cour à l'audiance de la grand Chambre, le 11 de Mars 1560. plaidant l'Aduocat du Roy du Mesnil, pour les pauures de l'Hostel-Dieu de S. Iulien de Chasteaugontier, les habitans de ladite ville ioincts, & moy pour les Sœurs grises du tiers Ordre de S. François, Hospitalieres dudit Hospital, deffenderesses au reglement dudit Hospital, & que le temporel d'iceluy fust gouuerné par autres qu'elles, à la nomination desdits habitans ou du Seigneur de Chasteaugontier. Au contraire ie disois que les Hospitaux auoient accoustumez d'estre regis par corps & communauté comme cestuy, n'estãt compris au reglement general de l'Edict de la reformation des Hospitaux. Item qu'auparauant lesdites Religieuses Hospitalieres mises audit lieu, l'an 1507. l'administrateur tenoit ledit Hospital au titre de benefice, de tout temps conferé par les Euesques d'Angers, à la presentation des fundateurs, seigneurs de Chasteaugontier, & non en forme de simple administration. Cuiusmodi Hospitalium *tenus en tiltre de benefice,* genus est exemptum *du reiglement, tant du Concile de Trente, que des Edicts du Roy, & des Arrests de la Cour. Idem lesdites Religieuses ayans succedé au lieu & droict desdits anciens administrateurs titulaires & beneficiers, par l'octroy desdits seigneurs de Chasteaugontier, heritiers du fundateur & patron de l'*Hospital. *Toutesfois par ledit Arrest, elles furent declarees simples administratrices comptables, & par mort reduictes au nombre de six telles qu'elles furent receues l'an, 1507. audit* Hospital. *Les termes dudit Arrest du 11. Mars 1560. Ordonne que le Roy de Nauarre seigneur du Chasteaugontier, nommera deux ou trois Bourgeois dudit lieu, pour regir le reuenu temporel de l'*Hospital *dudit Chasteaugontier, par les mains desquels seront baillez aux Religieuses dudit Hospital les viures & vestiaires, & autres choses à elles necessaires, & le surplus par eux employé aux nourritures, entretenements, & subuention des pauures dudit* Hospital *Seront lesdites Religieuses reduictes par mort au nombre de six, & fait deffense d'en receuoir plus grand nombre. Ordonne que lesdits Gouuerneurs rendront compte pardeuant les Officiers dudit Seigneur de Chasteaugontier, & tel nombre de Bourgeois dudit lieu qui sera aduisé. Lesquels Gouuerneurs seront triennaux tant seulement, sans que pour raison dudit Gouuernement & administration, ils puissent demander aucun salaire. Le tout par maniere de prouision, & iusques à ce que autrement en ait esté ordonné.*

DIVERSA causa est Xenodochiorum, quæ nudæ primitùs 13
Administrationis titulo detinebantur, non Ecclesiastici beneficij. Licet enim temporum successu Monachi annuos Xenodochij census dispensare occœperint: tamen Supr. Curia profanam hanc bonorum tutelam ademit Monastico primati, relicta ipsi duntaxat spiritali in Pauperes functione. Gemino S. Consulto, fiduciario altero postridie Nonas Martias An. 1553. Altero rem definiente pridie Nonas Maias An. 1559. pro Decurionum collegio Andegauæ vrbis, contra Præfectum monastico Cœtui D. Iohannis Euangelistæ apud Andes. Nam vtrique absurdum fit, profanam rerum negotiorúmque gestionem Cœnobitis committi, seu publicam, seu priuatam. Constitutione Leonis Augusti repetita in Can. generaliter. 16. Quæst. 1. & Tarraconensi Concilio Ead. quæstione. Vnde Monachos pupillis tutores dari non posse Curia pronuntiauit. Extemporanea Sententia in Maiori Senatus auditorio Pridie Kalend. Apriles Anno. 1532. Multò minùs eos ad Ædilitium Plebis vrbanæ munus assumendos censuit Senatus pro Vindocinens. oppidanis, aduersus cucullatos Oppidi sacerdotes: hi tametsi dudùm Tribunitiam obiisse se Vrbis curationem iactitarent. Decreto Curiæ. 6. Idus Maias Anno. 1531. Quippe quùm tali ciuilium negotiorum gestioni obsistat Francica de monachis Lex peruetusta Anni. 1243. Sed roget hîc quispiam, nûm Religiosorum hominum appellatione veniant Deuoti deditíque Hospitalis Ædis ministerio, quos vulgus Oblatos, seu Condonatos appellat? Ponamus enim, hunc pio loco adscriptitium fundos emisse, vel opibus egregiè ditatum excessisse è viuis, dubium est, eíne succedat quasi in hæreditatem agnatus, an quasi in peculium * Nosocomus. Specie ipsa prima videretur contra propinquos respondendum. Nam etsi Condonatus minimè se triplici deuinxerit monasticæ Religionis voto, potuit certè pio loco se suáque addicere, velut tacita donatione translatis omnibus in Xenodochium patrimoniis. Qualium Oblatorum meminit Innocentius. 3. Decretali Epist. Consulti sumus De regular. Post Grego-

Arrests de reglement, prouisional, & diffinitif de l'Hostel-Dieu de S. Iehan l'Euangeliste d'Angiers, contre le Maistre & Freres dudit Hostel-Dieu. die 8. Mart. 1553. & 6. Maij An. 1559.

Decretum Curiæ *donnẽ en pl. idant*, die vlt. Mart. An. 1532.

Aliud Curiæ placitum die 10 Maij An. 1531. quòd monachi non possunt esse Scabini vrbium. Melitensis autem Ordinis Eques tutelæ nécne administrandæ capax esset, Senatus dixit ampliùs deliberandum. die 14. Augusti An. 1572. Escorceueo, & Pasquero causæ patronis.

* Administrator Hospitalis ægrotorum.

Gregoriū.1. in Ezechielem Can. Qui bona agunr. 17. Quæſt. 1. Guliel. de Monte Lauduno, & Cardinal. in Clem. 1. §. vlt. De Decim. Fa de cauſa Titius, cum ſe ſuáque dicaſſet ſacræ Cœcorū. 300. Familiæ Pariſienſi, audita hæc fuit à Senatu priſcam allegans iuris ſui poſſeſſionem: qua nempe, rebus cum perſona Societati dicatis, eidem ſub inde Condonati bona quærerentur. Senatorio iudicio An. 1387. quod Ioh. Gallus citat Quæſt. 136.

Vetus Areſtum touchāt les Quinzevingts Aueugles de Paris.

L'aumoſnerie de la ville d'Angoulesme a eſté reglee par Arreſt de la Cour entre le Procureur general du Roy demandeur, & M. Iean Callum Chanoine d'Angoulesme, maiſtre adminiſtrateur de ladite Aumoſnerie defendeur, le 28. Iuillet 1531. Par lequel eſt ordonné entre autres choſes qu'on exhibera la fundation & tiltre dudit Hoſpital, & qu'inuentaire ſera fait de toutes les lettres, & tiltres dudit Hoſtel Dieu. Et que l'adminiſtrateur rendra compte des reuenuz dudit Hoſtel Dieu. Autre Arreſt ſemblable donné touchant l'aumoſnerie de Mirebeau, le 28. iour d'Auril 1533. executé par M. François Poiſneau Lieutenant general de Poictiers, & deux Chanoines de Poictiers à ce commis par l'Eueſque dudit Poictiers dioceſain. Lequel Lieutenant par ſon procez verbal d'execution dudit an 1533. & 1534. il ordonne que le Prieur ſeculier & ſes 6. confreres de ladite aumoſnerie auront les deux tiers des reuenus de ladite Aumoſnerie chargez du ſeruice diuin, & de toutes reparations & des procez, & le tiers franc deſtiné pour la nourriture des pauures. Toutesfois par Arreſt contradictoire de la Cour de l'an 1561. Il eſt dit, que leſdits Prieur & confreres auront ſeulement la moitié, & les pauures l'autre, à la charge de contribution aux charges par moitié, & que les habitans de Mirebeau auront d'oreſnauant ſuiuant le nouuel Edict d'Auril 561. l'adminiſtration comptable de ladite moitié du reuenu des pauures.

Par Arreſt de Thouloſe donné à l'audiance le 28. Feurier 1585. plaidant Daphis aduocat du Roy, fut caſſee l'alienation de quelques heritages de l'hoſpital de la ville S. Mathan en Gaſcongne, contre M. Iean Mathon, & conſors, acquereurs & poſſeſſeurs de plus de 40. ans, idque pour les nullitez & defaut des ſolemnitez canoniques de ladite alienation. Voyez Maynard. Li. 7. Ca. 19. Qu. iur. in Tholoſ. Senat. deciſ.

14 VERIVS eſt autem, Oblati bona ciuili iure profanorum teneri, & ad illius agnatos hæreditate peruenire. Sicuti exiſtimat Baldus, Reſponſo. 7. Volum. 2. Argum. Canonis Vt lex continentiæ. 27. Quæſt. 1. Abbas accuratè Reſp. 102. Nec enim propriè monachus dicitur, niſi hæc tria ſolemni ritu profeſſus, abdicationem profanarū opum, pudicitiam, ac continuum in Antiſtites ſuos obſequium. Cap. cùm ad monaſterium De ſtatu monach. Cap. cum in eccleſiis De maiorit. & obed. Cap. ex parte de regular. Exin Burdigalenſi Curiæ placuit, Syndicum Hoſpitalis Ædis Andreæ bonorum petitione Condonati ſummoueri. Areſto 16. Kalend. Sextiles An. 1518. Vt eſt apud Boërium in eo tùm Senatu præſidem grauiſſimum. Deciſ. Burdigalen. 20. part. 1. Cui Iudicato vel hæc vna ratio ſubdi poteſt, quòd Xenodochij procuratio, magis profana ſit ac ſecularis quàm ſacra functio, nedùm Monaſtica. Sic in Vltima Britannia ad Caledoniam ſyluam, plebeij Noſocomiis præficiuntur promiſcuè: Vt Scoticorum Annalium Appendice perhibetur. Ita Venetis legibus Curatores valetudini dati numerantur inter ciuiles Magiſtratus. Auctore Contareno lib. 4. de Magiſtrat. Venetis. Quùm igitur Vindocinenſis Iuridicus Noſocomo bonorum poſſeſſionem adiudicaſſet Thomæ Vielli demortui, qui ſeſe olim cum ſuis omnibus vouerat pio Valetudinario, Nos cum collegis aliquot de eo conſulti reſpōdimus, iniuſtè pronuntiatum aduerſus propinquos defuncti, & legitimorum hæredum iura quàm Xenodochij videri hoc caſu potiora. Ex quo Senatum appellantibus cognatis operam præbuimus aduocati, & appellatoriæ litis commentarios perſcripſimus. Pendet hæc etiamdùm ambigui iuris quæſtio, ſed inſpector litis à Curia deſignatus eſt Henrouſius ſenator in quinta eiuſdem Claſſe Inquiſitoria. Quòd ſi à defūcto partas fuiſſe ex Xenodochij reditu facul-

Monachi tria vota, paupertas, ſeu abdicatio proprietatis, caſtitas, & obedientia.

Burdegalenſis Parlamēti decretū die 17. Iulij An. 1518.

Scotorum in regēdis hoſpitalib. obſeruatio

Sententia Baillivi de *Vendoſme*, à qua propinqui Thomæ *Viau* ad Senatum prouocarunt, lata eſt die 6. Nou. An. 1574.

Hērouſ. Curiæ conſiliarius in 5. Camera Inqueſtarum

tates adprobaretur, has ipſimet addici æquius fuerit quàm priuatis hæredib. §. Interdicimus in Authent. De Eccleſ. titul. Collat. 9. Cap. inquirendum De pecul. cleric. l. curator Cod. Arbitr. tutelæ. Cæteroquin puri ſacerdotis hæreditas ad agnatos legibus redit, Francos præſertim: & his deficientibus, ad regium Fiſcum. Sicuti de noſtrate hoc Vſu dictum eſt ſuprà Tit. 1. huius Lib. 3. Idem iuris ſibi vindicauit Neapolitanus Principis Fiſcus. Ex Sicula veteri Conſtitutione De filiis preſbyterorum: ſed quam Yſernias & Afflictus pia interpretatione moderati ſunt pro Eccleſiaſtico fiſco, & ſacra Eccleſia, tanquam legitimo in vacantia Clerici bona ſucceſſore.

Conuerſæ Monaſterij non dicuntur propriè moniales: tamen quoad canonem, Si quis ſuadente, gaudét priuilegio monialiū. Abbas in Cap. de monialibus De ſenten. excom.

15 COENOBIIS tamen Oblati ſeu conuerſi, qui ſumpta regulari toga, monaſticum amplectuntur inſtitutum per omnia exæquãtur cœnobitis: nec legitimos relinquunt hæredes, nec aliorum hæreditatem capere poſſunt Bald. in Authen. Ingreſſi de ſacroſan. Eccleſ. Clem. 2. de Decim. & ibi. glo. Sicul. Conſil. 53. Quibus conſentaneū eſt Curiæ placitum memorabile pro eius conſobrinis, qui ſe ac ſua obtulerat Pontiniacenſi monaſterio, aduerſus Oblatum ipſum, ac Cœnobij antiſtitem, à quibus Gentilitiæ cuiuſdam hæreditatis pars petebatur. Delata enim hac communis propinqui hæreditate, paulò poſtquam oblatus ſe ſuáque addixiſſet monaſtico Conuentui, obtinuit cauſa ſecularium agnatorum: victo & monachorum cœtu, & eidem Oblato, qui ſe ſuáſque res Cœnobio conſecrarat. Vtpote qui ſacram induiſſet veſtem cucullámque, tametſi in Cœnobiarchæ verba nondùm ſanctè iuraſſet, necdùm regularis voti religione eſſet obſtrictus. Areſto poſtridie Kalend. Apriles An. 1538. At ſi quis profana veſte non mutata, verſetur in Monaſterio, cui ſe ſuáque adſignarit omnia, is monachorum albo non accenſetur Pontificia lege, nec à plebeij ordinis hominibus diſtinguitur. Deciſ. Tholoſana. 8. Abbas. in Cap. non dubium De ſenten. excommun. Et in Cap. 2. De foro compet. Imol. in Cap. Quod à te de cleric. coniug. Idem tenendum in Eremi cultores, tum in hoſpitalis rectores diuerſorij, qui ſecularem veſtium cultum non exuerint. Gulielm. Frãc. & Ioh. de Lignano in Clem. Per literas De præbend. Sunt enim improfeſſi Eremitæ, nec Monaſticis poſteriorum temporum legibus obligantur. Bald. in Authent. Si qua mulier Cod. De ſacroſan Eccleſ. Ioh. de Turrecremata In Can. qui verè Cauſa. 16. Quæſt. 1. vnde & iſti ſupremæ voluntatis teſtandæ ius habent de ſuis fortunulis qualibuſcunque Glo. in Cap. Ex parte de conuerſ. coniug. Bald. in Conſil. 120. Libr. 2. Ideóque Diuus Paulus 1. eremita veſtem ſuam dalmaticam teſtamento reliquit Anaſtaſio Alexandriæ Præſuli, & tunicam B. Antonio. Can. perlectum. ſ. è contra Paulus. 1. Eremita 19. Quæſt. 3. Ea propter, ne Religionis ſpecie incertus quorundam mortalium ſtatus ac conditio mutaret, Philippus 4. Gallorum Rex ſanxit Edicto, Monachos etiam, Templarios, Hoſpitalarios frui non debere talis Ordinis ſacræque priuilegiis Militiæ, niſi accepto

Abbatia de S. Edme de Pontigny. vna è Quatuor primis Ciſtercienſis ordinis De quibus Nos ſup. Lib. 2. Tit. 3.

Iudicium. Curiæ die 2. Apr. An. 1538.

De ſtatu & vita Eremitarum Boherius Tract. edidit. Tales in montanis ſtantes, aut recluſi in locis ſyluestribus ad orandum Deum, qui non ſunt profeſſi tria vota, nec habent aliquam regulam, vere non ſunt monachi.

De Eremitis vide Li. 1. Tit. 2. ar. 25. Monaſticōn.

accepto vſu Monaſtici indumenti planum facerent, ſe ſanctiſſimæ Religionis votum profeſſos ab concepta Iuriſiurandi formula, & religioſos ſeſe omnibus proderent ſacerdotes. Regiæ Legis ſententia eſt hæc. *Philippus Dei gratia Francorum Rex, Bailliuo Veromandiæ ſalutem. Ordinationem noſtram factam in Parlamento noſtro Pariſius Anno Domini.1290. in verba que ſequuntur, mittimus tibi, habita ſuper his quæ ſequuntur deliberatione diligenti. Ordinatum eſt, quod ſi Templarij, Hoſpitalarij, ſeu alij quicunque religioſi ratione cuiuſcunque aduocationis doni, vel alterius cuiuſcunque emolumenti in Fratrem ſeu Redditum ſuum aliquem ſeu aliquos receperint, & eum vel eos tanquam fratrem ſeu redditum defendere & tueri voluerint, caueant gentes domini Regis, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Barones, & alij quicunque temporalem iuriſdictionem habentes, ne aliquos tales priuilegiis Templarioru͂, & aliorum religioſorum quorumcunque gaudere, neque aliquos auctoritate dictorum priuilegiorum vexari permittant, niſi dicti fratres ſe omnino reddiderint, & deferant habitum eorundem. Mandantes tibi, quatenus Ordinationem prædictam in Bailliuia tua ſeruari facias & teneri. Die Mercurij ante Ramos Palmarum. An.1292.*

Francica conſtitutio, cum principali reſcripto ad Veromanduorum Prætorem de exteriori Religioſoru͂ hominum cultu & veſtitu. An.1292.

Ex veſtium habitu ac genere diſtinguitur vitæ cuiuſque profeſſio L. Item apud Labeonem. §. ſi quis virgines ff. de iniur. l. Minæ Cod. de epiſc. audien. l. ſi quis ignorans. ff. loc. Multò magis clericos vel monachos ſuo dece͂ti amictu comptos ornatóſque eſſe oportet

16 Piis pauperum Hoſpitiis affine eſt ſcholaſticum * Prochotrophium, quo in Gymnaſio literario inopes Muſarum miſtę paſcuntur vnà cum corporis cibis liberali animorum diſciplina. Pariſiis enim præcipuè variarum Diœceſum Antiſtites Muſæa publica excitarunt, multiſque aucta latifundiis deſtinarunt tenuiori Diœceſanæ pubi fouendæ ac edocendæ. Non ſecùs ac Romæ olim Athe-

* Publicus locus vbi pauperes nutriuntur.

Fundation du college d'Auſtun en l'Vniuerſité de Paris par M. Pierre Bertrand Cardinal Eueſque d'Auſtu͂ du 1. Aouſt 1341. auec l'augmentatio͂. & modifications par luy faites le 29. Octobre 1345. Et à ceſte fin pour auoir faculté de l'achapt d'vne maiſon collegiale du monaſtere de S. Germain des Prez, y a Bulle de Benoiſt 12. du 12. Sept. 1339.

College de Treguier, en l'Vniuerſité de Paris, fondé par Coetmean Chantre de l'Egliſe cathedrale de Treguier, en Bretagne, auquel college a eſté annexé, l'an 1570. Autre college des Bretons, nommé de Leon, autrement de Kairebere pres S. Hilaire, auquel y a ſeulement vn bou-ſier. Au village de Seurre y a vne terre nommee Cotemean, du nom dudit fondateur, laquelle appartient encores audit college de Treguier.

Statuts & ordonnances ſur la reformation dudit college de Treguier, faites par M. Iaques Spiſame Conſeiller en Parlement, & Cha͂celier de l'Vniuerſité de Paris du 9. Ianuier 1535. & Arreſt de la Cour omolegatif deſdits Statuts du 10. Mars 1536. executé par M. Martin Ruſe, auſſi Conſeiller. le 9. May 1537.

Anciens ſtatuts dudit college de Treguier faits le 27. Iuillet au college de Nauarre, & le 13. Aouſt aux Mathurins l'an 1421. par le procureur de la Nation de France, & Vniuerſité de Paris, en la congregation generale de ladite Nation.

næum, Atticæ dicatum iuuentuti literarum auditorium. Sic Vidus Roya Rhemorum archiflamen inſtituit Rhemenſe Pædagogium in Academia Pariſienſi, lege dicta, vt ipſius modo populares ex Rhemenſi diœceſi, aut prouincia ad Ludi Magiſterium vocarentur, ad aliáque ſcholaſtici Ærarij iura ac commoda, quas *Burſas* appellant. Karolo 6. Francorum rege. Sed domeſticis factionibus concuſſa Gallica & Vrbe & Orbe An.1418. actum erat penitùs de Rhemenſi Gymnaſio, direptis Ædificiis, deſertáque Schola, niſi Karolus 7. rem reſtituiſſet præclaro Diplomate: Quod vt fœliciùs abſolueret, Lutetianam Eſſuorum Scholam, eiuſque prouentus cum Rhemenſi Muſæo copulauit. Menſe Ianuario An. 1443. Et hoc Principis Reſcriptum Senatus promulgauit. Quarto Nonas Martias An.1444. Nouiſſimè autem collata ab Archiepiſcopo Gymna-

Fundatio Collegij Rhemenſis in vniuerſitate Pariſien. per Guidonem *de Roye* Archiepiſc. Cui collegio poſtea annexum eſt *le College de Rethel.*

Rethelenſe ſeu Eſſuorum Gymnaſium Pariſiis fundauit Gualterus Launeus eques ad recipiendos, & ſuſtentandos ſolos Rethele͂tes ſcholaſticos Rhemenſis Diœceſis,

ſij præfectura in Bocherium Pariſiorum indigenam,certatim interceſsêre nonnulli querelámque mouerunt in Curia Guillemerus patria Rhemenſis, & Iunius quidam Ambianus è ſacra Rhemorum prouincia.In hoc etiam iudicium deſcendimus pro Rhemenſis vrbis decurionum Collegio,quùm palam diceremus,Rhemenſis Eccleſiæ opes quondam profectas ex pia Rhemenſis populi largitate: eo ſtudio,vt in egenorum alimoniam Diœceſanorum refunderetur. Quod ſubnotauit Flodoartus eiuſdem canonicus Eccleſiæ. Rhemenſis Hiſtor.Lib.1.Cap.14. *De poſſeſsionibus,quas D.Remigio Ludouicus rex & Franci contulerunt.* Allegabam rurſus,officiorum gradus fuiſſe à D. Ambroſio præſcriptos, vt noſtris potiùs ac domeſticis erogentur ſacri prouentus, quàm exteris ac ignotis. Lib. 1. Officiorum Cap.30.Can.Non ſatis.86. Diſtinct. Sicuti item Epiſcopis vetita eſt alieni clerici ordinatio,Concilio Sardicenſi, & Francica Lege Karoli Mag.Lib.1.Cap.54. Ita æquum eſt,inopes Diœceſanos in Clerum Pontificali cura cooptari,i.ſacri Ærarij impendiis adſpirare ad melioris literaturæ peritiam,quæ Clericorum munere dignos efficiat. Pari ratione pro Baroducanis ſcholaſticis iudicauit Ordo ampliſſ.ſecúdùm fundationis tabulas Marchiani Pedagogij in Lutetiana Academia,aduerſus exteros Mineruæ ſacra ibi colentes. An. 1573.Senatus,re in vtrámque partem excuſſa,pleniùs deliberandum pronuntiauit.Kalend.Martiis An.1576.Mancheuello,Bocherij:Ramato,Iunij:Choarto,Guillemeri:Nobis quoque,Rhemenſium vrbis Ædilium cauſam agentibus. Vltimo dehinc iudicio deciditur negotium ex lege fundationis, cuius ſuprà mentionem habuimus.Decreto pridie Kalend.Apriles.An.1576.

quos ſani Dionyſij Abba, & Archipitor D.Rhemigij Rhemēſis eſſent nominati. Hæ duæ exiſtūt Rhemis cœnobiarchæ, tertia D.Nicaſio ſacra e.ius mentionit Innoc. 3. P. in Cap.Olim ex literis S. Nicaſij Rhemenſis De reſcript. Idem de Rhemenſi il. la Dionyſij Æde in cap.cum.L & A. de re iudic.

Conſultum Ediál probatorum Die 4. Mart.An 1444.

Executor par tet deputatus ad diſt: buendum p upertibus poteſt eligere & præferre pauperes conſanguineos teſtatoris Alex in l.diuu.æ.ad leg falcid. Ancharan. In cap cum tibi De Teſtam.Quod & ipſi dicunt procedere in filio ſpurio teſtatoris paupere, ſicut etiam voluit Ioh.Andr.in 4. Nunc vero aliqua. In Tit.de inſtr. editione apud Speculat.

Collegium *de la Marche* à Laruptio Scholaſticis Originatiis *de Bar le Duc.* Die 1. Mart.1576.

Arreſtum Curiæ die vlt Mart 1576 Statuta eiuſque collegij Scholaſticarum Vniuerſitatum, quibus originarij extraneis præferuntur.

Oeconomica certè lex eſt in florentiſſimis Academiis, ſingula 17
Muſæa ſuis quibuſque diœceſanis egeniſque conterraneis potiſſimum reſeruari: in quibus nutriantur gratuitò & cultiori doctrina imbuantur, ex pio fundatorum Præſulum inſtituto. Inde enim euenturum hoc ſperarunt Epiſcopi Gymnaſiorum conditores,vt è Pariſienſi Clericorum ſeminario Diœceſani in patriam reduces gererent Eccleſiaſtica munia, & in qualemcúnque cum ipſis Sacræ curationis partem adſciſcerentur. Vulgò enim protritum iſtud, Lutetianam Scholam, ſacrum eſſe potiùs quàm profanum Collegiū, aut ſacerdotio certè initiandis accommodatius. Idque veriſſima ſuffragatione probauit Clemens. 4. Pontifex, collaudato Sorbonæ Pariſien. Muſæo, priuilegiiſque honeſtato, in hæc verba. *Clemens Epiſcopus,&c.Dilecto filio Prouiſori pauperum magiſtrorum, & ipſis Magiſtris in Theologica facultate ſtudentibus in Vico ad portas ante Palatium de Terminis Pariſienſibus,ſub communi vita degentibus ſalutem,&c.Suadente vobis gratia bonitatis,qua ſacræ paginæ cupitis muniri dogmatibus, & in his alios erudire, in vnum conueniſtis, & viuendi commercium & commune vobis habitaculum elegiſtis. Volentes itaque vobis & ſtatui veſtro Apoſtolicum exhibere fauorem,conuictum,alias Conuentum,cohabitationem veſtros*

duxi-

De hac quæſtione an Pariſiēſis Vniuerſitas ſit corpus laicum, an Eccleſiaſticū, ſcripta ſunt à nobis complura Lib. 3.de Domanio Franciæ Tit. de Academiarū inſtitutione.

Bulla Clem.4 P.P. de Sorbonico gymnaſio in Academia Pariſ. die 23. Mart. An. 1268

Palatium Termarum ſeu Termæ Iulianæ.

duximus adprobandos, iure venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Pariſien. ſemper ſaluo: Inhibentes, ne quis domos, poſſeßiones, & alia bona veſtra quæ in præſenti poßidetis, aut in futurum habere poteritis, ipſe occupare preſumat. Nihilominùs quoq; ſtatuimus, vt te, fili, Prouiſore abeunte, nullus in locum tuum per fraudis aſtutiam apponatur, niſi quem loci Archidiaconus, Cancellarius Pariſien. ac Magiſtri Pariſiis actu regentes in Theologica facultate, necnon Decretiſtarum & Medicorum decani, Rector Vniuerſitatis Pariſien. Procuratores quatuor Nationum communiter, vel maior pars eorum duxerint deputandum & apponendum. Item quòd Prouiſor in Congregatione veſtra pauperes Magiſtros & idoneos, qui rexerunt in artibus, de quacunque ſint Natione poßint admittere, ac exinde minùs idoneos amouere. Qui & de dictorum Magiſtrorum receptis & expenſis annis ſingulis Archidiacono, Cancellario, & aliis ſupradictis, vel aliquibus ab ipſis, vel maiori parte ipſorum, qui ad hoc extiterint deputati, teneãtur reddere rationem. Archidiaconus inſuper, Cancellarius, & alij memorati, ſeu maior pars eorum, Prouiſorem quem duxerint ſtatuendum, admouere valeant, prout viderint faciendum, &c. 10. Kal. Apriles Pontificatus Anno 4. Atque ex hac Scholaſtica Pariſiorum Politeũa tranſiit ſenſim Lutetiam veteris Academiæ honos, peræquè ac (Claudiani Panegyri in Conſulatum Manlij.

Robertus Sorbona doctor Theologus qui & D. Ludouico Regi erat à confeſſionibus ſacris: fundauit hoc Sorbonicum Muſæum, variiſque prædiis & annuis reditibus cumulauit. Annũ circiter 1264. De eo Roberto multa referũtur à Ioh. Ioynuilla eius tẽporis æquali in Chronicis Ludouici 9.

Fundation du college de Sees en l'Vniuerſité de Paris, Die 24. Feb. An. 1427. *par* Iohannes Anglici presbyter oriundus de Abbatia de Laulayo in diœceſi Cœnomanenſi, & in decanatu de Paſſeyo magiſter in artibus & in vtroque iure Bacealaureus, rectorque Eccleſiæ parochialis S. Serenedi prope montem ſecurum, præd. diœceſis, alter executorum Teſtamenti defuncti domini Gregorij Anglici, quondam Sagienſis epiſcopi, ac procurator aliorum executorum, *lequel fundateur par meſme teſtament funda auſſi le college de Bueil en l'Vniuerſité d'Angers.*

Statuts de ladite fundation du college de Sees. Statuimus & ordinamus quod in collegio Pariſ. fundato, 8. perſonæ erunt, nempe vnus Principalis & magiſter, alius capellanus, & 6. alij Scholares, quorum 4. erunt de decanatu De Paſſeyo in diœceſi Cœnoman. ſi ibidem reperiantur ſufficientes. Alioquin de Archidiaconatu de Paſſeyo, & ad hoc præferendo conſanguineos d. fundatoris Et 4. alij de diœceſi Sagienſi, &c. Qui omnes gradus ſuos in artibus vel Theologia ſecundum quod infr. ſtatuetur, adipiſci arctabuntur, &c. Item ſtatuimus quod nullus de nouo recipiatur ad d. Burſas qui in patrimonio vel beneficio habeat 20. libras Pariſien. aut iã receptas eaſdem non percipiat qui in patrimonio aut beneficio communibus annis habeat in portatos 40. libras reditus. Excepto tamen magiſtro & cappellano, qui vſque ad duplum reditum Burſas non cogantur dimittere, &c.

Iam nobiliore magiſtro
In latium ſpretis Academia migrat Athenis.

18 A SECVLARIBVS Scholaſticorum Collegiis pergamus ad monaſtica, quo velut in Coloniam miſſus è ſua metropoli cœnobita, pro tempore alitur ibidem, & Theoſophiæ imprimis ſtudia complectitur. Lutetiæ cernuntur iſtiuſmodi monachorum Diatribæ literariæ, Cluniacenſis, Maioriſmonaſterij, & aliæ quædam principis Cœnobij fundis dotéque inſtructæ in Scholarum vſum, ac communi monaſterij cenſu locupletatæ. Præter hæc, Cluniacenſis Abba, ſingulíque regularium Primatuum Præfecti, eius Ordinis, tenentur viritim annuo ære collato fouere Cluniacẽſes monachos Pariſienſis Academiæ incolas in Gymnaſio ſupraſcripto, ad iuuandá ipſorum in re literaria induſtriam. Antiqua Cluniacenſis Conuentus ſanctione An. 1388. Pontificiis item codicillis Iohannis 23. ac Pauli. 2. ſummorum Eccleſiæ Antiſtitum. Quos non modò ſecuta eſt in iudicando Curia centum viralis, ſed annuam quoque nummorum

Nunquid autem valet licentia per Prælatum data Religioſo de exiſtendo in ſtudio abſque conſenſu Cõuentus? Minime vt patet ex cap. Vt periculoſa Ne cleric. vel monach. in 6. Et ita deciſum in Cappella Tholoſana, ex facto canonici regularis Eccleſiæ Tarbienſis Deciſ. 270.

Placitum Curiæ die 29. Iulij 1569. die 1. Iunij 1571. & die 28. Maij 1574. de alimẽtorum tempore & modo in monastica iuuentute optimis disciplinis informanda & excolenda. Sed nota obiter, eum qui alere tenetur, in disciplinam sumptus facere non cogi, nisi iure sanguinis ex legis dispositione id debitum contractum sit vt in patre, qui filium alere debet, aut Abbas monachum, idoneisque præceptoribus edocendum committere. l. quod de bonis. §. penult. ff. De Carbon. edic. l. legatis, & ibi Bart. ff. de Alim. legat.

erogationem, qui antea Scholasticis pendi solebant, iussit augeri pro varietate temporum & annonæ caritate. S. Consulto An. 1411. monasticæ illius Constitutionis probatorio, Tum Arestis 4. Kalen. Sextiles An. 1569. Calend. Iuniis An. 1571. & 5. Kalend. Iunias An. 1574. secundùm Fr. Potentianum Plateanum, contra Præfectum Regularis Conuentus Margeriæ, in Campania Gallica, ordinis Cluniacensis. Atque idipsum vtilitatis causa receptum est, vt politiori doctrina erudirentur, qui à teneris annis iugum Christi collo suo imposuissent. Quemadmodum scripsit ad Rusticum Hieronymus De viuendi forma Can. si Clericatus. 16. Quæstion. 1. His applicatur Clementis 5. Constitutio, in Concilio Viennensi. Cap. Ne in agro. §. ad ampliationem De statu monach. At repetita nuper de eo controuersia, Nos pro regulari Margeriæ Præfecto intendimus obnixè coram Patr. Conscr. modum quendam alimentariæ pensioni statuendum trifariam: Ne aliis scilicet educandis maneat is obligatus, quã è monastica Primatus sui Cellula prodentibus scholasticis: vacua item monastici * Σπουδαιοτροφῶν munera, quas *Bursas* nominant, ne vnus conferre possit Cluniacensis cœnobiarcha, sed singuli vicissim prioratuum primates: Tum vt certa tempora præfiniantur, intra quæ Musarum studiosi cœnobitæ emetiantur ingenuæ cuiusque Artis curriculum, inde protinùs domum reuersuri, ex præscripto Paulini diplomatis, de quo suprà. Verùm forensi actione discusso negotio Curia decreuit litis instrumenta penes se proferri 4. Nonas Apriles An. 1576. Choarto, Cluniacensis Musæi: Cauchone, Abbatis Cluniacens. Méque, monastici Præfecti Margeriæ causam agentibus. Cæterùm eiusdem Statuto Collegij hoc amplior est pensitatio tribuenda nomine alimentorum, quò prouectior scholasticis gradibus monachus euaserit. Nam literaria laurea insignitis meritò suo fauendum, à quibus proinde Romanus sacer Senatus vetuit exigi quicquam hoc nomine à Parisiensis Academiæ Cancellario, eximij laboris ornamenta illis conferente.

* Scholæ literariæ.

Auctoris forẽsis actio pro Fr. Ludouico Langiaco, Priore *de Margerie*, Ordinis Cluniac.

Bulla Apost. Pauli 2.

Die 2 Apr. 1576.

Alimenta & dotes arbitrio boni viri constituuntur, dignitate personarum & facultatibus promittentis rectè perpensis & exploratis l. Quæro l. cum post. §. gener. ff. de iure dot. l. cum alimenta. l. cùm vous. §. vlt. ff. de Alim. & cib. leg. l. si filiæ ff. de Legat. 3.

* donum Deorum.

Dvrvm quippe maioribus nostris visum fuit, * δῶρον θεῶν, virtutéq; 19
parta Scholasticæ dignitatis insignia pretio comparari, ab inopibus præsertim Mineruæ canditatis, quibus assiduè lucubrationes, solæ sint certissimæque diuitiæ. De pauperibus enim potissimum nobis institutus est sermo, qui ita semel eruditorum iudicio probati, in commune studeant prodesse, doceantque iam liberè è suggestu studiosam pubem, iuxta Luciani monita sentientes * Αἰσχρὸν σιωπᾶν, καὶ Ἰσοκράτην ἐᾶν λέγειν. Quùm igitur ætatum successu perpetuus Scholæ Parisien. Antistes officio abuteretur ad quæstum grauésque munerum exactiones (quæ à promotis in Scholasticos gradus munera extorquebat) cohibita est huiusmodi sordium intemperies à sanctiss. Sede, & Pontificio Rescripto Gregorij 9. sumptuariã legem Academicarum infularum ita dictantis: *Gregorius Episcopus. &c. Dilecto filio Iohanni Cancellario Vniuersitatis Parisien. Parens scientiarum Parisius, velut*

* Turpe est silere, & Isocratem loqui.

Hic vulgo Cancellarius Vniuersitatis nominatur.

Apostolicũ diploma de forma & modo decorandi Academicis gradibus Scholastici die 13. April. Circa annum 1227.

velut altera Cariathsephet ciuitas, literarum cura daret magna quidem, sed de se maiora facit optari, docentibus, & discentibus gratiosa, in qua vtique tanquā in Officina sapientiæ speciali habet argentum venarum suarum principia, ex quibus prudentes eloquij ministri murenulas aureas vermiculatas argento cudentes & fabricantes monilia ornata lapidibus pretiosis, imò sponsam Christi decorant, &c. Circa statum itaque Scholarium & Scholarum hæc statuimus obseruanda, videlicet quòd quilibet Cancellarius Parisien. deinceps creandus, coram Episcopo vel de ipsius mandato in Capitulo Parisien. vocatis ad hoc, & præsentibus pro Vniuersitate Scholarium duobus Magistris, in sua institutione iurabit, quod ad regimen Theologiæ ac Decretorum bona fide secundùm conscientiam suam loco & tempore, secundùm statum Ciuitatis, & honorem ac honestatem facultatum ipsarum non nisi dignis Licentiam largietur, nec admittet indignos. Antequam verò quemquam licentiet, infra tres menses à tempore petitæ Licentiæ tam ab omnibus magistris Theologiæ in Ciuitate præsentibus, quàm aliis viris honestis & literatis, per quos veritas sciri possit de vita, scientia & facundia & proposito vel spe proficiendi, & aliis quæ sunt in talibus requirenda, diligenter inquirat, &c. Cancellarius quoque iurabit, quòd consilia Magistrorum in malum eorum nullatenùs reuelabit Parisiensibus Canonicis, libertate ac iure in incipiendo habitis in sua manentibus firmitate, &c. Nec Cancellarius à licentiandis Magistris iuramentum vel obedientiam, vel aliam exiget cautionem, nec aliquod emolumentum seu promissionem recipiet pro licentia concedenda, &c. Idib. April. Pontificatus An. 5. & Christianę pietatis Annum circiter 1227.

Nota & alias insignes clausulas Rescripti huius Pōtificij de Scholarū regimine, ita scriptas, *Quod si forte Scholaris tale crimen commiserit, quod incarcerationem sit o. ... Episcopus culpabilem in carcere detinebit, Cancellario habere proprium carcerem penitùs interdicto. Prohibemus insuper, vt e Scholari pro contracto debito de cetero capiatur. Sed nec Episcopus vel Officialis eius seu Cancellarius, pœnā pecuniariam pro excōmunicatione, emenda vel alia qualibet censura requiret. Præterea de bonis Scholarium qui intestati decedunt, vel rerum suarum ordinationem aliis non committunt, sic duximus prouidendum, vt Episcopus & vnus de Magistris, quem ad hoc Vniuersitas ordinauerit, recipientes bona omnia defuncti, & in loco tuto deponentes, statuant certum diem, quo illius obitus in Patria sua valeat nuntiari, & illi ad quos bonorū eius est successio deuoluta, possint Parisios accedere, vel idoneum nuntium destinare: & si venerint, vel miserint restituentur ad bona cū cautela quæ fuerit adhibenda. Si verò non comparuerit aliquis, extunc Episcopus & Magister bona ipsa pro anima defuncti, prout expedire viderint, erogabunt: nisi forsan ex aliqua iusta causa venire nequiuerint successores & tunc erogatio in tēpus congruū differetur.*

20 Cvi quidem Diplomati aptè cohærent Clementis. 6. Codicilli, quorum præcipuè hæ sunt clausulæ. *Clemens Episcopus, &c. Auctoritate Apostolica ex certa scientia tenore præsentium statuimus, & etiam ordinamus, quod de cætero aliquis Baccalaureus studij Parisiensis in aliqua facultate licentiandus, in receptione signeti ab eodem Cancellario, aut alias, per se vel per alium nullatenus det, tradat, aut præsentet, vel se daturum promittat aliquod munus eidem Cancellario, aut eius Officiariis seu familiaribus quocunque titulo ratione licentiæ huiusmodi, aut loci in ea habendi, siue occasione laboris, aut quouis alio exquisito colore, sub pœna repulsionis ab actibus, honoribus, & commodis magistralibus.* 5. Idus Nouemb. Pontificatus Anno 12. Propter hæc magno plausu excepit Senatus nuper Scholasticorum querelam aduersus Cancellarium publici Musæi Parisien: qui ab inopibus Scholasticis comprobatæ dignitatis nomine immodica munera corraserat. Tādem S.C. temperata res est, ac munerum vice dimidiatus aureus Cancellario adiudicatur. Decreto 6. Kal. Martias An. 1576. quùm Bautruus, Scholasticorum: Choartus, Academiæ: Brucellus, Cancellarij causam perorassent. Huic Lutetianæ Scholæ antistiti rescripsit Innocentius. 3. P.P. Capit. ex parte De verb. signif. Cap. dilecti De Arbitr. Cap. Suborta De re iudic. Et Honorius. 3: Cap. dilectus Vt lite pendent.

Aliquando etiā promotio ad scholasticos gradus fit per corruptelam, & imperfectū scientiæ supplet pecuniarum perfectio. loquit Ioh. Andr. In Clem. 1. de Magist. Promotus tamen ad doctoratū, corruptis pretio Doctoribus, nō videtur Doct. Bart. in l. athletas. ff. de excus. tutor. die 9. Nouemb.

Arestū Curiæ die 24. Febr. An. 1576.

Ad Cancellarium Vniuersitatis Parisiē Decretales Pontificum Epistolæ.

21 Qvibvs ex singulis facilè perspicias, vtrúmque generis humani Magistratum, sacrum ac ciuilem mutuas præstare operas ad

leuandam tenuiorum egestatem, virtutis maximè studiosorum. Nam vt pij Heroes Musæa, ac Xenodochia construunt, pauperum ingenium corpúsve exactè curatura: sic Pontifices sacrosancta potestate tuentur munificam hanc principum liberalitatem, Regio senatu pia vtriúsque officia Imperij adprobante. Theodos. I. Cæsar Christianos inopes benignè fouit, & Alexandriam ingressus idola Aris exturbata conflari idcircò iussit, vt eorum materies in varios Alexandrinæ Ecclesiæ vsus, egenorúmque alimenta conuerteretur. Tripart. Histor. Lib. 9. Capit. 27. Theodosij itidem Placilla coniunx miro studio prosecuta est Hospitales Domos. Quamprimùm enim purpuram induit claudorum ac debilium curam gessit, assiduam, nullius ministerio, nullis vtens famulis, ipsámet pauperibus necessaria quæque manu porrigebat. Eadem charitate singula Templorum Nosocomia perlustrans subseruiebat ægris, ollas ipsorum detergebat, iuscula prægustans, offerens cochlearia, panê frangens, cibos subministrabat, abluebat calices aliáque eiusmodi officiosè exequebatur, quæ seruis & ancillis mandari consueuêre. Quinetiam prohibere conantibus dicebat Augusta, aurum distribuere, Cæsareum opus est, ego autem pro Imperio hoc opus offero. Vt Tripartitæ Histor. Lib. 9. narratur Cap. 31. Tantæ Heroïdi non temerè conferas Theodechildem Francorum Reginam, cuius Fortunatus Christianam benignitatem his versibus decantauit.

Haud aliter Io. Alex. Patriarcha (Eleemosynarius dictus) Pauperes, dominos suos appellare solebat. Et cum àdtuite quodam, vile ac sordidum grabatuli sui tomentum miserante, plumeam culcitram dono missam accepisset, vbi primùm ea strata decubuit, noctem illam insomnem egit, identidem ingemiscens, molliùs tunc se iacere quam dominos suos. Cumque illuxisset culcitram venundari, pecuniam pauperib⁹ erogari mandauit. At diues ille ab emptore redemptam iterum misit, precatusne munus suum vltra venale haberet, sed eo ipso frui vellet. Deo gratias ago (inquit Patriarcha) quòd inituri sint, vs certamê diuiti salubre, pauperi commodum, mihi iucũdũ. Itaq; quoties id muneris missum sibi acceperit, toties vendendũ curauit: vt inde dominis suis, idest Christi pauperib. subueniret.

Pauperibus fessis tua dextera seminat escas,
Vt segetes fructu fertiliore metas:
Vnde foues inopes, semper satiata manebis,
Et quem sumit egens, fit tuus ille cibus.
Peruenit ad Christum, quicquid largiris egeno,
Etsi nemo videt, non peritura manent.
Ecclesiæ sacra te dispensante nouantur,
Ipsa domum Christi condis, & ille tuam.
Tu fabricas illi terris, dabit ille supernus:
Commutas meliùs, sic habitura polos.
Stat sine fraude tuum, quod mittis ad Astra talentum:
Quas bene dispergis, has tibi condis opes.

Rursùs de Karolo. I. Francorum Rege & Imperat. Romano traditum est, eum non modò in Gallia, verùm & in Ægypto, Syria, Africa, præcipuéque Hierosolymis profusa eleemosynarum datione Christianos pauperes sustentasse. Inquit Sigebertus in Chronico, post Egynartum Karoli in Regia, Vitæque ipsius scribam oculatum.

Gallico deinceps iure sancitum fuit ab eodem Karolo Magno, 22
vt bonorum, quæ Orthodoxi piæ largirentur Ecclesiis in locupleti

cupleti regione, duæ partes inopibus, triens Clericis cederet in præmium, aut Cœnobitis: In tenui autem, æqua donatorum portio egenis dispensaretur, & Clero, nisi donator aliam rei suæ legem condixisset. Leg. Francicæ Lib. 1. Cap. 80. De collationibus Ecclesiæ diuidundis. Quales pauperibus propitias leges vt sanctiùs colerent posteri, Ludouic. 12. PATER PATRIÆ POPVLIQ. creauit publica hæc duo Aduocati & Procuratoris Pauperum munera in Senatu Narbonensis Prouinciæ apud Aquas Sextias Iulio Mense An. 1501. Quùm enim is summum Curiæ Tribunal institueret in Massiliensi Prouincia, Senatorium concessum in classes distribuit; adscitis sigillatim ad hos Magistratus viris doctrina morúmque probitate conspicuis. Quem in Ordinem allectos inuenio Iacobum Angelum, & Amedeum Curatum, Forenses Pauperum illum patronum, hunc procuratorem. Sicuti ex Regiis Constitutionibus liquet. Ita in Romano Foro creatus est olim Magistratus hic *Auocato de Pouori*: quem Franciscus Sansouinus commemorat Lib. Italico *Del Gouerno de i Regni, & delle Republiche* Tit. *De la Corte Romana*. Nec multò aliter Heluetiis habenrur certi pupillorum & viduarum causidici *Schirmuogt* Germanicè dicti, & Basileæ *VVisenherren*. Teste Iosia Simlero Tigurino, De Repub. Heluetiorum Li. 2. Brugis verò ad Gessoriacum littus sedet orphanorum Senator seu pupillorum. Vt inquit Iacob. Damhouderus Brugensis I. C. in Tractatu Politiæ Brugensis ciuitatis.

Iostitutio Parlamenti Comitatus Prouinciæ io Aquensi vrbe, à Aix Cuius alios inter officiarios, creati duo, aduocatus & procurator Pauperum: iidẽ pupillorum sunt defensores.

Brugæ, Flandriæ ciuitas.

23 AD hæc, eleemosynarios in Gallia Quæstores constituerunt Hospitalarij Rectores nonnulli, Antoniani nempe & Hierosolymorum Xenodochij Fratres: vt sacra stipe vicatim collecta, pauperes largiùs effusiúsque sustentarentur. Talem stipem domesticatim exquiri prohibet Innocentius. 3. præterquam à Hierosolymitani Hospitij cœnobita. Cap. Tuarum nos tenor edocuit literarũ, quòd Fratres Hospitalis S. Iohannis laïcos, & illiteratos mittunt eleemosynis colligendis, &c. de Priuileg. & excess. Quam Pontificiam sanctionem Siculus ibi protrahit ad monachos Antonianæ familiæ. Visum est insuper Oldrado I. C. criminum veniam gratiámque ei fieri non debere, qui quamlibet iusto errore ductus, ἐλεημοσύνας distribuerit subdititio earum coactori, Respõsõ. 76. Exin Tridentinus Ecclesiæ Conuentus sustulit piarum eiusmodi largitionum Quæstores: Excepto, quòd veniale Pontificis diploma, aliáve spiritalis gratia populo deinceps promulgabitur à Diœcesano Antistite, duobus è sacro Collegio adhibitis, quibus etiam pia illa munera colligere liberum erit syncera fide. Atque ita demùm intelligent omnes Ecclesiasticam gazam hanc non ad quæstum, sed ad pietatem exerceri Tridentini Concilij Sessione. 21. Decreto de reformatione Cap. 9. Eam in partem vulgò feruntur Lutetiana S. Consulta, Eleemosynariam illam Collectam vetantia, seu quæ eam saltem mo-

Oldradi Consilio. Indulgentiam si quis probabili errore deceptus credens veram dederit falsò Quæstori eleemosynarũ, non consequitur.

Eleemosynarũ Quæstores siue Apostolicis, vel diœcesani literis admitti vetabãtur inte canonico, vel si quid proponerent ipsi, vltra id quod in iisdem literis continebatur. Cap. 14. de pœn. & rem. Diuersum tamen in volentibus petere eleemosynas pro seipsis. Hi quippe literis non indigent.

Bbb ij

Can. quiescamus. 42. Distinct. Can. non satis 86. Distinct.

Questeurs de pardons hic descripti Regiæ permissionis literas habere debent in Senatu verificatas.

derata sint prudenti Ciuilis Politiæ ratione. Argum. Cap. Cum ex eo de pœnitent. & remiss. Et Clement. 2. Eod. Tit. scilicet à *Conscriptis Curia* interdictum est, ne Eleemosynarij Quæstores pro sacris Diui Lazari Equitibus Hierosolymitanis, aliisve suum obeat ministerium, antequam Regiæ veniæ tesseram acceperint, Senatoriàmque eius auctoritatem & comprobationem. Illis insuper præceptum fuit, quotannis in Senatum referre iustam annuæ cuiúsque stipis collectæ & expensæ testationem. Qua re confecta, liberum fit Collectoribus, à pio populo collatitium æs officiosè percipere, ex gratia indulgentiáque Præsulis Diœcesani. In vniuersum autem Curia quæstoribus interdixit, ne hoc titulo congestas pecunias extra Gallicos fines efferrent. Ac tandem postulante fisci procuratore, decreuit Senatus de religiosa illa S. Lazari militia, sibi intra diem quindecimum fidem fieri non modò numeri Hospitalium Ædium, quæ ei militiæ in Gallia adscriptæ sint, sed Hospitalis quoque officij ibidem adimpleti. S. Consulto. 3. Nonas sextiles An. 1542. inter Rectores pij Hospitij 300. Cæcorum Parisien. actores, & Robert. Musnierium, aliósque sacræ stipis Collectores, quis subsidio accessit Fr. Claudius *de Mareuil* sacer Præceptor *de Vrigny*, reos. Ex forensi patronorum concertatione, Monterij pro Actoribus & Boucherij pro reis dicentium.

Decretum Curiæ die 3. Aug. An 1542. *en l'audience, entre les gouuerneurs de l'Hospital des Quinzevingts de Paris, principalemēt fondez en questes. Et les porteurs & questeurs de pardons des Cheualiers de l'ordre de S. Lazare de Hierusalem, & le Commandeur de Vrigny ioint auec eux.*

QVOD si non impellente alio, testator exhauserit in pias erogationes patrimonia, hæc ritè condixerint liberi vel nepotes, quorum fauor Ecclesiæ priuilegium superat, nedùm legatariæ Pauperum turbæ. Vt ab Augustino scriptum est, Sermone. 52. De vita Clericorum, ad Fratres in Eremo. Can. quicunque vult. 17. Quæst. 4. Bald. in Authen. Si qua mulier Cod. De sacrosan. Eccles. Ideóque pro liberis in re dubia solent P. C. contra Ecclesiam seu Pauperes legatarios pronuntiare, ex consimili Carthaginensis Episcopi Aurelij Iudicio. Verbi causa, testatrix Catharina *Leuergeur* triticeos panes tredecim legauit Rhemensibus egenis totidem, qualibet præstandos hebdomade ab Æditius Fani Petri Rhemensis. Biennio pòst, Catharina, testamenti tabellis inductis, reliquit filiæ arbitrio curam funeris sui, funebrémque ἐλεημοσύνην posteriore elogio. Nihilò seciùs Rhemensis Veromanduorum Proprætor, qui huic cognitioni præsidebat, secundùm legatarios Pauperes iudicauit. Sed inde Senatum appellante testatricis genero, cui supremа illius mandata suffragari videbantur, institimus Nos, è diuerso, pro Æditius, pij legati curatoribus Testamentariis, palámque disseruimus, generalem legatorum ademptionem ad pia legata non pertinere, nec deleto testamento vel inducto, piæ causæ ius minui, quó minùs rem legatam egeni consequantur priori Testamentaria lege. Sicuti Diuum Antoninum rescripsisse prodit Marcellus Libr. 29. Digestorum. l. penult. §. nomen serui 24

Aurelius Carthaginēsis præsul, ciuis sui testamentum rescidit, qui liberos habens, Ecclesiæ omnia bona sua dono dederat reseruato sibi vsufructu.

D.

D. de his quæ in Testam. Delen. Quo loci Bartolus libertatis fauorem produxit ad pias causas. Idem Respōso 26. Huc vergit & illud Bartoli religiosè dictum, ruptis testamenti tabulis pia legata repeti ab intestato. In l. eam quam Cod. de fideicom. Nec aliter Diuus Pius secundùm libertatem pronuntiauit, etsi legatam inutili ac imperfecta testantis voluntate. Imperiali decreto, quod recitat Iulius Paulus l. in testamento. ff. de fideicommiss. libertat. Imò & priuatam nobis legem præscribere debemus ac domesticam, vt defunctorum voluntates, etiamsi Iura deficiant, quasi perfectas tueamur. Sic enim Plinius codicillos Attiliani, licet confirmati non essent testamento, sibi tamen, vt confirmatos, proposuit obseruandos. Epistol. lib. 2. ad Ammianum suum. Suggerebam præterea, hæreditatis spem quidem minimè esse liberis præripiendam intuitu piæ causæ: At diuersum ius de particulari legato statui oportere. Quando & asse bonorum legibus mulctetur hæres, qui intra annum vltima testatoris, vota non impleuerit. Nouella Iustiniani lege hoc amplius Cod. De fideicomm. Et Concilio Moguntino Cap. si hæredes De testamen. Quibus non malè quadrat. Byzantia Manuelis Comneni constitutio Grecorum Augusti, eodem casu translatiua Testamentariæ executionis in Cæsarem ipsum, vel absente eo in Patriarcham: exploso hinc priuato testamenti mandatario, qui pia legata præstare, vel Christo hæredi scripto bona reddere indies cunctaretur. Ex Codice Iuris Orientalis. Hisce ego subiungebam, postremum saltem testātis fœminæ iudicium collatum fuisse in hæredis voluntatem: Quod piæ causæ legata non perimit, sed eorum præstatio est ad boni viri arbitrium referenda. Bart. in l. 1. Cod. de sacrosan. Eccles. l. si cui annuum, & ibi Bart. ff. De annu. leg. Accurs. & Doct. in. l. quidam in testamento. ff. De legat. 2. l. Cum post. §. gener. ff. De iur. dot. Gloz. in Cap. Nos quidem. Et ibi Panor. De Testam. In hac denique fori altercatione Senatui placuit; legatarios pauperes actione summoueri. Sententia ex tempore dicta in Auditorio Curiæ Parisiensis postridie Nonas Martias An. 1576. Mario, Theobaldi à Monteguidonis, & Ianæ Fabræ: Nobis, contra Æditorum Diui Petri Rhemensis aduocatis. Ac de suo hærede hactenùs.

Pari modo, falsa opinione solutum pietatis causa, condici non potest Signorell. Consil. 16 per text in l. 32. §. 2 ff. de condic. indeb l. ex duobus §. vlt. l. Neconius ff. de negot. gest l. alimenta Cod. eod. Tit.

Nemo inuitus fit executor vltimæ voluntatis. cap pen. in ver. post susceptum mandatum de Testamento. Tamen ibi ait Panor. quod respectu legatorum ad pias causas, poterit Episcopus compellere, etiam citra acceptationē huiusmodi officium exequi, & si non vt executorem testamentariū, saltem vt delegatum & commissariū. Specul. in § Nunc vero aliqua Tit. de instru. editione. Vers. hoc etiam quæritur.

Ordinatio Constantinop. Imperat.

Arestum Curiæ *dōné en plaidant* die 8. Mart. An. 1576.

25 TRANSVERSA ex linea hæredi testator legauit duo numûm aureorum millia, inopibus promiscuè reliquas facultates: suprema dehinc obtestatione cohortatur hæredem, ne tali suo iudicio vsquàm reclamaret. Diem functo illo, mouetur legatariis ab hærede controuersia apud Regium Andium iudicem. Hic enim obtendit, inofficiosum esse legatum; quòd defuncti paterna vel auita extraneis transcribi nequiuerint Iure patrio Andegauensium, nec aliis modis è familia abalienari vltra condictum Moribus patrimonij modum; legitimo hærede obluctante Articul. 321. Quùm autem causa cecidissent legatarij;

Quamuis legata pia detrahantur vt æs alienū, si seruos D. ad Falcid. Bart. in Authē. similiter Cod. eodem tamen vbi non suppetunt vires patrimonij veldiminuuntur, sicuti alia legata.

Andium Consuetudo scripta.

& in Senatum e vestigio prouocassent, eorum patronus multa citabat ex sacris literis in piorum munerum largitionúmque commédationem. At nos contra, pro hærede, iustam Naturæ portionem, quæ Andegaui municipij Lege sancita est, minui prætextu legati pij non debere. Falcidiam vtique cessare in relictis testamento militari, sed de legitima portione secùs. Argum. l. si post missionem D. ad leg. Falcid. l. 12. Cod. de testam. milit. Hoc item iudicantis officio congruere, vt legato generaliter pauperibus adscripto, hæredes agnati, te tenui, cæteris anteponantur inopibus, quasi in partem legatorum vocati prima testamenti cera primóque ordine. Ex quo supremorũ mandatorum procurator, cuius fidei credita sit pecuniarum in egenos dispensatio, ius habet optandi deligendíque inopes propinquos defuncti: quùm vberior sit in consanguineos pauperes explenda pietas, quàm in externos. Baldi opinione & Angeli in l. illa institutio π. De hæred. instit. Imol. in l. Captatorias. Eod. Tit. Bald. in l. Id quod pauperibus Cod. de Episc. & cler. CONSCRIPT. PATR. audita hac forensi oratione, legatum egenis præstandum censuerunt, testantis patrimonio inde detracto, quod hæredi purè libetéque legibus obueniebat: Adiecto etiam eo, vt pij legati dispensator inopes defuncti cognatos cæteris anteferret. Decreto Curiæ. 11. Kalend. Maias AN. 1575. Inter ea tot testamentarias lites memoranti succurrit Plinianum consilium, quo facilè testator posthumas hasce præcidat contentiones. Tam rara, infit, in amicitiis fides, tam parata obliuio mortuorum, vt ipsi nobis debeamus conditoria extruere, omniáque hæredum officia præsumere. Libro sexto Epistolarum Plinij, Epist. 10.

Cessat Falcidia in testamento militis, sed de legitima, aut Trebellianica secus l. in §. hoc autem D. ad Trebel. Bart. in l. in testamento Cod. ad leg. Falcid. l. in testaméto militis Cod. De test. milit.

Iudicium Curiæ die 21. Apr. 1575.

CÆTERUM publicis pauperum Hospitiis, priuatæque testatorum in eos benignitati adiicitur collatitia singulorum ciuium pecunia, quæ inopibus* πολιτικῶς & cum delectu distribui consueuit. Eam in rem Vrbium primores alternatim leguntur Curatores pauperum, vt querulas ipsorum voces audiant, habitáque locorum, temporum ac personarum ratione, certam iis stipem in alimenta summatim decernant. Atque adeo huic muneri Præfectis dari solet à Principe Iuridica potestas ac ciuilis seu Politica notio. Qualem Lugdunensibus vrbanæ Eleemosynæ Rectoribus attribuit Karolus 9. Galliarum Rex. Diplomate mense Decemb. in Curia lecto ac recitato. 5. Calend. Martias. AN. 1560. Per hunc modum, Aureliæ, Ambianis, Abbæuillæ institutum est Pauperum velut Ærarium & Gaza communis, cuius dispensationi præponuntur vicissim primarij quíque vrbium ciues, huic curationi notionem quandam habentes admixtam. Vnde & hoc ciuilis præfecturæ genus exercent vrbani isti Administratores, in Pluteo seu Auditorio pauperum ob id dicto. Regiis literis pro Abbæuillana Pontiuensium ciuitate, cui Ambiana deco Politia imitanda præscribitur, & Aureliana. Quinto Nonas Martias 1581. Senatu eas literas publicante. 6. Iduum Maiarum eodem 26

** ciuiliter.*

Letres de Reiglement des pauures de Lyon octroyé aux citoyẽs d'icelle, qui seront esleuz administrateurs des aumosnes, auec attribution de iustice.
Verificatæ in Parlam. Die 25. Feb. An. 1560.

Regiæ patentes du Bureau des pauures & Reiglemẽs des commissaires & administrateurs dudit Bureau & aumosne des pauures à Abbeuille, instar des Bureaux des pauures d'Orleans, & d'Amiẽs. Die 3. Mart. An. 1581 Registratæ in Parlam. die 10. Maij eod. ann.

dem An. Nec verò in eam Pauperum cauſam vrbani Sacerdotes cum Plebe cenſeri debent cenſoriíſque ciuium rabulis inſcribi. Tali enim nummorum intributioni Princeps ſacratos viros exemit, vno ſterilis infœcundíque anni caſu dempto, extremæuè temporum difficultatis conſimilis. Quo caſu Eccleſiaſtici Præſules monentur vnà cum aliis vrbani populi Ordinibus, maturè prudenterque ſtatuere, quid quantumve æris inopibus dari ab vniuerſitate ciuium expediat. Regia Karoli. 9. Conſtitutione. 3. Nonas Nouembres. An. 1572. quam denuò ſanxit Erricus. 3. Edicto Melodunenſi An. 1579. Cap. xi. ex Panormit. ſententia in Cap. 1. De empt. & vendit. Secundùm hæc, forenſi Actione obrinuit in Senaru pro Epiſcopo & Clero Andegauenſi contra Ædilitium Vrbis Collegium, ne à ſacerdotibus grandis ea pecunia exigeretur, quam vrbis Decuriones ipſis impoſuerant ſoli, ex ſextante reditus annui ſacrorum cuiúſque beneficiorum. Decreto Kalendis Iuniis, An. 1584. Quinimò vbicúnque Clerici cum aliis promiſcuè ſubiiciuntur Regiæ cuidam nummorum indictioni, honeſtiùs eorum taxatio ineunda eſt, monendíque Clerici ac cogendi auctoritate Pontificij magiſtratus, Vrì Steph. Bertrandus exiſtimat, Iuris Reſponſo. 123. & ſeq. Volum. I. Neque huic aduerſarur Subalpini Senatus Deciſio. 68. Num. 41. Sed iſthæc iamdudùm in Gallia obſoleuerunt.

Ordinatio regia die. 3. Nouemb An 1572. repetita *par l'Edict de Melun, de ne cõtribuer par les Eccleſiaſtiques aux aumoſnes de la ville, ſinon en cas de ſterilité, & extreme neceſſité, où ils contribueront aux aumoſnes publiques & generales des villes, villages, &c.*

Areſtum Curiæ prouiſionale, die 1. Iunij. 1584 contra Scabinos vrbis Andegauæ.

Deciſiones Senatus Pedemontani compilatæ ab Ozaſco eiuſdem Præſide.

27 COMMVNE iam Pauperum domicilium teuiſamus, profanóſque Hoſpitalis Domus œconomos. Lutetiæ ſtructum fuit phanum Dominici Sepulchri à Vilhelmo Neuſtriæ Duce in fundis templi Mederici, & Baſilicæ Pariſienſis ſacrarum maximæ. Excitatur hinc Canonicorum. 13. Collegium S. Sepulchri, quorum ditiones auxit Ianus Normaniæ Regulus, paulò poſt Galliarum Rex. Hiſdémque in finibus Hoſpitale diuerſorium erexêre ſub id temporis Claromontanus Bellouacorum Comes, ac Lutetiani mercatores aliquot, qui Syriacum DEI CHRISTI monumentum inuiſerant. Ab iis conditoribus profani Rectores adhibentur Xenodochio, quini iridem Sacellani, qui Eccleſiaſticum illîc miniſterium exequerentur. Vertente ſeculo, quæſitum eſt in Senaru, nûm Canonici Ædis Sepulchri iuſtè ſibi aſſererent Noſocomij curam familiarem bonorúmque diſpenſationem. Aduerſus Canonicos pronuntiatum eſt, quibus tamen extremplò conceſſit Curia, vt excutiendis profanorum Curatorum rationibus intereſſent pro arbitrio, publicæqúe domuum locationi, quæ Valetudinarij propriæ, vltimo tantùm licenti addicerentur, Decretis An. 1535. & 6. Iduum Sextilium An. 1549. quorum poſteriori cauſam præbuit Thuani oratio, pro Canonicis, & Rianti pro Rectoribus agentium. Ac denique S. Conſulto. 4. Kalend. Quintiles An. 1571. quùm Choartus, Canonicis, & Marius Noſocomis forenſem dicendi operam præſtitiſſent. Secùs planè de eo reſpondendum ſit Valetudinario, quod monaſtica Familia inſtituerit, ſuóque adiecerit Collegio, nulla priùs plebeio-

Eccleſia Collegiata & Hoſpitale S. Sepulchri Lutetiæ.

Comes *de Clermont, en Beauuoiſis.*

An Canonici dictæ Eccleſiæ debeant eſſe Magiſtri & Adminiſtratores bonorum temporalium dicti Hoſpitalis.

Iudicata Curiæ die. 8. Auguſti 1549. Et die. 28. Iunij An. 1571. Sed ob tenuitatem redituum præbendæ cuiuſque Canonicorum S. Sepulchri ſuppreſſæ ſunt pleſculæ, & ad octo redactæ, ſententia Epiſcopi Pariſ. lata. An 1606.

rum benignitate excitatum. Constirutione Viennensis Synodi An.1311. toties supra relata. Et argumenro Bonifacij. 8. in Cap. Super eo De Præbend. Cui dissentaneum non est, quod Prætorianus Senatus iudicio definiir secundùm priorarus Præfectum, contra procuratorem Fisci, qui abusus obtenru prouocarat à solemni Iohannis Bruni cooptatione in Præfecturam sacri Conuentus & Xenodochii Pontis Monrani, Vasatensis diœceseos. Hæc publico quidem egenorum Hospitio dicata fuerar Basilica, cui ideo nominandi Oeconomi ius Principi competere inrer alia suggerebatur. Nullum tamen in sacra hac electione abusum esse decreuit Prætorianus magistratus. Si quidem Nosocomium, vel condirum à cœnobitis, vel sacri Collegij œconomia regi solirum, immune liberúmque est plebeio secularium Curatorum regimine ac gubernatione. Aresto Prætoriani Consilij Die.10. Septemb. An.1526. Sed abhinc quóque seprennium Curia Parisien. vindicias dixit secundùm veterem, quam cicbat Ambianorum Episcopus, possessionem morémque instituendi Præfecti Hospitio D. Nicolai in Abbæuillana Ponriuensium vrbe, quem Xenodochij cumque monachi suffragiis lectum Episcopo obtulissent. Decreto. 4. Kalend. Apriles An. 1583. ad appellationem ex regia Ponriuensi Prætura, quam interposuerant monastici Fratres & Sorores Hospiralis ædis, vnà cum Ambianensi Pontifice: pro quibus vicissim Amelotus, & Dulacus egêre. His autem aduersas partes defendimus in maximo Curiæ Auditorio pro Ædilibus plebis Abbeuillanæ, qui profanum Hospiralis domus regimen ex patriis Edictis promouebant. At Lutetiani Patres eodem iudicio lirem summá consilij esse pronuntiarunt. In forensi Ambianarum causarum Volumine. Nosocomium istud priuilegiis ornarunt Ambiani Præsules, Theodoticus An. 1160. Theobaldus An.1176. & Guillermus An.1300. Tum Innocentius. 4. P.P. Lugduni. 15. Kalend. Iunias Ponrificatus An.6. Denique Ludouicus.xi. Galliæ Rex Literis Mens. Februar. An.1476.

Isthic Bonifatius P. dicit, beneficium alteri anneaû & accessorium sequi naturam principalis.

Arestum magni Consilij regis de Prioratu & Hospitali *de Pont de Mons, diocese de Bazas en Guyenne.*

Appoincté au Conseil, & cependant on vsera selon qu'il est accoustumé audit Hostel-Dieu S. Nicolas d'Abbeuille. Die 29. Matt. An.1583. *Au Roolle d'Amiens.*

De hac relatum est etiam Arestum Mag. Consilij die 16. Iunij An.1539. *touchant la forme du gouuernement & administration de l'Hostel-Dieu d'Abbeuille.*

Innocentij. 4. P. Bulla Priuilegiaria die 18. Maij Papatus An.6. qui fuit Annus Salutis. 1248.

QVINETIAM nostrates Annales produnt, cœnobiarchas publicum tractasse huius Reipub. Ærarium, ac Principalibus Ratiociniis præfuisse. Hoc modo Corbiensis, Maiorisque monasterij Anristites Regiis rationibus ptæposiri sunt, Gazæque publicæ dispensationi. An.1347. Philippo.6. Francis imperanre. Ex Francica Hist. Nostro quoque æuo, Cardinalis Lotharingus gessit Gallici Ærarij præfecturam. Sed hæc mandato regio, pios vero inopum reditus, qui in Hospitiis publicis diuersantur, suo iure administranr Ecclesiastici proceres vel per se, vel vicaria clerici opera certo casu: Vt superiùs à nobis est demonstratum. Sic B. Laurentio Xystus. 1. P.P. thesauros Ecclesiæ commisit, egenis distribuendos, velut Pauperum escam. In idque præferrim instituti fuêre Diacones, vt inopum ἐλεημοσύνας reciperent. Teste Hieronymo ad Neporianum. Mox sacræ huius procurarionis edebantut rariones à fiduciario pauperum 18

Abbates *de Marmoustier lez Tours, & de Corbie, diocese d'Amiés.*

Surintendans des Finances.

rum Oeconomo, apud * φιλοξένους Episcopos. Vt perspicuè apparet ex Turonica Synodo. 2. Cap. 20. Quem in Ecclesia diu retentum morem indicant Gregorij Mag. Epistolæ quàm plurimæ. Hortatur hic præsertim Solomitanum Archydiaconum, ne quid ex sacro censu perire vel socordia, vel fraude patiatur. Regesti Lib. 1. Cap. 10. Vtinam verò hodie solam Xenodochiorum curationem sibi sumerent profani magnates, nec Cœnobiorum reditus ambirent impotentiùs, ne dicam Episcopales. Turpe fuit quondam Principi viro, qui monasticam vitam esset amplexus, profanas Dynastias mutato calculo repetere, & è cuculla ad purpuram redire. At multò turpius Equestri ordini, cum militari vitæ cultu miscere Cœnobiarchias & Monasticos prouentus, Tholosano demùm auro infœliciores tali futuros possessori. Interea quotusquisque illorum Cœnobio sacratus cilicium deposuit, vt mundi fastum illecebrásque desultoriè sectaretur? Paucos in hoc genere comperias, nisi forsan è re, vtilitatéque publica voto solutos, venialibus Pontif. codicillis: Quos strictim recensuimus antea Lib. 2. Tit. 3. Raraenim Pontificiæ de eo gratię promuntur exempla, publicæque in id auctoritatis adhibitæ, quam communis vel Patriæ vtilitas, vel necessitas expresserit. Nimirùm vt cunctis pateat, sacram Militiam obeunti ad profanam haud temerè descendum, nec profanæ rursùs sectatori commoda sacræ militiæ, prædiariosque reditus captandos & aucupandos. Ac regio imprimis officio incumbit, à profana Equitum vi ac rapinis sacras Clericorum opes tutelari præsidio asserere, aut ereptas sacerdotibus possessiones in ius Ecclesiasticum piè redigere. Qualiter Ludouicus Pius se gessit pro Cœnobio Ædis Menenni ac Diui Iudicaëlis, Armoricæ oræ, aduersus rerum Cœnobij raptores. Vt hoc Cæsareo Pij Rescripto est comprehensum. *In nomine Domini & saluatoris nostri Iesu-Christi Ludouicus diuina ordinante prouidentia Imperator Augustus, Cùm petitionibus seruorum Dei iustis & rationabilibus diuini cultus amore feruemus, superni muneris donum nobis à Domino impertiri credimus: Idcirco notum sit omnibus Fidelibus nostris tam præsentibus, quàm futuris, quòd quidam vir Helogar Aletensis Episcopus detulit obtutibus nostris quandam auctoritatem, quam dominus & genitor noster Karolus bonæ memoriæ serenißimus Augustus ad petitionem ipsius Ecclesiæ, cui ipse Deo auctore præest, fieri iussit, in qua continetur insertum, Quòd tempore rebellionis, domus Ecclesiæ S. Menenni, & S. Iudicaël, quæ est in loco nuncupato wadel, necnon & in alio loco in Insula Machuti, depopulantibus hostibus ignemque summittentibus, non solùm thesaurus Ecclesiæ & ministeria ad officia Ecclesiastica peragenda perierunt, verùm & Strumenta chartarum, vnde præfata Ecclesiæ ditata fuerant, exusta fuissent. Et quòd idem genitor noster per eandem auctoritatem constituisset ad eius deprecationem, vt ipse Helogar Episcopus & eius successores, qui fuerint in locis S. Menenni & S. Iudicaël, necnon & S. Machuti, omnes res vndecunque eo tempore prædictæ Ecclesiæ iustè per diuersa loca vestitæ erant, vel in postmodùm cum æquitatis ordine ibidem attributæ fuissent, vt non solùm in*

* Hospitales, seu Hospitum amatores.

Talem Philoxenum Episcopum prædicat D. Iohannes Epist. 3. ad Caium. Fideliter (inquiens) facis quicquid operaris inter fratres, & hoc in peregrinos, qui testimonium reddiderunt charitati tuæ in conspectu Ecclesiæ &c. Qualem & Abdiam Hieronymus eius interpretes scribit Propheticam gratiam accepisse, quòd in persecutione Iezabelis prophetas 10 speluncis quinquagenos absconditos pauisset. 3. Regum. 18. Quos vt alere clam posset, multùm æris a ieni contraxerat, quod Elisæus oleo diuinitùs aucto dissoluit. 4. Regum. 4.

Cessante hac publica Regnorum commoditate vel necessitate, adstrictus Monastico voto, etiamsi postea eligatur Episcopus, tenetur renunciare Episcopatui, & votum Deo debitum persoluere. Cap. per tuas De voto. Cap. porrectum De Regular.

Abbatia de S. Meen, in Britannia minore.

Helogar Episcopus *de S. Maslo de l'Isle, en bretaigne.*

ditionem prædictarum Ecclesiarum perpetuò consisterent, verùm etiam nullus aliquid exinde abstraheret, aut minuere præsumeret. Itaque nos paternæ auctoritati nostram supperaddentes auctoritatem, confirmamus &c. Data. 7. Kalend. Apriles Anno, Christo propitio. 3. Imperij Domini Ludouici. Indictione. 9. Actum Aquis Grani Palatio, In Dei nomine fideliter &c. Monasterij certè huius conditorem perhibent Iudicaëlem illum Celticæ Britanniæ regem, sed quod Magn. Karolus cum filio vicissim singularibus priuilegiis decorarunt. Ne his Robertum Galliæ regem subnectamus, qui piam simul in Cœnobium voluntatem testatus est præclaro Rescripto An. 1008. Quo & rescripto Dolensem Armorices disertè Archiepiscopum vocat.

Die. 26. Martij. An. 816. *à Aix la Chapelle.*

Episcopus *de Dol* in Britannia, dictus quondam Archiepiscopus. Vt & alibi fusiùs confirmauimus.

ERGO ab Ecclesiæ bonis procul facessat profana manus, Xeno- 29
dochij autem sic attingat, vt Pauperum tutelam non ad eorum quibus commissa est, sed qui commissi sunt, vtilitatem geri intelligatur. Sicuti ex Platonico dogmate adnotauit M. Tullius, Lib. 1. Offic. Tiberium quidem. 2. Cæsarem Diaconus refert piis in egenos muneribus Fiscum exinaniisse. Bohemorum quoque rex wencеslaüs Regni sui pauperes egregia fouebat munificentia. Sedente necnon in Pontificatu Bonifacio. 9. Ludouicus Hunnorum Rex Karoli regis filius quatuor aureorum millia Ædi Petri obtulit Romæ, quò profectus fuerat ad festam Iubilei anni celebritatem. Quin & Nicol. Raulinum laudibus vexit posteritas, quòd multis ab eo ad inopiam redactis vt ditesceret ipse, senex tandem, condito Ptochotrophio, egenis immensas dedisset opes, seu potiùs reddidisset. Philippo. 2. Burgundis tùm ac Belgis dominante, apud quem Raulinus Iuris præfecturam obtinebat. An. 1455. Quò religiosiùs etiam à nostris tractanda vetusti Nosocomij latifundia, quæque iam olim sacrata sint tenuiorum, vel ægrorum hominum educationi. Verendum est vtiquè, ne dùm profanas inopum ambimus possessiones seu Ecclesiæ (cuius bona verè pauperum sunt) sanctiorum adhuc Ecclesiæ opum iacturam faciamus, velut imminentis Reipubl. casus cœleste quoddam augurium. Quid enim cordati ciues superiore anno coniectarint de Dominica CRVCE noctu subrepta è Palatino Sacello Parisiensi, latere puto neminem. Futurum tamen confido, vt mortalium precibus placatus * Καρδιογνώστης Deus aliò vertat omen, dirúmque fulmen contineat. Vtcunque sit, illam salutiferam Crucem Balduinus Græcorum Cæsar Venetis quondam oppignerarat ingenti auri pondere, sertum spineum, aliaque sacrosancta passi Domini monumenta. Mox ea pignora, luente D. Lodoico, in hanc conuehuntur Galliam, & in Palatinum Lutetiæ delubrum, cuius item fundamenta iecerat Ludouicus. Exinde autem quasi auulso Thraciæ Palladio, labascit sensim Byzantij Imperij dignitas: stirpitùs denique euersa, cum funestissimo Græcæ Metropolis excidio. An. 1453. Nec dissimilibus omninò prodigiis territam legimus Solymorum Augustam, paulò antè quàm à Romano hoste victore

L'An du grand Iubilé.

Nicol. Raulinus Ducis Burgundiæ Philippi Cancellarius.

* inspector cordium.

Sicuti Heraclius Cæsar de Persis Cosdroéque Crucem recuperarat, ita Heraclio patriarcha, rursus amissa est a Constantinopolitanis.

B Iohannes Chrysostomus ait, Crux, Ecclesiæ fundamentum, atque Orbis terræ cautela, Crux, annunciatio Apostolorum, Crux gaudium sacerdotum, Crux imperat Philosophis, & Regnum magni facientibus, ceu destructio superborum.

victore diruerentur. Apud Ioſephum in Bello Iudaico. Et ſi quem adhuc mouere poſſit tragicum Phrigiæ Vrbis exitium; Palladij Troiani rapinam ſic habeto, patriæ prænunciam calamitatis.

Fatale agreßi ſacrato auellere Templo
Palladium, cæſis ſummæ cuſtodibus arcis,
Corripuêre ſacram effigiem, manibuſque cruentis,
Virgineas auſi Diuæ contingere vittas.

Tantò minùs Chriſtianæ ciuitati ereptum Crucifixi Chriſti ſignum ſpernendum eſt, quo tanquam Diuinæ comminationis præcone monitus fuit multoties Pop. Chriſtianus. Britanno enim Aquitania pulſo Gallicis armis, conſpecta eſt in cœlo candida Crux, id quod nubium natura ferre poterat, in religionem etiam Angli vertêre (An. 1451.) Hinc depoſita rubra cruce, candidam conſenſu ſumpſerunt. Illud enim Anglorum, hoc Francorum bellicum Inſigne. Vt auctor eſt Æmylius in Karolo. 7. Rege Gallo. Pari modo D. Cyrillum produnt in medio aëre conſpicatum ſacroſanctam Crucem, auguſtiſſimum Chriſti Dei ſignum. Vt mittam interim, quod apud Hunnos tacta de cœlo Seruatoris Dei Crux, quæ in D. Stephani baſilica apud Albam colebatur, Salomonis Regis calamitatem ſignificarit. Teſte Bonfinio, Hungaric. Rer. Decade. 2. Lib. 4. Cuiuſmodi cœleſte prodigium eò formidabilius, quò Alma Crux mirabilior Sybillino facta eſt vaticinio.* ὦ ξύλον μακαριστὸν ἐν ᾧ θεὸς ἐξετανύσθη. Huic ſubdere poſſis luculentum D. Martialis de Cruce elogium, ſcripta ad Burdegalenſes Epiſtola, in hanc fermè ſententiam. Vbi Crux Domini, armatura noſtra inuicta aduerſus Genium lucifugum, galea caput tegens, lorica pectus operiens, clypeus tela maligni propulſans, gladius Angelicas inſidias nefariæ poteſtatis ſibi propius accedere nullo modo ſinens. Hoc vno ſymbolo diuinæ victoriæ trophæa nobis data, & Crucis munere baptiſma Dei conſecratum, atque (vt idem ait) *ſanctificatum.* Memorabili verò illa acie Conſtantini Cæſ. cum Maximo, is qui ſacratum Crucis ſignum ferebat, à nullo vulneratus eſt: quamuis in eum tela, dēſæ niuis inſtar, cōiicerentur. Ea fuit Panopliæ, ſeu armaturæ victricis Crucis efficacia. Vt eſt apud Euſebium, & Nicephorum, ſacræ Hiſt. Lib. 7. Cap. 37. Proinde à longiſſimis iam vſque ſeculis feſtum exaltatæ Crucis diem celebrat Eccleſia quotannis. Vt inquit Ruffinus, Eccleſ. Hiſt. Cap. 7. & 8. ac Nicephori Lib. 8. Cap. 29. & 50.

Hoc ſignum in obſidione Baionæ Aquitanæ vrbis ab Anglis occupatæ apparuit.

* O lignum fœlix, in quo Deus ipſe pependit. Sybillinum Carmen.

Exaltatio S. Crucis.

30 QVAMOBREM, vt iratum noſtris flagitiis Numen mitiget nouus pietatis feruor, Eleemoſynis noſtra luamus commiſſa, & Pauperum commiſeratione, viam nobis ad Diuinæ miſericordiæ aſylum muniamus. Ita fiet, vt ex tanto Francicarum ærumnarum diluuio & emergamus viui, & mortuorum virtus immortali ſupemæ

fœlicitatis præmio remuneretur. Sicuti Fortunatus edocuit lepido ad Sigoaldum Comitem epigrammate, quòd Pauperes iste Regij Eleemonis officio sustentaret.

Sigoaldus Galli Regis Eleemosynarius.

Dulciter ista tui pia sunt commercia Regni,
Dum escam sumit egens, diuitis auget opes.
Pauper dum satur est, saturat mercede potentem,
Parua capit Terris, præparat ampla Polis.
Diuitibus plus præstat egens, quàm diues egenti,
Dat moritura cibi, sumit opima Dei.
Dans terræ nummum, missurus ad Astra talentum,
Et modicis granis surgat vt alta seges.


Titulus. VI.

EX QVIBVS CAVSIS RES ECCLESIÆ ALIENARE LICEAT, VEL NON.

1. 2. *Bona Ecclesiæ ex Politica lege publica interdùm alienanda.*
3. 4. *Reditũ annuum Ecclesiæ debitum super ædibus Parisien. luere licere.*
5. *Vt alienari, ita permutari nequeunt res Ecclesiasticæ, nisi solemnitate seruata.*
6. *An Phratriarum bona similiter alienari prohibeantur.*
7. *Nûm vendita olim à Comitibus Prouinciæ prædia redimi possint Regia lege Domaniali Francorum.*
8. 9. *Aresta Curię contra Domanij legem alienatorum reuocatoriam in Comitatu Prouinciæ.*
10. 11. *De temporali dominio & potestate Prælatorum.*
12. *Sub iurisdictione temporali Ecclesiæ, Politicam comprehendi in Vrbibus Ecclesiasticæ ditionis.*
13. *Ecclesiasticarum opum conseruatio penes Reges ac Principes.*
14. 15. *Reditus nummis constitui, redimibiles à debitore etiam in Ecclesiam creditricem.*
16. 17. *De variatione valoris nummorum tempore redemptionis redituum, & de re monetali.*
18. *Reditum pecuniarium Ecclesiæ debitum subiici reductioni ad legitimum modum vsurarum.*
19. *Ecclesiastici feudi qualitatem à Prelato mutari non posse.*
20. *Feudum ad Ecclesiam reuersum rursùs infeudare haud facile licere.*
21. *De feudis, & aliis iuribus Cleriacensi Ecclesiæ donatis à Ludouico. 11. Rege.*

22. *Mendi-*

22. *Mendicantium Ordinibus legata necessariò alienanda.*
23. *De Monastico ordine Minimorum.*
24. *Quatenùs res mobiles Ecclesiæ distrahere permissum.*
25. *Ecclesiasticos fundos in Regia tutela positos esse.*
26. *Auctoris Oratio in Senatu, contra rescissorij contractuum iuris cessionarium magistratum.*



1 TEMPLIS ACQVISITA Prædia quibus Oeconomiæ legibus seruarentur, ostendimus paucis: iam quatenùs ea alienare* πολιτικῶς expediat, ex suscepto ordine aperiamus.

Tertia Pars Libri. I. in fundis Ecclesiæ semel partis, diùque conseruatis, postremò ex causa alienãdis. *ciuili modo.

2 PVBLICA lege nonnunquam inducitur necessaria sacrorum censuum alienatio. Verbi gratia, Karolus. 7. Franciæ Rex edixit, solarium vectigal super ædibus Lutetianis distrahi, i. necessario redemptum iri oblata ab ædium possessore pecunia, siquidem tale vectigal dominum semel mutasset conuentione aliqua, etiamsi sacris Ecclesiis transcriptum fuisset. Redimendi autem huius solarij pretium, eo quo volati-

Edictum Karoli. 7. Galliæ regis, promulgatum in Curia Parisien. Die 21. Januar. Ao. 1441. *touchant le rachapt des rentes estãs sur les maisons de la Ville de Paris.*

Ordericus Vitalis, Anglus B. Ebrulphi Neustriæ Monachus Libro manuscripto hæc refert. An. 1119 in Octobris medio Calyxtus 2. Pontif. cum Romano Senatu Rhemos venit, ibique Concilium tenuit generale, eiusus Rhemens. Concilij decreta inter alia eorum fuit Vniuersarum Ecclesiarum possessores, quæ liberalitate Regum, largitione Principum, vel oblatione quorumlibet fidelium eis concessæ sunt, inconcussas in perpetuum, & inuiolatas manere decernimus. Quod si quis eas abstulerit, inuaserit, aut potestate tyrãnica detinuerit, iuxta B. Symmachi Capitulum, anathemate perpetuo feriatur.

Patentes du Roy Charles. 7. du 24 Decembre 1460. (qui sont en l'Hostel de ville de Paris) par lesquelles est defendu aux Receueurs de Paris, Voyers & tous autres seigneurs ayans voyrie de permettre estre entrepris sur les rues & places publiques aucunement.

Lettres Patentes de Philippes Roy de France donnees à Paris, Mense Martio An. Domini 1287. *à la supplication des Bourgeois de Paris, disans que en ladite ville & ès enuirons ils auoient plusieurs cens, rentes, de bail d'heritages, sur plusieurs maisons & heritages siz à Paris, delaissez en ruine par les proprietaires vtils. Il ordonne que lesdits proprietaires seront appellez deuant le Preuost de Paris, à trois ans, & par chacun trois fois, & où ils seront contumax de comparoir, & pendant le dit temps payer les redeuances deuës, & restablir les lieux deuement pour y receuoir lesdits droicts, ils descherront de leur droict de proprieté.*

Autres Lettres Latines en Nouembre, 1303. narratiues des precedentes, desquelles lesdits proprietaires n'auoient tenu compte, ny de restablir les lieux, n'y de payer les redeuanses. Il ordonne lesdites citations faites à domicille pour comparoir ausdits iours post annum elapsum, *les seigneurs proprietaires desdites maisons ainsi delaissees & abandonnees par an & iour, n'estans plus recepuables à demander par apres aucun droict de proprieté en icelles.*

Ordonnance de Charles 7. de l'an 1441. ensuyuant lesdites Lettres, pour mettre en criees lesdites maisons.

les reditus, modo ærisque quantitate æstimatur. Constitutione lata Mense Nou. An. 1440. quam Senatus comprobauit, instante Parisiensium Decurionum ordine ac flagitante. 12. Kal. Febr. An. 1441. Hinc arrepta occasione, Simo Acarius iudicium dictauit Æditituis B. Opportunæ Parisien. apud Præfectum Vrbi An. 1575. vt hisce vectigalem domum suam luere, quasi Pignora, sibi liceret nummariæ quantitatis solutione, pro qua Mæuius à priore domino coëmerat septem libellas prædiarij reditus annui in easipsas ædes An. 1459. Quem deinde reditum emptor donatione contulerat in Fabricæ parœciacæ curatores fani Opportunæ An. 1460. Causa cognita, Lutetianus proprætor talem pensitationem pecuniariæ redemptioni decreuit obnoxiam. Sed ab Æditituis appellato Senatu,

Matricularij Ecclesiæ parochialis S. Opportunæ. Ius redimendi competens ex singulari priuatorum pacto, nempe vt redituus fundiarius redimatur toties quoties præscribitur 30 annis. Aresto die. 25. Iunij Ao. 1565. inter Iossetandum *de Thelis* appellantem à Seneschallo Lugdunensi, & Petrum *Porte* intimatum.

Quod allegat Tiraquellus In Tract. De Retractu conuentionali §.1.Gloz.2.Num.28 Ius autem redimendi lege generali competens, vt hîc, centena etiam præscriptione non excluditur. Vt dicetur infra.

Nos pro Ecclesia, sacri alienationem vectigalis haud temerè permittendam. Istud enim origine ipsa solarium esse, nec nummis constitutum, at perpetua prædij vrbani locatione, legéque vectigali fundo dicta. His consequenter talem reditum minimè ab Ecclesia nummariæ luitionis specie auocandum videri. Quæ autem in contrarium adferebantur de Carolina Lege suprascripta, diluebam vel ipsius verbis conditoris, qui Politica modò temporum ratione habita, consultum voluerit Parisiensium ædium ruinæ ac deformitati: à qua nunc quidem longissimè aberamus. Quùm enim paulò ante Regiam illam Sanctionem Anglicis armis premeretur Parisiorū ciuitas, desertæ passim priuatorum domus ruinam minabantur. Sed Vrbe postlimino in Gallicam ditionem redacta, Carolus. 7. pro tépore Philippinum Ciuitatis Priuilegium repetiit, quo vetustarum

Augustus Princeps, cùm ambitionem in ædificando videret, atque altè atollendo, eamque cum discrimine & periculo ruinæ, siue etiam quia aërem interciperent, & nimis inumbrarent, 70. pedes desiuuit in modo ædificiorum. Strabo.

Nerò cohibuit altitudinem ædificiorum, quum ab incendij Romam instauraret, ex Tacito.

Placart du Roy Philippes d'Espagne, faict à Tournay, le 23. de Mars, 1583. contenant abolition des faillies en la ville & cité d'Arras, auec ordonnance de faire à l'aduenir tous bastimens de pierre ou de brique.

Ciuile Parisiensium Priuilegium an 1034. aut vt alij scribūt. An. 1043. Quod extat in Tom. Constitutionū Regiarum Galliæ, & ad literam describitur ab Ægid. Magistro in lib. Decisionum Sed vtrobique erratum est in Data Rescripti quùm Philippus 1. cœperit tantùm regnare Ao. 1068. & quidem patre viuo. Quid si via exceptionis pactum redimendi proponatur, nō actionis, etne præscriptio rectè opponi poterit? Vt puta debitor prædiarij reditus cum lege redhibendi, conuentus ad soluendum vnius anni reditum, quadragesimo post anno offert redimere vectigal annuum conuento pretio numerato. Putat Tiraquellus admittendam exceptionem & oblationem redimendi, cùm perpetua exceptionum tura, & ius offerendi perpetuum sit. In Lib. De retractu conuentionali §.1.olo.2 Num. 31. Sed ibi Doctorum testimonia a Tiraquello citata loquuntur in mero credito & debito, vbi ius offerēdi nunquam præscri-

ædium refectioni ac instaurationi prospectum sit. Edicto Philippi. I. Regis Mense Nouembri An. 1034. Sicuti etiam Octauius Augustus Romanorum ædificiorum curam gessit maximam, vt iactaret subinde, lateritiam cùm vrbem accepisset, se marmoream relicturum. Auctore Tranquillo. Eidem Imperatori, ne vrbs ruinis laboraret magna mole ædificiorum, inhibere necesse fuit, ne quis supra septuaginta pedes sublimiùs ædificaret, ex Strabone. Quod & Nero Cæsar post incensam vrbem, dimensis vicorum ordinibus, & viarum spatiis, sanxit, ne vltra præscriptum ædificia tollerentur, auctore Tacito. Traianus quóque Rom. Cæs. mirè laudatus est, quia Vrbis ruinas instaurarit, variosque sumptus fecerit in ædificiis publicis, viis, & Porticibus vrbis extruendis ac reparandis. Vt est apud Dionem Nicæum, & Xiphilinum in eius vita. Ex his obnixè contendebam in Senatu, Frācicum Edictum superius, quo desertarum ædium ruinis occursum sit, propositæ hypothesi non posse accommodari. Quo sensu itidem Magister eam interpretatur Karoli constitutionem. In Decis. suis forensibus, Tit. De publicis fundorum auctionibus. Nitebar præterea diuturno & plusquam seculari possessorum domus silētio, iam inde ex quo solarij dominus illud alienarit. Nam etsi ius meræ facultatis præscriptione temporis non extinguatur: Pactitia tamen fundi redhibitio, seu ius redimendi excluditur post tricenos annos Bart. in L. Pignori. ff. De Vsucap. Centena saltem possessione tollitur, aliáue consimili hominum memoriam superante. Quippe cùm omni vsucapione explosa, tacitè censeatur dempta centenaria præscriptio. Angeli opinione In L. omnes in fi. Cod. De præscript. 30. vel 40. ann. & L. 1. Cod. Ne rei Dominicæ vel

templ.

templ. Vtut sit, prædictę Legis actio est duntaxat in primum successorem vel emptorem, cui dominus puté proximéque cesserit prædiario vectigali, non in secundum emptorem, vel donatarium. Qualis hoc loco habetur sacra Ecclesia. Atqui ædium possessor aduersarius nunquam lege expertus est contra solatij reditus emptorem, aut eius hæredes. Ergo rata manente prima alienatione, nullus relinquitur sequentium reuocationi locus, tametsi redemptionis titulo inumbratæ, ac specie libertatis consequendæ. Responso Sceuolæ I.C. Lib. 19. Digestorum in L. Pater filium §. quindecim lebettis ff. De legat. 3. Ad summum, pretio eo luendum foret vectigal, non quo reditus nummis comparati rediṁuntur, sed quo res prediariæ taxātur, vicesimi assis annui computatione sumpta. Nam centesimum abhinc annum, ex quo talis reditus præsenti pecunia distractus est, imminuta fuit admodùm numismatis bonitas interior ærísque pondus, cuius numeratione pretij solarium in emptorem translatum sit

bitur. In reditu autem fundiario, quasi fundi parte secus. Si tamen venditori data sit facultas redimendi quādiu viuat, admittetur is ad redimendū quouis tēpore etiam post 40. ann. scilicet quādiu vixerit Arg notat à Fabro In L. contrà maiores Cod. de inoff. testam. Et ab Angelo In l. Centesimis §. vlt. ff. De verb. oblig. per l. Sicut in annos ff. Quibus mod. vsuff. amitt. Communiter verbis præscriptionē omnem reiicientibus non cōtinetur immemorabilis, aut centum annorum. Sed ita distingue cum Franc. Arc. in l. cum stipulatus sim à Proculo ff. De verb. oblig. Aut clausula, non obstāte quacunque præscriptione, vel alia similis apponitur iuribus, quæ regulariter non tolluntur spatio. 40. annorum: & tunc etc immemorialis quidē currit, aut apponitur iuribus quæ 40. annis præscribuntur, tunc immemorialis non videtur sublata. Arg. Bald. In. Cap. 1. §. Preterea de Cap. Conrad. Panor. In Cap. 1. De Præscr.

3 BRVSELLVS, ediuersò, pro domus possessore, causam supratelati Edicti perpetuam esse, nec temporum illorum rationibus circumscribi ac restringi. Ob id redhibitoriam legem non modò in ædibus ruinæ proximis locum habere, sed in omnibus. De præscriptione, ius quidem redimendi Pacto cautum ac receptum euanescere tricena præscriptione. At publica Lege sancitum, nihilò magis quàm publicum ius, longissima possessione subuerti. Cæterum in soluendæ sortis ratione ineunda, nihil interesse omninò, prædiaria sit necne pensitatio, an merè hypothecaria: Quandoquidem verbis Edicti statuta sit nominatim redimendi formula ex duodecimæ vnciæ, quasi Asse debitō; æstimatione. Quantula vulgò in volatili reditu obseruatur. Disceptato vtrinque negotio, Patres rectè appellatum pronuntiarunt: Eo tamen addito, vt sacri reditus luendi ius foret ædium proprietario, soluta pretij sorte vicesimo nummo valoris annui æstimanda. Decreto Curiæ extemporali, quod in voluendis litibus Præfecturæ Parisiensis latum est. 4. Idus Mart. An.

Arestum Parisien. die 12. Mart. 1576. *en plaidans du roolle de Paris, pour le rachapt au denier 20. des rētes assises sur les maisons de la ville de Paris.*

Edictum Francisci. 1. Reg. An. 1539. perscriptum in Actis Curiæ Parisien Die. 5. Februar. Eod. An. Henrici 2. Regis Edictum Die. 19. Januar. 1552. & 1553. in Regesta Curiæ relatum Die. 28. Maij. Eod. An.

La ville de Langres, comme frontiere, a entre autres priuileges que chacun habitant peut rachepter au denier 20. toutes rentes foncieres des maisons de ladite ville: Dont y a Patentes du Roy Charles, & confirmation du Roy Loys son successeur, qui sont ès Registres de l'Eschevinage de Langres.

Patētes du Roy d'Espagne, du 13. de Iuillet 1586. pour retraire & rachepter les rentes foncieres, hereditaires, viageres & toutes actions vendues ou alienees sur la ville d'Arras, suyuant la coustume locale dudit Arras pour le mesme prix que lesdites rentes seroient vendues en ladite ville, & ce durant 40 iours apres que la vente ou alienation est venue à la cognoissance des proprietaires.

A ce propos est l'article 122. de la coustume de Paris, que legs pitoyables de rentes en deniers, grains, ou autres especes sur les maisons de la ville & faulx-bourgs sont rachepetables au denier 20. ores qu'il fust dit par le testateur, non rachepetable, en faisant toutesfois faire le remploy en autres heritages ou rentes. Et encores depuis ayant esté les rentes constituees, reduictes au denier 16. au lieu du denier 12. par l'Edict de l'an 1601. Il y a apparence que les rentes foncieres susdites soient rachepetables à proportion seulement à raison du denier 24.

Aussi dans Tholoze n'a encores esté practiqué iusques icy (l'an 1603.) n'y executé pour le regard des Ecclesiastiques l'Edict que les rentes foncieres sur les maisons des Villes, sont declarees perpetuellement rachepetables. Et en ont eu lesdits Ecclesiastiques de Tholoze, Lettres du Roy derogatoires ausdits Edicts du rachapt, accordees par les gens du Roy fauore Religionis. *Et n'a l'on point encores audit Parlement de Tholoze, iugé le rachapt pour ne contre lesdits Ecclesiastiques, Comme escrit Maynart Conseiller au Parlement de Tholoze au 4. liure de ses Questions du droict Chap. 49.*

En l'an 1580 au procez verbal de la reformation de la Coustume de Paris, les Ecclesiastiques s'estans opposez à l'article 122. du rachapt des rentes des maisons de Paris, il fut ordonné que ledit article demeureroit en la forme qu'il estoit escrit.

1576.pro Æditui templi Oportunæ,apud Lutetiam.Huius Canonicos Ædis Oportunæ memorat Honorius.3. Pontifex Cap.penul. De noui oper.nunciat.

AMBIGITVR autem de vectigali Templis assignato in lege vrbanæ domus ab Ecclesia perpetuò locatæ & traditæ, non priuati cessione,an talis reditus nummaria sorte lui possit. Luitioni subiici placuit Francisco.1. Regi,Constitutione edita Mense Octob.1539. promulgata in Senatu Nonis Februar. Eodem An. Tum Errico filio,Sanctione.14. Kalend. Februar.An.1552. & Mense Maio.1553. quam probauit Ordo Clarissimus.15.Kalend.Iunias An.1553.Sed aliquanto post, Regias istas Leges Karolus. 9. abrogauit,quoad res Ecclesiasticas attinet,Gallico Clero postulante. Edicto Pridie Kalend.Septembres.1569. Cuiusmodi Edictum Senatus monumentis Curiæ iussit consignari.15.Kalend. Octobres Eod. An.Secundùm quæ Patres duobus Iudicatis Ecclesiam absoluerunt à petita solarij redemptione. Prius Arestum pro sacerdotum Choro Lutetiani sacelli Palatini, aduersus Gulielmum Buronem. Quinto Idus Februar.An.1572. Alterum pro sacris Sodalibus Phani Dionysiani *De passu*,contra Claudium Louuetum.Octauo Idus Sextiles.1575. 4

Literæ patentes Karoli.9.regis die vlt. Augusti.1569. publicis Curiæ tabulis inscriptæ die.17.Sept.

Aresta Curiæ die.9. Febr.1572.& die.6. Aug.1575.pro Canonicis Sanctæ Cappellæ Palatij Parisien. Tùm pro Canonicis S.Dionysij *du Pas*.

PROHIBITORIA alienationis lege sacrorum prædiorum continetur permutatio, ea tametsi, res soli præquè in alienatæ vicem substituatur.Can. Hoc ius porrectum Vers. Sed & permutare.10. Quæst.2.Cap. Vt commutationes De rer.permut. Idem de sacro Principis Patrimonio decisum est à Curia, secundùm cognitorem Regium in Fiscali Camera Parisiensi,aduersus Karol.Tertreum,cui Princeps Reipub. fundos transcripserat probabili compensationis rerum titulo specieque permutationis:Sed quia inibi omissa fuerat legum solemnitas,nec in Senatu promulgata alienatio, eam Senatus irritam inutilémque iudicauit. Solemni decreto pridianis dieb⁹ Dominicæ Resurrectionis, quod Magister, Præses Curiæ summus palam recitauit.An.1555.Porrò si Ecclesiæ agros limitaneos esse proponatur,externæquè Regioni finitimos, rectè hi in ius Fisci transferêtur æquabili quadam aliorum subrogatione prædiorum. Similiter enim Regium munus est, vt militari præsidio Imperij limites conseruare,sic limitaneos fundos ideo mercari à priuatis (ceu verè publicos) ad exactam Regni tutelam atque custodiam. Qua etiam ratione Senatus Principis diploma comprobans alienationum Rei Dominicæ,excipit regulariter fundos arcésque in Gallici Orbis finibus sitas. Vt patet Curiæ iudicio Idibus Mart. An. 1536. & Mense Septemb. An.1551.Itaque ab Ecclesia Rhemensi Karolus.5. Valliaci oppidi commutatione impetrauit Mosoniam arcem vrbémque Germanico limiti oppositas,canonicis antea solemnibus pacto adhibitis. Quæ quidem seriatim tibi, digito velut indice, ostendent sequentes permutationis eiusce Codicilli, vt cùm vnius formulam cognoris,omnes noris: *Ioannes miseratione diuina Episcopus Prænestinensis* 5

Arestum solemniter pronuntiatum pro regio procuratore in Camera Thesauri, propè Pascha An.1555.

Placitum Curiæ die. 15.Mart.An.1536.

Hæ sunt Pontificij Legati literæ probatoriæ Permutationis Valliaci Suessionum oppidi regij cum Mosonia arce, & territorio quod antea Rhemensi Ecclesiæ competebat. die 23.Iunij.1379.

nensis S.R.E. Cardinalis Apost. Sed. nuncius, ad Regem, & Regnum Franciæ destinatus omnimoda potestate Legati à latere fulcitus, prout in literis Apostolicis super hoc confectis à Clemente. 7. P. P. inferiùs insertis continetur, Vniuersis &c. Cum serenissi. Princeps Dominus Karolus Dei gratia Franc. Rex, & reuerendus in Christo pater Dominus Richardus Archiepiscopus Rhemensis vtilitatem Ecclesiæ, Regis, & regni Franciæ ac Reipublicæ in hac parte considerantes, diu tractauerint de permutatione facieda Villarum de Mousonio, & de Bel lomonte in Argonia, Rhemensis diæcesis, cum earum adiacentibus pertinentiis & appenditiis vniuersis, quę à magnis temporibus sunt & fuerunt de proprio hæreditagio & patrimonio Archiepiscopatus Rhemensis, ad Villam de Valliaco, Suessionen. diæcesis, cum villis eisdem adiacentibus & eorum dependentiis & pertinentiis vniuersis ad ipsum dominum Regem pertinentibus, asserens ipse D. Rex ipsam villam de Valliaco, & cęteras villas eidem appendentes cum earum pertinentiis valere mille libras terræ Turonen. annui & perpetui reditus: promittedo, quòd si tantum non valerent, dictas mille libras terræ perficeret in locus proximioribus ad vtilitatem dicti Archiepisc. & suorum successorum Archiepis. Rhemen. Itaque in dicta villa de Valliaco & pertinentiis vniuersis, D. Rex nullum habebit ius Regaliæ perpetuis temporibus, vacante Archiepiscopatu Rhemen. ipsámque villam de Valliaco fortem & claudi facere, & in eadem villa de Valliaco domũ cõpetentem pro ipso Archiepisc. & suis successoribus Archiepisc. tradere & assignare in permutatione huiusmodi, promisit ipse dominus Rex. Verùm quia supradictus Archiepisc. huiusmodi tractatum permutationis cõplere & perficere non valet sine Sed. Apost. licentia, Nobis humiliter supplicauit Archiepisc. supradictus, quatenùs eidẽ licentiã concedere dignaremur tractatũ huiusmodi intendi & perficiendi cum D. Rege. Nos verò maturè procedere volentes in hac parte, inquisiuimus diligẽter à pluribus fide dignis, vtrùm permutatio huiusmodi cedat in vtilitatem Eccl. Rhemen. Et quia per eorum iuramenta ad sancta Dei Euangelia præstita reperimus, præmissam permutationẽ cedere ad honorẽ & vtilitatẽ Regis Franciæ, cõmodũque maximè & honorem Ecclesiæ & Archiepiscopatus Rhemen. prout etiam nobis constitit ac constat per literas venerabil. viri Præpositi, decani, & Capituli Ecclesiæ Rhemen. qui super hoc nobis scripserunt, prædictam permutationem cedere ad honorem & vtilitatem Eccl. Rhemen. & ipsi, inquantum in eis est & sua interesse potest, suum consensum benigniter apposuerunt, præfato reueren. Patri R. Archiepisc. Rhemen. prædictam permutationem cum D. Rege celebrandi licentiam auctoritate Domini nostri Papæ, qua fungimur in hac parte, impartimur gratiosè: ipsam cùm per ipsum Archiepisc. perfecta extiterit, modo tamen pręmisso, laudando & approbando, eidem exnunc prout extunc nostrum consensum auctoritate prætacta interponentes &c. 9. Kal. Quint. An. 1379. Indictione. 2. Pontificatus Clem. 7. P. P. An. 1.

His similes permutationis tabulæ in verba Principis conceptę sunt, & Karoli. Regis nomine lectitantur. Postridie Iduũ Quintiliũ An. 1379. Ac suis demùm numeris absolutam Conuẽtionem promulgauit *Camera Parlamenti*. 17. Kal. Septemb. Eod. An. Plura Nos alibi de rerum sacrarũ permutatione, Lib. 3. Domanij Frãcici Tit. 16. Quibus ideo isthîc supersedemus, quòd bis easdẽ tractari sentẽtias, repetito

Prænestino item Episcopo Apostolicę Sed. legato refer-bit Innocẽtius. 3. In Cap. Dudum De Elect. & Cap. Cum dilecti De dolo & contum.

Pontificium delegationis diploma scriptum Fundis a Clemẽte, 7. Antipapa 5. Calend. Ianuar. seu die 18. Decembr. Pontificatus An. 1.

Die 23. Iunij. 1379.

Regij Codicilli de permutatione Vailliacæ vrbis cum Ecclesia Rhemensi, contracta, die 26. Iulij. 1379. Cuius permutationis Literæ lectæ, publicatæ & registratæ in Curia Parlamẽti die 16. Augu. Eod. An.

Eadem Literæ permutationis pariter registratæ in Thesauro Dn. Regis Parisius, & ibidem per dominos Consiliarios super facto Domanij regis ordinatos, & Thesaurarium D. Regis expeditæ Die 13. August. 1579.

dicendi argumento, molestum putemus, nec minùs scriptori quàm lectori.

Qvamvis Templorum prædia venire nequeant, tamen de rebus Phratriarum, quæ *Confraternitates* vocantur, hæsitatum est. Putant nonnulli, earum fortunas profani iuris esse, nec Ecclesiastici, obidque liberius alienari. Perusi. in Cap. 1. De reb. Eccles. non alienan. fretus Baldi opinione in Authen. Hoc ius porrectum Cod. de sacrosan. Eccles. At credimus vtique, tales possessiones perinde diuino vsui cultuíque dicatas moueri non debere, ac Phratrias ipsas nos pietatis plenas eóque licitas iudicamus. Ex Gloz. in Can. si quis clericorum. xi. Quæst. 1. Alexander I. C. Responso 102. Lib. 7. Hanc 6

An relictum fraternitatibus Laicorum, dicatur relictum ad pias causas Alexander, in Consil. 102. Volum. 7. Bald. in l. id quod pauperibus Cod. de Episcop. & Cler. (in 21. Quæst.) quæris & resoluit, legatum quod debet erogari pro executione in pios vsus, seu in pauperes Christi, posse erogari in Fraternitates Laicorum, *tenus le distribuer* in vsus pios, per Cap. exiit qui seminat, De verb. signif. lib. 6. Idem sensit Angelus in repetitione leg. 1. C. de fid. instrument. & iur. hast. fisc. Lib. 10. In vers. De tertio similiter.

Confrairie, aux Eglises.

Concilium Nanoetense.

sententiam fulcit sanctio prisci Nannetum Concilij (Cap. 15.) ita scripta, *De Collectis vel Confratriis, quas consortia vocant, tantum fiat, quantum rectum ad auctoritatem & vtilitatem atque salutem animæ pertinet. Vltra autem nemo sacerdos neque fidelis quisquam in Parochia nostra progredi audeat, i. vt in omni obsequio religionis, videlicet in oblatione, in luminaribus, in orationibus mutuis, in exequiis Defunctorum, in eleemosynariis, & cæteris pietatis officiis &c. Pastos autem & comessationes, quas diuina auctoritas vetat, penitus interdicimus.* In. 3. Tomo Consil. Præterea vetuit Rex Edicto Aurelianen. (An. 1560.) ne symphratores seu *Cófratres* suæ Societatis reditus, qui sacris peractis supersint, alium in vsum impendant, quàm in literariæ Scholæ instructionem iis in Oppidis aut vicis, vbi Phratriæ sunt institutæ. Edicti Artic. 10.

Ecclesiastica verò prædia, quæ sacris ministris quæsita sint cum redimendi pacto, reuocari possunt in profanorum commercium redhibitoria illa pacti lege. Nunc de eo proposita est in Senatu quæstio perelegans, nûm Ecclesiæ olim vendita purè à Massiliensis Prouinciæ Regulo, licitè condicantur à Rege (cui pridem adiuncta Prouincia est) quasi priuilegiario iure Dominici agri redimendi. Subiiciamus facti speciem. Fulgo Dagoustus Prouinciæ Comitum procurator venundedit Episcopo Vanciensi Gulielmo ius meri imperij seu sublimis Iurisdictionis in Ciuitate Vanciensi mille ac ducentis florenis. 3. Kalend. Iunias An. 1358. Deinceps puram hanc alienationem Ludouicus Ianáque vxor Comites ratam habuêre. 14. Kalend. Septembres An. 1415. Nuper autem Regius Actor Vanciensium oppidanorum impulsu lege egit Fiscalium rerum persecutoria, aduersus Ludouicum Bueillium Vanciensem antistitem, intenditque Gallici Sceptri iura ac ditiones, etsi nudè simpliciterque distractas, tacitam habere pacti redhibitorij conditionem, nec aliter priuatis concedi, quàm perpetua redimendi cautione. Cuius notionem controuersiæ cùm sibi adciuisset Princeps, 7

Comitatus *de Prouãce.* Fulco *d'Agoust Seneschal de Prouence*, qui procuratorio Comitis nomine vendidit Episcopo *de Vance en Prouence, la haute Iustice de la ville.* Die 30. Maij An. 1358. Ratificatio venditionis à successoribus Comitibus facta die. 19. Augusti Ao. 1415. Vanciensis Episcopus Archiepiscopi Ebreduoēsis suffraganeur. Alius est Vasionensis Episcopatus in Prouincia, a quo duplex Vasionense Conciliū dictum, Leone. 1. P.P.

mox

mox reiecit ad Conscriptos Curiæ Parisien. iustos Regij Patrimonij disceptatores.

Cuius prouincialis Concilij decreta citātur à Gratiano Can. Præcipiendum est secundum 15. Qu. 2.

8 Nos ergo in Senatu pro Vanciensi Episcopo, alienationem illam putè contractam fuisse, nulla facta aut recepta redhibendi potestate. Alienatorum reuocatoriam legem, quæ REI DOMINICÆ propria est, ad veteres Prouinciæ Comitum fundos trahi non debere. Quippe qui in priuato Comitum censu, eousque numerentur, quoad Galli Reges fuerint à postremo Regulo Comitatus hæredes nuncupati. Vnde fiscus in priuati bona succedens vtitur iure priuati pro anterioribus suæ successionis temporibus: Cæterùm postea quàm successit, habebit priuilegium suum. l. fiscus. Et ibi Bartol. ff. de iur. fis. Idem in l. cum filius §. in hac. ff. De verb. oblig. Cynus in Authent. Quas actiones Cod. de sacrosan. eccles. Constat autem, Francos reges Phocensis Prouinciæ dominium nactos fuisse vltima potiùs testantium Comitum voluntate, quam patronali supremóque Francici Diadematis imperio. Ob id Karolus. 8. expressim cauit, diplomate alienatorum in pristinam DOMANII causam reuocatorio non contineri Prouinciæ agros qui à priscis Comitibus distracti fuerant: nisi si quid post vltimi Comitis interitum Ludouicus XI. priuatis mancipasset. Edicto. 7. Kalend. Martias An. 1483. Idem denuò princeps Narbonensem hanc prouinciam Sceptro coniunxit indiuidua Vnionis lege: sed ita, vt Pop. libertas, mores, priuilegia, immunitates antiquæ Prouincialibus colonis seruarentur. Binis Codicillis 7. Kalend. Martias 1483. & Mense Octob. An. 1486. Consimili dehinc lege, sancita est à Ludouico 12. Prouinciæ

Auctoris Actio forensis in Senatu de ea quæstione, an verus Domanium Comitū Prouinciæ ab iis olim venditum, sit hodie redimibile ex Regia lege domaniali Gallorum, qua Regium Domanium semel alienatum perpetuò redimi potest.

Carolus Andegauus Prouinciæ Comes vltimus testamēto Gallum regem hæredem instituit. An. 1481. Vt Nos vberius in Tabe. Domanij Francici.

Ordinatio Caroli 8. die 23. Februar. An. 1483.

Par le téstament de Charles d'Anjou du 10. Decembre 1481 le Roy Loys 11. Charles son fils & successeurs Roys sont instituez heritiers à la charge expresse de garder & entretenir tous les priuileges, droicts, franchises & immunitez du pays de Prouence.

Franciscus de Claperij, Conseiller en la Cour des Comptes & Aydes de Prouence, In sua Centuria causarum fiscaliū in sūma Curia Prouinciæ decisarum, rejette les mesmes unions des Comtez de Prouence & Forcalquier, & transcrit le testament au long in caus. 1. Quæst. 1.

vnio cum Gallica corona, Mense Iunio An. 1498. Quàm Franciscus 1. repetiit innouauítque Codicillis. April. Mens. An. 1515. & 12. Kalen. Quintiles An. 1532. & 11. Kalend. Decemb. 1535. His quippe Rex propalam contestatus est, Edicta alienatorum restitutoria in pristinū publici patrimonij statum, nullo modo referri ad prædia Comitatus prouinciæ, & Forcalquerij, quæ veteres harum regionum Domini priuatis transcripsissent. Secundùm quos proinde Senatus Parisiorum haud semel pronunciauit, redhibitoria DOMANII lege nequicquam obstante Decreto Idibus Martiis An. 1536. contra Vicanos *de Grambois*, quibus procurator fisci regio iure accesserat: victore Lazaro à Cruce, eius territorij dynasta. Altero rursùm eiusdem Curiæ iudicio postridie Idus sextiles An. 1537. de Noyeria ditione, pro Lazaro Cruceo. Tom. 7. Idus Februar. An. 1568. de Procomitatu *Reilhannia*, inter Syndicum municipum eiusce Procomitatus simul cum Fiscali cognitore, & Antonium Bollierium sub-

Literæ patentes Francisci. 1. Die 20. Iunij An. 1515. & die 21. Nouemb. 1535.

Arestum Curiæ Pari. die 15. Mart An. 1536. entre les habitans de Grambois, le procureur du Roy ioinct, & Lazare de la Croix sieur de Grambois, sur l'execution dudit procez de Prouence à Paris.

Iudicium Curiæ die 14. August. 1537 *de la seigneurie de Noyers.*

Aliud latum die 7. Februar. An. 1568. *touchant le Visconté de Reilhanne autrefois acquis par les sieurs de Bolhetes*. de Comite Prouinciæ die 25. Ap. 1410.

comitem, cuius proaui dominatum istum pretio compatarant à Ludouico. 2. Siculo rege, & Massiliensis Prouinciæ Comite. 7. Kal. Maias An. 1410. Quantò magis à Comite ipso distracta in causam piam & Ecclesiasticam, fiscali eximentur redemptioni? Nam pari modo in Ecclesiam licitè transferuntur res fideicommissæ ac restitutioni subiectæ, alioqui inalienabiles. Vt vult Angelus in l. quidam ita tastamento §. vlt. D. ad Trebel. Bald. in Authen. Res quæ Cod. commun. de legat. Et ibi Corneus colum. 2. Iason. colum. 9. Versic. duodecimo extende. Romanus Consilio. 297. Tiraquellus piæ causæ Priuilegio 102. Ritè enim argumentum ducitur à dote ad piã causam. l. cum is. §. si in ea. ff. De condict. indeb. Dos autem lege excipitur à fundorum substitutionibus seu fideicommissis. cit. Auth. Res quæ & l. Mulier §. cum proponeretur D. ad Trebel. Ecclesiæ item priuilegium illud porrigitur ad clientelares fundos eidem donatos, etsi reluctante patrono. Si Pontificij iuris interpretes sequamur, Hostiensem, in summa Tit. de immunitate Eccles. §. inquantum Vers. sed nec illa. Romanum in singul. 529. Speculat. in Tit. De feudis. §. 1. Vers. 19. De quo itidem Felynus, in Cap. inter dilectos Col. 8. De fide instrum. Quò minùs Principem deceat, ab se Templis data aut vendita reposcere, quæ si ab aliis tradita fuissent ipsorum tutelam Reges defensionémq; subire pro Ecclesia debuissent. Nam optimum quémque Regem Ecclesiasticæ rei studiosum esse docent vel *Statuta* ipsa Phocensis prouinciæ, quæ nobis sunt in manu, Scholiis illustrata à Ludou. Masseo, causarum patrono in Aquẽsi Senatu. Prouinciali enim constitutione cautum fuit à Renato Siculo Rege, in relictis Deo nullum Falcidiæ deductioni locum fore, nec eius quartæ, quæ Trebelliaho S. C. ab hærede solet retineri. Postridie Idus Decembres An. 1456. Ex Regesto Potentiæ Fol. 279.

An hæc canonistarũ opinio de Feudis ab Ecclesia acquisitis sine consensu domini feudi retinendis, seruetur in Francia, vide quæ scripsimus suprà Tit. 1 huius Lib. & de Domanio Franc. Lib. 2. Tit. penul.

Statutum *de Prouence* die 14. Decem. 1456.

Nec minori in Ecclesiastica iura propensione, sanxit Ludouicus. 12. rex, prædiatias Episcoporum controuersias, aliorúmque Ecclesiæ Præfectorum in Massiliensi prouincia vnum agnituras Iudicem, patrium Aquensem Senatum, quem Ludouicus tum primùm ea in ora Gallica instituebat. Anno Christi vno & sesquimillesimo, Mense Quintili. Differebam insuper, Fiscalis patrimonij redhibitorium ius longo vsu captum videri, bísque seculari priuata possessione. Regia quidem iura suprema diuturno silentio non admitti, qualia multa recensuit Miles in somnio Viridarij, eorúmque contra priuatos æternam esse auctoritatem testatur inibi Militis ac Clerici Dialogus Cap. 251. Verùm ea saltem longæua præscriptione tollitur fiscalis prædiorum condictio reuocatióque DOMINICA, quæ communem mortalium memoriam excesserit. Angel. ad l. Nõ solùm. ff. De Vsucap. Huc vergunt Felyni dictata ad Cap. cum ex officij. Et Cap. Accedentes de præscript. Nũm adempto certis Constitutionibus præscriptionis remedio, immemorabilis quoque ipsa excludatur.

Parlamentum *d'Ayx en Prouence.*

Droict de reunion au Domaine, prescript priuata possessione ducentorum annorũ.

Immemorialis possessio.

EDIVER-

9 EDIVERSÒ Brissonius pro Fisco, Narbonensem prouinciam, vetus esse Gallorum Regum beneficium, & in Regia purè clientela, antequàm ditio hæc in Francici diadematis corpus referretur. Hinc commissoriam DOMANII legem promiscuè exerceri in Prouincia consueuisse, vtì in alia quauis Galliæ regione. Venditionis ergo tabulas in iure editas, quibus rem de qua lis erat, olim distractam à Prouinciæ Comite liqueat, redhibitoriæ Legis præscriptioni refragari. Causa publicè acta, PATRES ampliùs deliberandum censuerunt. Pridie Idus Apriles An. 1576. Vt autem prædictæ alienationis cautionem expendas maturiùs, en tibi summæ illius instrumenti clausulæ. *Vendidit Iurisdictionem meri Imperij, quam habebat dicta Curia Regia in castris prædictis, & eorum territoriis: Item merum Imperium, quod habebat Curia in ciuitate Venciæ in hominibus quos habebat ibi, habet, & habebit dictus dominus Episcopus, & sui in Episcopatu huiusmodi successores in eius territorio & districtu, vbi habebat dictus dominus Episcopus ante dictum contractum, & in aliis, si & prout habebat & habet mixtum Imperium, ac in aliis hominibus propriis suis & Ecclesiæ, seu quibuscunque delinquentibus in dicta ciuitate & eius territorio, quę nunc sunt & erunt pro tempore: Ita quod omnia iura, reditus, Iurisdictiones, proprietates, res & bona superius vendita cũ pertinentiis suis ad ipsum dominum Episcopum & eius Ecclesiam sint cum omnimoda Iurisdictione per venditionem huiusmodi deuoluta perpetuabiliter in æternum: Iuribus tamen maioris dominij & senhoriæ, recognitionis & homagij, ac Sacramenti fidelitatis regaliarum, & appellationum in omnibus reseruatis, pro pretio mille & ducentorum florenorum auri de Florentia boni & iusti ponderis, &c.*

Comitatus Prouinciæ vetus feudum coronę Franciæ.

Appointé au Conseil en Parlement die 12. Apr. Ao. 1576.

Ideo vocat hic Curiã Regiã prouinciæ Comitem, quia tũdè Siciliæ regno dominabantur.

Extant quoque literę cessionis & donationis factæ a præposito, Canonicis, & Capitulo Vanciẽsis Ecclesiæ ipsi Vanciẽsi Episcopo, mixti scilicet imperij seu mediæ Iustitiæ in oppido Vanciensi, die 21. Sep. Ao. 1515.

10 MIRENTVR obiter quidam, ius gladij Conuentione ista in Pontifices sacrorum transiisse, quibus interdicta sit grauior in capita hominum animaduersio & coërcitio. Sed hoc problema iamdiù discussit Bertrandus Cardinalis, singulari Libello de institutione vtriúsq; Iurisdictionis, tùm spiritalis, tùm profanæ. Sub annum 1330. Nil enim vetat quominùs Ecclesiastici magnates ex profana Ditione sibi vindicent, vel in plebeïos quidem, merum mixtúmque Imperium. Vt Bohicus ait in Cap. si diligent, De præscript. Vbi Præsules quosdam, Dominos esse, atque adeo Principes attestatur. Exempli causa, cœnobij Magister D. Germani apud Antissiodorum, ius dicit in multis eius Oppidi vicis ac suburbiis, profana Dominicáque potestate. Cuius metas territorij circumscriptas legi vetusta Abbatis Transactione cum Vilhelmo Cabilonensi Antissiodori Comite & Tornadorensi, quam Senatus Parlamentaris comprobauit. Ianu. Mense An. 1296. Inde Comitis foro Imperióque iuridico *Patres Parisien.* exemerunt non modò cucullatos sacerdotes Ædis Germani, sed & ipsorum subditos, profanæque Monachorum obnoxios Iurisdictioni Decreto An. 1404. Id quod Rex Karolus. 7. Rescripto confirmauit. 6. Idus Nouembr. An. 1448. Tum Ludouicus. 11. diplomate. 7. Kalend. Septemb. An. 1466. Karolus. 8.

Grauissima tamen Ecclesiæ pœna excõmunicatio, de cuius pondere multa Nyssenus in oratione aduersus eos, qui castigationes ægre ferunt. Nec mortalis tamen illa est, sed medicinalis, inquit August. Cã. Corripiatur. 24. Qu. 3.

De temporali iurisdictione Abbatis & Cõuentus S. Germani Altissiodoren. litigiosa cum procuratore fisci in Senatu. *Appointé au Conseil en la grãd Chambre, & cependãt, que les Arrests omologatifs des Transactiõs pour la Iurisdictiõ desdits Relegieux seront executez* die 2 Ianuar. Ao. 1586.

Concordatum in Curia An. 1296. inter Gulhelmũ *de Chalon Comte d'Auxerre & de Tonnerre, & les*

Religieux Abbé & cõuent de S. Germain d'Auxerre.

Literæ confirmationis priuilegiorum & exemptionum dictæ Abbatiæ Die 8. Nou. Ao. 1448. Et 26. Aug. 1466. Lectæ & publicatæ in sede Regia *de Villeneufue le Roy, Baillage de Sens.* Die 15. April. Ao 1488.

Mense Ianuar. An. 1487. Quæ omnia regij fori Neapolis seu *Villanouæ* Regestis inscripta sunt. 17. Calen. Maias An. 1488. Quinimò apud Heluerios paret Abbæ S. Galli in Turgea oppidum wila, & vicina regio in certas distributa Præfecturas: quibus Rectores à Cœnobiarcha impositi iuridicum exercent imperium. Toggemburgiorũ item Comitatus ad Abbatem pertinet, qui territorio Præfectum constituit, rerum capitalium Iudicem summum. Item in Præfectura Rheguscorum, quæ ad Heluetios spectat, minor Iurisdictio in plerisq; vicis competit Abbæ seu Æterіarchæ. Iis in locis suos iste Ammanos & officiales habet, qui ipsius nomine, minori funguntur Iurisdictione: supremum quoque ab eo constitutum est Iudicium, ad quod ab inferioribus his prouocationes fiunt, & vbi maiores causæ disceptantur. Teste Symlero Tigurino, de Repub. Heluetiorum Lib. 2. Nec diuersè omninò Francorum Grandimontanus Abba ius reddit in suo Territorio, ab vetusta Marchianorum Comitum donatione, qui ex eo Comitatu PARES seu Patritij Franciæ vocabantur. Atque hinc contigisse ferunt, vt à Grandimontanis (quasi Parium Francic.) Iudicibus prouocationes rectà deuoluantur ad Senatum Parisien. Nullo certè casu profani Antistitum Iuridici ex appellatione reformantur à Sacro Magistratu superiore, qui Ecclesiasticis tantùm controuersiis notionem interponit, ac disciplinæ Cleri. Quod in Allobrogibus sanxit Edicto Philibertus Emanuel nominatim. 6. Calend. Octob. An. 1561. Huius enim Allobrogicæ Constitutiones extant, Iam inde ab anno 1559. latæ identidem, prout res exigebat.

Abbas *de Grammont* caput Ordinis, *ayant dõ de Iustice temporelle des Comtes de la Marche.* Quorum Comitũ meminit passim Ioynuilleus in vita Ludouici 9. Regis.

Ordinatio Ducis Sabaudiæ, die 26. Sept. Ao. 1561.

PORRO Allobrogibus Geneua finitima, variis quondam dissi- 11
diorum fluctibus iactata est ab Humberto eius Episcopo, & Aymone Comite, meri Imperij fasces vtrimque sibi asserentibus. Transactione interrupta lis veriùs, quàm pacata à Viennensi Archiepiscopo An. 1124. Nam aliquantò post demortui Præsulis successor egregio Friderici Cæsaris munere obtinuit Iuridicã omnẽ ac Dominicam potestatem in Ciuitate & territorio Geneuensi. Interiecto tempore, Amedæus Sabatiorum Princeps egit cum Martino. 5. Pontifice, vt in vrbe Geneua, eique contributis agris, quasi postliminio, vteretur iure maximæ coërcitionis. An. 1420. Sed eius conatibus obsistente Episcopo, decidit de spe Allobrox: Donec Antistes tandem ipse est Solio Oppidóque deturbatus, redacta propemodũ in Heluetiæ formam Reipub. Ciuitate. Vt Sabaudiæ Annales produnt, & Munsterus Cosmographus lib. 2. De Gallia. Inde & Geneuenses perpetuum cum Heluetico Bernatum Pago fœdus pepigêre, ac ius Ciuitatis *Burgracht*, quòd arctiùs etiam firmatum est Anno. 1536. Qua ætate, ob mutatam religionem Sebusianus Dux, & Episcopus Geneuensis vrbem bello lacessebant. Auctore Symlero, De Repub. Heluetiorum Lib. 1. Paulò quidem antea, Maximilianus Imperat. Vicarium in Geneuensi Regione Philippum nuncupauit Alpi-

Edicta & statuta Sabaudiæ condita, aut renouata a Philiberto Duce quæ in foro Voconij impressa sunt, quam principem vrbem *Chamberiacum* vocamus. Est & forẽsis alter Codex styli & Constitutionum iudiciariarum Allobrogici fori, quæ à Senatu patrio decretæ sunt.

Ame. 8. Duc de Sauoye.

Gebennensis Episcopo rescribit Innocen. 3. Cap. Inquisitionis De accusat.

Princeps Pedemontis Sabaudiæ dux, *pretendant le pays de Geneue & Geneuois.*

Alpinarum gentium principem generum suum. Eóque noui iuris titulo fretus Philippus, eiúsque frater Karolus Geneuam sibi subiicere adnixi sunt, obtendentes Vicariæ potestatis priuilegia Comitibus Allobrogũ olim data à Karol. 4. Cæs. Qui omnẽ tamen Iuridici Imperij vim, ac præminentiam in Geneuensi ciuitate ac territorio Comiti Amedeo denegarit. Vti Symlerus & ipse tradit, vbi suprà. Sed vt propiùs nostræ Galliæ sacras Ditiones persequamur, Francicæque Procerum Ecclesiæ, in promptu est Bellouacorum Pontifex simul & Comes, qui profana potestate ius ciuibus suis administrat. Intantùm, vt ciuibus olim Episcopi Dominii iugum imperiúmque detrectantibus, Rex ipse Bellouacos adierit, & populari tumultu sedato, Episcopum in sua iura Dominicámque auctoritatem restituerit. Quemadmodùm hoc Principis Rescripto apparet. *In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, &c. Ludouicus Dei gratia Francorum Rex, & Dux Aquitanorum, Omnibus fidelibus in perpetuũ. Ex moderamine sceptri nostræ congruit excellentiæ, omnium qui de & sub ditione nostra sunt, & potissimùm Ecclesiarum iura tutari, quas protinùs improborum lacerabat violentia, nisi Regio & materiali subueniatur eis Gladio. Notum sit igitur vniuersis fidelibus præsentibus & posteris, Episcopum Beluacensem Henricum fratrem nostrum ad nos detulisse querimoniam aduersus ciues Beluacenses homines suos, qui per occasionem Communiæ nouam & illicitam assumentes audaciam, Episcopi Beluacensis Ecclesiæ occupauerunt iura, & Iustitiam quam habet Episcopus in singulos & in omnes de curia etiam Episcopi quendam suum Iuratũ quærentem ab eo iustitiam, ausu temerario reuocauerunt, vt ab eis & per eos haberet iustitiam & satisfactionem. Ea de causa, prædictus Episcopus nos adduxit Beluacum, & in præsentia nostra querimoniarum actione tractata, & in palam lectitata communiæ chartula. Tandem recognouerũt ciues, solius Episcopi iustitiam esse totius villæ, & si quis excessus vel fore factum contigerit, ad Episcopum vel ministralem ipsius referendus est clamor. Sancimus igitur ex Regiæ auctoritatis excellentia, quod semper ad Episcopum querimoniæ perferantur, & nemó sit tam præsumptuosus, vt de iure Episcopi & Ecclesiæ scilicet de facienda Iustitia se intromittat apud Beluacum, quandiu vt fiat, in Episcopo non remanserit. Sed si forte in eo (quod absit) remanserit, tunc ipsi ciues habeant licentiam suis conciuibus faciendi iustitiam: quam melius est tunc ab eis fieri, quàm omninò non fieri. Quod vt ratum sit firmúmque, & perseueranter immobile, & scripto commendari, & sigilli nostri auctoritate corroborari mandauimus. Adiecto nostri charactere nominis. Actum Beluaci solenniter, Anno ab incarnatione Domini 1151. Astantibus in Palatio nostro, quorum subnotata sunt nomina & signa, Radulphi Viromandorum Comitis dapiferi nostri, Guidonis Buticularij, Mathiæ Constabularij, Mathiæ Camerarij, Raymundi de sancto Valerico, Heliæ de Gerboredo, Adæ de Brustar, &c.* Eam pariter subditorum cum Episcopo suáque Ecclesia discordiam, paulò antequã pacaretur à Rege, notauit D. Bernardus illorum temporum æqualis. Epist. 2-8. ad Eugenium. 3. P. pro Episcopo Beluacensi, Vers. Fouendus est deuotus iuuenis fauore paterno, & zelus bonus quem

An 1216. Mense Mat. Mandatis Philippi 2. regis concepta fuere verba & formula Iusiurandi fidelitatis, quod omnes homines Beluacenses tam maiores quam Iurati, & alij omnes, qui sunt de communia, præstare tenentur.

Arestum Curiæ die 16 Ianu An. 1380. Dictũ fuit, quod quantum ad assecurationẽ quæ sit facienda inter Mainrem, Iuratos, & ciues Beluacenses curia debebat reddi episcen. Beluacen. & locus dicti Episcopi de Mainre prædicto, à quo per gentes Domini regis fuerat spoliatus, restitui Sed quantum ad inobedientiã dicto Mainri à Iurato sun vtendo officio super negotiis dominum Regem tãgentefactã, Curia domini regis cognoscet, & emendari faciet, quæ fuerint emendanda.

De prælatis Ecclesiasticis simul & terra ã Dominis iustitiariis.

Arresta Curiæ de Politica iurisdictione episcoporum *de Langres, & de Noyon*, temporalem iurisdictionẽ habentium. Die vlt. Maij. & 20. Octo. an. 1572.

pro sua Ecclesia gerit, non modo approbandus, sed & iuuandus. Sic seipso indies deuotior, feruentior, fortior fiet, cùm vexationes & tribulationes quæ nunquam desunt illi Ecclesiæ à malis hominibus, manu indeficientis auxilij vestri sibi senserit è regione leuari.

Murtrũ, Raptus, & Incendium.

12 HÆC de sacris Galliæ præfecturis, quæ annexam coniunctámq; habuerunt profanæ iurisdictionis auctoritatem. Ac retinent etiamdùm sparsim Franciei Pontifices Iuridicam vtrámque potestatem diuerso intuitu, variarúmque ratione possessionum, sacrarum videlicet, ac profanarum. Quin & profana Episcopi Iurisdictione Senatus Ἀγορανομίας comprehendi iudicauit, id est, vrbanæ Politiæ præfecturam, cum singulis huiusce capitibus. Celebri Decreto secundùm Lingonensem episcopum contra procuratorem Fisci, Pridie Kalend. Iunias An. 1572. Suprema item Curiæ sententia pro antistite Nouiodunensi in Belgio, aduersus regium cognitorem. Sexto Idus Octob. An. 1572. Tales verò Præsulum Iudices rectè ius dicere de Raptu, insidioso Parricidio, & Incendio negant plerique, Regiæ ista notionis crimina esse rati. Ea tamen haud vsquequaque Regiæ sunt animaduersionis, prisco nempe Francorum Vsu attributa sublimi Iurisdictioni identidem, Dominísque ius Gladij habentibus. Vt Senatorio veteri stylo refertur, Parte. 1. Cap. 31. Quò lucurentius adhuc testimonium depromi possit ex vetustioribus Curiæ monumentis. Sed quæ interim produnt, Regem crebrò suæ cognitioni flagitia id genus reseruasse titulo altæ Iurisdictionis, in hunc modum. *Cum quædam mulier quæ quasdam potiones dabat hominibus, vt obdormirent, quo furtum facere posset, à Maiore & Iuratis Syluanectensibus iustitiata fuisset, & inhumata: Bailliuo Syluanecten. dicente, casum huiusmodi esse casum altæ Iustitiæ, & ideo illum ad dominum Regem, qui in Villa Syluanecten. Raptum, Murtrum, & Homicidium retinuerat, pertinere. Dictum fuit, quod dictus casus ad bassam iustitiam pertinebat, & fuit super hoc impositum silentium dicto Bailliuo. Inter Iudicia, consilia, & Aresta expedita in Parlamento Candelosæ, Anno Domini.* 1276.

Abbas pariter S. Ambrosij Biturigum, est dominus temporalis Burgi S. Petri *de Bourges*, illi donati a Vicecomit. *de Bourges*. Roberto in Gallia regnante. Inde dictum vulgò *le Bourg S. Ambroise de Bourges*. Similiter Raymondus Berengarius prouinciæ Comes dedit Episcopo Rhegiësi (*de Riez*) terram ditionē, feudū, & iustitiam quam habebat in territorio *de S. Iullanet de Eray, en Prouence*. Literis die a. Oct. Ao. 1248.

Ce S. Ambroise cy dessus cité est S. Ambroise de Cahors, & non l'Archeuesque de Milã, Quo de Ambros. Cadurcensi Episcopo, Vsuardus, & Baronius in Martyrologio Romano Die 16. Octo.

Iure ciuili scelera, ex quibus pœna sanguinis vel fustigationis infertur, in distinctè meri imperij sunt. l. imperium ff. de Iuris. omn. iud. l. vulgaris. ff. De fur. Sed in terra consuetudinaria Galliæ, occasiones sine proposito, et in ea dicuntur esse de iustitia media, & alia eiusmodi crimina, quamuis pœnam sanguinis ingerant. Nisi aliud scripta locorum consuetudine speciali determinetur. Exceptis etiam tribus, de quibus in textu. Ea de re scripsit plura Molinæus in consuetud. Parisien §. 169. Antiquum S. C. de raptu, murtro, & homicidio.

Par les Edicts Royaux de France & d'Espagne un tiltre presbyteral est inalienable, vt scripsi Lib. 3 de Legib. Andium Tit. De collat. bonorum art. 1. Tamen in alienatione necessaria, Aufrerius *en sa Decision* 245. ait se vidisse seruari quod clericus etiam excommunicatus pro debito ciuili admittebatur ad faciendam sequestrationem fructuum sui tituli seu beneficij, reseruata sibi congrua portione, pro ipsius sustentatione iuxta Gloz. in Can. studeat. Distinct. 50 *Encores que* Abb. Siculos. *dit que* pro debito priuato clerici, non est facienda executio in fructibus beneficij In cap. peruenit De fideiuss. & ait Gloss. in l. miles ita ff. De re iudic. quod miles huiusmodi sacræ militiæ tenetur tantum inquantum facere potest deductoque ne egeat. Speculat. in Tit. de primo & secundo Decreto §. restat Vers. quid si reus non habet nisi præbendam vel beneficium.

Au Parlement de Tholose il semble que ledit Tiltre presbyteral baillé par le pere à son fils n'est pas simple rente viagere, ou pension alimentaire, laquelle n'est alienable. mais en fonds de terres, qu'il est alienable par le fils iusques à la concurrence de la legitime qui pourroit appartenir audit fils sur lesdits immeubles en la succession paternelle. Quia legitima non potest grauari, & est libera & proprietaria *audit fils donataire, selon l'opinion de Maynard Conseiller audit Parlement*. Lib 7. Quæst. iuris in Tholosano Senatu Decisar. Cap. 81.

13 VTRAVIS porro Antistitum Iurisdictio in Principis tutela posita est, seu Ciuilis, seu Ecclesiastica, ne eandem Clerici faciliùs possint abalienare, quàm sacrorum agrorum possessiones. Primus omnium Constantinus Sacerdotes lege lata immunes liberósque esse permisit, iurísque dicundi potestatem in eos Episcopis publicè attribuit, siquidem illi profanorũ cognitionem Magistratuum declinarent

B. Clementis P. Epist. 1 cautũ erat, vt si qui ex fratribus negotia haberent inter se presbyterorum sententia deciderentur. Can. si qui ex fratribus 11. Quæ. 1. Deinde Vrbanus. 2. P. rescripsit

rent, & quod Epiſcopi iudicaſſent, id robur & auctoritatem ſententiæ omnem habere decreuit. Firma quoque ac immutabilia eſſe voluit, quæ in maioribus Eccleſiæ Comitiis ſancirentur. Inſuper quæ ab Hierarchis iudicio definita eſſent, ea vt Ciuilis magiſtratus exequeretur militari manu, conſtituit: Libertatē ſimul Eccleſiæ cōceſſit Edicto perpetuo, & vt libertate presbyteris teſtibus donati, in Romanorum ciuium albo cenſerentur. Cuncta hæc obſeruata fuiſſe in Orientali Hierarchia ad ſuam vſque ætatem, memorat Nicephorus Eccleſ. Hiſtor. lib. 7. Cap. 46. Imò & Maximinus, Conſtantino illo victore, Chriſtianorum tutelari Deo piam ſanctionem adſcripſit pro Chriſtianis, qua ipſorum ædes, ac prædia, quæ Diocletiani iuſſu fiſco ceſſiſſent, aut à ciuitate aliqua emptionibus donationéve tenerentur, in antiquum ius reuocata ſunt Chriſtianæ ditionis. Præterea edixit, vt quiſquis Chriſtianam pietatem poſtmodùm vellet amplecti, id ei liceret pariter & Fana conſtruere, * κυριακὰ inde appellata. Vt eſt apud Euſebium, lib. 9. & Nicephorum, Sacræ Hiſt. Lib. 7. Cap. 38. Ex quo credibile certúmque adeò fit Germanos Eccleſias *Kyrchen* nominare. Eodem Religionis ſtudio, Ludouicus Hunnorum rex fertur Chriſtiani populi priuilegia cuſtodiiſſe ac immunitates, Templorum iura læſiſſe nunquam, Prouincias, quas in Chriſti fidem aſſeruerat, omni libertatis officio ſibi cōciliaſſe. Annum circiter. 1360. Ab hoc Principe religio in Pannonia miris aucta eſt modis, & vſque adeo propagata, vt plus tertia Regni parte in diuinum vſum poſſidere diceretur. Ludouici pater Karolus Eremitarum collegia introduxit, qui Laurentij phanū, S Crucis, Spiritus Almi, & B. Vvladiſlai delubra ſibi vſurparint. At Ludouicus in Nozthre Cœnobium his præſtantiſſimum addidit, & in Leueldo aliud excitauit Carthuſianis, magnificiſque muneribus cumulauit. Duas necnon Ædiculas regio ſumptu conſtructas magnæ Matri vouit ingentíque munere excoluit, Aquiſgrani alteram, alteram in Cellis. Multos inſuper ex Optimatibus nobilitatéque Vngarica ſuoptè exemplo ſtimulauit ad hæc Chriſtianæ pietatis opera publica, vt illi deinceps templa donariáque Diuis immortalibus dedicarent. Sicuti à Bomfinio perhibetur, Rerum Hūgaric. Decade. 2. Lib. 10.

> ad Radulphum Comitem, nulli ſeculari Domino poteſtatem in Clericos habere licere, ſed omnes clericos epiſcopo ſoli debere eſſe ſubiectos. Ex Yuone Carnutenſi parte 6 de Cauſis clericorum cap. 408 L. 1 & 2. Cod. de iis qui in Eccleſ. manumit.

> Maximini iterum pro Chriſtianis edictum propoſitum eſt, nondū integro exacto anno, ex quo iuſſiones eius aduerſus Chriſtianos columnis inciſæ fuerant: Et quibus antea apud Maximinū non dico regionem aliquam, ſed ne ſolitudinem quidem incolere permiſſum fuerat, verùm vt impij Deóque carentes innumeris ſuppliciorū generibus obiiciebātur, ij tandem religionem ſuam habere, & ædes ſacras conſtruere iubentur, iuribúſq; ſuis illis vti frui permittitur.

> * dominica.

> Apud Hūgaros Chriſtianæ religionis amplificatio.

14 INTERDICTA alienatione ſacrarum facultatum non continentur pigneratitia iura ſeu nummis conſtituti reditus, rametſi inter res ſoli numerentur. Nam vectigal ære comparatum ab Eccleſiis temporariam cauſam habet, ac reſtituta pecunia quandolibet reuocabilem, velut commiſſoria lege. In tali quippe reditu volatili & hypothecario, Eccleſiæ creditricis nihilò fauorabilior eſt conditio quàm plebeiorum. Ideóque ſi excedat legitimum vſurarū modum, ad hunc reducenda eſt pecuniaria illa penſitatio. Ita Nobis in Senatu agentib. pronuntiatum fuit. 18. Kal. Dec. An. 1580. ſecundùm Poinetos quoſdam debitores nūmarij vectigalis pigneratitij

> *Des rentes conſtituees à prix d'argent*, quæ perpetuo redimibiles ſunt.

> Areſtum Curiæ *en plaidant à la grand Chambre du Par emēt* Die 15. Decembr An. 1580, *entre les Poinetz appellans du Bailly d'Eſtampes, Et les Adminiſtrateurs de S. Lazare d'Eſtampes intimez.*

in curatores bonorum Hospitalis Ædis D. Lazaro sacræ, apud St am pas Belsiæ oppidum. Etsi enim pretij sortem, quo reditus ille coemptus sit curatores redegissent ex grandium arborum venditione rerúmque immobilium piæ Ecclesiæ, ac eandem publicè in foro pluris licenti addixissent lege vectigalis annui: Patribus tamen placuit, debitores nec ad vectigalis redemptionem, vllo pacto vrgeri, nec ad vsurarum præstationem, vltra modum patriis moribus præfinitum. Quando & Ecclesia ipsa ampliorem, quam priuati, iustitiam tueri debeat. Cap. 1. §. si diuersum, De Alienat. feudi, In feudis. Eapropter in vsurariæ, litis specie proposita, sensit Molineus contra Ecclesiam, & minores annis. Quæst. 13. Vers. 13. In Lib. vsurarum & Commerc.

Par Edict prouisional de Mars 1577. sur le desordre de l'vsage des monnoyes excessiuemēt hautes, fut ordonné que l'escu se mettroit à 66. sols l'escu & le teston à 16. sols. Suiuant ce y a vne rente constituee en Aoust ensuiuant de 125. liures de rente pour 1500. liures en escus estimez à 66. sols piece. Depuis & en Septembre audit an, suruient l'Edict diffinitif du reiglement desdites monnoyes verifié en la Cour le 13. de Nouembre, & publié le 18. dudit mois. par lequel Edict, & par autre declaration de ladite Cour de Decembre 77. & de May 1578. que les debteurs pourront s'acquiter ou racheter lesdites rentes iusques à la fin de l'annee 1578. à la mesme raison de 66. pour l'escu, comme ils l'auoient receu. Mais apres ledit an passé & expiré, ne pourroient ce faire sinon à la raison de 60. sols l'escu. Tellement que puis que ladite constitution estoit faite par liures comme l'on comptoit lors, & non à escus, comme l'on a compté depuis, il faut racheter en payant lesd. 1500. liures de sort principal, & par ce moyen l'escu d'or ou de monnoye ne sera estimé pour le fournissement desdites liures d'argent, sinon 60. sols piece, & ceste taxe & diminution tombe sur ledit debteur. Et ainsi l'auons consulté sur vn procez pendant à Orleans en Feurier l'an 1602. Quia in contractu data fuit species æstimata, *& ce qui a esté reglé par l'Edict sur l'estimation de l'espece au payement des debtes & rachapt des rentes.*

Hæc de extrinseca monetæ bonitate, intrinseca autem indistinctè debet attendi & exigi quæ erat tempore contractus, non solutionis. Ea sententia omnium Doctor. quos Tiraquel. cumulat. In Tract. de retractu proximit. §. in Glo. 18. Num. 27. & Albert. Brunus in Tra. De augmento Concl. vlt. Nam intrinseca bonitas, quæ consistit in pondere seu quantitate, & in qualitate materiæ, & de substantia omnis monetæ, & vbicunque cōtractus expressè vel tacitè respicit materiam, necessariò refertur ad eā quæ erat tempore cōtractus l. cum quid ff. Si cer. pet. l. Rutilia ff. de contrah. empt. Quid verò de pecunia dotali in diē promissa à patre filiæ? Puta Mæuius in contractu matrimonij filiæ suæ pollicitus est 1500 aureos boni auri & recti ponderis sub lege regis Galliæ cum tribus floribus lilij, quolibet aureo existente in valore 27. solidorū sex denariorum monetæ currentis, idque annua

15 RVRSVS in vectigali hoc redimendo, dubitatur, quænam sit nummi æstimatio ineunda, an quæ in vsu mortalium fuit die ipsa creati reditus, an verò die luitionis eiusdem. Putà, Cathedralis Andium Ecclesia nummarium reditum emit numeratis aliquot coronatis, ducatis tribus, & assibus quinquaginta, An. 1484. Post Octogesimum inde annum, Yuo Arnaldus iudicio experitur in Episcopale illud Andium Collegium, pro annui huius redemptione vectigalis. Creditores tùm, paratos se aiunt pretij sortem recipere, modo eadem monetæ specie, numero, pondere, ac mensura. Arnaldus, econtrariò, post mutuum quidem contractum variato nummi pretio, habendam esse eius valoris rationem, qui solutionis tempore vigeret, potiúsquā obligationis. Ex Responso Iulij Pauli in l. Paulus. ff. de Solut. Abbas in Cap. Quanto de Iureiur. & Cap. Olim de Censib. Cynus in L. In minorum Cod. in quib. causis in integr. restitut. Sed hæc in mutuo gratuito procedere, non in debito vsurario ac fœneratitio: Quale istud esse, quo de agitur, negari non poterat, nummariæ licet pensitationis titulo adumbratum. Alioquin fœnerator geminum ex eadem pecunia quæstum faceret, improbíque fœnoris lucrum. Quāuis igitur aureæ monetæ nummos teneatur perinde restituere debitor, vt & aureos olim acceperit: Non eo tamen pretio reddere cogendum, quo hodie eiusmodi æstimantur nummi, sed quo, die constituti vectigalis taxabatur circumforaneum æs communi hominum vsu atque commercio. Opponit & hoc ipsum debitor, hypotecarium reditum fuisse non tantùm ex aureo impositum

poſitum nummo, ſed atgentea etiam moneta, nempe aſſibus quinquagenis: qui inita totius ſummæ computatione, collationéque cum vectigali ipſo, certam quandam inducebant aurei nummi æſtimationem. Itaque æſtimatam nummi ſpeciem traditam videri atque ideò patem æris ſpeciem, paríque illorum temporum æſtimatione, quaſi ex tacito pacto reſtituendam. Ad ea verò ſacri Sodales coronatos, quorum numeratione conflatus ſit emptitius reditus, particulari valore taxatos non fuiſſe. Ptoin ſibi reddundos illos eodem auteæ monetæ numeto, nedùm ſpecie, præſentíque æſtimatione, nullo deducto valoris nummi augmento poſteriori. Auctoribus Curiæ Præiudiciis ex facto controuerſo Iohan. Hennequini, & Annæ Molæ vxoris creditorum, cum Franciſca Ferreria debitricæ. 16. Calend. Martias An. 1539. Tum in lite Dormani, & Niuernenſis Reguli cum Meſgrinio contendentis. Quod ſumma ratione ita dectetum allegabatur, quia vtì æſtimato nummo creditor pateretur decreſcentis ptetij diſpendium, ſic eiuſdem incrementi compendium ab eo ferri æquum ſit oportere: fortuitum quippe illud, poſitúmque in ancipiti rerum humanarum alea, ſubinde mobili, ac continuæ viciſſitudini obnoxia. Contrariæ tamen partis ſententiam probauit Regius Andium Magiſtratus, victa Eccleſia creditrice. Mox autem Senatoria Decuria ex appellatione cognoſcens, rectè prouocatum ab Eccleſia pronuntiauit, dãnato debitore totidem aureorum numûm ſpecies creditori reptæſentare, quod iſte in reditu conflando dinumerarat debitori, citta vllam nummarij augmenti ſequentis deductionem. Senatorio Iudicio in maioribus Pictonum Seſſionibus. 16. Kalend. Octobr. An. 1567. Hunaldo, ſacri Andium Collegij: & Andrea Arnaldi cauſam orantibus. Verùm huic Patrum decreto contrarium definitum fuit in Cæſareo Germanorũ Prætorio, vectigal nempe aureis florenis conſtitutũ, lui poſſe atgentea floreni æſtimatione, quàuis primo contractu inæſtimati. Vt eſt apud Mynſingerum. Centuria. 1. Obſeruat. 65.

bina, trima die ſoluẽdum: An ſi pendente termino, aurei valor extrinſecus auctus ſit, inſpicietur valor temporis contractus, an termini ſolutionis? Pro debitore indicauit Burdegalenſis Senatus Apud Boeriũ Deciſ. 327. Et ita valor tempore termini ſolutionis ſpectandus vt gener creditor deductionem augmenti patiatur.

Areſtũ Curiæ diè 14. Febr. An. 1539.

Decretum Senatoriũ è Curia Pariſien. delectorum, in Magnis diebus Pictauenſibus (quos vocant) die 16. Sept. 1567. pro Capitulo & Canonicis maioris Eccleſiæ Andeg.

Areſtum Imperialis Cameræ Germanicæ.

16 Isthic obiter mihi ſubit in mentem, quod Gallicus ſcriptor de inconſtanti rei nummariæ pretio, mobiliq; valore apud ſuos commemorauit. Nam anno 1514. auri vncia ad puritatem excocti æſtimatione principali valebat ſedecim Franciſcis cum quadrãte, & eo ampliùs denariis quinque. Hanc æſtimationem finitimarum gentium commercia intenderunt. Pluris enim autei noſtri permutabantur, quàm per Edictum liceret, conniuentia tamen principali approbante: quod temporum difficultate conſtitui non potuit. Id quod experimento vno, & altero cognitum eſt, fremente nequicquam homine vno primario, qui id ſe effecturum per omnia Numina deierarat, præconialibus Edictis aliis ſupet alia perſonantibus: Quæ quamlibet minacia, & ab homine impotentis iræ manantia (cuius tunc ferociæ recta conſilia cedebant) publicum tamen conſenſum peruincere non potuerunt. Vulgò enim num-

Dè Rè Nummaria.

morum pretium Mercuriali arbitratu adprobatur, i. negotiatorum opinione. Id enim genus hominum auri, argentíque rationem callere maximè putatur, videlicet commerciis id assequentes: Etenim quanti vnumquodque sit nomisma, externarum gentium iudicio condiscunt: Quippe quæ aurum argentúmque nostrum nullo respectu characteris, exploratum modò appensúmque æstiment, & vt auri argentíque grauis rationem euariare cum nummularia & cōsistere necesse est, sic æquandæ rei arbitrium in conciliabulis & emporiis rectè fieri existimatur. Vt inquit Budæus Lib. 3. De Asse. Quemadmodùm autem externus pecuniæ valor mutatur plerúmque: sic interna ipsius bonitas interuertitur subinde in Gallia, sed longè maiori nostratis Reipub. detrimento. Quondam enim àuaritia Principum, vel temporum iniquitate imminutio ponderis inoluit apud Gallos, tametsi populo vbique obmurmurante. In aureis enim nostris binum, ternúmque granulorum intertrimentū lege quoque admittebatur, Ludouici. 12. temporibus, teste Budæo. Id quòd primùm Clementia Edictali numulariorum mancipib. indultum, ne cui fraudi esset, si nummus ex multis leuicusulus fefellisset, auaritia pro suo iure sumpsit: Ita, vt nulli iam tū iusto priscóque pondere signarentur, & qui priscorum extarent, aut ostentationis gratia in deliciis haberentur, aut prius accisi, demum in commercia & ad collybum prodirent. Hinc effectum est, vt coronati qui cruciati cognominantur, iam in commercio esse desierint, vt superpondiales. Quòd si tam animosè Principes imminutæ Monetæ crimina exercerent, quàm imminutæ Maiestatis exercent, meliùs cū rebus humanis ageretur, & minùs fallerent adulteratores nummi. Quorum iam ipsorum crimen multitudine reorum & interdùm potentia atrox minimè videatur. Tales Francicæ monetæ Regiæ falsarios Diris deuouit imprecationibus Iohannes. 22. Pontifex. Cap. Vn. Ce crim. fal. In Extrauagant.

Hoc intertrimentum Remedium viri Monetales appellant.

Reipub. interest monetam fortem esse: quùm aliqui auctoritas characteris & imposititij valoris nō sit omnibus communis, sed illis tantum qui sunt sub eo imperio & parere tenentur, non autem externis liget, qui non tenentur recipere monetam, nisi secundùm qualitatem materiæ, quæ sola communis est omnibus. Vt ait Bal. in cap. Quanto de Iureiur.

DELPHINATES verò maturè prospexerunt huic rei Nummariæ 17 incommodo. Pactitia lege monetali inter eos dicta simul & Delphinum Allobrogum Principē suum. Pridie Idus Martias An. 1349. his verbis: *Itē voluit, statuit & declarauit Dominus Delphinus, quòd deinceps perpetuo fiat moneta certa & durabilis, secundum quod pro vtilitate patriæ melius poterit ordinari; Et quòd ipse D. Delphinus, seu successores eiusdem deinceps non recipiant modo quocunq; pro dominio & Seignoria sua in monetis cudendis quibuscunque perpetuis temporibus, nisi duntaxat vnum grossum Turon. argenti pro qualibet marcha argenti fini, quā operari & cudi continget in eisdē monetis:* Ex Statut.

Delphinatus Francici Lex Monetalis Die 14. Mart. 1349.

Diennens etiamdùm Denarij & Asses Viennenses Delphinatiū, quibus antiquè vtebātur in Patria Delphinali & Foresiorum. *Deniers, & sols Viennois.*

Marcus in Delphin. Decis. 412. parte. 2.

Quæritur quando assignantur libræ alicui monasterio Monialiū pro sustentatione victus ad quā rationem debeatur solui. Prima facie videtur quod debeatur solui de antiqua moneta, si reperiri posset, alias si non sit in vsu, debet solui de moneta currenti seu vsuali ad valorem antiquæ monetæ cap. olim. cap. cum Canonicis, de censib. Clem. fin. De decim. Licet quando debeatur ex donatione seu titulo gratuito, sufficiat soluere de moneta vsuali sine resortum, Azo in l. si quis argentū. C. de donat. Tamen quando tēpore contractus currit debilior moneta sufficit soluere de moneta vsuali, ex Gl. in Can. quis ignoret. 32. Qu. 4. maximè in annuis præstationib. quę iteratione recipiūt Clē. h. de deci. Sicuti in stipēdiis Officiariorū dicitur, vbi attēditur tēpus solutionis. Per Spec. in Tit. de act. & oblig. §. 2. & Guid. Pap. in Decis. 513. *Toutefois par Arrest du Parlement de Dauphiné par provision a esté ordonné*

ſur le don annuel de 60. liures donnees par le Dauphin Louys l'an 1447. à l'abbaye de Moniales Pratimollis, *qui eſt lors forte monnoye, depuis affoiblie, aualuation a eſté faite par la Chambre des Comptes de Grenoble à 120. liures tournois, ſelon la valeur de ladite forte monnoye qui eſtoit audits pays lors dudit don, A eſté dis-je ordonné par ledit Arreſt prouiſionnal du Parlement de Dauphiné, que le Receueur ou Chaſtelain de la Chaſtelenie d'Oyſens, en laquelle eſt aſſis ladite Abbaye, qu'il payeroit ſelon l'aualuation de ladite Chambre des Comptes, ainſi que rapporte Marcus en ſa Deciſion* 432. parte 2.

S Quentin en Vermandois.

Ex ſtatut. Delphinal. & Libertatibus conceſſis ab Humberto Delphinatium principe. Veromanduis rurſùm ciuibus Fani Quintini ſpopondit Auguſtus Rex, monetam in Gallia poſtmodùm minimè extenuatū iri, cautione iſta Diplomatica. Nos *monetam non poterimus diuellere, nec aliam facere, niſi aſſenſu Maioris & Iuratorũ vrbis S. Quintini: Sed ſi eam, prout neceſſe ſit, non ſufficere ſciuerimus, eandem renouādo augere poterimus, nec leuiorem fieri permittemus, veteremque cum noua cudere faciemus.* Anno à Chriſti ſalute. 1195. Idem propemodùm Hutinus Normanis pollicitus eſt, Chartæ Normanicæ Artic. 1. non aliud inibi Monetæ genus excuſum iri, neque alias probaturum ſe, quàm nummarias ſpecies ei Neuſtriæ Legi adſcriptas nominatim. 14. Kalend. Apriles. An. 1314. Nam & iſtud obiter dictum ſit, varias Galliæ Prouinciolas ſua quondam vſas moneta peculiari. Vt de Carnutibus notat Fulbertus Carnutum pontifex antiquiſſ. In Epiſt. 34. Verſ. *Centum libras nummorum Carnotenſium monachæ ferendas ad Monaſterium dedit.* Lib. Epiſtol. De Andium quoque moneta locus extat apud Arnulphum Lexouien. epiſcopum, In Epiſt. ad Abbatem Ciſtercien. Verſ. *librum quem Eccleſiæ ſuæ Parochianorum collatio deuotà contulerat, conſilio & miniſterio Abbatis de Pinu pignori pro. 4. libris Andegauenſ. obligauit.* Quibus Sigebertum adiūge, in Chronico An. 1182. 1200. & 1201. de quindenis librarum millibus ab Anglo Rege Errico 2. adſignatis Henrico filio, Tum de piis Magnatum largitionib. in Gemeticēſem Normaniæ Eccleſiam. Verſ. *quamuis pater eius quindecim millia librarum Andegauenſis monetæ & eò amplius quotannis daret &c. Item datis. 40. libris Andegauenſibus, &. 40. ſolidis annui reditus.* Ac Verſic. *Pro hac autem donatione Rogerius Torel donator accepit ab Alexandro Abbate nomine charitatis. 30. libras Andegauenſes.* Rurſus in Supplemento Chronicō Sigeberti crebra mentio Andegauenſis monetæ, ſolidorum librarumque Andegauenſium, & Cœnomanarum. Vnde nec priſca illa tempeſtate Gallis Regibus licuit, patriam Regionum iſtarum monetam imminuere, nouare, aut vllatenùs vitiare: In Dania quidem, Erricus rex, auorum ætate, monetam immutauit, cupreámque totam conflari iuſſit, reliquam verò perduci in monetarias officinas. Sed mercatores hoc in ſuam ipſorum fraudem admiſſum coniectarunt, res rebus commutantes, non mercantes: Præſertim cùm extra Danicam prouinciam efferri talis pecunia nequiret citra iacturam. Multiplex inde ſecuta Regij nominis obtrectatio, cum periculoſo Plebis tumultu: Donec Regina inſcio Principe, iuſtam percuti monetam præcepit, vt occlamāti populo

Reſcriptum Philippi Theodori Franciæ regis, cuius inter alias Priuilegij clauſulas Quintinianis ciuibus irrogati, vna hæc eſt, rem nummariam & monetalem reſpiciēs.

Charta Normanica die 19. Mar. An. 1314.

Abbatia *de Iumieges*, cui Reginaldus Boloniæ Comes pro remedio animæ patris ſui multa dedit annuatim Sigebert.

De hac ſpecie, & numiſmate vetuſto Andegauenſis monetæ. Nos plura Lib. 1. Legum Andegauenſium ca 3 ar. 5. 6. & 7.

Danici populi tumultus ex monetæ mutatione.

Ea propter apud Gallos prudenter ſtatutū ab antiquo, vt Præfecti monetales, cum aſſumuntur ad eum Magiſtratum, & rurſus annuatim, ſolenni Sacramento deierent nūquam ſe conſulturos Regi monetam imminuere, hoc eſt Rempub. non prodere, Principémque circonuenire. Idem Ioh. 2. Francorum regis lege ſancitum Die 28 Decemb An. 1355. Vt ſcilicet moneta alba argentea proba cuderetur ne qua foret occaſio monetæ aureæ pretium augendi.

ſilentium ita imponeretur. An. 1425. Quod in literas retulit Crantzius, Daniæ Lib. 8. Cap. 9. Nec leuiori iudicio à Bohemis taxatum eſt Iani regis ſui facinus eiuſmodi, quùm Ærario vacuo, ad reprobam monetam feriendam animum adieciſſet. Monetarium enim is conſtituerat, qui ex veteribus probis nummis, nouos malos recuderet, puſillo illis argento ſuperinducto, cetera planè æreos. Circa Annum. 1340. Auctore Dubrauio, Bohemicæ Hiſtor. Lib. 21. Item Patauino Epiſcopo ius monetæ ſignandæ indulſit Henricus. 4. Romanorum Auguſtus, ſic tamen, vt Veronenſis monetæ pondus perpetuò ſeruaretur. Cæſareo diplomate. 16. Kal. Maias An. 1069. Sigonio teſte, Regni Italici Lib. 8. De Monetalibus verò Galliæ operariis ſciendum, antiquos Reges vacationem munerum illis tribuiſſe ampliſſimam. Nempè vt omnium Iudicum foro eximerentur, præterquàm Octouirûm Monetalium, aut Præfecti Vrbi Pariſien. (dempto furto, raptu, & parricidio) Indictionibus quoque ac vectigalibus publicis immunes forent, excubiis, æris collatione in refectionem mœnium Ciuitatis, ac reliquis adeò intributionum generibus. Cuiuſmodi Immunitatû iura protrahuntur ad viduas mulieres Monetariorum. Regiis literis Karoli. 5. An 1365. Karoli 6. An. 1380. Ludouici. 11. An. 1461. Ludouici. 12. An. 1498. Franciſci. 1. An. 1514. Errici. 2. Menſe Septembri An. 1547. Karoli. 9. Idibus Iuniis. 1561. Vetuſtiora certè Monetalium priuilegia perſtrinximus Lib. 2. Domanij Gallici Tit. 7. art. 14. Sed vniuerſa à Deo Conſcripti Curiæ Pariſien. confirmarunt, dictu auſpicióque Reſcripti Principalis. Areſto poſtridie Idus Quintiles An. 1538. ita concepto. *Lecta publicata, & registrata, audito Procuratore generali Regis pro gaudendo per dictos Magiſtros Monetarios, & alios Officiales monetæ priuilegiis, immunitatibus & exemptionibus in dictis Literis patentibus mentionatis, prout ritè & rectè antea vſi & gauiſi ſunt: Excepta tamen notione delictorum communium non concernentium factum Monetarum.*

Henrici Imp. Reſcriptum Die 16. April. Ao. 1069. Is Henrici 3. Cæſ. filius fuit, cognomento Nigri.

Die 13. Iunij An. 1563.

Verificatio in Parlamento facta Priuilegiorum Monetariorum Die 16. Iulij An. 1538.

Reditus emere, vſurā eſſe putat Innocenti⁹ interpres in cap. in ciuitate de Vſuris Sed Hoſtienſ. ibi contra. Eandem quæſtionem Faber mouet, nec tamen decidit. in Rub. Cod. de Vſur.

QVEMADMODVM nummarij Eccleſiæ reditus ſupra ſcripti tolluntur facilè & intercidunt, reſtituta illi à debitore pecunia ex communi talium vectigalium lege: Sic Eccleſiaſtica huiuſmodi penſitatio 18
reductioni obnoxia eſt ad legitimum vſurarum modum, vectigalis inſtar plebeij cuiuſuis. Sicuti à nobis ſuprà annotatum eſt. Nam in fœneratitio quæſtu nihilò plus fauetur Eccleſiaſtico creditori & danyſtæ quàm profano: Quùm & ipſe fœnerãdi actus ſacerdotali ordini fuerit inuiſus. Can. vlt. 14. Quæſt. 4. ex D. Ambroſ. Lib. 15. de Thobia. Huc alludunt dictata Baldi de Eccleſia nuncupatim. In Tract. De Dote Parte. 6. Priuileg. 73. Imol. Iaſ. in L. Si ita ſit Col. vlt. ff. De Leg. 1. Decius in L. Semper in obſcuris. ff. de Regul. Iuris, ac nouiſſimè omnium Molineus Qu. 74. in Libr. Contract. Vſurar. Verumtamen de antiquiſſimo reditu æte conſtituto, & aliquot ſenſim probato pactionibus, Curia ſecundùm Eccleſiam pronuntiauit,

E contrario autem, ſi Eccleſia, vel minor qui fœnerauit deceptos ſe conquerantur. vt quia emerint centū reditus annu pro ſeſquimille, vel pro bis mille libellis, an locus ſit reductioni & amplıationi reditus ad ſtatorum legibus modum ope reſtitutionis in integrum? Puto locum eſſe reſtitutioni, vel vt teneatur debitor ſupplere reditum, vel reddere de pretio, ita vt fiat reductio ad rationē duodecimæ.

tiauit, ne ea creditrix moderante vſuras lege tunc teneretur. Ex facto enim ferebatur, Canonicorum Collegium MontiſArgi emiſ-ſe olim præſenti pecunia aureos nummos vicenos annui reditus ſuper fundo quodam Pictauenſi. Elapſis dehinc octoginta annis, fundum hunc obnoxium mercatur Gaius, adiecto onere nummarij ipſius vectigalis. Dies iſti à Collegio dicta eſt coram Pictonum Præfecto regio, vt nouum ſe vectigalis debitorem in iure profiteretur. Ad ea Gaius, annuum quidem debitum haud abnuere ſe, ſed condicto legibus modo arctari oportere, & ad quindenum ſortis nummum quotannis reuocari. Ex aduerſo, ſacri Collegæ, pecuniarium reditum ita ſtipulari licere Eccleſiaſtico Sodalitio, vt decimus ſortis nummus ipſi penſitetur ſingulis annis. Cap. Regimini De Empt. & Vendit. In Extrauag. commun. Verſic. ad rationem & pro qualibet marca annui cenſus decem, vndecim, tredecim, quatuordecim marcæ. Vetuſtatem inſuper contracti reditus attendi debere, ideóque nummariam horum temporum æſtimationem minimè ſpectandam, ſed quo nummus pretio ætate illa priſca cenſebatur. Reum denique in emendo agro ſeſe obſtrinxiſſe nominatim annui reditus ſolutioni, nulla interpoſita reductionis ipſius, quaſi immodici, conteſtatione. Auditis partibus, Pictonum Magiſtratus temperandam lege penſitationem iudicauit. Inde autem prouocationis iudicium exercente Senatu, rectè prouocaſſe deciſum eſt, ſummotúſque debitor vſurariæ moderationis petitione, nullo interim futuris controuerſiis præiudicio vel exemplo. Curiæ decreto. 3. Idus Quintiles An. 1536. Bouguerio, Collegij canonicorum: & Marliaco, debitoris cauſam agentibus. Rogo, quid ſi nihil exoluat vſurarius debitor, eiuſne bona iure dominij occupabuntur ex pacto legis commiſſoriç? Minimè, quùm in pignoribus irrita ſit pactio huiuſmodi: in nummario reditu, multò magis. l. 1. & 2. Cod. De pact. pign. Sed pigneratitius fundus creditori in ſolutum dari poteſt, iuſto pretio æſtimandus. Martiani l. 16. §. vlt. ꝟ. De pignor. Sic Iul. Cæſar, pulſo ex Italia Pompeio, cùm fides tota Italia anguſtior eſſet, nec pecuniæ ſoluerentur, conſtituiſſe dicitur, vt creditoribus poſſeſſiones debitorum per creditores æſtimatæ traderentur. Quas ea de cauſa Cicero plerunque ęſtimationes appellat. Vt eſt apud Cæſarem, lib. 3. De bello ciuili, Et M. Tullium in Epiſt. ad Atticum.

Nam & ad lucra minores reſtituuntur. L. Aſt Prætor §. hodie l. Non omnia ꝟ. De Minor. Deinde iure ciuili emptor fundi tenetur minori ſupplere iuſtum pretium, quando minor ipſe læſus eſt non in vendendo, ſed in minoris vendendo, vt quia alij cariùs addicturus fuiſſet. l. Patri §. 1. Verſ. item ex diuerſo D. de minorib.

Placitum Curiæ Die 23. Iulij 1536.

Reprobatur in pignore pactum legis commiſſoriæ, quo conuenerit, vt ſtata die non ſoluto debito, fundus obligatus maneat emptus creditori pro debito eodem.

19 Antistes Eccleſiæ vt ſacra prædia illicitè diſtrahit, ita Eccleſiaſtici feudi qualitatem prohibetur immutare. Nec enim temerè permittendum Epiſcopo, fœminas ex virili Eccleſiæ beneficio in clientelam aſſumere, eáſque iuſto clientis ſacramento deuincire beneficiaria ſolemni Veſtitura. Ex ratione. §. Similiter De Lege Conradi In feudis. Si tamen cliens fœminæ pater bene meritus ſit de patrono, & eximia in eum vaſſali officia contulerit, humanius videtur, fide clientis filiam in paternum Feudum cooptari: vt ſan-

Hoc verum, niſi ex vaſſali benemeritis fiat qualitatis feudi nouatio. Sed in diplomate Inueſtituræ merita ea ſpeciatim memoranda ſunt, nec ſufficeret verbis quibuſdam genericis bene meritorum facere mentionem. L. ſi fortè ꝟ. De Caſtren. pecul. Ang. Peruſ. in l. Aquilius ꝟ. De Donat. Myſingerus Obſeruationum Centuria. 4. Obſeruat. 75.

De huiusmodi effectu obligationis antidoralis Bart. in Proœm. Digestorum & in l. Iubemus Cod. de Sacros. Eccl. Vt quælibet res prohibita alienari, sit tamen alienabilis pro remunerandis seruitiis vel obligatione ad antidora.

ctæ vassali in patronum obseruantiæ merces redundet ad filiam. Cap. 1. Quemad. feud. ad fil. pertin. Et argum. L. Viuus libertus. ff. Si quid in fraud. patr. Vnum hoc dubitationem mouet, quòd in personam Præsulis collata promerita, non in causam Ecclesiæ, pensanda sint priuatis Hierarchæ facultatibus, non Ecclesiastici largitione fundi, Feudíve nouatione. Vt scribit Panor. In Cap. Per tuas De Donat. In Cap. ex præsentium De Institution. & in Cap. 1. De Solut. Re autem exactè perpensa, verius est, grati animi officia, quæ patrono exhibentur, sacris opibus remunerati posse, dummodò præstita Ecclesiæ intuitu ac contemplatione. Toletano Concilio In Cap. vlt. De Pecul. Cleric. Et Can. si quos de seruis. 12. Quæst. 2. Iuxta quæ nuper Imperialis Senatus Germaniæ pronunriauit, lege solùm Antistiti dicta, vt beneficiariæ Cautionis tabulis meritorum iniiceret mentionem. Auctore Mynsingero, Centuria. 4. Obseruat. 88.

Arestum Cameræ Imperialis Teutonicæ.

Par la Coustume de Gand en Flandres, on ne peut aucunement aliener vn fief, fust par donation, vendition, legs, ou autrement sans l'auctorité & consentement du Prince: Comme le Viscomté de Gand, & autres fiefs assis soubz la Coustume de VVisbourg lez Gand, lequel lieu & territoire de VVisbourg, est du territoire & souueraineté Imperiale. Tellement que la Dame de Longa heritiere d'Hanorien de Melun, eut à plaider en la Chambre Imperiale de Spire, pour raison dudit Viscomte de Gand, comme fief Imperial contre le donataire d'iceluy l'an 1606.

De secunda prædiorum infeudatione post primam finitam, multa diximus Lib. 3. De Domaniano Francico.

CLIENTELARIS ager ad patronam rediit Ecclesiam, licebítne eum rursùs priuatis clientelæ iure transcribere? Quidni liceat? 20
Placuit enim viris prudentibus, fundum hunc, nisi prima cessatit Feudariæ concessionis causa, rectè iterum beneficij nomine mancipari. Curtius in Tract. Feudor. parte. 2. Quæst. 1. & 2. Vtpote à Vercellensi Allobrogum pontifice, qui præcelsa etiam Comitis dignitate exornatur. Teste Hostien. In Cap. licet ex suscepto De foro compet. Et Ozasco Subalpini Senatus Præside. Decision. Pedemontana. 30. Porro Anglica veteri Constitutione vetita est omnis beneficiaria concessio infimi gradus sacerdoti quamlibet opulento, nec feudi lege dari possunt Ecclesiastica prædia, nisi ab Episcopo, Cœnobiarcha, Decanis, aliísque præfectis Ecclesiæ, quorum manu tractentur sacræ illæ possessiones. Anglicæ enim Legis conditor ita loquebatur prisco idiomate Normanico. *Item si vn Person d'vn Eglise, ou vn Vicar d'vn Eglise alien certaine terres ou tenementes parcel de son glebe à vn auter en fee, & moruft ou reseigne, son soucceßour poit bien entrer nient contristeont tiel alienation: Pourceo que le Person, ou le Vicar qui est seisie, come en droict de son Eglise, n'ad pas droict de fee simple en les tenementes en le droict de fee simple de ceo demourt en ascun auter Parson, &c. Mais vn Euesque poit auer de droict fee simple, demurrant en luy & en son Chapiter. Et vn Deane puit auer briefe de droict, pourceo que le droict demourt en luy. Et vn Abbé, ou vn maister d'vn Hospital poit auer brief de droict, pourceo que le droict demourt en lui & en ses confreres, &c.* In Lib. *Litletons Tenures* Cap. 10. *De Discontinuance.*

Versei.

Británicæ Feudorum Leges Normanica lingua exaratæ.

Persona vocabulo, Rector Ecclesiæ hoc textu Anglico significatur. Nam in Anglia præsertim, Curiores Eccles. vocantur Personæ Cap. 3. De Eccles. ædific. Cap. ad hæc, si persona alicuius Ecclesiæ De offic. Vicar. Capit. Ex parte S. Personæ De Rescr. Quod etiam obseruant Archydiaconus in Cap. 1 De cōsuet. In 6 & Guymerius Io verbo Personæ. C. in Ecclesiis T. t. De collat. In Pragm. Sanct.

Rotę Rom. Decis. 274. In Antiq. dis; utat. an Thesauraria sit dignitas vel simplex officium de iure communi. Inspicitur consuetudo Ecclesiæ. Alias cognoscitur dignitas Ecclesiastica ex tribus.

Primò quando habet adminiſtrationē rerum Eccleſiæ cum iuriſdictione, Cao. volumus, Can. diacnoi, 86 d ſt. Secūdò quādo habet prælationem & prærogatiuam in Eccleſia, tam in choro quam in Capitulo, licet non habeat adminiſtrationem rerum vel iuriſdictionem, Cap. cum olim, De cnoſuci. Cap. cum veniſſent, De inſtitutionib. Tertiò quando eſt conſuetudo in Eccleſia quod illius officium teneatur pro dignitate, vt Theſauraria, quæ alioquin non eſt dignitas, *comme ferent* Præpoſitura, Decanatus, Archydiaconatus &c.

21 HAVD temerè Britannica hac Conſtitutióne diſtinguuntur Decani ab inferiorum claſſium presbyteris. Illi enim, ſimiléſque alij Eccleſiarum primores ſacra quadam eminentia præſtant in res Eccleſiaſtici totius Collegij, non modò Pontificiis legibus, ſed etiam noſtratibus S.Conſultis. Namque in Sacello Baſilicæ Pariſien. Theſaurarius Iuriſdictione præditus eſt in Canonicos, cæteróſque ſacrificulos: eidem ſacrorum cuſtodia competit, tanquam verè, quod dicitur, * ἱεροφύλαξ. Quò ſolùm abſente, liberum datur Eccleſiaſticis Sodalibus comitiorum ius, vt ab iis iſtic de communibus negotiis Collegij nomine decernatur. Ne alia recenſeam ſacræ Præfecturæ iura ſecundùm hunc Theſaurarium, Senatus iudicio terminata. 7. Idus Martias An. 1411. Quippe & ſacros Templorum Theſaurarios Eccleſiaſtica præcellere dignitate, conſtat Innocentij. 3. Epiſtola decretali ad Theſaurarium Turonen. Eccleſiæ Cap. Ex tenore, De foro compet. Et ad Ligonenſem Theſaurarium Cap. ſignificauit, De conuerſ. coniugat. Niuernenſi item Theſaurario cauſæ iudicium commiſſum oſtendit idem Cap. Cùm olim Abbas, De offic. deleg. Nec verò à ſuperiori Curiæ decreto longè recedit quod de Meldenſi Canonicorum Sodalitio ſummo deciſum eſt à Curia Pariſien. inter Canonicos, & Sacellanos, quùm hi abuſus ergò in Senatum prouocaſſent. Areſto pridie Kalend. Maïas An. 1527. quo quidem multa dirimuntur controuerſiæ ipſorum capita, ſanctorum canonum obſeruatio præſcribitur, ſyluarum item ac lignorum alienationi imponitur modus, ſpiritaliſque Annonæ diſpenſationi quotidianæ. Quid dicam de ſacro B. Virgini Collegio Cleriaco? Idipſum Ludouicus. 11. Rex non modò ampliſſimis feudis donauit, Baroniæ titulo decoratis, verùm & Regiis quibuſdam ſummæ poteſtatis Inſignibus. Quale eſt iuris dicundi imperium latiſſimum, Albani hominis ſucceſſio, cum aliis id genus pleríſque. De eo Albinatus iure diſceptauit pridem in Senatu procurator Fiſci aduerſus ſacros Sodales Cleriacos, Thomæ Groſlieri bona ſibi aſſerentes. Hic enim è Norrica Bauariæ regione, allectus fuerat olim in Cleriacenſem ſacerdotum Cœtum, Gallo rege concedente. In ea igitur controuerſia ſtrenuè defenderunt ſacri Collegæ, peregrinorum opes ſibi competere in Cleriaco territorio, ab inclyta Ludouici Regis munificentia. Defunctum itidem, Gallica ciuirate donatum fuiſſe à Principe, ac ciuili iure Francorum vti permiſſum, longo ante eius obitum interuallo. Ipſius ergo vel hæreditatem agnatis deferri, vel iis deficientibus, bona deuolui ad dominos Territorij, ceu vacantia & * ἀδέσποτα: Cuiuſmodi iuridica poteſtate ſubnixum eſſe Cleriacum Sodalitium minimè dubitabatur.

Sancta Capella regia Palatij Pariſien.

* cuſtodi ſacrarum rerum, ſeu Theſaurario.

Areſtum Curiæ Pariſien. Die 9. Mart. 1411.

Eccleſiæ *de Tours, Langres, Neuers.*

S. Conſultum die vlt. Aprii 1527. inter Canonicos, & Capellanos Eccleſ. *de Meaux.*

Aubains, ceu alibi nati.

* domino carentia.

Succubuit tādem Regius cognitor,& Sacri Sodalitij causa obtinuit. Iudicio Senatus.6.Kalend.Iunias An. 1569. De aduenarum successione. Nos copiosius in Tract. De Priuilegiis Rusticorum Lib. 3. Cap.8.& in alio nostro Opere De Domanio Francico Tit xi. Lib. 1. Æquissima certè Lex Albinatus, quoad bonorum summam attinet, sed non minùs æqua de honorum iure ac magistratuum exteris haud communicando. Quam & in variis Rebuspubl. seruari indicio est Sarmatarum Politīa, à quibus externo nulli Præturæ Vrbium,aut Arcium præfecturæ mandantur. Vt tradit Chromerus, Polonic.Annal. Lib.22. Imo & Attica lege peregrinus vetabatur publicis ludis in Theatro saltare. Id quod Plutarchus in Phocione attestatur.Sed profanis hisce omissis,Sacra nostra repetamus.

Arestum Curiæ Die 27. Maij 1569. pro Ecclesia collegiata B. Mariæ *de Clery*, in Aureliana diœcesi.

Polonica Lex.

Tridentino quidem Concilio sacri Mendicorum cœtus capaces facti sunt possessionis rerum immobilium, vt exposuimus Tit.1.huius Lib.Sed nondùm publicè vsu recepta est a Francis Tridentina Synodus, saltem quoad bonorum temporalium dispositionem,&admortizationem Manus mortuæ,quę Regibus competit.

SPONTANEA rei Ecclesiasticæ alienatio canonibus prohibita 22
est,necessaria non item.Franciscani quippe, & sacri alij Mendicantium Ordines emancipare coguntur Iure Pontificio fundos sibi testamento relictos, aut pia quauis Christianorum hominum donatione: Nec vlla quidem sunt alienationi huic adhibenda solemnia.Gloz.In Cap.vn.In verbo Domum. De Religios. Domib. In.6. Bald.In authent. Si qua mulier col.4.Cod.De Sacrosf.Eccles.Cuiusmodi res suas vendendi præcepta sumuntur ex vetusto Ecclesiæ vsu.In Act.Apostol.Cap.4.cum sequenti. Renouata deinde specialim Pontificiis Sanctionibus inter Religiosos sacræ paupertatis professores. De quo singulare imprimis extat Iohannis.22.Rescriptum,Sexto Idus Decembres An.1322. Pontificatus An.7. Cuius exemplar habetur in Lib.Statutorum Academiæ Parisiensis. Protenditur hæc regula ad nudas etiam vsuras annui vectigalis, quas si pater filio Dominicano transcripserit in causam rectiorum studiorum,nullum Dominicano proditum erit ius agendi, sed Regio cognitori duntaxat, vt illinc annuis donatarij alimentis disciplinæquè consulatur. Placito Curiæ.6. Idus Maias An.1541. Gilloto & Dumeo dicentibus. Eædem votiuæ paupertatis Leges procedunt in Sacro Minimorum cœtu , Francisco de Paula nouum hoc Religionis specimē instituēte.Si qua enim res soli iis legata fuerit,hanc protinus venire oportet pro monastico inopiæ Voto ac instituto. Quippe quùm familiari Ordinis Cōstitutione, Minimi à se abdicarint profanarum opum possessiones, vt cunctis innotescit. Alioquin Pontificiis literis, quæ sacram hanc Sectam probarunt, interdictum ei non est Prædiariæ Rei dominium:quam tùm etiam Summus Antistes tutelæ suæ ac peculiari patrocinio reseruauit, hoc verborum schemate:*Syxtus Episcopus &c. Dilectis filiis Fr.Francisco de Paula,cæterisque Fratribus heremitis Heremitorij , seu Oratorij Frat. Francisci de Paula , Cusentinensis diæcesis , præsentibus & futuris &c. Dudùm siquidem pro parte tua Francisci nobis exposito , quòd olim postquam venerabilis frater noster Pyrrhus Archyepiscopus Cusentinensis, tibi , vt quoddam oratorium seu Ecclesiam sub vocabulo S. Francisci in tenemento de Paula,Cusentinen. diæcesis, ædificare*

Apostolicum Diploma Iohannis 22. die 8.Decembr.1322. secundum plura alia superiorum Pōtificum.

Arestum Curiæ die 10 Maij 1541.

Ordo Minimorum *Iesu Mariæ dictz les Bons-hommes*, solemniter demùm confirmatus ab Alexandro. 6.Pontif.

Literæ Xysti.4.P.P. Minimorum sacram Sectam adprobantes. 17.Maij An.1474.

ædificare poſſes, licentiam conceſſerat, tuque Oratorium eiuſmodi proprius manibus & expenſis cum dormitorio pro tuo & Sociorum tuorum vſu & habitatione pro magna parte ædificaras, & nonnullos ſocios vitam heremiticam ducentes receperas, ipſéque Archiepiſcopus præfatum Oratorium ſiue Eccleſiam vnà cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis tibi tuæque Congregationi in perpetuum donauerat, & nonnulla alia tua & Sociorum tuorum deuotioni & ſaluti conuenientia conceſſerat &c. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati donationem, conceſſionem, ordinationem, conſtitutionem, remiſſionem, relaxationem, indultus, gratias & literas dicti Archiepiſcopi, omniáque in eis contenta, noſtráſque alias ac dicti Archiepiſcopi literas ac confirmationem & defectuum ſuppletionem per præfatum Epiſcopum S. Marci Gaufredum factas, ac proceſſus deſuper habitos auctoritate Apoſtolica laudamus, approbamus, & confirmamus: & inſuper vos & veſtrûm quemlibet, ac Heremitorium ſiue Eccleſiam S. Franciſci de Paula, cæteráque Heremitoria, Eccleſias, & loca per vos in quibuſcúnque Ciuitatibus & Diœceſibus hactenùs recepta, & in poſterum recipienda cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis, Eremitiſque & perſonis in illis pro tempore degentibus, ac res & omnia bona mobilia & immobilia ad vos, & Eremitas, & Heremitoria, vel Eccleſias huiuſmodi ſpectantia ab omni Iuriſdictione, dominio, poteſtate, viſitatione, correctione, & ſuperioritate Archiepiſcoporum Cuſentinenſium, & aliorum Archiepiſcop. Epiſcoporum, ordinariorum Iudicum, & ſuperiorum quorumcunque, auctoritate & ſcientia prædictis, de ſpeciali gratia prorsùs eximimus, & totaliter etiam liberamus, ac ſub B. Petri & Sedis memoratæ, ac Romanæ Eccleſiæ, & noſtra protectione ſuſcipimus. &c. Die 27. Maij. An. 1474.

In Calabria, Siculæ oræ prouincia, quatuor ſunt Metropoles ſeu Archiepiſcopatus. Cuſentinus vel Conſentineo. Archiep. Roſſanenſis, Regious ſeu Reginenſis, & Archiep. S. Seuerini. Coſentinus vnum habet ſuffraganeum Epiſcopum Marcuranenſem.

An. 1496. Iohan *de Baudricourt* Mareſchalus Franciæ. & Anna *de Beaujeu* coniux fundarunt Monaſteriolum. 15. Minimorum in loco dicto *de Braquencourt*, parochiæ *de S. Leſe*, ad fundatores ſpectâtis, in diœceſi Lingoneoſi. Sed mortuorum fundatorum filia hæres Margareta *de Baudricourt*, & Dn *de S Belin* maritus, certis redditibus aſſignatis, eam fundationem prorsùs executi ſunt.

23 BVLLATAS haſce tabulas probauit Galliæ Rex Carolus. 8. pio Reſcripto, Minimorum ſimul Collegia in ſuam recepit tutelam, Auguſtámque protectionem: Quibus & permiſit fundorum comparationem, extructionem Cœnobiorum, adiecto pleniſſimæ Immunitatis iure, munerúmque vacatione ſeu perſonalium, ſeu patrimonialium. Regia hæc Priuilegia à poſteris confirmata ſunt Principibus, Ludouico. 12. Menſe Decembri anno ſeſquimilleſimo: A Franciſco. 1. Menſe Martio. 1538. cuius codicillos promulgauit Senatus, & in actis Curiæ perſcribi iuſſit. 5 Kalend. Apriles eod. Anno. Dein Magiſtri rationum Principalium. 3. Kalend. Maias An. 1539. Acceſſit iis Diplomatica Errici. 2. comprobatio Menſe Februar. 1547. Ex S. Conſulto relata in commentarios Curiæ. 9. Kalend. Apriles eod. Anno. Tum apud Præfecturam Ratiociniorum. 4. Nonas Maias. 1548. Hinc paternæ pietatis æmulus Franciſcus. 2. ſuperiora Minimis priuilegia reſeruauit. Ianuario Menſe An. 1559. Omninò enim laudanda religioſi vori profeſſio Minimorum IESV MARIÆ, humilitatem D. Franciſci, decretaque imitantium vnà cum amictu, ſed qui duriuſculè carnium eſu, coctíſque cibariis abſtineant. Vt de iis a Volaterrano ſcriptum eſt, Anthropologiæ lib. 21. Cap. De Ordinibus Militaribus. Faceſſant iam pſeudomonachi Turcæ, quatuor Ordinum Mahumeticæ ſuperſtitionis, cum votiua ſua pau-

De hoc Minimorum Ordine ſcripſimus ſup Tit. 1. Lib. 3. Regij Codicilli in Senatu publicati die 28. Mart 1538 & in Camera Ratiociniorum Die 29. April. 1539. Aliud Principis diploma verificatum in Curia die 24. Mar. 1547. Et in Camera Computorum die 4. Maij 1548. Turcicæ pſeudo religioſis Monachi.

In Orientali Indìa Monachi degunt, ſacrificiis *idolorum* addicti: Quorum monaſticæ ædes ampliſſimæ iuxta ciuitatem *de Candu*. Hi externo corporis cultu, veſteque noſtrates referũt cœnobitas. Teſte M. Paulo Veneto. In Indiæ Orientalis deſcriptione Lib 1. Cap. 66. Occidentalis autem India presbyteros alit, eoſdé ægrorum corporum publicè curatores. De quorum ceremoniis lega Hiſtoriam Indiæ Occidentalis Lib. 2. Cap. 73.

pertate, vitæquè austeritate fuci plena. Hos Turcæ patria lingua vocant *Giomailers, Calenders, Deruis, & Torlaquirs*, vagos & paupertimos monastici voti sectatores Mahumetanos, planéque circumcelliones. Id quod auctor est Bartholomeus De Georgieuitz. In Lib. De Moribus Turcarum, Et Nicolaus Nicolai Geographus Regius, in sua Nauigatione ac Lustratione Orientalium partium.

De his autem alienandi causis constare debet publico instrumento: alioqui non credetur etiam Rom. Pontif. dicenti fecisse ex illa causa, quando donat consanguineis. Præpos. In Can. Non liceat Papæ. 12. Quæst. 2. Imò non potest Papa alicui indulgere sine causa, vt testetur de bonis acquisitis intuitu Ecclesiæ. Panor. In repet. Cap. Cum esset De Testam. Francica Lex. Vt neque Rex, neque secularium quisquam per vim prædia Ecclesiarum rapiat quas Episcopi, Abbates, vel Abbatissæ possident. Si verò alienetur res quæ ab Ecclesia tum præscribebatur, necdùm erat acquisita ecclesiæ, vt sunt etiam res legatæ nondùm traditæ, eas Prælatus sine solemnitate repudiare potest, quasi alienans Federic Consil. 24 Ioh. Andr. In Cap. cum Apostolica De his quæ fiunt à Præl. per l. Qui autem * Quæ in fraud. credit. Prælatus tamen qui potuit quærere Ecclesiæ, & non quæsiuit, tenetur ad interesse. Can. quicumque 12 Quæst. 4 Perus. in Cap. 1. De Reb. Ecclef. non alien. In. 6.

AGATHENSI Concilio res mobiles Ecclesiæ licet abalienare, 24
quæ vsu consumantur, seruandóque seruari nequeant: errones itidem seruos ac fugitiuos. Can. fugitiui. 12. Quæst. 2. & Constantini Principis Sanctione. Lex quæ tutores Cod. De adminiſt. tutor. Concessum, ad hæc, prædia distrahere minùs Ecclesiæ commoda, vt ipsi vtiliora comparentur. Iustinianea Lege Hoc ius porrectum De Sacrosan. Ecclef. Cap. Vt super, De Reb. Ecclef. non alienan. Atque vt compendio dicam, quoties ineluctabilis necessitas exigit, manifestave Templorum vtilitas, sacra latifundia vænire nullis Canonibus prohibentur. Ex Epist. Leonis P. P. ad Siculos Episcopos in Can. Sine exceptione. 12. Quæst. 2. & Innocentij. 4. Rescripto Dudum De rebus Ecclef. non alienand. Apud Bonifacium. 8. Etsi autem ex iis causis sancita sit bonorum Ecclesiæ alienatio, ne tamen vtilitatis alicuius obtentu sacra arua in perniciem Ecclesiæ distrahantur, statutus est ad id Oeconomicus ordo, certáque fundi mancipandi formula Ciuili iure ac Pontificio, quam tali venditioni districtè oporteat accedere. In Authent. De Alienat. & Emphyt.

NAM vt publicam interim sacrorum Politiam, quæ Regum pro- 25
pria est, non omittamus, præsto sunt Regiæ Leges tutelares Ecclesiastici prædij, ne nisi multorum solemnium interuentu, cuiquam id venundetur. Quippe quùm Ciuili persæpe ac Politica Cæsaris auctoritate plectantur rerum Ecclesiasticarum inuasores. Sicuti Gregorius Magn. Constantiam monuit, Galliarum Augustam. Epist. 33. Regesti Lib. 4. seu Cap. 77. Can. Cum deuotissimam. 12. Quæst. 2. Tum Francica Lex Karoli Mag. Cap. 321. Libri. 6. Capitulorum, quæ Ansegisus Abba & Benedictus Leuita concinnarunt. Atque illinc profecta videtur licitationum & hastarum solemnitas, in mancipatione sacri fundi introducta, Constitutione Imperiali Hoc ius porrectum. Nempe vt publicus Actor, velut obseruator exactorque officij, palam aduertat, ne qua per gratiam aut sordes alienatio contrahatur Ecclesiastici patrimonij. Quo modo in pupillaris agri auctione solebat Prætor aduocatum pupillo dare, qui instruere posset ipsius religionem, assentire ne venditioni, vel obligationi deberet. Vlpiani responso In L. 5. §. Ne passim Verſ. Aut si nemo inuenitur D. De Reb. cor. Imò, quod magis mirêre, Fiscalis cognitor in Gallia coràm aderat olim monasticæ Abbatum quorumdam Electioni, non vt calculum adderet ipse sacri Conuentus suffragiis, verùm vt, discordibus suffragatorum votis, nihilominùs concordes animos Monastici cœtus * πολιτικῶς tueretur ac confoueret. Ita vsu receptum

* ciuili modo.

receptum in Cœnobio D. Petri de Cultura, Cenomanen. tradit Iohann. Feraldus, qui Fisci procurationem gerebat in summa Cenomanorum vrbe, quùm Ludouicus. 12. Gallici Imperij fasces obtineret. In Tract. De Iuribus & Priuil. Regni Francorum. Huc alludit præclara illa apud Gregorium Magn. Historia de nostrate quodam Monasterio, in quo vt domesticæ ambitus contentiones præciderentur, sancitum est, in Cœnobiarchiam cooptari neminem, nisi de communi Regis ac Cœnobitarum sententia. Ex Regesto Gregorij, Epist. 10. Lib. 11. Can. Hinc est etiam. 16. Quæst. 1. Planè vt moribus patriis sublatæ sunt Monasticæ Gallorum electiones: Ita Ecclesiastico vsu ritúque in sacri prædij alienatione non requiritur iudiciaria promercalis rei licitatio, cui Regius intersit cognitor, nec sacrati viri eo nomine Ciuilibus profani fori Legibus vsquequaque alligantur. Nam Pontificios tantùm canones de eo editos admittit consuetudo. Reliquum igitur erit hoc publici Actoris munus sacri patrimonij assertorium ac procuratorium, quùm aduersus temerè initas ipsius venditiones Ecclesia postularit in integrum restitui, & implorato Principis Rescripto, plebeij aduersarij circumuentionem imminutáque Templorum iura in Regiis Tribunalibus allegarit.

Interdum etiam specialis quarumdam Ecclesiarum consuetudo derogare potest Canonicis alienationum rei Ecclesiasticæ solemnibus, Cap. Cæterum De Donat. Glo. in Can. Abbatibus. 12. Quæst. 2. Quamuis enim talis consuetudo disponens super iure personæ, vt pote quod Prælatus irrequisito capitulo alienet, non valeat Cap. cum causa De re iudic. Tamen disponens super omissione formæ non damnosa Ecclesiæ, (vt subscriptio vel canonicorum singulorum consensus) valet. Cap. Dodum De Reb. Eccles. non alien. In. 6. Iudicium Curiæ, aduersus quendam actionum cessionarium Die. 12. April. An. 1588. Dn. Longolio litis relatore, in 4. Camera Inquestarum Curiæ Paris.

26 SIMILI modo in re pupillari tuenda, quæ Ecclesiasticæ paribus vtitur priuilegiis, strenuam nauauit operam Procurator fisci Anno superiore, aduersus magistratum quendam litium concinnatorem: Quippe qui à patre pupillorum coemptos fundos rapere ad se conatus esset transcriptio actionis rescissoriæ iure. Hinc Regio instante cognitore, decreuit Senatus, litis redemptorem cessione actionis summoueri: ea quidem mitiori lege, vt impuberum tutor, quod illi apud acta obtulerat cessionis pretium refunderet. Decreto pridie Idus Apriles An. 1588. Quùm autem damnatus retractari causam postularet ex Rescripto publicè, Nos, contra, pro tutore minorum annis ita disseruimus in summo Curiæ Auditorio, seueriùs etiam cum illo agi potuisse: vt qui controuersa in suo Foro priuatorum iura sordidè mercatus fuisset, seu rescissoriæ actionis cessionem stipulatus, quæ fictitio dehinc cedentis personati nomine apud laruatum quoque Iudicem exerceretur. Clancularium enim hoc rei litigiosæ commercium trina Lege notari, vindicari. Prior est talium alienationum in potentiorem prohibitoria, cuiusmodi habetur Consiliarius principis, Regius iudex, aut Rector Prouinciæ. Vt Diuus Claudius, & Diocletianus Cæss. vicissim sanxerunt. l. 1. Cod. Iustinian. Ne liceat potentior. Tum Honorius & Theodosius

Auctoris Oratio in Senatu habita diebus Iunij. 16. & 23. Mart. Ao. 1589. contra supplicantem Principi aduersus Decretum Curiæ.

Augusti l. vn. De Action. in potentes translatis Lib. 2. Cod. Theodos. Eóque spectant aliæ Constitutiones Cæsareæ, sub Tit. Si quacunque prædit. Potestate. Et Tit. Si rector prouinciæ, vel ad eum pertinentes. Difficile enim est, vt bona causa sit, cuius actio in ius alterius desparatione transfertur Symmachi verbis, Epist. 45. Lib. 10. Qua itidem ratione Diuus Pius rescripsit, lites Fisco donatas minimè se suscepturum. Vt inquit Iul. Paulus, Receptarum Lib. 5. Tit. De Iure Fisci & Populi. Ibidem relatum est, hæredem litis causa institui non posse Imperatorem: ne calumniandi facultas ex Principali maiestate capiatur. Imo nec Regiis Consiliariis nomina vlla transcripta valere statuit Karolus. 5. Franciæ Prorex, in publico Ordinum Conuentu. An. 1356. Artic. 4. Adiecta nimirùm pœnæ interminatione, cedentem, nominibus ipsis, & cui cessa ea fuerint, hunc grandi ære mulctatum iri. Iuxta citat. leges Imperiales. Quibus satis consonat Prouinciale edictum Romani Proconsulis de alienatione iudicij mutandi causa facta, ne opposito nobis potentiore aduersario, iudiciorum exitus durior constitueretur. Iis successit Anastasij Cæs. sanctio in quoscunque actionum emptores litigiosæve rei: à quibus eandem pari pretio euincere licitum est aduersario litigatori. Eaque conditio ex lege Anastasiana non modò pertinet ad nomina, personaléque æs alienum ceu mobile, sed ad iura quoque prædiotum, siue immobili de re actiones. Vt Bartolus opinatur in l. Per diuersas Num. 21. Et secundùm eum Baldus inibi Num. 8. Cod. Mandati. Quam opinionem Curia Parisien. iudicio amplexa est. 4. Iduum Quintilium An. 1578. ex facto proposito inter Petrum *de Segur* petitorem, & Philibertum *du Crocq* reum. Neque hinc abludit Vlpiani responsum l. 4. in fi. Vers. ad iura ℣. De alienat. iudic. mutan. Sed Actionum cessio in Iudicem ipsum, qua de nunc quæritur, est odio digna maiori, & animaduersione Senatus, nedùm pretij cum re iactura. Paciscentium enim morem hunc piraticum exclamat Quintilianus, ac imponentium periculis pretia procul abominandam negotiationem à mediocriter etiam improbis abesse oportere. Lib. 12. Institut. Orator. Cap. 7. Sic apud Plinium Nigrinus tribunus plebis recitasse fertur libellum disertum & grauem, quo questus sit, pactionibus in lites coiri, vænire preuaricationes, & gloriæ loco poni ex spoliis ciuium magnos statosque reditus. Lib. 5. Epist. Inde & M. Tullio improbatur Fabij illius Sententia, qui Nolanis & Neapolitanis iudex de finibus datus à Rom. Ciuitate, cum vtrisque seorsùm egerit, vt fines suos pauxillum contraherent, ac subinde quicquid agri in medio relictum sit, Romanis adiudicarit. Nec Romanus quidem Populus ipse reprehẽsione caruit, quia limitaneũ fundũ, de quo inter Ardeates & Aricinos fuerat is lectus arbiter, haud satis ex tanti Pop. pudore ac modestia, Reip. Rom. addixerit. Vt T. Liuius percensuit, Decad. 1. Lib. 3. & 4. His denique ac plusculis id genus quùm Senatorij decreti auctoritatem

Congruit his Lex, Res quæ in controuersia §. Lites donatas ℣. De iur fisc l. 1. & 2. Cod. Ne fisc. vel Respubl.

Karolus. 5. patre Rege captiuo, Rector Franciæ, Rex postmodùm, mortuo patre.

Lex Anastafiana penult. & vlt. Cod. Mandati. Quæ procedit etiam in realibus litigaodi causa alicui cessis in possessorem.

Placitum Curiæ die 12. Iulij An. 1578. pro Dn *de Ligonne Perdellan*, Petro *de Segur*, *contre du Crocq cessionnaire d'actions reelles.*

Improbæ pactiones de quota litis, Iudicique, aduocato, & procuratori interdictæ. l. si contra Cod. Mand. l. litem Cod. De Procur. l. quisquis Cod. De postul. l. 1. §. si cui ℣. De var. & extra ord. cognit.

tem defendiſſem, Patres cenſuerunt, negotium ampliori conſilio diſcuti, ac interea iudicatum fieri debere. Areſto in publica fori concertatione prolato. 10. Kalend. Apriles hoc An. 1589.

Iudicium Curiæ die 23. Mart. An. 1589. d'appoincté au Cõſeil ſur la Requeſte ciuile, & que ce pendant, l'Arreſt ſeroit executé:

Titulus. VII.

DE EMPHYTEVSI, AC PERPETVA SACRI FVNDI LOCATIONE.

1. *Origo variarum Franciæ Emphyteuſeõn Eccleſiaſt.*
2. *Nouæ Emphyteuſes Eccleſiaſticæ ob ſacrum Galliæ bellum.*
3. *Tridentinæ Synodi canon, Eccleſiaſticæ locationis ad longum tempus prohibitorius.*
4. *Ecquid valeat tranſactio Eccleſiaſticæ Emphyteuſeos renouatrix.*
5. *Tranſactio inter Richardum Angliæ Regem Turoniæ principem, & Archiepiſc. Turonenſem.*
6. *De locatione bonorum, &* Prioratuum *monaſtici Ordinis Caſalis Benedicti.*
7. *An Rex Epiſcopo ſuccedens iure Regaliæ, teneatur ſtare colono bonorum Epiſcopal.*
8. *Capitulum, ſede vacante, non ritè expellit colonos Epiſcopalis iuriſdictionis.*

9. 10. 11. *Vtrum inquilino liceat ædibus cedere prætextu illuſionis vmbrarum & ſpectrorum.*

12. *Reipublicæ cum Religione conſociatio.*
13. *De Precariis rei Eccleſiaſticæ.*
14. *An nuptiæ ob defectum publicorum in Eccleſia præconiorum omninò* annullentur.
15. *An Emphyteuta filia paternæ hæreditati renuncians priuetur etiam Emphyteutico iure paterno.*

16. 17. *Quanta læſio probanda ſit ad ſacram Emphyteuſim reſcindendam.*

18. Patronatæ *Eccleſiæ bona, reclamante patrono, vix alienari poſſe.*

DE ALIENATIONE sacri fundi postquam generatim dictum est, Iam ad ea Ecclesiasticæ rei commercia sigillatim descendendum, quæ frequétiùs vsurpantur. Huius speciei est Emphyteusis, aut perpetua vectigalis prædij locatio, cùm alibi, tùm in Francicis oris receptissima. Nostratium enim agrorum Emphyteuticis tabulis patet, innumeras id genus pactiones initas fuisse ab Ecclesia, circiter Annum. 1450. quùm intestinis Franciæ bellis vastata desertáque arua colonis sparsim destituerentur. Illa enim tempestate, ac paulò superiori, inculta iacebat tellus Francica, totáque ad vastitatem redacta fuisset, nisi paulatim, leuatá malis respirantéque Patria, Clerici mancipassent fundos Emphyteutica lege, noua scilicet Agricolæ manu ad culturam reducendos. Cuius rei causam omnem, agrorúmque populationes mirè depingit Alanus Quadrigarius, qui ea ætate florebat, Regius Karoli. 7. amanuensis, & illorum temporum scriptor. In Libro qui *Curialis* inscribitur. Ac vereor itidem, ne lasciuienti hodie per mediam Galliam & externo & nostro milite, spoliatis fugatisque Agrestibus, relicto pagatim aruorum cultu, verear propterea, ne fundorum domino cuique, nedùm Clero, repetendæ iamiam sint auitæ τῶν Ἐμφυτεύσεων cautiones, & ad Oeconomicas hasce Maiorum artes recurrendum. Nam ab Agathensi Præsulum Conuentu statutum fuit, terrulas aut vineolas exiguas, steriles, defectas facilè distrahi posse, ac priuatis transcribi Emphyteutico iure, tanquam Ecclesiæ inutiles. Can. Terrulas. 12. Quæst. 2. 1

Clerici olim communiter viuentes fundos suos propriis manibus colebant, vel plebeiis colendos arandósque locabant temporaria vel emphyteutica lege. Vt Moguntinn Concilio relatum est, apud Yuonem Carnot. Lib. 2. De Decimis Can. quæst. & Can. Decimas. 16. Quæst. 1. Monachos etiam rurestri opere occupari solitos indicat Hieronymus ad Rusticum monachum scribens. Can. Nunquam De Consecr. Distinct. 5. Alanus Quadrigarius Regius Caroli. 7. scriba seu Secretarius, cuius varia Opera extát, Historia principis sui Caroli, Curialis, Francorum Regum Genealogia, Epigrámatum Liber, & cum plusculi alij. Vineæ tamen ad solum magis quàm ad superficiem pertinét. Et ideo sublatis vineis, nihilominùs quæsita illis antea seruitus manebit. Ex Iaboleno in l. Certo generi ff. De Seruit. rustic. præd. Apostolicum Rescriptum de Ecclesiasticis prędiis in Emphyteusim dandis *ou à rente perpetuelle*. Die 1. Augusti. 1568.

VRGENTE ciuili bello Gallico, Pius. 5. Pontifex indulsit Franco Regi, vt Gallicæ Ecclesiæ nummis vteretur in sacram hanc causam aduersus diuinæ reos perduellionis & humanæ: Fecítque ob id nostrati Clero potestatem sua latifundia aut diuendundi, aut vectigalia locandi in perpetuum, aut Emphyteusis nomine concedendi: nec publica modò, sed priuata etiam liberáque extra ius conuentione. Pontificiis codicillis Kalend. Sextilibus An. 1568. Horum prętextu Ceriseus, qui breuisculæ conductionis lege detinebat patrimonia cœnobij Belbranchei, insidiosis munusculis eò perpulit cœnobitas, vt fruendum sibi ipsi in longum tempus locuples prædium locarent, modico iis ære quotannis pensitando. Paucis inde diebus detecta coloni fraus, dominos inescantis Cœnobitas: quibus grauem valdéque noxiam opulenti fundi Emphyteusim extorsisset. Ab ea proinde Senatum appellantibus Monachis forense ita præbuimus patrocinium. Bona quidem Ecclesiastica sacri belli ergò licitè alienari: Amidensem præsulem, Azazena regione ab exercitu Romano direpta, captis abductísque hinc aliquot mortalium millibus, vendi iussisse aurea Ecclesiæ vasa, vt ab hostibus illi redimerentur. Ex Nicephoro, Sacræ Hist. Lib. 14. Cap. 22. Ibam quoque in Bery- 2

Abbatia *de Bellebráche* sub regula Patrum Cistercienfium, In Cenomana Galliæ diœcesi. Actoris actio in Curia Parisien. Berythos, vulgò *Barutum*, vrbs Phœnices, in ora Libano monti subiecta, De qua Plinius, lib. 15. Cap. 17.

in Berythano. Concilio increpitum fuisse, quòd Ecclesiasticam gazam, quæ ad soluendos vinculis captiuos collecta erat, in propinquorum domos callidè inuertisset. Verùm hoc casu permissa sacræ rei alienatione, non ideo à solemnibus formulis recedendum, Vt Iustinianus edixit in L. Si quando Cod. De Inoffic. Testam. Nam & necessariam mancipationem fundi Ecclesiastici Pontificio Canone irritá haberi, nisi iustis facta solénibus adprobetur. Atqui Emphyteusim, de qua quærimus, nulla de Ecclesiæ commodis præcessit inquisitio. Quantò minùs antiquus conductor, cui fida rerum Ecclesiæ curatio tuitióque incumbebat, in iis debuit veteratoriæ subdoléque grassari. Sed quia huic Emphyteuticæ pactioni nulla iudiciorum accesserat auctoritas, idcirco prouocationem, quæ ab Emphyteusi interposita fuerat, aduersario renunciaui, vna contentus Diplomatica Restitutione in integrum, ad diuturnam locationem rescindendam. Versorio, contrà, Emphyteutæ causam pactionemque defendente, PATRES appellationem quidem infirmarunt ex formula: testitutionis autem negotio vt diceretur ius, partium tabulas penes se proferri decreuêre. Iudicio. 5. Idus Iunias An. 1572.

Pari ratione si Papa vel Legatus mandet aliquem recipi in monasterium, nihilominus Monasterium habet annum probationis. Cap. super eo De Off de'eg Et ita generalibus Rescriptis non videutur sublatæ ordinariæ Iuris solemnitates.

De quo vide not. In L. Habeat vnusquisque Cod. De Sacros. Eccles. Regię Literæ rescissoriæ locationum ad longum tempus rei Ecclesiasticæ.

Arestum Curiæ die 9. Iunij 1572.

Chartre d'vn Euesque de Paris, de l'an 1170. Episcopatus An. 9.

Quod Ascelina Abbatissa Calensis Monasterij & totius eius loci Conuentus, debitorum onere grauiter oppressæ, tres, quartarios, vineæ, quos habebant apud S. Hilarium Paris. quorum vsus propter remotionem minus vtilis videbatur, venditioni exposuerunt. Postea vero oblato & accepto 12. librarum pretio per manum Magistri Leonij S. Benedicti Paris. Canonici eandem possessionem à censu & omni pensionis onere liberam, Ecclesiæ S. Benedicti & Canonicis ibidem commorantibus perpetuo possidendam concesserunt &c. Nos verò ad petitionem præd. Canonicorum hanc venditionem, sicuti in authentico scripto præd. Abbatissæ & sororum quod vidimus, & inspeximus, continetur, scribi fecimus &c. Actum apud S. Victorem.

3 VENETIS planè Lex scripta est hæc, *Ne Ecclesiastica possessiones, aut terrena affictari poßint, nisi per triennium, & cum consensu procuratorum suorum, præterquam agricolis, quibus poßint per quinquennium affictari*, i. locari, aut pignerari. Vniuersim vero Tridentinum Concilium sanxit, pactas ad longum tempus conductiones sacrorum prædiorum retractari: nisi quas patria Synodus canonicè celebratas Ecclesiæque vtiles iudicarit. Trident. Concil. Sessione. 25. Cap. 11. Iisdem Ecclesiæ Comitiis prouisum, ne sacræ Iurisdictionis locationes fierent vllæ, nec aliæ omninò, prærogatis à colono pensionibus, tenerent in successoris dispendium beneficiarij, quasi antecapta nummariæ mercedis solutione. Potiori etiam argumento rescidit Senatus anticipatam locationem Ecclesiastici agri. Decreto in publicis foris actionibus lato die. 4. Decemb. An. sesquimilles. 39. Quod Rebuffus commemorat, forensis huiusce auditor controuersiæ testísque oculatus. In Compendio alienat. Rer. Ecclesiast. Ita nonnunquam CVRIÆ CONSCRIPTI prædiarias. Templorum res tutantur non aduersus profanos modò, sed Clericos etiam inter ipsos iusta & æquabili annuorum inter se redituum collatione, de qua Nos supra. Peculium enim Christi sunt bona Ecclesiæ, quæ Episcopis, sacerdotibus, & Clericis ad honestum eorum vitæ sub-

Ex antiquis Statutis Venetorum.

Vt locatio ad longum tempus Ecclesiasticas solemnitates requirit, sic venditio fructuum ad vitam, vel constitutio vsusfructus in re, quia alienationis species est. Can. Non liceat Papæ 12. Quæst. 2. ibi, in vsumfructum rura dare, & L. vlt. Cod. de reb. alien. non alienand. Secus si non constituatur ius in re, sed actione personali quis ad dandus fructus certo tempore se obliget. l. vlt. ff. De contrah. empt. Facie Cap. 2. De loc. Bart. in l. codicillis 4. instituto D. Delegat. 2.

sidium tradita sunt, & spiritalis ministerij sumptum, denique ad pauperum alimentum & sustentationem.

4 SOLVTA rei Ecclesiasticæ emphyteusi, diem dixit Ecclesiæ sacerdos emphyteutæ, vt fundo actutùm decederet. In contrarium

Placitum Curiæ contra locationes vel emphyteuses rerum Ecclesiæ factas per anticipationem temporis priorum locationum vel emphyteuseôn nondum finitarum. Quamuis administratores vniuersitatis dicantur habere mandatum cum libera, eo effectu, vt transigere etiam possint: Prælatis tamen Ecclesiæ permissum non est transigere super legato facto, & illud remittere. Feder. Consil. 94. Abbas Consil. 58. Lib. 1. & Consil. 62. Tutius quippe est, omnia hæc fieri cognita causa, & ita faciendum consulit Bal. Consil. 380. Lib. 2.

Placart du Roy d'Espagne du 1. Iuin, 1587 sur l'execution des decrets de la Synode Prouinciale de Cambray, tenuë en la ville de Mons, en Octobre 1586. Que par nos Iuges Royaux, & tous autres soient tenues pour nulles, les alienations & baux à longues annees, de biens Ecclesiastiques, faicts sans le consentement des superieurs, & deüe cognoissance de cause: nonobstant toutes Coustumes contraires. Que suyuant les decrets dudit Synode le terme ordinaire de loüer les biens de l'Eglise sera quant aux maisons, censes, & terres labourables, de 9. ans, pour les prez, de 6. ans, & pour les dismes qui se baillent à ferme sans terres labourables, de 3. ans.

pugnante isto, inita est postmodùm inter eos transactio emphyteutici pacti renouatrix. Quærebatur, valeret necne quod gestum fuisset. Valere ex eo probabile erat, quia Ciuitatis Syndicus, aut Collegij, publicísve id genus Administratores, etsi rem certam ac indubitatam nequeant liberalitate remittere, dubia tamen de re ac lite incerta decidere possint. Valeriani Imp. Lege Præses prouinciæ Cod. De Transact. Idque produxit Azo I.C. ad sacrorum Præfectum, cui tanquam legitimo pauperum Rectori licere putat is bona Ecclesiastica alienare citra decretum iudiciarium. Arg. §. Si quis in nomine, In Authen. De Eccles. Titul. Iuxta Bal. in l. Si pupillorum. §. Si pater, Et in l. Qui neque ff. De Reb. eor. Mea autem fert sententia, Ecclesiastico Præsuli nihilò magis transigere de sacro fundo ius esse, quàm ipsum distrahere: Quum verbis generalibus vetita alienatio transactionem includat. Vlpiani Responso in L. 1. §. At si transegit ff. Si quid in fraud. patr. L. non solum Cod. De Præd. Min. Nec mutat fauoris ratio antiqui coloni, ad iterandam sacri prædij emphyteusim. Nostrate enim Iurisprudentia attenditur duntaxat melior Ecclesiæ conditio, cuius ad commoda pactiones omnes, velut ad scopum, diriguntur, nullo peculiari habito personarum delectu. Nam etsi Romanorum Principum Rescripta veteri gratificentur emphyteutæ, ac Thraciorum Cæsarum Leges propinquis, consortibus, vicinis, eiúsque sociis, qui fundum venalem haberet, aut Emphyteutico iure concedendum. Aliud tamen Vsu nostro forensi obtinet, vt experimur indies, Ecclesiasticis in rebus potissimùm. Itaque vix est, vt rata maneat transactio à templi sacerdote contracta, finitæ ἐμφυτεύσεως prorogatrix, nisi eam pariter solemnibus lege statutis muniendam curauerit. Vt Alexander. 3. admonebat in Cap. Veniens De Transact.

Tutor priuatim licitè nec paciscitur nec transigit de re minoris, sed aduersario ipsius iuramentum deferre potest in iudicio, deficientibus aliis probationibus. l. Iusiurandum quod ex conuentione §. s. l. tutor ff. De iureiur.

Constantinopolitana Romani senioris Nouella, apud Theodorum Balsamonem in Codice Legum Orientalium, quem Enshund. Bonefidius Latinum fecit.

5 SIN AVTEM profanus simul & Ecclesiasticus Proceres contenderint in foro de agrorum finibus Iuridicæque potestatis, ab iis deinde negotium transigentibus non exigentur vulgares solemnitatum formulæ: Inspecta cumprimis pacificentium dignitate nil inconsultò agentium, necessariò finium regundorum arbitrio, ac

Eadem ratione donatio facta à Principe non eget insinuatione Bald. Consil. 167. lib. 1. Vbi refert Bart. ita consultum respondisse in casu domini de Vrsinis.

Principis

Principis interuentu, qui Romanis legibus omnia supplere solemnia credebatur. L. Omnium Cod. De Testam. Eiusmodi habetur transactio à Turonum Archipræsule pacta quondam cum Andensi Regulo de Ciuili iurisdictione, territoriisque limitib. hinc inde cõtrouersis in Chinonio Turonum oppido & agro. Quam Rex solus conuentionem adprobauit, his verbis. *Philippus Dei gratia Francorum Rex. Nouerint vniuersi, quòd sicut cognouimus, ex literis delictorum & fidelium nostrorum Richardi Anglorum Regis, & Turonensis Archiepiscopi Bartholomæi contentio olim habita fuerat inter antecessores eorum Comites Andegauenses, & Turonenses Archiepiscopos super quibusdam consuetudinibus & reditibus de Turonia, de Caynone, de Marchayo, & de Ableuya. Tandem cùm ventum esset ad tempora eorum, per assertiones hominum vtriusque antiquorum & iuratorum terminata & sopita fuit contentio illa, hoc modo. Apud Caynonem recipient æqualiter consuetudines & emendas Præpositus Archiepiscopi, & Præpositus Comitis: Ita quòd neuter expectabit alterum ad recipiendum, nisi quando fuerit ibi Doneya vel Commendesia, & tunc Præpositus Archiepiscopi non recipiet sine præposito Comitis: nihilominus tamen habebit Archiepiscopus dimidiam partem in omnibus, præterquam in emenda Doneyæ, vel Commendesiæ. Quæcunque emenda forisfactorum facta fuerit vel pro pedagio, vel pro alia consuetudine, dimidiam partem habebit Archiepiscopus, & dimidiam Comes. Præpositi & seruientes receptores redituum inter se legitimè se habebunt de omnibus quæ recipient, &c. Præterea nemus de Tileto omninò commune est inter Comitem & Archiepiscopum, & Archiepiscopus ad omnia necessaria tam ad domos, quàm ad alia construẽda, vbicunque voluerit, potest & debet vti, & Comes similiter &c. Omnes aquæ & insulæ tam supra pontem, quàm infra, sunt communes Archiepiscopi & Comitis. Duella tam de Marchayo, quàm de Caynone sunt Archiepiscopi, si fuerint inter homines suos, & solent fieri in Essaulo apud Caynonem, & præsentia & campus sunt Archiepiscopi, & potest eos ducere Archiepiscopus quo voluerit. Et si duellum fuerit inter hominem Comitis, & hominem Archiepiscopi, duellum fiet apud Caynonem. Vterque autem de propriis hominibus duellum faciet fieri, vbi voluerit, &c. Latrones in terra Archiepiscopi capti apud Caynonem, vel apud Marchayum, vel apud Cheners, sunt Archiepiscopi, nisi capti fuerint in via peageau. Omnes homines ligij Comitis de Marchayo, & de Caynone, si mansionarij fuerint in terra Archiepiscopi, per eum omninò parebunt iustitia, & seruient ei secundum tenuram quam habebunt ab Archiepiscopo, sicut alij homines sui, &c. Nos igitur, de cuius feodo sunt prædicta omnia, gaudentes de bono pacis, & vtriusque eorum iura volentes illibata conseruari, approbauimus pacem, & compositionem istam, eámque ad*

Regiæ literæ omologationis cuiusdam transactionis inter Richardum Andium Comitem Turoniæque dominum, & Turonensẽ Archiepiscopum, *sur le faict de la seigneurie de Chinon, & quelques autres terres de Touraine.*

Par Arrest facti Consilij Neapolitani decretum est fundum sterilem Ecclesiæ vt pupilli fundi nõ posse sine decreto & solemnitatibus canonicis alienari. Neapol. noua decis. 125. Antonij Capicij, Regij ibidem consiliarij l. si feodum sit sterilis vel saxosus. v. Da reb. tor. Glos. in l. ob æs alienum C. de præd. minor. Nonobstante quod Ecclesia prohibita alienare bona immobilia, alienabit rem sterilem Authen. Item si prædiũ C. de sacrosanct. Eccles. Item quod prohibitus transigere sine decreto, transigere potest quando facerer suam conditionem meliorem. L. cum hi. §. causa D. de transact. Tamen eiusdem Capicij Decis. 105. *rest dit, que* Ecclesiastica res sterilis potest in Emphyteusin concedi ei qui ad culturam reduxit adhibitis solemnitatibus, alias possessio annorum 32. non iuuaret Emphyteutam. Et *ita interpretatam* est Cap. ad aures, De reb. Eccles. non alienand. in d. Consil. Neapolit.

Duella, de quib. hic penitus exoleuerunt in Gallia, vt edocuimus Lib. 3. de Domanio Franciæ. Antiqua autem duelli forma apud Francos describitur in 1. parte stylo Parlam. cap. 16. De Duello. Denique Tridentina Synodo vetitum est Duellum in toto Orbe Christiano.

Par Edict du Roy Philippes d'Espaigne, fait à Bruxelles le 1. iuin 1587. *authorizant les decrets du Synode prouincial de Cãbray tenu à Mons en Octobre*

1586. Il est dit en l'art. 24. que le terme de lauer les biens de l'eglise sera quant aux maisons censes & terres labourables, de neuf ans. Et pour les prez, de six ans, & pour les dixmes qui se baillent à ferme sans terres labourables, de trois ans, lesquels Baulx des terres labourables ne se pourrons renouueller sinon apres les six ans. Pour les prez, apres les quatre ans, & pour les dixmes apres les deux ans. Autrement lesdits baulx seront nuls.

firmitatem perpetui roboris obtinendam confirmauimus, &c. Anno à Natali Christiano.1190.

Elegans fori disceptatio de Prioratibus Cœnobiorum Ordinis Casæ Benedicti: Inter priorem quendam commendatariũ & Abbatem ac Religiosos S. Vincentij, in suburbiis Cœnomanę vrbis. A qua Abbatia Prioratus ille est mẽbrum dependens.

Societatem hanc, & congregationem Casalis Benedictinæ confirmauit Leo. 10. P.P. Die 17. Ianu An. 1516.

Edictum Regium die 1. Mart. Lectum & registratum in Curia Die vlt Febr. 1547. aliæque literæ in magno Regis Consilio verificatæ die 21. Decemb. An. 1571.

Successor in beneficio prædecessoris locationi stare non tenetur.

QVANDOQVE in longum tempus protracta valet, rei Ecclesiasti- 6
cæ locatio, tametsi solemnibus formulis destituta. Vt putà, Cœnomanæ Ædis Vincentij cœnobitæ conduxerunt profanos reditus monastici Primat' *de Tuffe* ab Ayraldo *Prioratus* Præfecto fiduciario. Hic diuturnæ locationis pertæsus, sæculari quidã fruendas locauit sacri Primatus possessiones, qui ampliorem nempe mercedem obtulisset. Nouæ conductioni intercedit Vincentianus Monachorũ Conuentus, edisserens, Regularem hunc Primatum Vincentiano Cœnobio contributum esse familiari Lege Casæ Benedicti, qua Vincentiani tenentur, Monasticos autem Conuentus minores seu *Prioratus* huiusce Ordinis in alium conferri non posse, quàm in Benedictinæ huius cœnobitam Familiæ, & talium sacerdotiorum prouentus in communem esse Monasterij mensam referendos. Cuiusmodi Benedictinæ Congregationis Oeconomiæ Leo 10. auctoritatem interposuit, dein Clemens. 7. Paulus. 3. Iulius. 3. & Paulus. 4. qui vicissim Petri Nauiculam moderati sunt. Eamque domesticam Politĩam Reges Franci Edicto perpetuò sanxêre Kalend. Martiis An. 1542. promulgato in Curia Parisien. Pridie Kal. Martias 1547. Ac multò post, Karoli. 9. diplomate, in Actis Prætoriani Consilij perscripto. 3. Idus Decemb. An. 1571. Quòd igitur passi sunt Vincentiani, Ayraldo seculari clerico *Prioratum* commendari, id patris ipsius gratiæ potentiæquè tribuendum, qui Regij tùm anuli Magister Francicam Iuris præfecturam gereret summúmque Gallici fori magistratum. An. 1544. Quocirca vt litium semina omnia tollerentur, id temporis fuisse pacto cautum, vt *Prioratus* fundi Vincentia-

Glos. in Cap. fin. Ne prælat. vices. & in l. emptorem C. de locat. Sed quando agitur de vtilitate Ecclesiæ aliter videtur dicendum, vt ibi habetur. Vide distinctionem Baldi in l. iubemus. 2. C. de sacrosanct. Eccles. Marcus in Decis. 20. part. 2. & in decis. 196. parte 2.

Ayraldi pater, Custos sigillorum, seu vicecancellarius Franciæ.

Die 15. Mart. 1572. *Appointé au Conseil en Parlement.*

nis manerent locati condicta annua pecunia, mercedis vice. Sed quia Ayraldus nuper extraneo monastici Sacerdotij fructus locatione transcripsisset, ideo opportunè quiritendum sibi duxerunt aduersus Pontificiam talis sacerdotij donationẽ, velut abusiuè collatam in Ayraldum secularem clericum: à qua proinde monachi Senatum abusus nomine appellarunt. Ayraldus, contrà, se vicenis iamdùm annis, & ampliùs, cuncta *Prioris* obiisse munia, sic egisse, possedisse fiduciaria lege. Igitur tam longe possessionis statum haud facile animosa in Curiam prouocatione infirmandum. Exhinc sibi ius esse, quantocunque tempore fruendum, cui collibuerit,

buerit, *Prioratum* locare. Peroratam causam Patres ad plenius deliberandi consilium reuocarunt. Tertio Idus Martias An. 1572. Rupeforti, appellanrium: Montholone, totius Ordinis: Choarto, Ayraldi aduocatis. Vltimo demùm iudicio ambæ partes lite foróque facessere iussæ sunt in eo prouocationis negotio: manente tamen antiqua sacerdotij redituum conductione penes Cœnobitas, quâdiu Ayraldus in viuis extaret. Aresto luculento, postridie Iduum Sextilium An. 1574. Ac probabiliùs etiam temporariæ fundorum locationi sacerdotalium stare tenetur successor beneficiarius, cui gratiosa locatoris cessione sacerdotium obtigerit. Si tamen nouus parœciæ Rector aut diœcesanus Antistes, cuius in gratiam alius sacrum beneficium dimiserat, palàm contestetur velle se Ecclesiastico munere præsentem defungi, tunc resoluitur anterior, licet triennis duntaxat, conductio profanarum sacerdotij obuentionum: dummodò indemnis abeat colonus hic nummarius, & quanti sua ipsius interfit, priùs refundatur. Sicuti à Patribus ex tempore decretum est in Primario Curiæ Parisien. Tribunali. 13. Kalend. Ianuar. An. 1584. ad appellationem ex Prætura Carnutensi.

Arestum die 14. Aug. 1574. *sur l'appel les parties mises hors de cour & de procez.*

Resignatarius beneficij Ecclesiæ tenetur stare conductioni bonorum temporalium ipsius Ecclesiæ ad modicum tempus factæ, nisi ille resignatarius Curatus vel episcopus dicat se velle personaliter residere in beneficio. Quo casu expellere colonū potest soluendo ei quod interest.

Deschamps plaidant pour l'appellant du Bailly de Chartres, & Lebeau pour l'intimé aux apres disnees le 20. Decembre 1584.

7 Ivs rescindendæ Emphyteuseos, quod Præsuli datum est, Principi necne competat vacante Cathedra, fuit hæsitatum. Nonnullis videtur, Ecclesiasticas locationes, adapertis Regalibus, iure ipso resolui, nedùm rescindi posse. Quandoquidem Rex voluntarius Episcopi successor non tenetur huius colonos agnoscere. Ex Baldo in l. Si filiofamilias. §. vlt. ff. Solut. matrim. Nec eò magis, re ad fiscum deuoluta, is locationes antea factas seruare cogitur Bald. in L. Si fundus, & in L. Si merces. §. 1. ff. Locati. & L. Valerius. ff. de Iur. Fisci. Idémque in Regaliorum legibus sequendum opinatur Ruzeus. 30. Priuil. Regal. Æquitatis tamen ratio non patitur, Regalis possessionis momento locationes retractari, ne dicam Emphyteuticos contractus longè firmiores. Quippe quùm Regius sacrarum opum dispensator, constante Regalia, custodire debeat, non immutare sacræ œconomiæ statum: Curator instar bonis dati, cui pactitiam fundi conductionem non licet conuellere, nisi dolo malo contractam fuisse appareat. Itaque Religiosissimus Senatus pro conductore Episcopalis Molendini D. Clodoaldi indicauit aduersus Regium Oeconomum vacui Parisiorum pontificatus. Sententia propalam dicta in maiori Curiæ Auditorio, Sextili mense. 1568. Nec dispari ratione Patres secundùm defuncti Præsulis magistratus & officiales pronuntiarunt dudùm, victo Sanflorianæ Ædis Collegio summo, cuius tum publicè causam agebamus. Nam vidua Episcopo Sede, Canonicorum cœtus abdicarat magistratu sacri Fori Suppræfectos & administros: eo quidem argumento, quod in mortui vicem Antistitis *Capitulum* successisset, præsertímque in Iuridicum illius imperium. Sed publicis muneribus summoti cùm appel-

Multorum iudicio successorio Prælatura tenetur stare locationi à decessore factæ, quando ad modicum tempus contracta est iure communi permissum, & defunctus recepit pensionem totius temporis ante tempus locationis finitum. aliàs deciperentur conductores iuris auctoritate, quod esse non debet. l. 1. Cod. de his qui ven. ata. in hanc quæ. Ionnc. & Abbas in ca. vlt. Ne præl. vic. suas Cyn. in l. iubemus 1. Cod. de sacros. eccles. Bald in l. defuncta. ff. De Vsufr. Ancharanus Consil. 116.

Item deputati Regaliorum custodes, sede vacante, non possunt incidere arbores ardua, neque piscari stagna Prælaturæ ante tempus, neque alia moliri, quibus deterior fiat reditus annuus Prælaturæ. Ex Cōstitutione Philippi 4. Regis Mense Mart. An. 1302. An vero in Ecclesia ista S. Flori Aruernorum Regalia locum, habeat, disputatum est An 1574.

Déque eo copiosè egimus lib. 2. de Domenio Franciæ. Tit. 9 art. Peault & lib. 2. de Priuileg. rustic. parte 1. cap. vlt.

Durente etiam Regalia, emolumentum sigilli episcopi, cameræ vel curiæ nō pertinet ad Regem, sed ita reseruatur successori, vt interim Capitulum accipiat expensas moderatas, quas facit in edictis citatoriis & aliis necessariis. Cle. Statutum De elect. Ruzeus. 30. priuil. Regal.

Licet Capitulū Sede vacante non possit per se ordinare & cōferre ordines ac Episcopalia huiusmodi exercere, quæ ad solū pontificem consecratum spectant: Potest tamen alienum episcopum inuitare, vt ibi Pontificalia exequatur. Sicuti Metropolitane sede vacua, Capitulum illius Ecclesiæ potest demandare consecrationem Suffraganei. Panor. in cap. 11. De elect. per eum textum.

Placitū Curiæ die 26. April. 1570. Hæc de fructibus episcopalib. profanis dicta, ciuiliter intellige in prouinciis Regaliorum legi minimè obnoxiis.

lassent Ordinem Clariss. abusus ergô, Nos, contrà, pro fani Flori Sodalirio dicebamus, Ecclesiasticos Iudices, scribas, apparitores ab officio reuocari solo pontificis obitu, quasi iuris dicundi mandato morte soluto mandatoris, & ad succedaneam huius matricem Ecclesiam transeunte. Vt sanxit Bonifacius. 8. in Cap. vn. De Maiorit. & obed. post Honorium. 3. in Cap. His quæ, & Gregorium. 9. In Cap. Cùm olim. Eod. Tit. In Antiq. Clement. & si principalis, de Rescript. Quam in partem multa congessit Archidiaconus in Cap. 2. De Offic. Vicarij Lib. 6. Faber in Rubr. de Officio eius qui vicem alterius gerit Cod. Castrensis in L. Iudicium. ∓. De Iudic. Iohan. Gallus Quæst. 173. Planum est enim præsule vita functo, Collegium liruo insignitum succedere in Episcopalem Iurisdictionem. Cap. ad abolendam, De Hæret. Cap. penult. & vlt. De Suppl. neglig. prælat. apud Bonifacium. 8. Quineriam Collegij ipsius vocatu externus Antistes sacros confert ordines in Diœcesi Pastore orba, & Pontificalia exercet. Can. Pontifices 7. Quæst. 1. Innocent. ac Panor. in Cap. suffraganeis, De elect. Causa tamen plenè disceptata, censuit Senatus placere, Iudiciarium munus prouocantium cuique fuisse à *Capitulo* abusiuè abrogarum. Decreto Curiæ. 6. Kalend. Maïas An. 1570. Pasquero appellantium: Vilcotio, nouorum officialium: Me, *Capituli* Santofloriani aduocatis. Benigniorem hanc sententiam iuuat sacer Canon Tridentinæ Synodi, Sessione 24. Capti. 16. Quo quidem Cathedrale Sodalitium, vacuo Solio: iubetur œconomos fructibus cogendis fidos gnauósque præponere, qui rerum prouentuúmque Ecclesiasticorum curam gerant. Item Vicarium Iuridicum aut constituere post Episcopi obitum, aut extantem confirmare. Enimverò Andegauensis rempli Max. Sodales mordicùs defenderunt in Senatu, eo se hactenus iure vsos, vt magistratus officialésque defuncti Antistitis deponerent pro arbitrio, & alios in eorum vicem sufficerent, vacante pontificatu. An. 1417. 1438. ac successiua remporum serie, in hanc vsque lucem. Proinde Senatus, quem ex prouocatione abusus titulo facta, adierant mortui Episcopi officiales pubico suo munere abdicati, pronuntiauit rem consilij esse. 5. Nonas Martias An. 1588. Roberro & Chauuelino, N. *Lestourneau*, & Karoli Fabri appellantium: Mornaco contra, Andensis Capiruli causidicis.

Appoinctè au conseil en la cour Die 3. mar. An. 1588.
Depuis iugé pour ledit Chappitre d'Angers par Arrest du 6. Aoust 1594. au rapport de M. Fleury à la grand chābre, à sçauoir ledit Chappitre maintenu en sa possession de commettre Officiers *de iustice*, Sede episcopali vacante, *autres que ceux du defunct Euesque tant que le siege vacquera.*

Il y auoit pareil Arrest comme d'abus de sa destitution faite par le Chappitre du Mans, qui pretend pareille possession immemoriale de commettre à l'Officialité qui bon luy semble, Episcopali Sede vecante. *Choart pour l'appellant, Dagues pour le chappitre, & Duret pour Claude le Febure chantre de lad. Eglise, commis par ledit chappitre à lad. Officialité. Toutesfois les parties ont accordé, & ledit Taron a quitté moyennant la reserue des gages à sa vie durant. Fait le 8. ou 9. Aoust 1601.* *comme d'abus prest à plaider en Parlement le 9. Aoust. 1601. entre M. Anselme Taron Official du Mans appellant*

Minos adhuc dubium est in colono specialiter obligatam habēte rem conductam: Quo casu dominus nec pro suo quidem vsu posset expellere

QVVM igitur Episcopali Collegio non liceat Pontificiæ colonos 8
iurisdictionis expellere, quos Præsul ipse pro arbitratu deponere potuisset, infirmiùs etiam Princeps lege Regaliorum deiecerit priuatos conductores, emphyteutas, & reliquos huiusmodi Episcopalium

palium redituum possessores. Quamlibet enim fructuaria sit hæc rerum Ecclesiasticarum tutela procuratióque Regi competens, in sacro illo Interregno: humanum certè est, anteriora pacta ab hoc temporario Ecclesiæ curatore custodéque seruari, nec rescindi, Regaliorum verò ius ipsum in sacras aliquot Galliæ diœceses, excussimus š. Lib. I. Tit. 7. De Andium vtique Ecclesia, cui summam Andegauus libertatem optarim, & eam quæ propriè dicitur, Hierarchiam, cogor inuitus antiquas Regum tabulas producere in medium, Andegauen. Regaliæ indices, testésque veteres Regaliorũ possessionis in Andica diœcesi: Ne ego alioquin patriis indulsisse affectibus, aut Municipij mei Clero plura, quàm rerum gestarum fidei videar tribuisse. Quocirca Philippi Pulchri elogium de Andensi, ac Cœnomaniæ Regalibus sic accipito. *Philippus, &c. Nos deliberamus charißimo, dilecto, & fideli fratri Carolo Valesij, Alenconij, Andegauiæ, & Cænomaniæ Comiti, Gardias omnium Ecclesiarnm, cappellarum, & monasteriorum dictorum Comitatuum Andegau. & Cenoman. excepta garda Ecclesiarum Cathedralium Andegauiæ & Cenomaniæ, & quarum de garda nostra Episcopi existunt per priuilegium speciale: earúmque quas gardare consueuimus à tanto tempore, quod ius nobis acquisitum existat gardiandi easdem: exceptoque Regali nostro, prout sede vacante in Ecclesiis Cathedralibus antedictis per nos aut prædecessores nostros ab eo tempore, quo Comitatus Andegauiæ & Cenomaniæ ad bonæ memoriæ quondam Carolum Dei gratia Siciliæ Regem, & Comitem comitatum prædictorum deuenerunt, gardiari consueuit. Saluo tamen in aliis iure nostro.* &c. Die Christi Resurgentis soléni Mẽse Aprili An. 1291. Ruzeus quoque putat, Andegauensem, & Cenomanam Ecclesias Regalibus obnoxias esse, variis rationibus citatis in I. parte Præfationis Tract. Regaliorum. De Cœnomaniæ item Regalibus profertur Caroli. 5. diploma. 3. Nonas Decemb. An. 1367. à Phil. probo Regaliorum scriptore, in Quæst. 53. Pluscula quoque Nos in hanc partẽ, Li. 2. REI DOMINICÆ Gallorum, Tit. 9. art. vlt.

inquilinum Castrēs. elegãter in l qui fundum ¶. loc. Alex. in l. si filio § si vir, 10 2. col. ¶ sol. matrim.

Carolus de Valois frater Philippi 5. Regis Galli.

Carolus D. Ludouici Franciæ regis frater, Siciliæ rex Comes Andiũ & Cenoman.

Litteræ regiæ die 3. Decemb. 1367.

9 QVATENVS Præsides Ecclesiarum, aut Reges, vacua Sede episcopali, debeãt seruare locationes sacrorum prædiorum vel temporarias vel perpetuas, exposuimus suprà: Nunc, vice versa, de conductore Templorum videndum, an & quo casu liberum ei sit à conductione discedere. Quid enim si ab inquilino Ecclesiæ proponatur, spectris infames ædes esse ac vmbrarum illusionibus? Neque iis propterea sibi frui licere in quibus nulla nox sine terrore aliquo trãsigatur. Quod de Caligulæ domo postquam in ea occubuisset, vulgo iactatum est. Quæro nũm talis facti sit in iudiciis admittenda probatio, quasi eius rei periculum locatrix Ecclesia debeat præstare? in hoc sanè negotio Turonum proprætor litem inficialiter constituit, testibúsque mox inquisita re, & defunctæ mulieris imaginum apparitione, decreuit conductionem solui. Quarto Iduum Quintilium An. 1575. secundum Ægid. Ballocrum domus conductorem aduersus Danielem Macquarellum & alios quosdam minores an-

Noua fori quæstio needum antea fortassis tractata in iudiciis, an reseruatur ædium emptio vel locatio, quas spectris infames esse allegetur.

Sententia Ballliui Toronæ, vel eius locum tenentis. Die 12. Iul. 1575. resolutoria locationis ædium.

Auctoris oratio in Senatu habita pro Daniele Macquarello, & Petro Pecqueto tutore Nicolai Macquarelli aduersus Ægidiũ Bollacrum domus illorum habitatorem inquilinum.

nis ædium proprietarios (in Turonicæ ciuitatis suburbiis qui iisdem fermè cum Ecclesia Priuilegiis vtuntur iure Romano. Pro his itaq; à Sentétia prouocantibus, Nos in Senatu, Phátasmata hæc allegantem inquilinum non esse audiendum. Atticos quidem Magistratus Græca credulitate Athenodoro præbuisse aures, qui noctu sibi in conductitiis ædibus obuersari stupendum idolum asseruerit. Vnde possente eo, Areopagitæ domus locum quendam effodi præceperunt, vt collecta cadaueris ossa publicè sepelirentur. Teste Plinio, Epistol. Lib. 7. Ast in Romana prudentiore Politīa, si quis dixisset aliquid aut fecisset, quo leues hominū animi superstitione Numinis terrerentur, non modò ipsi os occludebatur in Foro, sed & relegandum in Insulam Diuus Marcus rescribebat. Ex Modestino De pœnis. Eodémque argumento Petilius prætor Græcos libros de disciplina sapientiæ, qui reperti fuerant in agro L. Petilij scribæ arcis lapideis inclusi, cremauit palá ex auctoritate Senatus. Vti à Valerio proditum est, Lib. 1. Cap. 1. Sic minimè ferendi, qui in populare Fori conspectum prodeuntes, terris spiritibus vexari genus humanum, variísque deludi imaginibus asseuerent. Tametsi enim ante Christi tempora Ethnicis infestiores forent κακοδαίμονες, multiplicíque mortales specie perterrerent: Tamen Euangelicā luce collustrato Orbe, defecit protinus Genij lucifugi potestas, vnà cum fallacibus malorum dæmonum oraculis. Nam præter ea, quæ de oraculorum defectu tradit Plutarchus, nota sunt in hanc sententiam Porphyrij carmina, licet Christiani nominis hostis acerrimi. Apud Eusebium, Euangelicæ præparationis Lib. 5. Cap. 8.

> *Ablata est Pythij vox aut reuocabilis vlli*
> *Temporibus longis, etenim iam cessit Apollo,*
> *Clauibus occlusus silet: ergo ritè peractis*
> *Discedas, patria & redeas ad limina, sacris.*

Quare dæmonum ludificationem præstigiásque obfirmatè narranti indicendum est silentium, & adscribenda potius sensuum perturbationi phantasmata, quàm certè humani impostoris illusioni. Ita non animum modò, sed nec corpus quidem credit Augustinus Dæmonum arte vel potestate in membra lineamentáve brutorum posse conuerti, sed Phantasticum hominis, quod etiam cogitando, siue somniando, per innumera rerum genera variatur, & cùm corpus non sit, corporum tamen similes mira celeritate formas capit, sopitis aut oppressis corporeis hominum sensibus, ad aliorum sensum, figura corporea posse deduci: Eò vagæ mentis errore, vt corpora ipsa hominum alicubi iaceant, viuentia certè, at multò grauiùs vehementiúsque, quam somno, suis sensibus obseratis. Augustini Lib. 18. De Ciuitate Dei, Cap. 18. sic vulgò se habet humana imbecillitas, vt cùm mortuum quisque viderit * ἐν ὀνείρῳ, ipsius animam

Plinius ea l. Epist. 27. lib. 7. Epist. ad Suram suum, narrat, Curtio, quum adiret Africam spatianti in porticu oblatam fœminæ speciem humana grandiorem pulchrioremque: Obstupefacto Africam se venturorū vatem dixisse iturum enim Romam honoresque gesturum, atq; etiā cum summo imperio in eandem prouinciam reuersurum ibique moriturum. Facta sunt omnia, inquit. Præterea accedenti Carthaginem, egredientique nauem eadē forma in littore fertur occurrisse.

Alexander 3. Scotorū rex senex, quùm tertiò vxorem sibi desponderet, Druydam Comitis filiam, & noctu festum celebraretur, vidit cum Aulica familia mortuum in si ne choreæ cantibus exutum saltantem. Quod cū Rex cæterique animaduerterent attoniti primum obstitêre: deinde omen aduersati, non solum tunc, sed & in posterum dimiserunt nuptiales iocos. Nec inaniter hoc visum: Nam eodem anno rex insidens equo impotenti, excussus & occisus est inde etiam clades & seditiones ortæ, quæ florentissimum alioqui Regnū eneruerūt. Sub annum 1250. Ex Hect. Boethio in Scotis. Annalib.

* in somno.

Narrat Hieron. Cardanus (Lib. 16. cap. 93. de varietate rerum,) quòd in familia Torellorum, imprimis nobili, ac inter primas Parmæ solet videri in Arce ab iis possessa anus quædam sub camion, quoties è familia aliquis obiturus est. Accidit autem,

animam videre ſe arbitretur. Quùm autem viuum pariter ſomniauerit, non eius animam, neque corpus, ſed hominis ſimilitudinem ſuis obiectam fuiſſe oculis haud dubitet. Quaſi non poſſint mortuorum etiam hominum, eodem modo neſcientium non animæ, ſed ſimilitudines quædam dormientibus obuerſari. Teſte Auguſtino, In Lib. de cura pro mortuis gerenda. Quo loci idem refert, Mediolani cùm ageret, audiſſe ſe, quòd dum repeteretur debitum à quodam, defuncti patris cautione prolata, quòd inſcio filio, à patre iam fuerat perſolutum) triſtari homo cœperit acerbiùs, mirarîque patrem æris alieni ipſum non admonuiſſe, cùm etiam teſtamentum cõdidiſſet. Tunc nimis anxio fertur apparuiſſe pater eius in ſomnis, & vbi eſſet receutum, quo cautio vacuata fuerat, indicaſſe. Eo inuẽto iuuenis atque monſtrato, non ſolùm falci debiti calumniam detexit, ſed paternum quoque recepit chirographum. Nec aliter contigiſſe, ibidem memorat Auguſtinus, quùm Carthaginis Eulogius Rhetor, qui Auguſtini diſcipulus extiterat, Rhetoricos libros M. Tullij auditoribus ſuis prælegeret. Hic enim lectionem recenſens quam poſtridie fuerat traditurus, locũ offendit perobſcurum. Quo non intellecto, vix obdormiſcere potuit, ſed ea nocte ſomniati Auguſtinus, quod non intelligebat, explicaſſe ſibi videbatur. Vti Auguſtino ipſe narrauit, ex Inſubtibus in Africam remeanti. At non ego (inquit ille) ſed imago mea Eulogio obiecta eſt ignorante me, & tam longè trans mare aliquid aliud ſiue agente, ſiue ſomniante, & eius curas nil morante. Quomodo fiant iſta, me latet: ſed quomodòlibet fiant, cur non perinde fieri credimus, vt in ſomnis quiſque conſpiceret mortuum, quo pacto fit, vt cernat & viuum? Ambobus vtique neſcientibus, neque curantibus, quis, vel vbi, vel quãdo eorum ſomniet effigiem. Similia verò ſomniis exiſtunt nonnulla itidem vigilantium viſa, quorum turbati vagantur ſenſus animúſq; peregrinatur, vtpote phrenetici, vel quocunque furentiun modo.

quãdam ex ea familia puellam ægrotare, mox conſpecta anu, exiſtimarunt omnes puellam perituram at contra accidit ſeruata enim eſt, ſed alius incolumis repentè famulus mortuus eſt. Memorat & Cardanus, hanc anum, cuius nũc vmbra videtur, olim fuiſſe prædiuitem. & ob pecunias interfectam à nepotibus ſuis, & in fruſtra diuiſam proiectámq; in latrinam Eámque certiſſimã eſſe hiſtoriam, nõ fabulam affirmat Cardanus Mediolanenſis.

His non malè aptantur Iãbica hæc, *Quacunque mentes agitat infeſtus vigor, ea per quieti facer, & arcanus refert veloxque ſenſus. Nam omnia qua ſenſu voluũtur vota diurno, Tempore nocturno reddit amica quies.*

Thomas Aquinas docet, diabolum efficere poſſe, vt imaginationi mortalium formæ aliquæ præſententur imaginariè. 1. Qu. 7 n. Art. 1. duabus autem rebus id à dæmone conflari poſſe ſcribit Auguſt nempe ſenſus acrimonia, & motus celeritate, Lib. de diuina. dæmonum cap. 3. & 5. Tum lib. de ſpiritu & anima c. 28.

10 HISCE ergo argumentis oppugnabam Actione Forenſi eius peritionem inquilini, qui ædium conductionem idcircò diſſolui poſtulabat, quòd terrificas δαιμόνων ſpecies inhabitantibus noctu exhiberi affirmaret. Nam hunc vanæ opinionis errorem ex habitatorũ vitio manare dicebam, nec ſana cerebri corporeíque habitus conſtitutione: Cuius factum ac periculum locator præſtare non teneatur. Talia enim * φαντάσματα malè affectis corporibus repræſentãtur, aut atra bile vexatis, ſomnóve oppreſſis grauiore, Vt ait Ariſtoteles De Somnio Animalium, lib. 2. & de Motibus Animal. Cap. 6. Cui ſenſuum infirmitati accedunt crebrò veneficæ prauatum mentium excantationes, hominis aciem ſic præſtringentium, vt Orco euocatas animas ſpectare te exiſtimes.

Hinc mihi Maſſylæ gentis monſtrata Sacerdos,
Quæ ſe carminibus promittit ſoluere mentes,
Nocturnóſque ciet manes. Apud Vergil.

* viſa, ſpectra.

Theodori Byzantini ea ſententia eſt, viros fortes nunquam vel raro ſpectra videre Quòd ipſi ob innatã conſtantiam hæc minime imaginentur.

Ariſtoteles tradit abſentibus ſenſibilibus phantaſmata remanere, & imaginationes. Lib. 2 Animal. Et inde ea motu locali formarum ſenſibilium remanentium in virtute phantaſtica, cum humorib. in quibus ſũt, vt in ſubiecto apparent aliqua quæ non ſunt.

Inde & Ouidiana Lamia ſyluas mouiſſe prædicatur, & iuſſiſſe tremiſcere montes, ac mugire ſolum, manéſque excire ſepuchris. Eiuſdem Metalli ſunt Matonis, Theocriti, & Catulli * Φαρμακεύτριαι. Apuleius ité ſibi accidiſſe, vt ſumpto veneno aſinus fieret, hũmano animo permanente, declarauit. In libris qui Aſini aurei titulo inſcribũtur. Quæ nugatoria planè eſſe Auguſtinus aſſerit, vel tam inuſitata, vt meritò iis fides abrogetur. Riſit & hic mortui Samuelis euocationem, quaſi Pythonicum opus. In Lib. Quæſtionum veteris ac noui Teſta. Ferunt rurſùs, Tullum Hoſtilium Regem ex Numæ monumentis eodem, quo ille, ſacrificio Deos accire conatum magicis cantaminibus ac veneficiis, ſed quia parùm ritè quædam feciſſet, fulmine ictum concidiſſe. Vt Plinius ex Piſonis annalib. recenſuit. Quod igitur Brutus in Bello ciuili territus ſit ſpectro, id ſortib. carminúmve præſtigiis tribuendum, aut corruptis hominis ſenſibus. Nec diuerſum de Iulij Cæſ. ſimulachro cenſendum eſt, quod poſt mortem Caſſio interfectori ſuo produnt apparuiſſe. Auctore Valerio Max. Fatuum credas mehercle Dionyſiũ Syracuſanum, cui paulò ante fatalem vitæ horam obuerſata imago deformis metum incuſſerit, ſcopis domum verrens ac repurgans. Ex Plutar. Paria vagi animi ludibria recitat Plinius de Ruffo quodam, cui muliebris ſe figura obtulit, & attonito prorſus Africam ſe occinit futurorum prænuntiam. In Lib. Epiſt. Adde Philoſophos (illos apud Agathiũ) ex Græcia in Perſiam profectos viſendi Choſroïs Regis gratia, quibus patriam ſolum repetentibus noctu viſum adſtare ſpectrum, & mandare, vt quod reperiſſent inſepultum cadauer, relinquerent inhumatum. Terram matrem omnium non admittere talem, qui ſuã matrem conſtupraſſet. Ecquis porrò dubitet, Arcadis merum extitiſſe ſomnium, quod dicitur, in Ciceroniana Diuinatione? Demus enim, familiares duos Arcades, quùm vnà iter facerent, Megaram veniſſe, quorum alter contulerit ſe ad hoſpitem, alter in tabernam meritoriam diuerterit. Eum tamen, qui in hoſpitio erat, vidiſſe in ſomnis comitem ſuum rogantem, vt ſibi cauponis inſidiis circumuento ſubueniret, inanes ſunt hæ ſomniorum nugæ, aut Ethnicis facta à dæmone impoſtura ante tranſitum * Ellyniſmi ad Chriſtianiſmũ. Hoc etiam fabulæ commento innumbratum magis, quod idé Arcas alteri ſaucius oblatus obſecrarit, vt qui vitæ ſuæ auxiliũ ferre neglexiſſet, neci ſaltem vltioné non negaret. Fatebar certè, mortuorũ animas diuino nutu excitari poſſe, & * Παντοκράτορι Θεῷ nihil non peruium eſſe ac facillimum: vt ſcitè tradit Iacobus de Cluſa in Tract. De Apparitione Animarum. Nec inficias eo, Theodoricum Gotthorum Regem pauore conſternatum, Tetrica ei Symmachi obiecta ſpecie, quem paulo antea ſceleratè necandum curarat, ſi Procopio fidem habemus. Mihi quoque non probatur Epicureæ ſectæ iudicium, Spirituum phaſmata irridentis. Sed portentum iſtud humanúmque ſuperans captum, diſſerebam minimè

eſſe

* Veneficæ ſeu incãtatrices.

Verrius Flaccus, ſcribente Plinio auctores poſuit, quibus ſibi perſuadeat Romanos in oppugnationibus vrbium ſolitos ante omnia euocare per ſacerdotes Deũ oppidi tutelaré, eique viſo eundem apud ipſos locum cultumque, aut etiam ampliorem deferre ac promittere: Atque idcirco abditũ magna cura tutelaré Deum vrbis Romæ, ne quid ſimile, ſi in obſidionis diſcrimen adduceretur ciuitas, tentarent hoſtes.

Caio autem Graccho imminentis caſus atrocitas per quietem denunciata fuiſſe exiſtimatur. Sõno enim per illum Tiberij Gracchi fratris effigiem vidiſſe illum aiunt, dicentis ſibi nulla ratione eum vitare poſſe, vt eo fato non periret, quo ipſe occidiſſet. Id ex Graccho prius quam Tribunatum, in quo fraternũ exitum habuit iniret multi audiuerunt. Ex Valer. Max. Lib. I. Tit. de Somniis.

Simonides pariter cũ ad littus nauem appuliſſet, inhumatúmque corpus iacens ſepulturæ mandaſſet, admonitus ab eo (inquit Valerius) ne proximo die nauigaret, in terra remanſit: qui autem inde ſoluerant fluctibus & procellis in conſpectu eius obruti ſunt.

Eandem duorum Arcadum fabulam dicã an Hiſtoriam deſcripſit Valer. Max. Lib. I. c. 5.

* Paganiſmi.

* Omnipotenti Deo.

Mario viſum eſt ante obitum quendam hoc perpetuo carmen auribus ſuccinere ipſius.

esse in ciuili allegandum Foro, nec in publicis mortalium actionibus recipiendum: ad hanc præsertim hypothesim Christiano dogmate accommodato, SPIRITVS VADENS, ET NON REDIENS. Quamuis itidem pestilẽtis domus iusta sit redhibitio, venditionísque ipsius rescissio, Vlpiani lege Etiam in fundo. ff. de Ædilit. Edic. iuxta M. Tullij sententiam Lib. 3. Offic. Id tamen de corporeis vitiis ac pestifera corporum lue intelligendum., non de animi vitiis quorũm hîc disceptatio est: quibus etsi scatere domum opponatur, nullum redhibitioni locum fieri ex Edicto Ædilium Curulium, respondit Vlpianus in L. Ob quæ vitia. §. animi autem vitium, & §. In summa, siquidem animi tantum vitium est redhiberi non posse ff. De Ædili Edict. Instabam præterea, durum visum iri, si temporaria ædium pupillarium locatio dissoluatur hoc colore, quia ostentis infamis proponatur, vmbratúmque illusionibus. Tametsi enim Christophor. Porcus censerit, domum ab inquilino relinqui posse, in qua occurrant laruæ, spectra aut lamiæ. In §. vltim. Institut. De locat. Hanc certè opinionem grauiter refellit amplissimus Burdigalæ senator Arnoldus Ferronus in consuet. Burdigalen. Tit. de Locatione. §. 3. Quo minùs hisce, pluribus immoremur.

Quin & Cõstantinus Cæsar magni Constantini filius recensuit, se speciem quam antea in secundis rebus sæpe lætam vidisset, tũc cùm mori oraret, vidisse mœstam & lugenti similem.

Quasdam & vmbrarũ figuras, falsásque imagines sibi suaque ætate visas apparuisse testatur Alexander ab Alexandro, propositis aliquot exemplis Genial. Die lib. 2. cap. 9. & Lib. 3. cap. 15 & 19.

11 ECONTRARIO autem, à parte inquilini suggerebatur ipsius libellum supplicem ideò reiectum non fuisse à Turonum supræfecto, quod varia spectra nonnunquàm ædibus infesta narrentur, earúmque habitatoribus. Sic dira species Simoni Atheniensi se obtulit, & Didus figura Æneæ, iuxta minacem hunc Versiculum, Omnibus vmbra locis adero, dabis improbe pœnas. Ita Heraclæo (apud Pausaniam) sacra peragenti εἴδωλον Cleonicæ virginis Byzantiæ prædixit fore, vt breui Spartam reuersus, à malis omnibus liberaretur. Dormienti enim totas noctes imago puellæ obuersari, & hoc poëma occinere visa est: στεῖχε δίκης ἆσσον, μάλα τοι κακὸν ἄνδρεσιν ὕβρις. Quam præmonitionem secutus fuit euentus. Mox enim vbi rediisset in patriam, quùm conuictum eum de coniuratione in suos cum barbaris inita ciues mulctare statuissent, ipse periculum vitaturus in phanum se proripuit Palladis Chalcedoniæ: Sed conclusus in eo ac circumsessus, paulo post fame contabuit. Illud quoque carmen Antonino Bassiano Caracallæ repetiuit ostentum formidabile obiectum specie Commodi Imperatoris. Ne silentio obiter transmittatur Thessala venefica Erichtone, à qua mortuus euocatus Sex. Pompeio exitum Pharsalicæ pugnæ denunciauit. Ex Lucano. Hodie etiamnũm Septentrionales Pop. crebrò diuersi generis portentis circumfunduntur. Teste Olao Magno, Hist. Septẽtrional. Gent. lib. 3. In Cap. De Eluarum. i. Spectrorũ nocturna chorea. De quibus eam concepêre opinionem Gothi, quòd eorum animi mortalium, qui se corporeis voluptatibus dediderunt, earumque se quasi ministros præbuêre, ac impulsu libidinum diui-

Cimoni Atheniensi classe pugnaturo in Cyprios aut Ægyptios horrendam speciem in somnis visa apparuit, carnem quandã in eum lacessitatem latrare: inter latrandũ verò humana voce admixtum hunc versũ edidisse: I, mihi téque meis catulis facturus amicum.

Cimoni quidnam hoc phasma portenderet, ambigenti, Altiphyl Posidoniates vir vaticinij peritus, mortem ait hanc sibi speciem præsagire. Vt auctor est Plutarchus in Cimone.

Legimus etiã in Phygalia Arcadiæ ciuitate fuisse ψυχαγωγοὺς à quibus occulta sciscitari ac futura vsu receptũ fuerit.

Extant quoque in Scoticis Boethij Annalibus varia terrarũ & terrificarum apparitionum exempla apud Scotos.

nia humanaque iura violarunt, corporibus elapsi circum terram ipsam voluerentur. E quorum numero credunt eos esse, qui se adhuc nostro seculo ministeris hominum addicunt humana effigie, nocturnis horis laborantes.

Arestum Curiæ die 6. Mart. 1576.

12 CAVSAM demum publicitùs actam Patres consilij esse pronunciarunt, inquilino interim locationi stare condemnato, cuius partes Natalis causidicus nostris aduersas tutatus erat. S. Consulto Pridie Nonas Martias An. 1576. qui annua Hilariorum celebritate clarior illuxit dies. Ex hoc autem Curiæ decreto obseruanda est Ciuilis Politiæ prudens cum religione consensio ac velut consociatio, Reipubl. salutaris. Istic enim Senatus merito suspendit ea de re iudicium ad sacram Disciplinam pertinente: ne quid ex iis fortè nouaretur, quæ Ecclesiasticæ sunt professionis ac cognitionis. Politicum verò priuatæ controuersiæ caput, quod in temporaria ædium locatione positum erat, à Patribus definitum est ad ciuilem hominum inter ipsos societatem mutuis commerciis deuinciendam ac retinendam. Per hunc modum, Romana stante Republ. cùm Licinia virgo Vestalis Aram & Ædiculam sub saxo sacro dedicasset, eam tem Sextus Iulius prætor auctore Senatu retulit ad Collegium Pontificum: Vnde P. Scæuola Pont. Max. pro Collegio respondit. QVOD IN LOCO PVBLICO LICINIA C. F. INIVSSV POPVLI DEDICASSET, SACRVM NON VIDERI. Itaque Senatus Pontificum auspiciis negotium dedit Vrb. Prætori, curaret factum ne id fieret, & vt si quæ essent incisæ aut inscriptæ literæ, eraderentur: ne ex ea consecratione minùs ritè facta vllum literarum extaret monimentum. Sicuti à M. Tullio scriptum est, pro domo sua. At nostra ætate nonnulli, dum Politicæ Magistratus functioni miscerent Religionis negotia, & specioso Politicōn titulo pugnantes de Religione sententias confusim admitterent, communem populi tranquillitatem, publicúmque Regni Statum magnopere conturbarunt. Politici quidem vocabulum per se præclarum ac illustrè est, eúmque significat, qui in ciuili prouinciæ administratione prudenter se gerit, consiliaque sua omnia ad communem vtilitatem dirigit. Quoniam tamen primores aliquot Togati, pro eo quod Ecclesiæ incolumitatem ac quietem, velut Cynosuram positam ante oculos habere debebant, contra, regendæ Ecclesiæ rationem inflectere ad temporariam politiam studuerunt, atque interim, vt honesto in speciem nomine turpissimum fu[...]atent institutum, Politici haberi voluerunt: idcirco factú est, vt apud multos infamiam sibi vox ista conflarit. Hinc enim velut * adiaphoria quædam exurgit, per quam eò denique homines adducuntur, vt de Orthodoxa Fide tantum duntaxat suscipiendum sibi putent, quantum cum publica pace, ac sine vllo dissidiorum nouarumque rerum discrimine suscipi possit. Nec hodie solùm, sed priscis etiam seculis huiusmodi Politici in optimos Sacrorum Præfectos

Similiter cùm Romanus Se[..]at[.] olim decre[..] [..]disset de [..]ri[.] Sybillini sece[.]tione, Tiberius Cæ[..] [.]teris Patres [..]monuit, ad illud S.C. faciebat, debuisse meminisse, à maioribus, post crematum Sociali bello Capito[..]um, quæsitis vn[.]ecunque Sybillæ carminibus, datam fuisse sacerdotibus curam, vt vera a falsis discernerent, ideóque nunc etiam notioni Quindecimuirû librû illum subiici apud Tacitum. Anna. lib. 5.

In eos Politicos no[s]tri [s]eculi, qui de Religionis dogmatibus indi[...]enter & tacu[.]tiose sentiant

* Indifferentia

Præfectos, veréque Antipoliticos varias turbas conſitarunt. Nam hoc ipſis exprobrabant, eos peruicacia ſua rixandíque libidine, diuina omnia atque humana peruertere: quòd de controuerſis Fidei articulis ne tãtillum quidẽ ſibi extorqueri paterentur nihil publicæ concordiæ dare ſuſtinerent, magíſque contentionis ſtudio aduerſus Arrianos ferrentur, quàm pietatis zelo: A quibus videlicet non niſi in exiguis paruíque momenti rebus diſſentirent. Sed cùm in negotio Fidei nulla iuſta eſſet Ciuilis Poteſtatis cognitio ac diceptatio (vt Ambroſius ad Cæſarem ſcripſit,) antiqui Hierarchæ non ceſſerunt Politicis illorum obtrectationi, nec literulam quidem vnam conceſſère, quæ ad comprimenda Religionis diſſidia ab ipſis petebatur. Rectè enim Baſilius in coloquio cum Modeſto Valentis Præfecto egit his verbis, apud Theodoritum. Qui ſacra doctrina ſunt imbuti, nullam vel ſyllabam Diuinorum dogmatum prodi ſinunt, ſed in eorum defenſionem, ſi opus ſit, quodlibet mortis genus libenter amplectuntur Histor. Libro quarto, Capit. 17. At longiùs paulò digreſſi, ad inſtitutam rerum ſacrarum alienationem redeamus.

Religioſè admodum in religionis cauſa verſandum eſt, ac de ea quicquam humanæ obtentu Politiæ nouare periculoſum. Quod ſatis indicat Sozomen. lib. 1 cap. 4 Tripart Hiſt. vbi Alexander Conſtantinopolit. cum quidã Philoſophi in Chriſtiana dogmata diſputarent perſuaſionem ſuam Ethnicam mordicùs eſſerentes coram imperatore, in nomine Chriſti operatus eſt virtutem coram eodẽ Cęſare, imperauitque maximo eorum Philoſopho tanta ſpiritus virtute, ne loqueretur, vt ſubitò os illius obſtructum ſit.

Bellouacenſi Concilio Præcariæ ſingulis luſtris renouari debẽt ex auctoritate, vetuſtâque eccleſiæ conſuetudine cap. 1. De Precario.

13 Precariæ iure nihilò magis permittitur ſacros fundos cuius manſipare quàm Emphiteutico, aut perpetui lege vectigalis. Vt Carthaginẽſi Concilio ſancitum eſt Can. De Precariis. 10. Quæſt. 2. & Mediomatricum Synodo in Can. Precariæ Ead. Cau. & Quæſt. Permultis tamẽ Eccleſiis Precariæ vſus increbruit, iſque Canonicos inter ipſos, vt in fratrum conſortium adſcito ſubinde præbeantur Eccleſiaſticæ poſſeſſiones cùm onere modici æris annui, tandiu ab eo detinendæ, quandiu in ſacro illo Sodalitio concriptus permanſerit. Has Carnutum Canonici vocant *les Preſtrieres*, ſingulis ipſorũ diſtribui ſolitas pro modulo Præbendi cuiuſque Eccleſiaſtici Hunc quoque morem in ſumma Turonum Æde receptum didici, & dixi propalam in Senatu aliquoties publica Actione pro Turonẽſibus Canonicis. Annum circiter. 1569. Eodem refertur Symmachi P.P. reſcriptũ de huiuſmodi Præcariis ad Cæſarium fratrem. Can. poſſeſſiones. 16. Quæſt. 1. Et quòd in Agathenſi ſacrorum Præſulum conſeſſu decretum ea de re cõpoſuit Gratianus. Can. Clerici 16. Quæſt. 4. Neque ab his procul diſſident Priuilegiarij Codicilli. Martiniano Turonum Clero irrogati à Lucio. 2. Rom. Pontif. in hanc phraſin. *Lucius Epiſcopus, &c. Capitulo Eccleſiæ B. Martini Turonẽſis &c. Eccleſiã B. Martini Turonenſis, in qua diuino vacatis officio, quæ vtique ad ius & proprietatem Sanctę Romanę Eccleſiæ nullo mediante noſcitur pertinere, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio cõmunimus: Statuentes, vt quaſcunque poſſeſſiones Eccleſia veſtra iuſtè & pacificè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum oblatione fidelium, ſeu aliis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus permaneant, In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, Eccleſiam, &c. Et nemini liceat ea, quæ*

Meteuſe Concilium.

Precariæ iure ciuili incognitæ conceduntur iure canonico ad certum tempus, prout partes conueniunt, nec poſſunt ante id tempus reuocari. Cap. vlt. de prec.

Concilium Agathen.

Reſcriptum Apoſtolicum de priuilegiis eccleſiæ collegiatæ S. Martini Turon. Dat. 21. Maij An 1184.

Enumeratio particularis in hoc reſcripto bonorum, & Eccleſiarum ad Martinianos Turonum canonicos pertinentium.

ab Ecclesia vestra ad centum vel in feudum tenentur, aliis nisi eiusdem Ecclesiæ Canonicis vendere, vel alij Ecclesiæ concedere seu etiam comparare, dummodo ea Canonici pro cõmuni vtilitate comparare voluerint, aut etiam priuata: Ita certe, quod inde tantum dare Ecclesiæ vel venditori debeant, quantum alius sine fraude & dolo dare voluerit, &c.12. Calend. Iunias An. 1184.

Qualiter instrumentũ super alienatione rei Ecclesiasticæ dictandum sit, explicat Speculator, proposito facti exemplo in Tit. De locato.

QVAEVIS alienatio Ecclesiastici prædij ita demùm valet, si duo cõcurrant: Vnum, vt iusta legitimáque præcedat causa. Alterum, vt ordo formáque præscripta Iure Pontificum exactè obseruetur. Formula verò Pontificiæ Legis hæc est, diligens tractatus commercium fundi antecedens, & communis deliberatio Cleri, i. collegarũ, qui Canonici vocãtur, si Ecclesia Collegij nomine insignita sit, deinde vt omnium consensus, aut maioris saltem partis adhibeatur. Quibus omnibus superioris Antistitis subiungatur auctoritas Carthaginensi Consilio. 4. Cap. 32. Alioqui Testamentariis etiam tabellis nec licita est Sacerdoti fundorum templi alienatio, nec Cœnobitæ mobilium rerum suarum largitio. Vt Senatus districtè iudicauit aduersus legatarios Flandrici Præceptoris è sacra illa Melitensium Equitum familia, quatenùs vltra eum peculij modulum testatus erat, intra quem ipsi duntaxat testandæ supremæ voluntatis gratia facta fuerat à Magistro sanctæ Militiæ Hierosolymit. Memorabili S. C. quòd purpurea in toga populo recitatum est, proximò Dominicæ Resurrectionis Die anno 1565. Planè in legato pauperibus relicto ab eiusdem Milite Societatis, P. C. censuerunt accuratiùs deliberandum, ex postremo elogio Frat. Nicolai Durandi, equitis Rhodij. Decreto Pridie Kalend. Februar. Anno 1577. quùm Fonteneus Melitensis Ordinis: & Brissonius patronus Fisci, pauperum causam egissent. Mireris autẽ, cur quùm profanarum Ecclesiæ possessionũ alienatio legibus rata non fit, nisi quam solemne Ecclesiæ iudicium anteuertat, matrimonij tamen sacramentum probarit Senatus, cui nec solemnis Ecclesiæ assensus cõnubio suffragabatur, nec publica in Tẽplo præconia intercesserant. Atqui Hormisdæ Pontif. decreto vetantur occultæ Christianorũ nuptiæ, nec aliter iusta fore cõiugia sanxit Euaristus P.P. quàm si sponsi pia precatione lustrentur à Sacerdote & Ecclesiastici de eo ritus custodiantur. Vt refert Yuo Carnutensis, Lib. 8. De legitimis coniugiis, & Euaristus Epistola prima, ad Africanos Episcopos, Can. aliter. 30. Quæstion. 5. In Gallia potissimùm exosas esse clancularias nuptias, nec auctoritate Ecclesiæ celebratas indicat Arelatense Concilium. Cap. 6. In Can. Nullum sine dote fiat coniugium, nec sine publicis nuptiis quisquam nubere, vel vxorem ducere præsumat. 30. Quæst. 5. Veruntamen *Conscripti Curiæ* liberis hæreditatem adduxerunt ex clandestino editis connubio, nec solemni Ecclesiæ denunciatione adprobato, nec lustratis salutari carmine per presbyterum coniugibus. S. Consulto Pridie Nonas Februar. An. 1576. quùm 14

Decretum Curiæ de legatis factis à Commendatore Flandriæ, equite *de Malte*, Ordinis S. Iohan. Hierosolymit. inter Aresta Paschalia Ao. 1565. Dn Hectore, Regis in Curia consiliario litis enarratore.

Arestum die vlt. Iaan. 1577. super testamẽto sacri Equitis, vulgò dicti *De Vallegasgnon*.

Eadem propemodum fori quæstio à nobis discussa est sup Lib. 2. Tit. 7 art. 5. & 7. vbi de Tridentino Concilio in hanc sententiam locuti sumus.

Notabile Arestũ (*fur vn procez parti*) die 4. Febru. 1576. in 4 camera inquestarum Curiæ, pro liberis ortis ex matrimonio, quod nulla Ecclesiæ banos præcesserant, nec presbyteri benedictio.

quùm in.4. Claſſe Inquiſitionum Senatus diremptа fuiſſet primùm ancipiti certamine diſceptatio, & calculi Iudicum adæquati. Litigatorum nomina, Matthæus Brunellus liberorum tutor Lupi Samphalęi, & Amedeæ Ruilliæ: Ediuersò Lothus Boneuallus, Iohan. Lanharius, & Ancienuilla filiorum Franciſcæ Samphalæ tutor.

> Si quis receperit emphyteuſim pro ſe & filiis maſculis & fœminis, æquo gradu ad eam veniunt filiæ cum maſculis, non ſucceſſorio ordine poſt maſculos: licet ordine litteræ maſculis poſtpoſitæ. & in feudum non niſi deficientibus maſculis fœminæ admittantur. Cap. 1. § filia verò Tit. Episcopum vel Abbatem. In Vſib. Feud. Et De ſucceſſ. feudi. Ibidem. Cynus in l. liberti Cod de oper. libert. Bart. in l. Vt iuriſiurandi § ſi liberti D. eod Tit.

15 PENDENTE ſacra Emphyteuſi, Licinia Emphyteutæ filia bonis paternis renunciauit dotali Inſtrumento. Diem functo patre, filia partem ſibi depoſcit Eccleſiaſtici fundi, quem pater ſibi ac liberis fruendum emphyteutica lege acceperat. Pro filia pugnabat Iuris axioma notum, repudiata hæreditate, Emphyteuticos agros vel Clientelares repudiatos non videri, eos ſcilicet, qui liberis iure ſanguinis deferuntur. Vt ſenſit Bartolus In L. Item videndum §. nunc videamus ✠. De petit. hæred. Bal. in L. qui ſe patris Cod. Vnde lib. Et Reſponſo. 287. Volum. 4. Per hunc modum filia, quæ paternæ renunciarit ſubſtantiæ, non excluditur à dote materna. Hanc quippe, vt æs alienum condicet ac præcipiet, quo nempe deducto, bona demùm intelliguntur. L. Prætor §. Emancipati ✠. De collat. bonor. Eius tamen partis ſententia diſplicuit AMPLISS. ORDINI, filia Emphyteutici etiam aui petitione ſummota. Decreto. 14. Kal. Maias An. 1576. Cuius rationem hanc eſſe coniicio, quòd multùm interſit, hæreditatem necne filia repudiet, an bona paterna: Illo caſu ad Emphyteuſim admittitur, hoc autem, cenſetur bonorum omne genus à ſe promiſcuè abdicaſſe. Iaſ. in prælud. Feud. Cod. 1. Bald. in L. Quoniam nouella Cod. de Inoff. Teſtam. Ponamus verò, Eccleſiaſticam emphyteuſim Mæuio conceſſam & hæredibus ad nonageſimum vſque eius ſeculi annum: Quæritur, an intra id temporis vni ex Emphyteutæ familia mortuo ſuccedant patrueles inuicem aut conſobrini in capita, an verò in ſtirpes. Patrum repræſentatione videbatur ſuccedendum: Quia talis Emphyteuſis non modò nepotibus Emphyteutæ adſcripta eſt, ſed eius hæredibus nominatim, ac hæreditario, non liberorum nomine. Quocirca patriis Hæreditatum legibus diuidundas quoque putes Emphyteuticas poſſeſſiones, liberorum videlicet ſubrogatione in parentis locum Moribus introducta. At diuerſa opinio longè plures habet aſſertores. Ex ſubtili diſtinctione Iulij Pauli Libro Sententiarum. 7. quam hoc loco libuit attexere: Si ſit frater defuncti, & fratris filius, & nepos, * fratres & non exiſtentes, * filius fratris nepoti præfertur. Sed ſi duorum fratrum ſint liberi, non in ſtirpes, ſed in capita hæreditas diſtribuitur, ſcilicet vt pro numero Singulorum * virium diſtribuatur hæreditas. Sub Tit. De teſtamentorum ſucceſſionibus. Ex Fragmentis Papiniani, Pauli, Vlpiani, Gaij, Modeſtini, aliorúmque veterum Iuris auctorum. De eadem hac quæſtione pluribus egimus Lib. 3. noſtri Tractatus De Priuilegiis RVSTICORVM. Cap. 8. Ac de MORIBVS Pariſiorum Lib. 2. Tit. 5. Art. 4.

> Placitum Curiæ die 18. April. 1576.

> Lodouicus Romanus hoc Iuris problema diligenter exagitauit in Conſil. 194 de auunculo, quomodò ſuccedat cum nepotibus. In Regali autem & aliis inſignium feudorum dignitatibus ſuccedatur necne repræſentationis iure, ſpectanda conſuetudo. Text. In Cap. vlt. De alienat. feud. quem allegat Bald. In Cap. 1. De feudo Marchiæ Doct. In. Cap 1. §. Præterea De Prohib. feud. alienat. per Federic.

> In ſucceſſione collaterali an ſuccedatur *par ſouches, ou par teſtes* inter pares gradu, licet intra terminos repræſentationis.

> Non omnes conueniunt, legem. 2 Cod. de Reſcind. locum habere in contractu emphyteutico. Nam Iaſon in l. 1. Cod. De Iur emphyt putat, tales cōtractus ex enormi læſione non retractari Cęteri, contra, in d. l. 2. & Specul. In Tit. De Locato.

16 PRIVATVS aliquis ſi in Emphyteuſi Eccleſiaſtica circumſcri-

ptum se doceat, alióve contractu cum Ecclesia inito, perinde restituitur in integrũ, vti Ecclesia aduersus priuatum. Salicetus & Castrensis in L. 2. Cod. De Rescind. vendit. Argum. Cap. Cùm dilecti de empt. & vendit. Contra Brixiensis iudicium glossographi In Can. Hóc ius porrectum. 10. Quæst. 2. Sed longè amplior Ecclesiæ patet ad restitutionem integri via, quàm priuato cuíque. Nam certus de pretio venditor, aut alius quiuis alienator non iuuatur Restitutionis auxilio. L. Maioribus In verb. perperam Cod. commun. vtriúsque Iudic. L. 1. Cod. Si minor maior factus, Et ibi Accurs. Bartol. ad cit. L. 2. Cod. De Rescind. vendit. Secus verò in Ecclesia, cui non eo minùs legum suffragia indulgentur, quòd templi Præfectus, qui alienauit iure Emphyteutico, iustam rei æstimationem tùm calluerit. Ex Baldo in cit. L. 2. Priuato item non quælibet circumuentio, præbet restitutionis causam, sed quæ iusti pretij dimidiam exuperet: Quùm & in profana Emphyteusi cessare Legis. 2. beneficium existimarit Innocentius Pontificij iuris interpres. Ad Cap. Cùm causam De Empt. & Vendit. Argum. Cap. Constitutus De Religios. domibus. Et Speculat. in Titul. De Empt. & Vendit. §. Sed nunc dicendum. Versicul. Quid de concessione in Emphyteusim. Ecclesiæ autem, Iure succursum est aduersus grauem quamque læsionem in Emphiteusi re ipsa adhibitam.

Habito respectu ad verum valorem rei datæ in emphyteosim, potest quis aliquando esse deceptus vltra dimidiam illius valoris. Nec tamen ob id locus est rescissioni emphyteusis ex capite legis 2. Cod. de Rescind. vend. Et sic intelligitur opinio Innocentij & Specul. Aut verò quis est deceptus vltra dimidiam iusti pretij, habito tantùm respectu ad valorem iuris emphyteutici, & sic vtilis dominij & naturalis possessionis, quę transit ad emphyteutam: & eo casu habet locum dicta L. 2. in Emphyteusi. Ita distinguit Anton. Butr. in Cap. Cum dilecti De Empt. & vendit. Pantaleon De Crema in Repetit. d. leg. 2.

AVDIO tamen Senatum in varias de eo sententias discissum fuisse patrum memoria, quùm alia Curiæ Inquisitionum Classis tales pactiones comprobaret, indicto solùm pretij supplemento, alia ob neglectas Canonum formulas contractum purè rescinderet. Quoad nostrum de hoc iudicium attinet, ex Vsu forensi percepimus, Curiam pro mera Ecclesiæ restitutione in integrum pronuntiare, vt plurimùm: Regio nimirùm Senatu solemnium Canonicorum vindice, ac Politico Sacræ Oeconomiæ seruatore. Iisdem de causis in Thracio Imperio Alexius Comnenus Cæsar sanxit AVREA BVLLA Ecclesiasticas facultates, quarum & protectorem se professus est, cœlesti ad id præsidio implorato, in hæc verba: Ne quis posthac sacros census temerè attrectet, etiamsi vel Cadmea necessitas ingruat: Ne manus impuras sacris rebus iniiciat, ne profana ex Diuinis dinodia fiant, dùm in publicos vsus circumferuntur. Qúmque inter Deum & homines sit intersticij loco positum, quod nullus, si modò pius fuerit, transgredietur, homines quidem rebus nostris vtemur fruemur: Deo autem sarta tecta manebunt, quæ illi cúnque sacrata fuerint, nec illa manibus vel audacissimis contingent. Quòd si quis, Domine Deus, in postetum manus diuinis dinodiis, vtensilibus, & vasis quæ sanctis olim ac venerandis tuis dicata Templis, vel in futurum dicanda fuerint, admouere ausit, is ne lumine in die Visitationis tuæ fruatur, ne Sol illi matutinus illucescat, nec tuo hîc auxilio, nec tua istîc diuina protectione gaudeat, sed vbique despectus à te desertusque iaceat. Cæsarea autem hæc Oratio, S.S. Patrum Biblio- 17

Constantinopolitani Imp. Aurea Bulla de Rebus Sacris.

Ex Bibliotheca sanctorum Patrum.

Bibliothecæ inserta vulgo lectitatur Proinde nec Constantini Augusti damnanda in Ecclesiam munificentia est: qua tamen, velut ex Pandoræ pixide, virus in Ecclesiam sparsum nonnulli scriptitarunt. Vnum porrò diligenter explorandum, ne viri Ecclesiastici piorum Principum donatione, quæ Numinis cultui addicta est, ad luxum deliciásque abutantur.

De donatione à Constantino Mag. collata in Sylvestrum Romanæ Ecclesiæ Pontificem.

18 ATQVE ex eo summorum Heroum in res Ecclesiasticas studio censuerunt plerique, templorum prædia, quæ Regio inferiorísve Dynastæ patrocinio subiacent, alienare ius non esse, nisi consentiente patrono. Imola in Cap. 1. De Reb. Eccles. non alienand. In. 6. Ioh. Andr. in Addit. ad Speculat. In Tit. De emptione. §. nunc dicendum restat. Versic. cæterum. Decius in Respon. 174. Cardinal. in Clem. 1. De Decim. Nam & sacrorum Antistites profanis patronis nonnunquàm indulserunt, vt in extruendo Cœnobio ac dotando legem dicerent spiritalibus sacrísque Ecclesiæ fructibus, nedùm profanis: Quo Regni primates ad publica pietatis opera feruentiùs accenderentur. Ita ordinanti muliebrè Cœnobium patrono Fulconi Andium Comiti assensus est pontifex Diœcesanus: Vt liquet authenticis vtriusque Tabulis, Andium & Reguli & Episcopi, quas nos istic subiecimus: *Ego Fulco Andegauorum Comes, & Hildegardis coniunx mea, necnon Gaufredus noster filius, hanc B. Mariæ Basilicam vsque ad fundum erutam à fundo paulo nobilius reduximus ad integrum, reseruato tamen Altari, quod vsque in præsentem diem apparet de subtus in crypris, in quo B. Melanius in Quadragesima capite, sacrato Christi corpore Missa expleta, electo Dei Albino, Victori, Launo, Marsœ eulogiam fecit, & ob hanc causam abhinc locus iste nomen Charitatis obtinuit. De quibus B. Marsus paulò abstinentior eulogiam in sinum ab ore deiectam in idrum statim vehementissimè conuersam Domini seruo Melanio in ipso reditu celare non potuit. Hanc itaque Basilicam Domini filij sui in præsens virtutibus ac mirabilibus signis præclaram eidem B. Virgini in communem animarum nostrarum salutem ab Humberto venerabili Præsule solemniter fecimus dedicari, memorato Episcopo volente & concedente; Statuentes ibi. 4. esse sacerdotes ad seruiendum Deo nocte & die, & Monialibus inibi habitantibus, vnicuique presbyterorum domum suam vbi manent donantes, vineas, prata, & tertiam partem decimæ eiusdem Parochiæ, &c. Consilio autem præfati Andegauorum Episcopi, & admonitione statuimus, vt Oblationes quæ ad presbyterorum manus in celebrationibus Missarum delatæ fuerint, per medium inter prædictos presbyteros, & Moniales æqua sorte diuidantur. Cæteræ vero oblationes ad eandem Ecclesiam quoquo modo delatæ, quas sacerdotes manibus in celebrationibus Missarum non receperint, propriæ erunt Monialium absque parte alicuius. Candelæ verò & cætera luminaria, vndecunque venerint, similiter absque alicuius parte Monialium erunt. Beneficia*

An bona Ecclesiastica, inscio nec assentiente Ecclesiæ patrono, alienari possint.

Num verò beneficiis imposita pensio valeat citra patroni consensum, disputauimus sup. Lib. 1. Tit. 4. & Lib. 5. Tit. 2.

Literæ fundationis Monasterij B. Mariæ du Ronceray, in vrbe Andegauensi. Qua de fundatione adnotauimus quædam sup. Tit. 4 huius Lib 5. ac nominatim quo die & anno Ronceteum monasterium à Fulcone Nerra fundatum sit.

Les autres 2. tiers desdite dismes appartienent ausdites Religieuses.

Depuis & le Roy René de Sicile Duc d'Anjou, ayant fondé vne Chappelle de S. Anthoine des deserts, pres sa maison de Reculee au dedans de la paroisse de la Trinité d'Angers, les Prestres & Curez de la Trinité formerent [illegible] las [illegible] contre ce Chappelain de ladite Chappelle, pretendans que les offertes & oblations faictes à ladite Chappelle, leur appartenoit: En fin par sentence de Iehan Breslay Iuge ordinaire d'Anjou, du 27. Feburier 1468. apres que ledit Chappelain declara comme mieux informé qu'il se desistoit de son opposition à ladite complaincte, lesdits Curez gaignerent leur cause.

Tales adiudicationes Oblationum, & aliorum iurium Parochialium inter Curiones primarios Ecclesiarum, & earum Vicarios, aut Matricularios.

> xios fabricarum Ecclesiæ v. de sup. Lib. 2 Tit. Et hoc Lib. 3. Tit. 3.

verò, quæ de sepulturis mortuorum euenerint, de animalibus detergenariis, de septimalibus, de Missis defunctorum, de Missis etiam quæ priuatæ vocantur, de baptisteriis, de confessionibus, de omnibus beneficiis, quoquo modo aduenient, per medium inter presbyteros & moniales diuidentur. Visitationes verò presbyterorum sint. Qui verò de facultatibus suis Ecclesiæ B. Mariæ & Monialibus aliquid donauerit, proprium Monialium erit. Qui vero presbyteris determinatè donauerit, proprium presbyterorum erit, &c. Dum vero memorata Ecclesia in honorem B. Mariæ à iamdicto Andegauen. Episcopo Humberto dedicaretur, de facultatibus nostris, prout suppetit ad præsens, eidem Ecclesiæ contulimus, & in manu Episcopi posuimus. Donauimus igitur huic sanctissimo loco. 40. arpennos vinearum, propè eundem locum sitos ad fossas super Ligerim. 30. Arpennos pratorum, &c. Anno Gratiæ ab incarnatione Christi. 1028. Pridie Iduum Iuliarum. Congregata ad tam solemne gaudium multitudine Andegauorum, Hubertus Andegau. Episcopus Monasterium S. Mariæ Charitatis, Virginibus ibidem ad diuinum seruitium dispositis, festiua dedicatione consecrauit, & omnia eidem Monasterio collata & conferenda Episcopali auctoritate confirmauit, & terminos Parochiæ eiusdem Monasterij communi assensu sui Capituli instituit atque concessit.

> Die 14. Iulij An. 1028.

19 Ex quibus haud obscurè elicias, in Ecclesiastico prædio distrahendo nec spernendum esse Patroni consensum, & Præsulis fundationum auspicis arbitrium confirmationemque implorandam. Nempè vt Diœcesos Antistes, in qua est alienatrix Ecclesia, non in qua venalis res sita est, auctoritatem interponat alienationi. Baldus In Authent. Hoc ius porrectum Cod. de sacrosan. Eccles. Innoc. In Cap. Pastoralis De Priuil. Felynus in Cap. Dilectus. 2. Col. 6. Vers. 7. De Rescrip. Tametsi in diuersam opinionem procliuior sit Glossematarius In Can. In venditionibus. 17. Quæstio. 4. Eius nempe auspicia Episcopi requirenda sunt, cuius in sacra Ditione mercalis fundus contineatur. Argum. Si prædium Cod. De Præd. minor. Ludou. Romanus Responso. 250. De quibus copiosè Rebuffus, iuxta alios plerosque, In Compend. Alienation. Rerum Eccles. Quod si alienationi iusta Canonum solemnia defuerint, rescissoria actio competit Ecclesiæ intra quadragenarium spatium: cuius præscriptione res Templorum priuatis acquiruntur. At sacris militibus Hierosolymitani Ordinis speciatim indultum est, ne centenaria minorem præscriptionem subeant, néve minori temporis curriculo profana ipsorum iura amittantur. Bullato Clementis. 7. rescripto. An. 1523. quod Tholosani Partes legi recitarique iusserunt. 1527. ac Senatus Aquensis An. 1578. Eique adstipulantur regij Codicilli Mense Iulio. 1549. ne vlla quanticunque temporis possessione vsurpata, neve iura Equestris huius Familiæ minuantur: quippe quæ à Prouin[illegible] absit Christianæ Reipubl. causa. Hoc tamen procederet ne[illegible] secundum Principis donatarium, qui sacro Equiti primùm maritimæ deprædationis bona donatat, certatum est Curia Parisien. resque consilio ampliori permissa. 14. Kalend. Februar. An. 1580. Martino, Hierosolymitani

> In hunc sensum optime confert Glossa lo. Necnon in verb. omnibus De concubinariis In Pragm. Sanct. Nam & decretum super agri pupillaris alienatione interpositum extenditur ad rem sitam extra territorium decernentis L. Magis puto §. Il et w. De reb. eorum. Et iudex ratione contractus decernit missionem in possessionem bonorum alibi sitorum Cap. Romanas contrahentes De for. compet. In 6.

> An sacri Equites Ordinis de Malte, centum annorum gaudeant præscriptione, instar Romanæ Ecclesiæ.

> Parlamentum d'Ayx, en Prouence.

> Appoincté au Conseil, Die 21. Ianuar. 1580.

rosolymitani Ordinis, qui donatario Equiti successerat: Ottomano, Regij beneficiatij: & Brissone Fisci aduocatis. Ac tandem summa Curiæ Sententia vicit sacer Ordo Melitensis, non tam Clementina præscriptionum temporis exemptione, à qua Senatus isthîc appellatus fuerat abusus ergò, quàm continua donatarum rerum sequestratione pridem facta à Iudice, quæ omnem omninò præscriptionem arcebat. Decreto circa Natalitia Domini An. 1585. Dn. Fleurio litis enarratore.

Arestum Curiç super appellatione à Sententia Thesauri Parisien. An. 1574. interiecta ab Ordine S. Iohannis Hierosolymitani, contra Guhelmum *de Saulx* Vicecomitem *de Tauanes* secundum Regis donatarium intimatum.

Vide *les autres Priuileges Royaux dudit Ordre de S. Iehan de Hierusalem*. Tit. 2. Lib. 2. Monastic. art. 24. *Le 9. Aoust 1586. il a esté iugé en la 4.* Chambre des Enquestes, *au rapport de M. de Berulles, que le don de 500. escus faict par le feu Commandeur de l'Aumusse en Sauoye, nommé Claude de Louebier, à Loys Vourgeois son ancien seruiteur, estoit nul, comme fait* paulo ante mortem, quum Monachis testari non liceat. *Mais par le mesme Arrest, la Couradinge aussi donataire ses gages & salaires, lesquels elle liquide à certaine somme: D'autant que c'estoit vne debte en ce cas necessaire, de laquelle l'Ordre successeur* peculio tenus, *seroit. nu.*

Titulus. VIII.

DE AVCTIONARIA SACRI PRÆDII VENDITIONE.

1. *Publica sacrorum aruorum auctio in causam sacri belli Gallici.*
2. *Francica Edicta alienandæ rei Ecclesiasticæ.*
3. *Solemnitas ei alienationi Francicis Edictis præscripta.*
4. *Quanta Principi cura incumbat in rerum Ecclesiæ tuitionem.*
5. *Filium egeni patris captiui debita exoluere cogi.*
6. *D. Ludou. Rex à Templariis pecuniam exegit in fratris redemptionem.*
7. *An Ecclesiæ, vel minori annis contra decretum publicum detur integri restitutio.*
8. *De Rethelensi Comite, an & apud quos titulo Paris Franciæ ornandus sit.*
9. *Antiqua Literæ* Pariatus *Francici Rethelensibus Comitibus dati.*
10. *Regia vectigalium Immunitas Mercatorum Ligerim amnem frequentantium.*
11. *Nûm ex tali Priuilegio præiudicium fiat antiquo Ecclesiarum iuri, in vectigali petendo.*
12. *Ecclesiastici fundi alienatione grandes arbores earumque cæsuram non comprehendi.*
13. *De Syndicis Ecclesiæ.*
14. *In morum corruptelam præsentis Ætatis.*
15. *Politicum rescriptum Philippi. 4. Regis Galli de Re Ecclesiastica.*
16. *Pœnam commißi non vsquequaque in hæredem Emphyteutæ locum habere.*
17. *Ecclesiastici feudi redempti pretium inter hæredes emptoris ex æquo esse partiendum.*

18. 19. *Simplici alienationis permißione ordinarias solemnitates alienandæ rei Ecclesiast. remissas non videri.*

20. *Quibus in actibus, Papæ vel Episcopi solius confirmatio requiratur.*

21. *Principum officium in iuribus Ecclesiasticis conseruandis.*

22. *Epilogus Lib. 3. totiusque Operis.*

Nouellæ Constitutiones Politicæ Gallici Regni in alienationa Rerum Ecclesiastic.



OSTREMAM HANC Sacræ Politiæ scænam, quæ in bonorum Ecclesiæ alienatione versatur, claudit supremus Actus necessariæ alienationis ex publica totius Imperij causa, ad laborantem scilicet Regni Statum fulciendum. Nam vt ægri corporis, ita Reipub. extremo morbo extrema est adhibenda curatio, iuxta Hippocratis sententiam. * Ἐς δὲ τὰ ἔσχατα νοσήματα, αἱ ἔσχαται θεραπεῖαι ἀκριβείῃ κράτισται. Quanquam enim rei Ecclesiast. commercium profani non est imperij Ciuilísque Potestatis: Sacro tamen fremente Bello Gallico, ad auctionem fundorum Cleri peruentum est Edicto Principali, tanquàm ad subsidiarium sacræ militiæ neruum, annos abhinc sex & viginti. Ne Gallica videlicet Ecclesia intestinis de Religione concussa discordiis funditus corrueret, labentísque ipsius mole Respub. simul in miserrimum præcipitium traheretur. Aliter pij Franciæ Gubernatores fouere affectum Ecclesiæ corpus non potuerunt, aut in ea temporum mœstitia * μαλακὴν χεῖρα solum admouere. Vtut sit, Petri Cymbam vidimus quidem variè quassari, sed eam certò à Superis seruatum iri confidimus. Deus enim in Diluuio sedens ad gubernaculum in Arca, Argonautas suos totum annum inter vndas circumuexit, & exiguas Ecclesiæ eius temporis protexit reliquias. Idem nunc quoque suam Argo tutabitur, Rom. Cathol. Ecclesiam, nec aduersarum fluctibus tempestatum exorberi patietur. 1

* extremis morbis extrema exquisitè remadia optima sunt. Hippocratis Aphorismus.

Prohibitio alienationis voluntariæ Rerum Ecclesiasticarum non trahitur ad necessariam, & casus inopinatos ac insperatos, quales sunt hi sacrorum bellorum Ciuilium.

* mollem manum.

IMPRIMIS Karolus. 9. Galliarum Rex Edicto præcepit, sacra latifundia Hastæ subiici indistinctè, palámque distrahi in profanis Tribunalibus, ad vsque centena numûm aureorum millia reditus annui: Vt Sacri Belli ergô conflatum æs alienum dissolui posset, publicáque huius Imperij onera alleuari. Francica Lege lata Mense Maio An. 1563. Secundùm quam Regij Actores promiscuè & indiscriminatim auctioni submisêre diuini iuris possessiones pro arbitratu, & Regiæ auctoritatis obducto velo, interdum grassati sunt in opimis Ecclesiæ ditionibus. Qua ratione Princeps haud multò post Gallico Clero potestatem fecit redhibendi intra annum sacri prædij, & annali redemptionis lege emptores teneri voluit. Edicto Mense Ianuar. 1563. quod Senatorius Parisiorum consessus adprobauit, S. Consulto. 6. Kalend. Februar. Et Ratiociniorum Præfectura. 6. Iduum Februar. Eodem Anno. Huiusmodi redhibitoriam Legem variis deinde Reges Codicillis prorogarunt. Princeps rursùs Diplomate 2

Primum Edictum alienationis iudiciariæ rerum immobilium Ecclesiæ à Regiis cognitoribus procurandæ & persequendæ, in Curia publicatum Die 17. Maij. 1563.

Ordinatio regia de venditis rebus Ecclesiæ redimendis, comprobata à Senatu die. 27. Ianuar. 1563. Et à Magistris Computorum Die 8. Februar. Eod An.

Regia altera Constitutio Mense Febr. 1563. promulgata in Curia Die. 16. Mart.

Diplomate ſpeciatim adſtrinxit Cœnobiorum quorumdam patrimonia annuæ penſitationi ſexaginta millium libellarum Francicarum, ſalua luendi pignoris facultate ac copia. Menſe Februar. An. 1563. Senatu has Literas promulgante. 17. Kalend. Apriles, tum Camera Rationalium. 12. Kalend. April. Et ſumma Vectigalium Curia. 9. Kalend. April. Eod. An. Item. 76. libellarum millia fundis Sacerdotum impoſita fuêre annui reditus in ſpeciem, donec appenſa pretij ſorte annuum iſtud onus tolleretur. Regia Sanctione Menſe Quintili. 1564. quæ actis Curiæ inſerta eſt. 6. Kalend. Sextiles, ac monumentis Cameræ Rationum Regiarum Pridie Kalend. Auguſti: poſtremò apud ſupremos Vectigalium Iudices pridie Nonas Sextiles Anno ſupradicto. Deinceps repetitis Ciuilibus armis, Rex Pontificiis auſpiciis edixit, ſacros fundos diuendi publico præconio ad quinquagena vſque aureorum numûm millia, annui prouentus: Quò Eccleſiaſticæ rei pretium in ſacram cauſam Domeſtici eius belli inſumeretur. Conſtitutione lata. 16. Kalend. Ianuar. 1568. cui Patres Pariſien. ſubſcripſerunt. 13. Kalend. Ianuar. Eod. Anno. Nimirùm antea Pius. 5. generalis S. R. E. Pontifex interpoſuerat tali venditioni auctoritatem, præfeceratque huic negotio Quatuoruiros, Borbonium, & Lotharingum Romanos purpuratos, Apoſt. Sed. Internuncium, & Senonenſem Archiepiſcopum: Vt quæ ad iudiciariam illam ſacrorum licitationem agrorum pertinerent, maturè curarent exequenda. Reſcripto. 8. Kalend. Decembres. 1568. quod quidem Ampliſſ. Ordo decreuit palam recitari. 13. Kalend. Ianuar. Anno ſuprarelato. Tum Principali diplomate indicta eſt ſacrorum bonorum alienatio ad vſque ducenta Francicarum libellarum millia. Hocque Diploma in Senatu publicatum fuit, præſide Rege. 16. Kalend. Sextiles ac. 7. Idus Septemb. An. 1576. vnà cum Apoſtolicis Gregorij. 13. tabulis. 15. Kalend. Auguſti. Quibus promulgandis Senatus cautionem hanc conteſtationemque adiecit, nullos poſthac fundos diuini iuris eo nomine ac prætextu alienatum iri. Nihilò tamen ſeciùs Conſcripti Curiæ, nouo ſuborto Ciuili tumultu, probarunt Syxti. 5. Codicillos editos. 3. Kalend. Februar. An. 1585. de profanis Templorum opibus diſtrahendis. Areſto. 6. Kalend. Apriles An. 1586.

Tum in Camera Computorum die 21. Mart. Et in Curia Iuuaminum Die 24. Mart. 1563.

Lex Regia à Senatu regeſta in publicas tabulas die 27. Iulij, & à Præfectis Ratiociniorum Pariſien. Die vlt. Iulij, Tum à Curia Iuuaminum Die. 4. Aug. 1564.

Principale Edictum. Die. 17. Decembr. 1568. regiſtratum in Curia Pariſien die. 20. Decemb. Eod. Ao.

Bulla Apoſtolica de prædiariis rebus Eccleſiæ venundandis ex cauſa bellorum ciuilium. Die. 24 Nouemb. 1568. publicatâ in Parlamento die. 20. Decem. Eod. An.

S. Conſulta Regij Edicti probatoria die 17. Iulij & die. 7. Sept. 1576. Quod quidem Rom. Pontifex Edictum confirmauit, ſaltem ad quinquaginta vſque ſcutatorum millia reditus annui permiſit rerum Eccleſiaſticarum venditionem Die. 18. Iulij Eod. An.

Pontificium Reſcriptum die 30. Ianuar. 1585. de alienandis Franciæ Eccleſiæ bonis vſque ad 50. mille aureos redituſ annui. Verificatum in Parlamento die. 27. Mart. An. 1586.

Gallus quoque Rex quùm patentibus Literis permiſiſſet Francico Clero vendere, aut oppignerate res ſuas, vnde indictam à Principe collatitiam pecuniam ſigillatim poſſet exoluere, Die. 6. Octobr. 1568. Senatus in Literis publicandis excepit grandes arbores ſyluaſque non cæduas, vetuitque ne vllo modo alienarentur. Die 22. Octub. Eod. An.

3 ALIENANDI cauſis ſolemnes formulæ, Regiis hiſce Legibus attexuntur. Nam de fundi venalis & qualitate & æſtimatione priùs inquirendum à Iudice, quàm ad ipſius auctionem progrediatur. Sigillatim certè Pontificiis illis Codicillis vetitum eſt, ne inſigniora Eccleſiæ latifundia, neu beneficiarij primores fundi diſtrahantur. Ob id Moliſmenſes cœnobitæ nuper Senatum appellarunt à ſui cuiuſdam addictione Territorij, ac nobilis Ditionis auctione

Edict du Roy Henry. 3. en Feburier 1586. Verifié en Parlement pour 5. ans à retirer le bien de l'Egliſe mal alienè, auec leſion du tiers, meſmes ſelon le temps de l'alienation. Ledit Edict renouuellé par le Roy Henry 4. le 2. Auril, 1596. pour pareil temps de 5. ans aux meſmes clauſes & conditions, en rendant à l'acheptevr ſon prix, fraiz & loyaux couſts. Autre Edict de 5. ans auſdites clauſes & charges, donné le 4. de Nouembre 1602. Verifié en Parlement le 13. Decembre audit an 1602. ſans eſperance d'autre à-lay par cy apres.

Casus speciales, quibus aliquis præfertur in emptione rei, vt hîc in socio: Item in emptione metallorum Princeps præfertur. L. 1, Cod. De Metal. lib. 10. Vbi ait etiam Bartol. quòd colonus debet potiùs vendere fructus domino quàm alteri. Idem vult Ludou. Roman. In. l. 1. ff. Sol. Matrim.

venditæ. Qua in controuersia, Nos pro Ren. Sommieurio emptore publico, non improbanda esse licitantis studia, qui eiusce antea Iurisdictionis Feudíque consors promercalem sociorum Monachorum partem suæ adiunxerit, auctore Prætore. In iis enim vel Fiscum priuato socio gratificari debere constituit Diuus Antoninus. L. 2. Cod. De commun. rer. alienat. L. 2. Cod. de vendit. Rer. Fiscal. cum priu. commun. Lib. 10. Allegabam insuper, Territorium, quod vænierit cum iure meri imperij, procul distare à Monastico Templo, principeque monachorum Domicilio, magis etiam onerosum esse, quàm Cœnobij vsibus accommodum. Quibus in medium prolatis, alliisque solemnia licitationis spectátibus, Curia censuit ampliùs deliberandum. 11. Kalend. Quintiles An. 1575. Otthomano, cœnobitarum: Nobis, contrà, emptoris causam orantibus. In Volumine Litium Campanarum. Confine autem monastico Phano territorium potestásque Iuridica, quæ monachis competit, vix potest ab Ecclesia vspiam diuelli, abalienari. Quæ enim in vestibulis sacrarũ Ædium sitę res sunt prædiariæ, seu in atrio Ecclesiæ, solis Clericis destinantur, ac profanæ ipsorum subiacent Coercitioni, qua inibi sparsim præditi sunt. Vtì Eugenius, ac Leo. 9. Pontifices statuerunt. In Can. Necessaria Vers. Nec in atrio Tum Nicolaus P. P. In Can. nulla ædificia. 12. Quæst. 1. Idque in maioribus præcipuè Sacerdotum collegiis vsurpatur: Quale Fani Hilarij apud Pictonas Sodalitium, cuius intra claustra, ínque finitimis adeo vicis ius dicunt sacri Sodales, eorum saltem profanus Iuridicus pro Dominica in suos ciues potestate. Hoc territorium vocant Pictauenses *Burgum S. Hilarij*. Cui non absimile in Cathalaunensis delubri septis exerceri solitum est merum mixtúmque imperium à profano magistratu, Episcopalis Collegij nomine & auctoritate. Talem igitur Iurisdictionis speciem Reges nostri sanxerunt insolubili quadam vnionis cum Ecclesia lege, ne a sacris Basilicis & Clericorum manu vsquam eximeretur. Regio diplomate pro Martinianis Turonum Canonicis, ita exarato: *Karolus Dei Gratia Francorum Rex &c. Quia adiens nostri culminis serenitatem Comes ac Marchio noster venerabilis Robertus studuit humiliter expetere, quatenus de Castro, quod est circa monasterium S. Martini, de quo ipse habetur, præceptum nostræ auctoritatis fieri esset placitum ob immunitatis gratiam, ne quispiam ibi præter Abbatem, siue Canonicos eiusdem Cœnobij vnquam ab hac die deinceps aliquam de quacunque re haberet exercendi potestatem, & huiusmodi petitionem firmam esse in perpetuum faceremus. Nos autem primo ob salutem nostram, deinde petitionem ac deuotam erga nos fidelitatem præfati Comitis concedimus, ac concedendo confirmamus, vt abhinc in futurum nullus neque Comes, neque Vicecomes, nec iudiciaria seu qualibet humana potestas hanc potestatem attentet, vel inferat aliquod præiudicium Castro sito in gyro cœnobij* S. *Martini: In Comitatu vero Turonorum, superque fluenta Ligeris, nisi tantummodo Abbas loci, necnon & Canonici, sicut postulatum est à Comite & Abbate Roberto. &c.*

De 21. Iunii 1575. *Appoincté au Conseil en la Cour, en plaidant du Roolle de Champagne.*

Huc vergunt quæ sup. Lib. 2. Tit. 2. adnotauimus de claustro Ecclesiæ collegiatæ S. Benedicti Parisien.

Temporalis Iustitia Clericorum Alta & Media.

Bourg d S. Hilaire de Poictiers.

Ecclesia Cathedralis *de Chaalons en Champagne.*

Rescriptum Karoli Galliæ Regis in gratiam Cœnobij Turonum Martiniani. Verosimile est autem, hunc fuisse Carolum Magnum, ex iis quæ præcedenti Titulo à nobis scripta sunt de Martiniana Turonum Ecclesia.

Baronia Castrinoui, in vrbe Turonen. competens Canonicis S. Martini.

4 SIC pij * τῶν Ἀρχόντων animi quondam fauerunt sacræ bonorum Oeconomiæ, in eóque non exiguam collocarunt Ciuilis Politiæ partem, vt tegerent Ecclesiasticas ditiones; & posteros ad vera * τῆς Θεοσεβείας officia exuscitarent. Qui autem pro imperio temerè has contrectarint CRVCIFIXI opes, nec vrgentissima adacti necessitate; eas ademerint Ecclesiis quouis alienationis titulo, sentient tandem hi Fatidicæ Manus cœleste augurium longè tristissimum, MANE TETHEL PHARES: Quod pij Vates aduersus sacrilegum Chaldeorum Regem in Sacris Oraculis interpretantur. Atque idipsum Iosephus syncera fide refricat, Antiquit. Iudaïc. Lib. 10. Cap. 13. Nec aliter Græco Cæsari Nicephoro rapinæ bonorum Ecclesiæ infœlicem Regni vitæque exitū attulêre. Apud Zonaram, Chronicōn Tom: 3. * Διὰ γὰρ τὰς πυκνὰς ἐκ στρατείας ἐνδείας ἔχειν χρημάτων προφασιζόμενος, τὰς μὲν διανεμηθείσας τῇ γερουσίᾳ βασιλικὰς δωρεὰς κατὰ μέρος ἠλάττωσε, τὰς δ' ἀπονενεμημένας ἀνέκαθεν τεμένεσιν ἱεροῖς καὶ εὐαγέσιν οἴκοις ἐπιδόσεις ἐσχέλασε τέλεον. Quinetiam wladislaum Sarmariæ Regem ideo increpant patrij Annales, quòd cùm à Gnesnensis Basilicę Collegio petiisset commeatum nec obtinuisset, pignerarit adscriptiorum Ecclesiæ facultates. Sed cùm eam ob rem sacris ciuitati interdictum esset à Nicolao Strosbergo Gnesnensi propontifice, reprehensus à Regina wladislaus pignora capta reddi iussit. Ibi illa suspirans, pignora quidem reddemus, inquit, Agrestibus: cæterùm lachrymas quis eis reddet? Pium Heroïne dictum, ac sempiterna memoria dignum. Circa annum. 1380. Ex Chromero, De Rebus Polonorum Lib. 15. At Francos reges vtique sacra patrimonia tueri solitos declarat sanctio Karoli Mag. Cap. 72. De Rebus Ecclesiæ. Legis Franc. Lib. 1. Et Constitutio Ludouici Pij, ac Lotharij filij Impp. Cap. 29. De Rebus ad venerabilem locum pertinentibus non alienandis, & Cap. 30. De hoc quomodò liceat ad Imperatorem res sancti loci transferri. Legis Franc. Lib. 2. Quoties enim Christianissimus Rex titulos suos cogitat, intelligit se moneri, vt sit Ecclesiæ pariter ac Reipub. γεωργὸς, i. colonus & exornator. Hinc quia * πολίτευμα Ecclesiasticum Reipublicæ salute nititur, non modò culpa vacat sacrorum prædiorum alienatio, in communibus Patriæ ærumnis necessariò indicta à Principe; verùm etiam Politicum Regis munus laudandum, qui Ecclesiasticam gazam insumat in hostes Ecclesiæ: vt sacrosanctam auorum Religionem posteris conseruet, certissimum Hierarchici Imperij vallum ac firmamentum. Sed hæc ita; dummodò Ciuilibus Malis finis tandem aliquis seriò impetretur, ac Regiis inde bonorum Ecclesiæ auctionibus, ne perniciosè in exemplum trahi perseuerent. Alioqui vel pro non scriptis haberi velim quæ de noua huiusmodi rerum Ecclesiast. alienatione Francica prædixi: Solonis exemplo, qui nullam ideo in parricidas scribendam legem censuit, ne non tam prohibere, quàm admonere videretur. Sicuti de eo refert M. Tullius in Orat. pro Sex. Roscio Amerino.

* Principum.

* cultus Dei.

Μανὴ, Latina lingua, Numerus, quia vitæ, regnique Balthazaris tem, us dinumerarit Deus, & modicum ei superesse decreuerit. Tethel, pondus, Apponderans, inquit, Deus vitæ illius tempus, iam illud declinare pronunciat Phares, Fragmentum. Franget enim Deus regnum ipsius, & Medis illud, Persisque distribuet.

* Etenim ob frequentes expeditiones, pecuniæ inopiam causando, Imperatorias largitiones Senatui dari solitas ea parte imminuebat, & anoua dona ab antiquis temporibus Templis, & aliis piis domibus attributa penitus sustulit.

Commeatus, seu vt vulgò vocant Stationes ab Ecclesiasticis regi negare.

Vuladislaus Iagello.

Strosbergus Præpositus & Vicarius Gnesnensis Archiepiscopi.

Eò pertinet Caput 7. De Admonitione ad laicus pro honore Ecclesiastico conseruando Legis Francicæ lib. 1. & eiusdem Libri Cap. 4. De Ministerio sacro Episcoporum & de Admonitione Domini Imperatoris ad Episcopos.

* Ciuilis & publica administratio.

Solon interrogatus, cur nullum supplicium constituisset in eum qui parentem necasset, respondit, id se neminem facturum putasse.

* necessitas. Patri a filio debentur alimenta, nisi triplici casu: Primo, si pater esset in delicto pacis ruptæ. Cap. 1, §. si quis hominem De pace tenen. Secundo, si pater contra Patriam venerit L. Minimè ff. De Relig. & sumpt. fun. Tertio ex legibus Atheniensium contra patrem, qui filium certam viuendi artem edocendum non curasset.

Arestum Curiæ Die 11. April. 1571.

An verò pro alia causa simili potuerit olim filius vendi, Dynus exactè In Cap. Indultum De Regul. Iur. In. 6. An filius etiam possit dari pro obside Glo. In l. Si quis propter Cod. De Pign. qui filios distrax. Nos. In Cap Ex rescripto De Iureiur.

Placitum Curiæ Die 22. Maij. 1576. en plaidant du Roolle de Paris.

Arrest donné à l'Audience de la Tournelle, le Samedy 5 Aoust l'an 1600 plaidant Lamoth pour les demandeurs en requeste, & Martin pour la femme de Ioachim du Lac, deffenderesse, comme caution iudiciaire de representer son mary, eslargy à la caution d'elle, prisonnier pour debte, à la charge de le representer, sans qu'elle eust renoncé au Velleian &c. Laquelle ce nonobstant a esté condamnee par ledit arrest, à le representer, ou à payer.

LEGES sanè vincit illa * Ἀνάγκη, & vrgentissima ratio tegendi sanctissimi Ecclesiæ Ordinis, dignitatísque Hierarchicæ restituendæ. Nam simili modo æs alienum patris etsi cogendus non sit filius exoluere, Diui Marci rescripto. Apud Vlpianum in L. Si quis à liberis. §. si mater ff. De liber. agnosc. Quùm tamen pater debitorum nomine inclusus carceri, non esset soluendo, decreuit Senatus, materna impuberum liberorum patrimonia voci subiici præconis, & addisci vltimo licenti: Quò subsidiariæ auctionis pretium in captiui redemptionem parentis insumeretur. Atque ita humanorum casuum miseratio cum pietatis intuitu scriptas Cæsarum constitutiones superauit. Placitis Curiæ solemni purpura recitatis à Christoph. Thuano Lutetiani Senatus præside Max. 3. Idus Apriles An. 1571. Quinimo in libera filiorum capita patri ius fuit inedia laboranti, vt eos impunè vel diuenderet, vel opigneraret. Sed Constantiniana Lege temperatus est veteris disciplinæ rigor: cautum etiam, vt inopi parenti, egente filio, alimenta ex Ærario fiscali subministrentur. L. 2. De alimentis, quæ inopes parentes de publico petere debent. In Cod. Theodosiano. Ad hunc modum fœmina, quæ pro marito debitore vincto intercesserit, efficaciter tenetur, etsi S. Consulto de intercessionibus minimè renuntiarit. Quippe quùm in captiui liberationem coniugis piè adscitum fuerit, ac interpositum vxoriæ sponsionis vinculum. Vt notat Bartolus, aliique Iuris Romani Scholiastæ In Authent. res quæ Cod. Commun. De Legat. l. quod in vxorem L. alimenta Cod. De negot. gest. Authent. si captiui C. De Episcop. & Cleric. Idem Pattum sententiis decisum in publica Fori disceptatione. 11. Kal. Iunias An. 1576. Dangchino, & Escorceueo partium aduocatis. In Catalogo causarum Parisiensis Præfecturæ. 5

Horum Templariorum Commendæ & possessiones postea translatæ ad Equites Ordinis S. Iohan. Hierosolymit. Vt fusiùs alibi demonstrauimus.

AC ne longiùs Ecclesiasticæ Rei septis exiliam, Diuus Rex Ludouicus haud dubitauit sacram Templariorum Equitum gazam abripere è sanctissimo ipsorum Ærario, vt in fraternam Alphonsi Pictonum Comitis redemptionem, qui à Sarracenis captus fuerat, conferretur. Id quod Ioynuilla Ludouici coæuus scriptis commendans, de seipso ita fatur. Histor. Cap. 50. *Le Roy qui n'auoit autre desir, que de deliurer le Comte de Poictiers son frere, aduisa de qui il pourroit emprunter les 30. mille liures qu'il luy failloit encores pour ladite deliurance. Et alors ie vins au Roy, & luy dy, qu'il deuoit emprunter les 30. mille liures du Commandeur du Temple. Mais le Commandeur me reprint de ce conseil que ie donnois au Roy, & me dist. Sire de Ioynuille, le conseil qu'auez donné au Roy, ne vault rien, & n'est pas raisonnable: Car vous sçauez bien, que nous receuons les Commandes à serment, & promettons ne bailler les deniers d'icelles à autres qu'à ceux qui nous font faire les sermens. Et le Mareschal du Temple, pour cuider* 6

der contenter le Roy, luy disoit, Sire, laisse en paix les noises & questions du Seigneur de Ioynuille, & de nostre Commandeur, nous ne pouuons rien bailler des biens de nostre Commande, sinon contre nostre serment, & que soyons pariures. Nec eò seciùs Ioynuilla regio iussu abstulit è sacris Templariorum loculis ingens auri pondus, quo Pictonum Comes Sarracenica seruitute eximeretur. cit.. Cap. 50. Cessante autem publica alienandi necessitate, extorta, vel distracta BONA ECCLESIÆ, PENNÆ AQVILÆ.

Le 17. de Iuillet l'an 1581. moy playdant pour Guy Gouyn enchiri pé: contre Doguet pour Pregent Boaet, appelant de l'omologation iudiciaire d'Angers, d'vn bail à rente fait à l'enchere d'vne maison par les Cordeliers d'Angers, Il a esté dit par Arrest, en emendant le iugement, que bail à vente seroit faict de nouuel au plus offrant & dernier encherisseur.

7 CÆTERVM iudiciario sacrorum fundorum commercio, quod difficillima Reipub. tempora exprimunt, nisi adhibeantur omnes ad amussim solemnium formulæ, que Regiis Edictis præfiniuntur, iusta est Ecclesiæ ad Senatum prouocatio. Sin autem ex prisco Forensi ritu factam licitationem ostendatur, restat dubium, an sacræ Ecclesiæ contra eam auctionem gratia veniaque dari possit restitutorio Diplomate. Pro Ecclesia respondeas specie ipsa prima: quùm & creditricis eiusdem auctionaria intercessio admittatur post pigneratiagri proscriptionem addictionemque publicam, subsidiaria saltem integri Restitutione Codicillari. Vt Burdegalensis Curia decreuit pro Archiepiscopali Vasconum Collegio. 14. Kalend. Februar. Ann. 1531. Apud Boërium, Decis. Burdigalensi. 141. Similiter minori annis aduersus venditionem in foro contractam paratur restitutio in integrum. Vt Hermogeniano placuit Lib. 1. Ἐπιτομῶν L. Si in emptionem ff. De Minorib. Vlpianus in L. cum verò §. apparet igitur ff. De fidei comm. libert. Lege Valeriani & Gallieni Impp. Etsi præses Cod. De præd. Minor. Impuberes enim vsquequaque postulantes integri restitutionem audiuntur, nisi Iure scripto disertè prohibeatur commune hoc ætatis auxilium. Ex Aluarot. & Præposit. Mediolan. in Cap. 1. §. Præterea De prohib. feudi Alienat. per Feder. In Feudis. Innoc. in Cap. Constitutus, De Restit. in Integ. Cardin. Alex. in Cap. 1. §. 1. Quo tempore Miles. Neque iis videtur obstare Valentiniani & Valentis constitutio. 1. De fide & iure Hastæ In Cod. Theodosiano, Et L. penul. eod. Tit. in Cod. Iustiniani, Vbi specialiter fauore Fisci prouisum est, ne ab eo publicè celebrata venditio, alterius obtentu minoris ætatis conuellatur. Nihilò seciùs in proposito themate arbitror contra Ecclesiam iudicandum. Istîc quippe auctionis magister est Templi sacerdos, indéque sacri fundi proscriptione venditrix habetur, Ecclesia Principalibus auspiciis, Pontificiis quoque eò interdùm confluentibus. Quo minùs eidem postea liceat rescindere foemnem rei suæ alienationem, & more Penelopes, quam texuerit tellã, retexere. Ad hęc, Cęsaris Fiscus, à quo venum exposita sint latifundia palámque distracta, iniquè deposcit licitationem iteratò fieri, semelque perfectam aboleri. Demus enim, fisco perinde, vt pupillo, legum Indulgentia subueniri: Vt Alberic. Rosates censuit In L. Ait Prætor. §. hodie ff. De minor. Id tamen locum non habet in publica

Arestum Senatus Burdegalen. Die 19. Ianuar. 1531. pro Ecclesia literis regiis restituta aduersus cridas & publicum fundi decretũ, vt ei pro suo debito opponens audiatur.

Textus L. Si in emptionem, loquitur quando minor addictione ab alio superatur in re quę maiorum ipsius fuerit.

Decreto autem super minore interposito, vel minore tacente in bonis debitoris sui, vix est, vt minor non intercedens ante decretum seu ratione hypothecæ, seu proprietatis rei restituatur contra solemne decretum. Quia proclamationes & cridæ fiunt secundùm stylũ & vsum locorum, qui ligat minores L. Si fine §. Lucius ff. De Administ. tut. Ex causa tamen magnæ lęsionis & damni restituitur. Vt sæpe iudicari vidimus.

Ideo etiam firmior est à fisco facta venditio, quia is non potest habere fidem de pretio L. 1 Cod. Ne fisc. quã vend. tem euin. Et ibi Glo. Bart. sol. 1. Cod. de Iur. fis. Lib. 10. & L. 1. l. si instrumenta Cod. De fid. instrum. & iur. has. fisc.

ab Ecclesia vestra ad centum vel in feudum tenentur, aliis nisi eiusdem Ecclesiæ Canonicis vendere, vel alij Ecclesiæ concedere seu etiam comparare, dummodo ea Canonici pro cōmuni vtilitate comparare voluerint, aut etiam priuata: Ita certe, quod inde tantum dare Ecclesiæ vel venditori debeant, quantum alius sine fraude & dolo dare voluerit, &c. 12. Calend. Iunias An. 1184.

Qualiter instrumentū super alienatione rei Ecclesiasticæ dictandum sit, explicat Speculator, proposito facti exemplo in Tit. De locato.

QVÆVIS alienatio Ecclesiastici prædij ita demùm valet, si duo 14
cócurrant: Vnum, vt iusta legitimáque præcedat causa. Alterum, vt ordo formáque præscripta Iure Pontificum exactè obseruetur. Formula verò Pontificiæ Legis hæc est, diligens tractatus commercium fundi antecedens, & communis deliberatio Cleri, i. collegarū, qui Canonici vocātur, si Ecclesia Collegij nomine insignita sit, deinde vt omnium consensus, aut maioris saltem partis adhibeatur. Quibus omnibus superioris Antistitis subiungatur auctoritas Carthaginensi Consilio. 4. Cap. 32. Alioqui Testamentariis etiam tabellis nec licita est Sacerdoti fundorum templi alienatio, nec Cœnobitæ mobilium rerum suarum largitio. Vt Senatus districtè iudicauit aduersus legatarios Flandrici Præceptoris è sacra illa Melitensium Equitum familia, quatenùs vltra eum peculij modulum testatus erat, intra quem ipsi duntaxat testandæ supremæ voluntatis gratia facta fuerat à Magistro sanctæ Militiæ Hierosolymit. Memorabili S. C. quòd purpurea in toga populo recitatum est, proximò Dominicæ Resurrectionis Die anno 1565. Planè in legato pauperibus relicto ab eiusdem Milite Societatis, P. C. censuerunt accuratiùs deliberandum, ex postremo elogio Frat. Nicolai Durandi, equitis Rhodij. Decreto Pridie Kalend. Februar. Anno 1577. quùm Fonteneus Melitensis Ordinis: & Brissonius patronus Fisci, pauperum causam egissent. Mireris autē, cur quùm profanarum Ecclesiæ possessionū alienatio legibus rata non sit, nisi quam solemne Ecclesiæ iudicium anteuertat, matrimonij tamen sacramentum probarit Senatus, cui nec solemnis Ecclesiæ assensus cónubio suffragabatur, nec publica in Tēplo præconia intercesserant. Atqui Hormisdæ Pontif. decreto vetantur occultæ Christianorū nuptiæ, nec aliter iusta fore cóiugia sanxit Euaristus P.P. quàm si sponsi pia precatione lustrentur à Sacerdote & Ecclesiastici de eo ritus custodiantur. Vt refert Yuo Carnutensis, Lib. 8. De legitimis coniugiis, & Euaristus Epistola prima, ad Africanos Episcopos, Can. aliter. 30. Quæstion. 5. In Gallia potissimùm exosas esse clancularias nuptias, nec auctoritate Ecclesiæ celebratas indicat Arelatense Concilium. Cap. 6. In Can. Nullum sine dote fiat coniugium, nec sine publicis nuptiis quisquam nubere, vel vxorem ducere præsumat. 30. Quæst. 5. Veruntamen *Conscripti Curiæ* liberis hæreditatem addixerunt ex clandestino editis connubio, nec solemni Ecclesiæ denunciatione adprobato, nec lustratis salutari carmine per presbyterum coniugibus. S. Consulto Pridie Nonas Februar. An. 1576. quùm

Decretum Curiæ de legatis factis à Commendatore Flandriæ, equite *de Malte*, Ordinis. S. Iohan. Hierosolymit. inter Aresta Paschalia An. 1565. Dn. Hectore, Regis in Curia consiliario litis enarratore.

Arestum die vlt. Ianu. 1577. super testamēto sacri Equitis, vulgò dicti *De Villegaignon*.

Eadem propemodum fori quæstio à nobis discussa est sup Lib. 2. Tit. 7. art. 5. & 7. vbi de Tridentino Concilio in hanc sententiam locuti sumus.

Notabile Arestū (*sur vn procez parti*) die 4. Febru. 1576. in 4. camera inquestarum Curiæ, pro liberis ortis ex matrimonio, quod nulla Ecclesiæ banna præcesserant, nec presbyteri benedictio.

quum in.4. Claſſe Inquiſitionum Senatus diremptа fuiſſet primùm ancipiti certamine diſceptatio,& calculi Iudicum adæquati. Litigatorum nomina, Matthæus Brunellus liberorum tutor Lupi Samphalëi,& Amedeæ Ruilliæ : E diuersò Lothus Boneuallus, Iohan. Lanharius,& Ancienuilla filiorum Franciſcæ Samphalæ tutor.

Si quis receperit emphyteuſim pro ſe & filiis maſculis & fœminis, æquo gradu ad eam veniunt filiæ cum maſculis, non ſucceſſorio ordine poſt maſculos : licet ordine literæ maſculis poſtpoſitæ,& in feudum non niſi deficientibus maſculis fœminæ admittantur. Cap. 1. § filia verò Tit. Epiſcopum vel Abbatem. In Vſib. Feud Et De ſucceſſ. feudi. Ibidem. Cynus in l. liberti Cod de oper. libert. Bart. in l. Vt iuriſiurandi § ſi liberti D. Eod. Tit.

15 PENDENTE ſacra Emphyteuſi, Licinia Emphyteutæ filia bonis paternis renunciauit dotali Inſtrumento. Diem functo patre, filia partem ſibi depoſcit Eccleſiaſtici fundi, quem pater ſibi ac liberis fruendum emphyteutica lege acceperat. Pro filia pugnabat Iuris axioma notum, repudiata hæreditate, Emphyteuticos agros vel Clientelares repudiatos non videri, eos ſcilicet, qui liberis iure ſanguinis deferuntur. Vt ſenſit Bartolus In L. Item videndum §. nunc videamus ꝟ. De petit. hæred. Bal. in L. qui ſe patris Cod. Vnde lib. Et Reſponſo. 287. Volum. 4. Per hunc modum filia, quæ paternæ renunciarit ſubſtantiæ, non excluditur à dote materna. Hanc quippe, vt æs alienum condicet ac præcipiet, quo nempe deducto, bona demùm intelliguntur. L. Prætor §. Emancipati ꝟ. De collat. bonor. Eius tamen partis ſententia diſplicuit AMPLISS. ORDINI, filia Emphyteutici etiam arui petitione ſummota. Decreto. 14. Kal. Maias An. 1576. Cuius rationem hanc eſſe coniicio, quòd multùm interſit, hæreditatem necne filia repudiet, an bona paterna: Illo caſu ad Emphyteuſim admittitur, hoc autem, cenſetur bonorum omne genus à ſe promiſcuè abdicaſſe. Iaſ. in prælud. Feud. Cod. 1. Bald. in L. Quoniam nouella Cod. de Inoff. Teſtam. Ponamus verò, Eccleſiaſticam emphyteuſim Mæuio conceſſam & hæredibus ad nonageſimum vſque eius ſeculi annum : Quæritur, an intra id temporis vni ex Emphyteutæ familia mortuo ſuccedant patrueles inuicem aut conſobrini in capita, an verò in ſtirpes. Patrum repræſentatione videbatur ſuccedendum: Quia talis Emphyteuſis non modò nepotibus Emphyteutæ adſcripta eſt, ſed eius hæredibus nominatim, ac hæreditario, non liberorum nomine. Quocirca patriis Hæreditatum legibus diuidundas quoque putes Emphyteuticas poſſeſſiones, liberorum videlicet ſubrogatione in parentis locum Moribus introducta. At diuerſa opinio longè plures habet aſſertores. Ex ſubtili diſtinctione Iulij Pauli Libro Sententiarum. 7. quam hoc loco libuit attexere: Si ſit frater defuncti,& fratris filius, & nepos, * fratres & non exiſtentes, * filius fratris nepoti præfertur. Sed ſi duorum fratrum ſint liberi, non in ſtirpes, ſed in capita hæreditas diſtribuitur, ſcilicet vt pro numero Singulorum * virium diſtribuatur hæreditas. Sub Tit. De teſtamentorum ſucceſſionibus. Ex Fragmentis Papiniani, Pauli, Vlpiani, Gaij, Modeſtini, aliorúmque veterum Iuris auctorum. De eadem hac quæſtione pluribus egimus Lib. 3. noſtri Tractatus De Priuilegiis RVSTICORVM. Cap. 8. Ac de MORIBVS Pariſiorum Lib. 2. Tit. 5. Art. 4.

Placitum Curiæ die 18. April. 1576.

Lodouicus Romanus hoc Iuris problema diligenter exagitauit in Conſil. 194. de auunculo, quomodò ſuccedat cum nepotibus. In Regali autem & aliis inſignitorum Feudorum dignitatibus ſuccedatur necne repræſentationis iure, ſpectanda conſuetudo. Text. In Cap. vlt. De alienat. feud. quem allegat Bald. In Cap. 1. De feudo Marchiæ Doct. In. Cap 1. §. Præterea De Prohib. feud. alienat. per Federic.

In ſucceſſione collaterali an ſuccedatur *par ſouchei, ou par teſtes* inter pares gradu, licet intra terminos repræſentationis.

Non omnes conueniunt. legem. 2 Cod. de Reſcind. locum habere in contractu emphyteutico. Nam Iaſon in l 1. Cod. De Iur emphyt putat, tales cõtractus ex enormi læſione non retractari Cæteri, contra, in d. l. 2. & Specul. In Tit. De Locato.

16 PRIVATVS aliquis ſi in Emphyteuſi Eccleſiaſtica circumſcri-

Habito respectu ad verum valorem rei datæ in emphyteusim, potest quis aliquando esse deceptus vltra dimidiam illius valoris Nec tamen ob id locus est rescissioni emphyteusis ex capite legis 2. Cod. de Rescind. vend. Et sic intelligitur opinio Innocentij & Specul. Aut verò quis est deceptus vltra dimidiam iusti pretij, habito tantùm respectu ad valorem iuris emphyteutici, & sic vtilis dominij & naturalis possessionis, quę transit ad emphyteutam: & eo casu habet locum dicta L. 2. in Emphyteusi. Ita distinguit Anton. Butr. In Cap. Cum dilecti De Empti. & vendit. Pantaleon De Crema in Repetit. d. leg. 2.

ptum se doceat, aliòve contractu cum Ecclesia inito, perinde restituitur in integrū, vti Ecclesia aduersus priuatum. Salicetus & Castrensis in L. 2. Cod. De Rescind. vendit. Argum. Cap. Cùm dilecti de empt. & vendit. Contra Brixiensis iudicium glossographi In Can. Hoc iùs porrectum. 10. Quæst. 2. Sed longè amplior Ecclesiæ patet ad restitutionem integri via, quàm priuato cuique. Nam certus de pretio venditor, aut alius quiuis alienator non iuuatur Restitutionis auxilio. L. Maioribus In verb. perperam Cod. commun. vtriúsque Iudic. L. 1. Cod. Si minor maior factus, Et ibi Accurs. Bartol. ad cit. L. 2. Cod. De Rescind. vendit. Secus verò in Ecclesia, cui non eo minùs legum suffragia indulgentur, quòd templi Præfectus, qui alienauit iure Emphyteutico, iustam rei æstimationem tùm calluerit. Ex Baldo in cit. L. 2. Priuato item non quælibet circumuentio, præbet restitutionis causam, sed quæ iusti pretij dimidiam exuperet: Quùm & in profana Emphyteusi cessare Legis. 2. beneficium existimarit Innocentius Pontificij iuris interpres. Ad Cap. Cùm causam De Empt. & Vendit. Argum. Cap. Constitutus De Religios. domibus. Et Speculat. in Titul. De Empt. & Vendit. §. Sed nunc dicendum. Versicul. Quid de concessione in Emphyteusim. Ecclesiæ autem, Iure succursum est aduersus grauem quamque læsionem in Emphiteusi re ipsa adhibitam.

AVDIO tamen Senatum in varias de eo sententias disciss um fuis- 17
se patrum memoria, quùm alia Curiæ Inquisitionum Classis tales pactiones comprobaret, indicto solùm pretij supplemento, alia ob neglectas Canonum formulas contractum purè rescinderet. Quoad nostrum de hoc iudicium attinet, ex Vsu forensi percepimus, Curiam pro mera Ecclesiæ restitutione in integrum pronuntiare, vt plurimùm: Regio nimirùm Senatu solemnium Canonicorum vindice, ac Politico Sacræ Oeconomiæ seruatore. Iisdem de causis in Thracio Imperio ALEXIUS COMNENUS Cæsar sanxit AVREA BVLLA Ecclesiasticas facultates, quarum & protectorem se professus est, cœlesti ad id præsidio implorato, in hæc verba: Ne quis posthac sacros census temerè attrectet, etiamsi vel Cadmea necessitas ingruat: Ne manus impuras sacris rebus iniiciat, ne profana ex Diuinis dinodia fiant, dùm in publicos vsus circumferuntur. Quúmque inter Deum & homines sit interstitij loco positum, quod nullus, si modò pius fuerit, transgredietur, homines quidem rebus nostris vtemur fruemur: Deo autem sarta tecta manebunt, quæ illi cúnque sacrata fuerint, nec illa manibus vel audacissimis contingent. Quòd si quis, Domine Deus, in posterum manus diuinis dinodiis, vtensilibus, & vasis quæ sanctis olim ac venerandis tuis dicata Templis, vel in futurum dicanda fuerint, admouere ausit, is ne lumine in die Visitationis tuæ fruatur, ne Sol illi matutinus illucescat, nec tuo hîc auxilio, nec tua istîc diuina protectione gaudeat, sed vbique despectus à te desertusque iaceat. Cæsarea autem hæc Oratio, S.S. Patrum Biblio-

Constantinopolitani Imp. Aurea Bulla de Rebus Sacris.

Ex Bibliotheca sanctorum Patrum.

Bibliothecæ inserta vulgò lectitatur. Proinde nec Constantini Augusti damnanda in Ecclesiam munificentia est: qua tamen, velut ex Pandoræ pixide, virus in Ecclesiam sparsum nonnulli scriptitarunt. Vnum porrò diligenter explorandum, ne viri Ecclesiastici piorum Principum donatione, quæ Numinis cultui addicta est, ad luxum deliciasque abutantur.

De donatione à Constantino Mag. collata in Syluestrum Romanæ Ecclesiæ Pontificem.

18 Atqve ex eo summorum Heroum in res Ecclesiasticas studio censuerunt plerique, templorum prædia, quæ Regio inferiorisve Dynastæ patrocinio subiacent, alienare ius non esse, nisi consentiente patrono. Imola in Cap. 1. De Reb. Eccles. non alienand. In. 6. Ioh. Andr. in Addit. ad Speculat. In Tit. De emptione. §. nunc dicendum restat. Versic. cæterum. Decius in Respon. 174. Cardinal. in Clem. 1. De Decim. Nam & sacrorum Antistites profanis patronis nonnunquàm indulserunt, vt in extruendo Cœnobio ac dotando legem dicerent spiritalibus sacrisque Ecclesiæ fructibus, nedùm profanis: Quò Regni primates ad publica pietatis opera feruentiùs accenderentur. Ita ordinanti muliebre Cœnobium patrono Fulconi Andium Comiti assensus est pontifex Diœcesanus: Vt liquet authenticis vtriusque Tabulis, Andium & Reguli & Episcopi, quas nos istic subiecimus: *Ego Fulco Andegauorum Comes, & Hildegardis coniunx mea, necnon Gaufredus noster filius, hanc B. Mariæ Basilicam vsque ad fundum erutam à fundo paulo nobilius reduximus ad integrum, reseruato tamen Altari, quod vsque in præsentem diem apparet de subtus in crypris, in quo B. Melanius in Quadragesimæ capite, sacrato Christi corpore Missa expleta, electo Dei Albino, Victori, Launo, Marsoeulogiam fecit, & ob hanc causam abhinc locus iste nomen Charitatis obtinuit. De quibus B. Marsus paulò abstinentior eulogiam in sinum ab ore deiectam in idrum statim vehementissimè conuersam Domini seruo Melanio in ipso reditu celare non potuit. Hanc itaque Basilicam Domini filij sui in præsens virtutibus ac mirabilibus signis præclaram eidem B. Virgini in communem animarum nostrarum salutem ab Humberto venerabili Præsule solemniter fecimus dedicari, memorato Episcopo volente & concedente; Statuentes ibi. 4. esse sacerdotes ad seruiendum Deo nocte & die, & Monialibus inibi habitantibus, vnicuique presbyterorum domum suam vbi maneant donantes, vineas, prata, & tertiam partem decimæ eiusdem Parochiæ, &c. Consilio autem præfati Andegauorum Episcopi, & admonitione statuimus, vt Oblationes quæ ad presbyterorum manus in celebrationibus Missarum delatæ fuerint, per medium inter prædictos presbyteros, & Moniales æqua sorte diuidantur. Cætera verò oblationes ad eandem Ecclesiam quoquo modo delatæ, quas sacerdotes manibus in celebrationibus Missarum non receperint, propriæ erunt Monialium absque parte alicuius. Candelæ verò & cætera luminaria, vndecunque venerint, similiter absque alicuius parte Monialium erunt. Beneficia*

An bona Ecclesiastica, inscio nec assentiente Ecclesiæ patrono, alienari possint.

Nùm verò beneficiis imposita pensio valeat citra patroni consensum, disputauimus sup. Lib. 1. Tit. 4. & Lib. 3. Tit. 2.

Literæ fundationis Monasterij B. Mariæ *du Ronceray*, in vrbe Andegauensi. Qua de fundatione adnotauimus quædam sup. Tit. 4. huius Li. 3. ac nominatim quo die & anno Ronceteum monasterium à Fulcone Nerra fundatum sit.

Les autres 2. tiers desdits dismes appartiennent ausdites Religieuses.

Depuis & le Roy René de Sicile Duc d'Anjou, ayant fondé vne Chappelle de S. Anthoine des deserts, près sa maison de Reculée au dedans de la paroisse de la Trinité d'Angiers, les Prestres & Curez de la Trinité formerent complainte contre ce Chappelain de ladite Chappelle, pretendans que les offertes & oblations faites à ladite Chappelle, leur appartenoient. En fin par sentence de Iehan Breslay Iuge ordinaire d'Anjou, du 27. Feurier 1468 apres que ledit Chappelain declara comme mieux instruit qu'il se desistoit de son opposition à ladite complainte, lesdits Curez gaignerent leur cause.

Tales adiudicationes Oblationum, & aliorum iurium Parochialium inter Curiones primitiuos Ecclesiarum, & eorum Vicarios, aut Matricula-

vero, quæ de ſepulturis mortuorum euenerint, de animalibus detergenariis, de ſeptimalibus, de Miſsis defunctorum, de Miſsis etiam quæ priuatæ vocantur, de baptiſteriis, de confeſsionibus, de omnibus beneficiis, quoquo modo aduenient, per medium inter presbyteros & moniales diuidentur. Viſitationes verò presbyterorum ſint. Qui vero de facultatibus ſuis Eccleſiæ B. Mariæ & Monialibus aliquid donauerit, proprium Monialium erit. Qui vero presbyteris determinatè donauerit, proprium presbyterorum erit, &c. Dum vero memorata Eccleſia in honorem B. Mariæ à iamdicto Andegauen. Epiſcopo Humberto dedicaretur, de facultatibus noſtris, prout ſuppetit ad præſens, eidem Eccleſię contulimus, & in manu Epiſcopi poſuimus. Donauimus igitur huic ſanctiſsimo loco. 40. arpennos vinearum, propè eundem locum ſitos ad foſſas ſuper Ligerim. 30. Arpennos pratorum, &c. Anno Gratiæ ab incarnatione Chriſti. 1028. Pridie Iduum Iuliarum. Congregata ad tam ſolemne gaudium multitudine Andegauorum, Hubertus Andegau. Epiſcopus Monaſterium S. Mariæ Charitatis, Virginibus ibidem ad diuinum ſeruitium diſpoſitis, feſtiua dedicatione conſecrauit, & omnia eidem Monaſterio collata & conferenda Epiſcopali auctoritate confirmauit, & terminos Parochiæ eiuſdem Monaſterij communi aſſenſu ſui Capituli inſtituit atque conceſsit.

[Margin: tios fabricarum Eccleſiæ v de ſup. Lib. 3 Tit. Et huc Lib. 3. Tit. 3.]

[Margin: Die. 14 Iulij An. 1028.]

Ex quibus haud obſcurè elicias, in Eccleſiaſtico prædio diſtra- 19
hendo nec ſpernendum eſſe Patroni conſenſum, & Præſulis fundationum auſpiciis arbitrium confirmationémque implorandam. Nempè vt Diœceſos Antiſtes, in qua eſt alienatrix Eccleſia, non in qua venalis res ſita eſt, auctoritatem interponat alienationi. Baldus In Authent. Hoc ius porrectum Cod. de ſacroſan. Eccleſ. Innoc. In Cap. Paſtoralis De Priuil. Felynus in Cap. Dilectus. 2. Col. 6. Verſ. 7. De Reſcrip. Tametſi in diuerſam opinionem procliuior ſit Gloſſematarius In Can. In venditionibus. 17. Quæſtio. 4. Eius nempe auſpicia Epiſcopi requirenda ſunt, cuius in ſacra Ditione mercalis fundus contineatur. Argum. Si prædium Cod. De Præd. minor. Ludou. Romanus Reſponſo. 250. De quibus copioſè Rebuffus, iuxta alios plerosque, In Compend. Alienation. Rerum Eccleſ. Quòd ſi alienationi iuſta Canonum ſolemnia defuerint, reſciſſoria actio competit Eccleſiæ intra quadragenarium ſpatium: cuius præſcriptione res Templorum priuatis acquiruntur. At ſacris militibus Hieroſolymitani Ordinis ſpeciatim indultum eſt, ne centenaria minorem præſcriptionem ſubeant, néve minori temporis curriculo profana ipſorum iura amittantur. Bullato Clementis. 7. reſcripto. An. 1523. quod Tholoſani Patres legi recitarique iuſſerunt. 1527. ac Senatus Aquenſis An. 1578. Eiſque adſtipulantur regij Codicilli Menſ. Iulio. 1549. ne vlla quanticunque temporis poſſeſſione vſurpatione ve iura Equeſtris huius Familiæ minuantur: quippe quæ à Prouincia abſit Chriſtianæ Reipubl. cauſa. Hoc tamen procederet ne nè in ſecundum Principis donatarium, qui ſacro Equiti primùm maritimæ deprædationis bona donarat, certatum eſt Curia Pariſienſi, reſque conſilio ampliori permiſſa. 12. Kalend. Februar. An. 1580. Martino, Hieroſolymitani

[Margin: In hunc ſenſum apprimè confert Gloſa In Necnon in verb. omnibus De concubinatiis In Pragm. Sanct. Nam & decretum ſuper agri pupillaris alienatione interpoſitum extenditur ad rem ſitam extra territorium decernentis l. Magis puto §. ſi ad eos. De reb. eorum. Et ſudex ratione contractus decernit miſsionem in poſſeſſionem bonorum alibi ſitorum Cap. Romana contrahentes De for. compet. In 6.]

[Margin: An ſacri Equites Ordinis de Malte, centum annorum gaudeant præſcriptione, inſtar Romanæ Eccleſiæ.]

[Margin: Parlement de Ayx, en Prouence.]

[Margin: Appoincté au Conſeil, Die. 21. Ianuar. 1580.]

roſolymitani Ordinis, qui donatario Equiti ſucceſſerat: Ottomano, Regij beneficiarij: & Briſſone Fiſci aduocatis. Ac tandem ſumma Curiæ Sententia vicit ſacer Ordo Melitenſis, non tam Clementina præſcriptionum temporis exemptione, à qua Senatus iſthîc appellatus fuerat abuſus ergò, quàm continua donatarum rerum ſequeſtratione pridem facta à Iudice, quæ omnem omninò præſcriptionem arcebat. Decreto circa Natalitia Domini An.1585. Dn. Fleurio litis enarratore.

Areſtum Curiç ſuper appellatione à Sententia Theſauri Pariſien. An. 1574. interiecta ab Ordine S. Iohannis Hieroſolymitani, contra Gulielmum *de Saultz* Vicecomitem *de Tananes* ſecundum Regis donatarium intimatum.

Vide *les autres Priuileges Royaux dudit Ordre de S. Iehan de Hieruſalem.* Tit. 2. Lib. 2. Monaſtic. art. 24. *Le 9. Aouſt 1586. il a eſté iugé en la 4. Chambre des Enqueſtes, au rapport de M. de Berulles, que le don de 500. eſcus faict par le feu Commandeur de l'Aumuſſe en Sauoye, nommé Claude de Louebier, à Loys Vourgeois ſon ancien ſeruiteur, eſtoit nul, comme fait* paulo ante mortem, quum Monachis teſtari non liceat. *Mais par le meſme Arreſt, la Cour adiuge audit donataire ſes gages & ſalaires, leſquels elle liquide à certaine ſomme: D'autant que c'eſtoit vne debte en ce cas neceſſaire, de laquelle l'Ordre ſucceſſeur* peculio tenus, *ſeroit tenu.*

Titulus. VIII.

DE AVCTIONARIA SACRI PRÆDII VENDITIONE.

1. *Publica ſacrorum aruorum auctio in cauſam ſacri belli Gallici.*
2. *Francica Edicta alienandæ rei Eccleſiaſticæ.*
3. *Solemnitas ei alienationi Francicis Edictis præſcripta.*
4. *Quanta Principi cura incumbat in rerum Eccleſiæ tuitionem.*
5. *Filium egeni patris captiui debita exoluere cogi.*
6. *D. Ludou. Rex à Templariis pecuniam exegit in fratris redemptionem.*
7. *An Eccleſiæ, vel minori annis contra decretum publicum detur integri reſtitutio.*
8. *De Rethelenſi Comite, an & apud quos titulo Paris Franciæ ornandus ſit.*
9. *Antiquæ Literæ* Pariatus *Francici Rethelenſibus Comitibus dati.*
10. *Regia vectigalium Immunitas Mercatorum Ligerim amnem frequentantium.*
11. *Nûm ex tali Priuilegio præiudicium fiat antiquo Eccleſiarum iuri, in vectigali petendo.*
12. *Eccleſiaſtici fundi alienatione grandes arbores earumque cæſuram non comprehendi.*
13. *De Syndicis Eccleſiæ.*
14. *In morum corruptelam præſentis Ætatis.*
15. *Politicum reſcriptum Philippi. 4. Regis Galli de Re Eccleſiaſtica.*
16. *Pœnam commiſſi non vſquequaque in hæredem Emphyteutæ locum habere.*
17. *Eccleſiaſtici feudi redempti pretium inter hæredes emptoris ex æquo eſſe partiendum.*

18. 19. *Simplici alienationis permißione ordinarias solemnitates alienandæ rei Ecclesiast. remissas non videri.*

20. *Quibus in actibus, Papæ vel Episcopi solius confirmatio requiratur.*

21. *Principum officium in iuribus Ecclesiasticis conseruandis.*

22. *Epilogus Lib. 3. totiusque Operis.*

Nouellæ Constitutiones Politicæ Gallici Regni in alienatione Rerum Ecclesiastic.



OSTREMAM HANC Sacræ Politiæ scænam, quæ in bonorum Ecclesiæ alienatione versatur, claudit supremus Actus necessariæ alienationis ex publica totius Imperij causa; ad laborantem scilicet Regni Statum fulciendum. Nam vt ægri corporis, ita Reipub. extremo morbo extrema est adhibenda curatio, iuxta Hippocratis sententiam.* Ἐς δὲ τὰ ἔσχατα νοσήματα, αἱ ἔσχαται θεραπεῖαι ἐς ἀκριβείην κράτισται. Quanquam enim rei Ecclesiast. commercium profani non est imperij Ciuilísque Potestatis: Sacro tamen fremente Bello Gallico, ad auctionem fundorum Cleri peruentum est Edicto Principali, tanquàm ad subsidiarium sacræ militiæ neruum, annos abhinc sex & viginti. Ne Gallica videlicet Ecclesia intestinis de Religione concussa discordiis funditus corrueret; labentísque ipsius mole Respub. simul in miserrimum præcipitium traheretur. Aliter pij Franciæ Gubernatores fouere affectum Ecclesiæ corpus non potuerunt, aut in ea temporum mœstitia * μαλακὴν χεῖρα solum admouere. Vtut sit, Petri Cymbam vidimus quidem variè quassari, sed eam certò à Superis seruatum iri confidimus. Deus enim in Diluuio sedens ad gubernaculum in Arca, Argonautas suos totum annum inter vndas circumuexit, & exiguas Ecclesiæ eius temporis protexit reliquias. Idem nunc quoque suam Argo tutabitur, Rom. Cathol. Ecclesiam, nec aduersarum fluctibus tempestatum exorberi patietur. 1

* extremis morbis extrema exquisitè remedia optima sunt. Hippocratis Aphorismus.

Prohibitio alienationis voluntariæ Rerum Ecclesiasticarum non trahitur ad necessariam, & casus inopinatos ac insperatos, quales sunt hi sacrorum bellorum Ciuilium.

* mollem manum.

IMPRIMIS Karolus. 9. Galliarum Rex Edicto præcepit, sacra latifundia Hastæ subiici indistinctè, palámque distrahi in profanis Tribunalibus, ad vsque centena numûm aureorum millia reditus annui: Vt Sacri Belli ergô conflatum æs alienum dissolui posset, publicáque huius Imperij onera alleuari. Francica Lege lata Mense Maïo An. 1563. Secundùm quam Regij Actores promiscuè & indiscriminatim auctioni submisêre diuini iuris possessiones pro arbitratu, & Regiæ auctoritatis obducto velo, interdum grassati sunt in opimis Ecclesiæ ditionibus. Qua ratione Princeps haud multò post Gallico Clero potestatem fecit redhibendi intra annum sacri prædij, & annali redemptionis lege emptores teneri voluit. Edicto Mense Ianuar. 1563. quod Senatorius Parisiorum concessus adprobauit, S. Consulto. 6. Kalend. Februar. Et Ratiociniorum Præfectura. 6. Iduum Februar. Eodem Anno. Huiusmodi redhibitoriam Legem variis deinde Reges Codicillis prorogarunt. Princeps rursus Diplomate 2

Primum Edictum alienationis iudiciariæ rerum immobilium Ecclesiæ à Regiis cognitoribus procurandæ & persequendæ, in Curia publicatum Die 17. Maij. 1563.

Ordinatio regia de venditis rebus Ecclesiæ redimendis, comprobata à Senatu die. 27. Ianuar. 1563. Et à Magistris Computorum. Die 8. Februar. Eod. An.

Regia altera Constitutio Mense Febr. 1563. promulgata in Curia Die. 16. Mart.

Diplomate ſpeciatim adſtrinxit Cœnobiorum quorumdam patrimonia annuæ penſitationi ſexaginta millium libellarum Francicarum, ſalua luendi pignoris facultate ac copia. Menſe Februar. An. 1563. Senatu has Literas promulgante. 17. Kalend. Apriles, tum Camera Rationalium. 12. Kalend. April. Et ſumma Vectigalium Curia. 9. Kalend. April. Eod. An. Item. 76. libellarum millia fundis Sacerdotum impoſita fuêre annui reditus in ſpeciem, donec appenſa pretij ſorte annuum iſtud onus tolleretur. Regia Sanctione Menſe Quintili. 1564. quæ actis Curiæ inſerta eſt. 6. Kalend. Sextiles, ac monumentis Cameræ Rationum Regiarum Pridie Kalend. Auguſti: poſtremò apud ſupremos Vectigalium Iudices pridie Nonas Sextiles Anno ſupradicto. Deinceps repetitis Ciuilibus armis, Rex Pontificiis auſpiciis edixit, ſacros fundos diuendi publico præconio ad quinquagena vſque aureorum numûm millia, annui prouentus: Quò Eccleſiaſticæ rei pretium in ſacram cauſam Domeſtici eius belli inſumeretur. Conſtitutione lata. 16. Kalend. Ianuar. 1568. cui Patres Pariſien. ſubſcripſerunt. 13. Kalend. Ianuar. Eod. Anno. Nimirùm antea Pius. 5. generalis S.R.E. Pontifex interpoſuerat tali venditioni auctoritatem, præfeceratque huic negotio Quatuoruiros, Borbonium, & Lotharingum Romanos purpuratos, Apoſt. Sed. Internuncium, & Senonenſem Archiepiſcopum: Vt quæ ad iudiciariam illam ſacrorum licitationem agrorum pertinerent, maturè curarent exequenda. Reſcripto. 8. Kalend. Decembres. 1568: quod quidem Ampliſſ. Ordo decreuit palam recitari. 13. Kalend. Ianuar. Anno ſuprarelato. Tum Principali diplomate indicta eſt ſacrorum bonorum alienatio ad vſque ducenta Francicarum libellarum millia. Hocque Diploma in Senatu publicatum fuit, præſide Rege. 16. Kalend. Sextiles ac. 7. Idus Septemb. An. 1576. vnà cum Apoſtolicis Gregorij. 13. tabulis. 15. Kalend. Auguſti. Quibus promulgandis Senatus cautionem hanc conteſtationemque adiecit, nullos poſthac fundos diuini iuris eo nomine ac prætextu alienatum iri. Nihilò tamen ſeciùs Conſcripti Curiæ, nouo ſuborto Ciuili tumultu, probarunt Syxti. 5. Codicillos editos. 3. Kalend. Februar. An. 1585. de profanis Templorum opibus diſtrahendis. Areſto. 6. Kalend. Apriles An. 1586.

Tum in Camera Computorum die. 21. Mart. Et in Curia Iuuaminum Die 24. Mart. 1563.

Lex Regia à Senatu regeſta in publicas tabulas die 27. Iulij, & à Præfectis Ratiociniorum Pariſien. Die vlt. Iulij, Tum à Curia Iuuaminum Die. 4. Aug. 1564.

Principale Edictum, Die. 17. Decembr. 1568. regiſtratum in Curia Pariſien. die. 20. Decemb. Eod. An.

Bulla Apoſtolica de prædiariis rebus Eccleſiæ venundandis ex cauſa bellorum ciuilium. Die. 24 Nouemb. 1568. publicatà in Parlamento die. 20. Decem. Eod. An.

S. Conſulta Regij Edicti probatoria die 17. Iulij & die. 7. Sept. 1576. Quod quidem Rom. Pontifex Edictum confirmauit, ſaltem ad quinquaginta vſque ſcutatorum millia reditus annui permiſit rerum Eccleſiaſticarum venditionem. Die. 18. Iulij Eod. An.

Pontificium Reſcriptum die. 30. Ianuar. 1585. de alienandis Francicæ Eccleſiæ bonis vſque ad 50. mille aureos rèditùs annui. Veriſſicatum in Parlamento die. 27. Mart. An. 1586.

Gallus quoque Rex quùm patentibus Literis permiſiſſet Francico Clero vendere, aut oppignerare res ſuas, vnde indictam à Principe collatitiam pecuniam ſigillatim poſſet exoluere, Die. 6. Octobr. 1568. Senatus in Literis publicandis excepit grandes arbores ſyluaſque non cæduas, vetuitque ne vllo modo alienarentur. Die. 11. Octob. Eod. An.

3 Alienandi cauſis ſolemnes formulæ, Regiis hiſci Legibus attexuntur. Nam de fundi venalis & qualitate & æſtimatione priùs inquirendum à Iudice, quàm ad ipſius auctionem progrediatur. Sigillatim certè Pontificiis illis Codicillis vetitum eſt, ne inſigniora Eccleſiæ latifundia, neu beneficiarij primores fundi diſtrahantur. Ob id Moliſmenſes cœnobitæ nuper Senatum appellarunt à ſui cuiuſdam addictione Territorij, ac nobilis Ditionis auctione

Edict du Roy Henry. 3. en Feburier 1586. Veriffié en Parlement pour 5. ans à retirer le bien de l'Egliſe mal aliené, auec leſion du tiers, meſmes ſelon le temps de l'alienation. Ledit Edict renouuellé par le Roy Henry 4. le 2. Auril, 1596. pour pareil temps de 5. ans aux meſmes clauſes & conditions, en rendant à l'achepteur ſon prix, fraiz & loyaux couſts. Autre Edict de 5. ans auſdites clauſes & charges, donné le 4. de Nouembre 1602. Verifſié en Parlement le 13. Decembre audit an 1602. ſans eſperance d'autre delay par cy apres.

Casus speciales, quibus aliquis præfertur in emptione rei, vt hîc in socio: Item in emptione metallorum Princeps præfertur. L. 1. Cod. De Metal. lib. 10. Vbi ait etiam Bartol. quòd colonus debet potiùs vendere fructus domino quàm alteri. Idem vult Ludou. Roman. In. l. 1. ff. Sol. Matrim.

venditæ. Qua in controuersia, Nos pro Ren. Sommieurio emptore publico, non improbanda esse licitanris studia, qui eiusce antea Iurisdictionis Feudíque consors promercalem sociorum Monachorum partem suæ adiunxerit, auctore Prætore. In iis enim vel Fiscum priuato socio grarificari debere constiruit Diuus Anroninus. L. 2. Cod. De commun. rer. alienat. L. 2. Cod. de vendit. Rer. Fiscal. cum priu. commun. Lib. 10. Allegabam insuper, Territorium, quod vænierit cum iure meri imperij, procul distare à Monastico Templo, principeque monachorum Domicilio, magis etiam onerosum esse, quàm Cœnobij vsibus accommodum. Quibus in medium prolatis, aliisque solemnia licitationis spectâribus, Curia censuit ampliùs deliberandum. 11. Kalend. Quinriles An. 1575. Orthomano, cœnobitarum: Nobis, contrà, emptoris causam orantibus. In Volumine Litium Campanarum.

D e 21. Iunij 1575. *Appoincté au Conseil en la Cour, en plaidant du Roolle de Champagne.*

Hoc vergunt quæ sup. Lib. 2. Tit. 2. adnotauimus de claustro Ecclesiæ collegiatæ S. Benedicti Parisien.

Confine aurem monastico Phano rerritorium potestásque Iuridica, quæ monachis comperit, vix porest ab Ecclesia vspiam diuelli, abalienari. Quæ enim in vestibulis sacrarũ Ædium sitę res sunt prædiariæ, seu in arrio Ecclesiæ, solis Clericis destinantur, ac profanæ ipsorum subiacenr Coercitioni, qua inibi sparsim prædiri sunr. Vti Eugenius, ac Leo. 9. Ponrifices staruerunt. In Can. Necessaria Vers. Nec in atrio Tum Nicolaus P. P. In Can. nulla ædificia. 12. Quæst. 1.

Temporalis Iustitia Clericorum Alta & Media.

Idque in maioribus præcipuè Sacerdotum collegiis vsurparur: Quale Fani Hilarij apud Pictonas Sodalitium, cuius intra claustra, inque finitimis adeo vicis ius dicunt sacri Sodales, eorum saltem profanus Iuridicus pro Dominica in suos ciues potestare. Hoc rerritorium vocanr Pictauenses *Burgum S. Hilarij*.

Bourg d S. Hilaire de Poictiers.

Cui non absimile in Carhalaunensis delubri septis exerceri solitum est merum mixtúmque imperium à profano magistratu, episcopalis Collegij nomine & auctoritate. Talem igitur Iurisdictionis speciem Reges nostri sanxerunt insolubili quadam vnionis cum Ecclesia lege, ne a sacris Basilicis & Clericorum manu vsquam eximeretur.

Ecclesia Cathedralis *de Chaalons en Champagne.*

Rescriptum Karoli Galliæ Regis in gratiam Cœnobij Turonum Martiniani. Verosimile est autem, hunc fuisse Carolum Magnum, ex iis quæ præcedenti Titulo à nobis scripta sunt de Martiniana Turonum Ecclesia.

Regio diplomate pro Martinianis Turonum Canonicis, ira exarato: *Karolus Dei Gratia Francorum Rex &c. Quia adiens nostri culminis serenitatem Comes ac Marchio noster venerabilis Robertus studuit humiliter expetere, quatenus de Castro, quod est circa monasterium S. Martini, de quo ipse habetur, præceptum nostræ auctoritatis fieri esset placitum ob immunitatis gratiam, ne quispiam ibi præter Abbatem, siue Canonicos eiusdem Cœnobij vnquam ab hac die deinceps aliquam de quacunque re haberet exercendi potestatem, & huiusmodi petitionem firmam esse in perpetuum faceremus. Nos autem primo ob salutem nostram, deinde petitionem ac deuotam erga nos fidelitatem præfati Comitis concedimus, ac concedendo confirmamus, vt abhinc in futurum nullus neque Comes, neque Vicecomes, nec iudiciaria seu qualibet humana potestas hanc potestatem attentet, vel inferat aliquod præiudicium Castro sito in gyro cœnobij S. Martini: In Comitatu vero Turonorum, superque fluenta Ligeris, nisi tantummodo Abbas loci, necnon & Canonici, sicut postulatum est à Comite & Abbate Roberto. &c.*

Baronia Castrinoui, in vrbe Turonen. competens Canonicis S. Martini.

4 Sic pij * τῶν Ἀρχόντων animi quondam fauerunt sacræ bonorum Oeconomiæ, in eóque non exiguam collocarunt Ciuilis Politiæ partem, vt tegerent Ecclesiasticas ditiones; & posteros ad vera * τῆς Θεοσεβείας officia exuscitarent. Qui autem pro imperio temerè has contrectarint Crucifixi opes, nec vrgentissima adacti necessitate; eas ademerint Ecclesiis quouis alienationis titulo, sentient tandem hi Fatidicæ Manus cœleste augurium longè tristissimum, Mane Tethel Phares: Quod pij Vates aduersus sacrilegum Chaldeorum Regem in Sacris Oraculis interpretantur. Atque idipsum Iosephus syncera fide refricat, Antiquit. Iudaïc. Lib. 10. Cap. 13. Nec aliter Græco Cæsari Nicephoro rapinæ bonorum Ecclesiæ infœlicem Regni vitæque exitũ attulêre. Apud Zonaram, Chronicõn Tom: 3. * Διὰ γὰρ τὰς πυκνὰς ἐκστρατείας ἔνδειαν ἔχειν χρημάτων προφασιζόμενος, τὰς μὲν διανομὰς τῇ γερουσίᾳ βασιλικὰς δωρεὰς κατὰ μέρος ἠλάττωσε, τὰς δ' ἀπὸ χρόνων ἀνέκαθεν τεταγμένας ἱεροῖς καὶ εὐαγέσιν οἴκοις ἐπετείους δόσεις ἐξήλασε τέλεον. Quinetiam vladislaum Sarmatiæ Regem ideo increpant patrij Annales; quòd cùm à Gnesnensis Basilicę Collegio petiisset commeatum nec obtinuisset, pignerarit adscriptiorum Ecclesiæ facultates. Sed cùm eam ob rem sacris ciuitati interdictum esset à Nicolao Strosbergo Gnesnensi propontifice, reprehensus à Regina vladislaus pignora capta reddi iussit. Ibi illa suspirans, pignora quidem reddemus, infit, Agrestibus: cæterùm lachrymas quis eis reddet? Pium Heroïne dictum, ac sempiterna memoria dignum. Circa annum. 1380. Ex Chromero, De Rebus Polonorum Lib. 15. At Francos reges vtique sacra patrimonia tueri solitos declarat sanctio Karoli Mag. Cap. 72. De Rebus Ecclesiæ. Legis Franc. Lib. 1. Et Constitutio Ludouici Pij, ac Lotharij filij Impp. Cap. 29. De Rebus ad venerabilem locum pertinentibus non alienandis, & Cap. 30. De hoc quomodò liceat ad Imperatorem res sancti loci transferri. Legis Franc. Lib. 2. Quoties enim Christianissimus Rex titulos suos cogitat, intelligit se moneri, vt sit Ecclesiæ pariter ac Reipub. γεωργὸς, i. colonus & exornator. Hinc quia * πολίτευμα Ecclesiasticum Republicæ salute nititur, non modò culpa vacat sacrorum prædiorum alienatio, in communibus Patriæ ærumnis necessariò indicta à Principe; verùm etiam Politicum Regis munus laudandum; qui Ecclesiasticam gazam insumat in hostes Ecclesiæ: vt sacrosanctam auorum Religionem posteris conseruet, certissimum Hierarchici Imperij vallum ac firmamentum. Sed hæc ita; dummodò Ciuilibus Malis finis tandem aliquis seriò impetretur, ac Regiis inde bonorum Ecclesiæ auctionibus, ne perniciosè in exemplum trahi perseuerent. Alioqui vel pro non scriptis haberi velim quæ de noua huiusmodi rerum Ecclesiast. alienatione Francica prædixi: Solonis exemplo, qui nullam ideo in parricidas scribendam legem censuit; ne non tam prohibere, quàm admonere videretur. Sicuti de eo refert M. Tullius in Orat. pro Sex. Roscio Amerino.

* Principum.

* cultus Dei.

Mane, Latina lingua, Numerus, quia vitæ, regnique Balthazaris tem, us dinumerarit Deus, & modicum ei superesse decreuerit. *Tethel*, pondus, Apponderans, inquit, Deus vitæ illius tempus, iam illud declinare pronunciat *Phares*, Fragmentum. Franget enim Deus regnum ipsius, & Medis illud, Persisque distribuet.

* Etenim ob frequentes expeditiones, pecuniæ inopiam caussando, Imperatorias largitiones Senatui dari solitas ea parte imminuebat, & annua dona ab antiquis temporibus Templis, & aliis piis domibus attributa penitus sustulit.

Commeatus, seu vt vulgò vocant, Stationes ab Ecclesiasticis regi negatæ.

Vladislaus, Iagello.

Strosbergus Præpositus & Vicarius Gnesnensis Archiepiscopi.

Eò pertinet Caput 7. De Admonitione ad laïcos pro honore Ecclesiastico conseruando Legis Franciçæ lib. 1. & eiusdem Libri Cap. 4. De Ministerio sacro Episcoporum & de Admonitione Domini Imperatoris ad Episcopos.

* Ciuilis & publica administratio.

Solon interrogatus, cur nullum supplicium constituisset in eum qui parentem necasset, respondit, id se neminem facturum putasse.

der contenter le Roy, luy disoit, Sire, laisse en paix les noises & questions du Seigneur de Ioynuille, & de nostre Commandeur, nous ne pouuons rien bailler des biens de nostre Commande, sinon contre nostre serment, & que soyons pariures. Nec eò seciùs Ioynuilla regio iussu abstulit è sacris Templariorum loculis ingens auri pondus, quo Pictonum Comes Sarracenica seruitute eximeretur. cit.. Cap. 50. Cessante autem publica alienandi necessitate, extorta, vel distracta BONA ECCLESIÆ, PENNÆ AQVILÆ.

7 CÆTERVM iudiciario sacrorum fundorum commercio, quod difficillima Reipub. tempora exprimunt, nisi adhibeantur omnes ad amussim solemnium formulæ, que Regiis Edictis præfiniuntur, iusta est Ecclesiæ ad Senatum prouocatio. Sin autem ex prisco Forensi ritu factam licitationem ostendatur, restat dubium, an sacræ Ecclesiæ contra eam auctionem gratia veniaque dari possit restitutorio Diplomate. Pro Ecclesia respondeas specie ipsa prima: quùm & creditricis eiusdem auctionaria intercessio admittatur post pignerati agri proscriptionem addictionemque publicam, subsidiaria saltem integri Restitutione Codicillari. Vt Burdegalensis Curia decreuit pro Archiepiscopali Vasconum Collegio. 14. Kalend. Februar. Ann. 1531. Apud Boërium, Decis. Burdigalensi. 141. Similiter minori annis aduersus venditionem in foro contractam paratur restitutio in integrum. Vt Hermogeniano placuit Lib. 1. Ἐπιτομῶν L. Si in emptionem ff. De Minorib. Vlpianus in L. cum verò §. apparet igitur ff. De fidei comm. libert. Lege Valeriani & Gallieni Impp. Etsi præses Cod. De præd. Minor. Impuberes enim vsquequaque postulantes integri restitutionem audiuntur, nisi Iure scripto disertè prohibeatur commune hoc ætatis auxilium. Ex Aluarot: & Præposit. Mediolan. in Cap. 1. §. Præterea De prohib. feudi Alienat: per Feder. In Feudis. Innoc. in Cap. Constitutus, De Restit. in Integ. Cardin. Alex. in Cap. 1. §. 1. Quo tempore Miles. Neque iis videtur obstare Valentiniani & Valentis constitutio. 1. De fide & iure Hastæ In Cod. Theodosiano, Et L. penul. eod. Tit. in Cod. Iustiniani, Vbi specialiter fauore Fisci prouisum est, ne ab eo publicè celebrata venditio, alterius obtentu minoris ætatis conuellatur. Nihilò seciùs in proposito themate arbitror contra Ecclesiam iudicandum. Istîc quippe auctionis magister est Templi sacerdos, indéque sacri fundi proscriptione venditrix habetur, Ecclesia Principalibus auspiciis, Pontificiis quoque eò interdùm confluentibus. Quo minùs eidem postea liceat rescindere soemnem rei suæ alienationem, & more Penelopes, quam texuerit tellã, retexere. Ad hęc, Cęsaris Fiscus, à quo venum exposita sint latifundia palámque distracta, iniquè deposcit licitationem iteratò fieri, semelque perfectam aboleri. Demus enim, fisco perinde, vt pupillo, legum Indulgentia subueniri: Vt Alberic. Rosates censuit In L. Ait Prætor. §. hodie ff. De minor. Id tamen locum non habet in publica

Le 17. de Iuillet l'an 1582. moy playdant pour Guy Gouyn inthimé: contre Degier pour Pregent Boart, appelant de l'omelogation iudiciaire d'Angers, d'vn bail à rente fait à l'inthimé d'vne maison par les Cordeliers d'Angers, Il a esté dit par Arrest, en emendant le iugement, que bail à rente seroit faict de nouuel au plus offrant & dernier encherisseur.

Arestum Senatus Burdegalen. Die 19. Ianuar. 1531. pro Ecclesia literis regiis restituta aduersus cridas & publicum fundi decretũ, vt ei pro suo debito opponens audiatur.

Textus L. Si in emptionem, loquitur quando minor addictione ab alto superatur in re quę maiorum ipsius fuerit.

Decreto autem super minore interposito, vel minore tacente in bonis debitoris sui, vix est, vt minor non intercedens ante decretum seu ratione hypothecæ, seu proprietatis rei restituatur contra solemne decretum. Quia proclamationes & cridæ fiunt secundùm stylũ & vsum locorum, qui ligat minores L. Si fine §. Lucius ff. De Administ. tut. Ex causa tamen magnæ lesionis & damni restituitur. Vt sæpe iudicari vidimus.

Ideo etiam firmior est à fisco facta venditio, quia is non potest habere fidem de pretio L. 1 Cod. Ne fisc. quã vend. rem euin. Et ibi Glo. Bart. in l. 1. Cod. de Iur. fis. Lib. 10. & L. 1. l. si instrumenta Cod. De fid. instrum. & iur. has. fisc.

Fiscus aliquando restituitur etiam in lucro, exemplo minoris. Teste Alberico in L.au prætor §.hodie ff. De Minor. Tamen in forensi rerum addictione fides hastæ fiscalis non debet decipi. L. Si hypothecas Cod. de Remiss. pign.

bonorum emptione, nisi detecta subinde grauis circumuentio proponatur. Ex eodem Rosate in L. Etsi fine §. Quæsitum ff. De Minor. addens etiam, fuisse hoc modo aduersus ciuitatem Pergami iudiciis definitum, Arg. L.1.& 3. Cod. De venden. reb. ciuit. Quem in sensum Neapolitanus Senatus contra procuratorem Siculi Fisci pronuntiauit. Decis. Neapolit. Matthæi.340. Rursus quoad Ecclesiam attinet, Fabro visum est, eam, tametsi creditricem, promercalis agri præconiis edictisque sic teneri, vt auctionaria illius intercessio, nisi intra tempus lege præstitutum facta sit, priuatorum instar, reiiciatur. In. L. Si eo tempore Cod. De remiss. pign. Et in Authent. Si omnes, Cod. Si minor. ab hæredit. abstinuer.

Comitatus de Rethelois erectus in Pariatum, seu titulum de Perrie de France.

Auctoris Oratio habita in Principis Consistorio.

Regulariter honorariis istis Rescriptis Pariatuum Franciæ, Princeps ac Senatus non intendunt subditorum, aliorúmve, quorum interest, iuri præiudicare.

SINGVLA quidem Templorum prædia per se alienari nequeunt 8
à Principe, præterquàm summo emergenti Reipub. negotio: Nûm autem cum vniuersitate Patritialis Galliæ fundi, ab illo licitè transcribantur profanis Regulis, adhuc sub iudice lis est. Putà, Dux Niuernensis à Rege obtinuit, vt Essuorum Comitatus Patritiali Franciæ dignitate ornaretur. Diplomate An.1574. de quo Senatui oblato interlocuti sunt Patres Parisien. euocandos priùs Rethelensis Pop. ordines, cuius interesse poterat, quàm Francici Patritiatus tabulæ comprobarentur. Ast Senatorij huius in fraudem decreti, Niuernensis Dynasta curauit actutùm, causæ cognitionem in Regium Prætorium traducendam. Nos itaque in auditorio Principis, pro triplici popularium Ordine Regiisque magistratibus vicinarum Vrbium, Rethelensem ditionem, quæ vxorio Cliuensis Heroïdis iure competeret Niuernensi Toparchæ, Patritiatus Insignibus augeri non debere in subditorum dispendium. Quamuis enim noui huius *Pariatus* Francici accessione alienata non sint particulatim à Rege subditorum omnium arua, multo minùs sacerdotum: Illam tamen haud exigua sequitur Ecclesiasticorum iurium imminutio, nonnullaque velut distractio, ac Regiorum ademptio priuilegiorum: quæ sacrato olim Cœtui attributa, (siue Principalis fori prærogatiuam spectes, seu Iurisdictionis gradum, plusculaque alia) Clericis ex eo videntur auferri, quòd Essuorum Comes sit Franciæ Patritius ab Rege appellatus. Fatebar, quædam etsi non possint sola alienari, per vniuersitatem transire: vtpote dotalem fundum, vel rem, cuius aliquis commercium non habeat. Ita locus sacer, vel religiosus specialiter væníre nequit, sed emptioni maioris partis accedit. Vlpiani Responso, Lib. 28. ad Sabinum L. in modicis ff. De contrah. empt. & Labeonis Lib. 1. πιθανῶν L. Si mercedem. §. si eum fundum vendidisti, in quo sepulchrum. ff. De Action. empt. Verùm ea ciuili modo intelliguntur de indiuidua prædiorum coniunctione, quæ vnius mancipio domini quondam tenebantur. Hac enim in specie reuerà, distractis latifundiis, religiosa iis adhærentia simul transferuntur. Ast in proposito secùs dicendum, vbi Rethelensis ditio Patritiali iure cumulatur, pergraui alterius detrimento.

Quibus

Quibus ego subtexebam, Reipub. interesse, vt limitaneus Galliæ ager à principali Magistratu obseruetur vtiq; & custodiatur. Qualis Essuorum regio, quæ extremam Franciæ oram attingit, Germanos versùs ac Belgas. In aliis autem Francici soli patrimoniis diuersū ius constituitur: quippe quæ liberiùs Regiæ proli à Principe dentur Fiduciæ lege, vel à Regia stirpe ipsa priuatis transcribantur. Eo iure Longeuillana illustris familia potitur hæreditario Comitatu Dunēsi, quo Aureliorum dux Karolus Ianum fratrem nothum honestauit, à posteris iustáque sobole, quæ ex illo gradatim descéderet, retinendo. Quemadmodum edocuimus alibi. Dicebam præterea, si hæc Patritialis iuris quæstio proferretur longiùs, iustum ipsius arbitrum esse ac disceptatorem Parisiorum Senatum, à quo ceu inclyto Patritiorum Galliæ concessu Patritialis sit terminanda cōtrouersia: Ne cooptandus in Parium Fráciæ collegium, nisi à collegis, eorúmque iudicio assumatur. Alioqui idem exprobretur ipsi, quod L. Crassus Philippo Consuli, apud Gellium Lib. 4. SI NON ES MIHI PHILIPPE CONSVL, NEC EGO TIBI SENATOR SVM. Bodartus, contrà, pro Niuernensi magnate, non idem ius sequendum esse in veteri *Pariatu* Francico renouando, quod in noua primùm huiusmodi Dignitate codicillari tribuenda. Philippum enim Valesium, & Iohannem. 2. Reges Patritiatus honore non minùs Rethelensem affecisse principatum quàm Niuernensem. Proinde Regio diplomati minimè obsistendum, quo prisca tantùm dignitas, temporéque intermissa repetatur, instauretur. Ad ea quùm replicassem honorarios Patritiatus titulos nunquam vsu ipso receptos fuisse in Essuorum prouinciola, nec Comitem patritiatus iura in subditos hactenùs ipsa re excutum. Sacri Prætorij Senatores de eo referendum ad Principem decreuêre. 6. Kalend. Sextiles An. 1575.

Dunois, & Chasteaudum, in domo de Longueuille. De quo Nos fusè lib. 2. Domanij Francici Tit. penult. Iehā bastard d'Orleās.

Parisiēsi cēsē in Curia Pariom sola, vel apud Patres Conscr. terminendæ. Vt ex feudorū vsu explicauimus lib. 3. de Domanij Gallici Tit. 7.

Decretum intimi Consilij Galliæ Regie die 27. Iulij 1575 Sed postea lite remisse ad Parlamētū Parisiense tanquam Franciæ Parium Curiā secutum est Arestum Parlamenti partim interlocutorium, partim diffinitiuū. Quod disertè adnotauimus Lib. 3 de Domanio Franciæ Tit. 7. art. 9. *touchant la Perrie & Duché de Rethelois.*

9 VETVSTI autem huius Essuorum Patritiatus Rescriptum tale est. *Iohannes Dei gratia Francorum Rex, &c. Bailliuis nostris Ambianensi, Veromandiæ, &c. Grauem querelam dilectorum & fidelium consanguineorum nostrorum Marguaretæ de Francia Comitissæ, & Ludouici eius filij Comitis Flandrensis, & Niuernensis, & Registetensis accepimus, quòd licet claræ memoriæ Dominus progenitor noster charißimus per suas patentes literas. 6. Kalend. Augusti An. 1347. ipsis, ac eorum cuilibet concesserit de gratia speciali, vt omnes terras suas dictorum Comitatuum, & Baroniæ Donzies, & alias quas in Regno nostro habebant, vt ipsi teneant, regant & gubernent in & sub talib. aut consimilib. libertatibus, vsibus & frāchisiis, quibus Pares Franciæ tenēt, & tenere, & regere consueuerunt terras suas, suósque subditos & patriam ratione suæ Perriæ tam in casibus iudiciorū, appellationum, & adiornamentorū, quā aliorū quorumcunque casuum, prout in dictis Literis pleniùs dicitur contineri: Vos nihilominus aut aliqui vestrum, præpositi aut procuratores vestri, ac seruientes Præposíturarum vestrarum Bailliuiarum huiusmodi gratiam impugnare & infringere nitentes, de die in diem ipsos Comitissam & Comitem, eorúmque officiarios & subditos in casibus ressorti & superioritatis; de quibus se ad Parla-*

Regiū Iani 2. diploma de iure Perriæ Frāciæ attributo vel renouato Comitibus Flādriæ, Niuernensi, & Rethelensi Die 6. April. An. 1350.

Die 27. Iulij. 1347.

mentum nostrum petunt remitti, iustitiare, & coram vobis facere respondere satagitis contra formam dictæ gratiæ & Iurium, & libertatum Parium Franciæ &c. Mandamus vobis, quatenus visa ipsa gratia, eandem iuxta sui tenorem compleatis & obseruetis, ac teneri & compleri faciatis. Et de cætero contra eandem gratiam nihil attentare quemlibet præsumatis &c. 4. Iduum Aprilium An.1350. Registetensis autem Comitis. (de quo s.) meminit expressim Honorius. 3. P.P. Decretali Epistola Grauem De Pœnis.

> Registetensis à veterib. Gallis dicebantur, qui nunc Rethelensis vocatur Comitatus.

10 PRINCEPS insuper generali Rescripto non censetur Ecclesiastica iura abalienare, aut minuere velle, quamlibet publica de causa ab eo rescribatur. Exempli gratia, negotiatores Galli flumen Ligerim frequententes communem mercatoriæ Societatis pecuniam officiose contulerunt in Francicam expeditionem Caroli. 7. Regis aduersus Britannos & Burgundos Gallici Regni prædatores. Quã fœlix postea est priscæ huius Monarchiæ restitutio consecuta. Huius Rex officij memor tales mercatores liberos esse iussit solutosque omni portorio ac mercium vectigali. Diplomate. 6. Calend. Iunias An.1448. Septimi dein vestigiis insistẽs Karolus. 8. nepos eadem illis priuilegia reseruauit. 7. Kalend. Apriles An.1483. Tum Ludouicus. 12. Postridie Idus Quintiles An.1498. Franciscus. 1. Quarto Kalend. Apriles. An.1514. Denique Karolus. 9. Francisci nepos. 13. Kalend. Iunias An.1567. Inde quæsitum fuit, an Regia ac immunitatum concessione tollerentur antiqua Ecclesiæ vectigalia, sacrisq; olim vendicata Familiis solario ac dominico iure. Nuper enim istud mercatorum Collegium ideo prouocauit ad Supr. Curiam, quòd in annonarias singulorum merces, quæ nauigio transuehebantur, manus fuisset iniecta portorij nomine à Præfecto Monastici Conuentus Aquariæ, Andibus suburbani.

> De priuilegiis huiusmodi Mercatorum nõnulla à Nobis tradita sunt Lib. 1. De Domanio Franciæ. Tit.9 & Lib.1. Legum Andegau. cap.58. & 59. in Marg.

> Regiæ literæ priuilegij die 27. Maij 1448. 26. Martr. 1483. die 16. Iulij. 1498. 29. Martr. 1514 & die 20. Maij 1567.

> Prioratus *de Lesuiere lez Angiers*, membrũ dependẽs ab Abbatia S. Trinitatis *de Vendosme*.

11 SED in hoc appellationis iudicio, Nos pro Ecclesia dicebamus, Gottofredum Andium Comitem An. 1047. erogasse ius vectigalis annui, de quo contentio erat, Vindocinensi Cœnobio: cuius alumni vicissim in monasticam Aquariæ Cellulam, velut in Metropoli in coloniam, secedebant. Huiusmodi tributum mercimoniis indictum esse, quæcunque secundo Ligeri Venalia in Vrbes inueherentur. Sicuti enim Andensis municipij Moribus scriptis competit vnicuiq; Territorij Domino Ius portorij exigendi pro mercium vectura ac transitu Attic. 49. 50. 51. Ita quoque in ea fluminis parte, quam circumiectæ regionis Toparcha sibi longa possessione parauerit, absurdum non est, transeunti negotiatori vectigal imponi. Quantumuis communem ac liberum profluentis aquæ vsum patere omnibus testetur Ilioneus apud Maronem, Latinum regem sit compellans (Æneid. Lib. 7.) Littúsque rogamus Innocuum, & cunctis vndámque aurámque patentem. Ne aliter Ouidius Lib. 6. Metamorphos. Quid prohibetis aquas? (infit) Vsus communis aquarum est: Nec Solem proprium Natura, nec aëra fecit. Quod veteres etiam ad littora produxere, ac freti fluuiorumque arenas: vti regius ille orator indicat

> Auctoris forẽsis actio in Senatu Paris. pro Ecclesiasticis vectigalium quorundam dominis contra mercatorum Societatem Ligerim amnem frequentantium.

> Aquariæ prioratus, qui in aceliui leuiter colle proxime vrbis Andensis mœnia ante portam quæ nominatur Aquaria, constructus est a Gaufrido Andegauorũ Comite & Agneræ eius vxore. Cui prioratui donum feudi & iurisdictionis factũ est per Abbonẽ de Briolero An. 1112. Indict. 5. regnante Ludouico Crasso Francorum rege.

indicat Ilioneus apud Vergil. de Pœnorum iniuria loquens. Quod genus (ait) hoc hominũ, quæve hunc tam barbara morem permittit patria? hoſpitio prohibemur arenæ: Bella cient, primáque vetant conſiſtere terra. Aquarum tamen communio illa minimè obſtat vectigalis indictioni, à regionis Principe conſtitutæ: Cui nimirũm adiacens publici fluminis portio eodem regatur iure, quo terræ ipſius dominatus. Pauli Reſponſo Lib. 13. ad Sabinum in L. Sanè. ff. De iniur. Cum lege præcedente. §. vlt. Tametſi in ambiguo Tellurẽ ab Aqua legibus dominióque diſtingui profiteatur D. Antoninus, dùm* Ἐγὼ μὲν, inquit, τῷ κόσμῳ κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης. Sicuti refert Voluſius Mæcianus ex Lege Rhodia. Proinde celebri S. C. deſignatæ ſunt iam olim mercium ſpecies, ex quibus vectigal à mercatoribus illis penderetur Monachis Aquariæ & Fani Florentis. Cal. Feb. An. 1473. iuxta anterius Curiæ Decretum. 9. Calend. Apriles An. 1455. Ediuersò autem, Mercatorum collegium allegabat, ſingulari lege Regia ſtatutum fuiſſe, ne tali nouorum vectigalium oneri ſubiicerentur. Idémque à Senatu iudicatum pro mercatorum ſocietate, contra Monaſtici Conuentus antiſtitem De Oratorio, D. *Matthæi*, & Ædis Albini Andegauenſis. Placito. 5. Idus Martias An. 1567. Vetera Denique portoria certo mercium generi adſignari, prædicta Patrum Sententia. Vnde immerito præhenſa fuiſſe mercimonia, de quibus diſceptatio erat, illi contendebant, quaſi S. C. verbis minimè vectigalia forent, nec obnoxiis portorio accenſerentur.

* Ego quidem Mundi dominus, Lex verò Maris. Inquis Antoninus Imp.

Areſta Curiæ die 24. Mart. 1455. & die 1. Febr 1473. inter Religioſos Prioratus *de Leſuiere lez Angiers*, & religioſos Abbatiæ *de S Florent le viel en Anjou, & les marchands frequentans la riuiere de Loire.*

Abbatia *du Loroux*, diœceſis Andegauen. Decretum Senatus die 11. Mart. 1567. Iodicatum Curiæ die 1. Iunij 1573. inter Franciſcum *Moignan*, Thoman *Verdoux*, & alios mercatores in Ligeri amne conuerſantes, qui à Regio Andium prætore, & à mercalium prehenſione piſcium Senatum appellarant, & ex aduerſo Renatum Haureſium Priorem *de Leſuiere lez Angiers* litigatores.

Il y a auſſi Arreſt donné à la grand Chambre ſur les productions des parties le 23. Decembre 1587. entre Iehan de Leuis ſeigneur de Mirepoix, de Rochefort, & de la Poſſonere en Anjou demandant ſes peages par eaues d'une part, & les marchands frequentans la riuiere de Loire d'autre. Par lequel Arreſt il eſt dit que les marchands ſuſdits ſont abſous du nouueau peage donné par le Roy Charles 7 l'an 1431. à Georges de la Trimouille, & à ſes enfans, impoſé en l'Iſle de Tancre, dependant de ladite Baronie en Chaſtelenie de Rochefort ſuiuant autre Arreſt de deffenſes prouiſionales du 23. Iuillet 1565. Et quant aux peages anciens par eau pretendus par ledit ſieur, ſera par luy informé, & leſdits droits & perception de peages particulierement diſtinguez, & cependant ſera payé par leſdits marchands tant & tant ſur telles & telles eſpeces de marchandiſes.

La cauſe que le priuilege d'immunité de tous nouueaux peages auoit eſté parauant donné & dés l'an 1430. par ledit Roy auſdits marchands frequentans la riuiere de Loire.

12 PERORATA vtrinque cauſa, Senatus rectè appellatum pronuntiauit: adiecto eo, negotiatores ex veteri Curiæ decreto immunes eſſe quolibet venalium piſcium vectigali, præterquàm ſalſorum, vtpote murenarum fluuiatilium, & Triſſarum ſalſarum, quas à lambendis petris Lampetras vulgò nuncupamus. Areſto Calend. Iuniis An. 1573. Durando, Mercatorum appellantium: Me, ediuersò, monaſtici Præfecti aduocatis. Hinc facilè animaduertas Politicam Senatus prudentiam, antiqua ſimul Eccleſiæ vectigalia ſeruantis in nouos Priuilegiarios, & Regium tamen Priuilegium contra recens inſtituta portoria cuſtodientis. Ita ſæpenumerò Conſcripti Curiæ Regio diplomati benignam adhibent interpretationem ceu temperamentum, ne ciuilem ipſi Sacræ Oeconomiæ curam deſeruiſſe

videantur. Sic principali quidem Edicto concessa fuerat Clericis alienatio sacrarum facultatum vniuersim: vt inde redactis nummis, sua quisque æris collatione in Principem commodiùs defungeretur. Pridie Nonas Octobr. An. 1568. At Lutetiani Patres in promulgando Edicto disertè exceperunt grandium arborum venditionem ac cæsuram: Quippe quùm Ecclesiastici nemoris abscissio commerciúmque speciatim legibus vetaretur. Artic. 29. Constitutionis Aurelianen. quam Gallico totius Pop. conuentu latam (An. 1560.) Curia Summa comprobauit. Idibus Septembr. 1561. Nec multò pòst, Regia Sanctione præceptum fuit, tertiam partem syluæ cæduæ intactam seruari in posterum, vt ita coalescens euadat in grandes arbores, atque in syluam non cæduam conuertatur. Mense Octob. An. 1561. Quùm igitur à Principe deinceps indulgeretur Francisco Clero, vt grandes Ecclesiæ arbores liberè excinderet, Reipub. iuuandæ causa: Senatus ex lege necessitate calculum addidit Regiæ permissioni decreuítque nullum eidem, hac vice dempta, locum super fore, citra vllum interim præiudicium vel exemplum:

Literæ patentes de rebus Ecclesiæ venundandis die 6. Octobr. 1568. Verificatæ in Parlamento, *excepté les bois de haute fustaye des terres d'Eglise.*

Die 13. Sept.

Quin etiam Gallica lege Henrici 2. Mense Februar. 1554. cap. 32. cautum est in auctionibus syluarũ quę à primariis fiunt, octo selectas glandiferas arbores excipi, præter antiquas.

Par Arrest du Parlement de Rennes du 7. Aoust 1562. sur les patentes du Roy de permission à Iaques de la Roche sur Yon, Abbé de sainct Meen de faire vendre pour deux mil liures de bois pour reedifier ladite Abbaye. La Cour dit auant que proceder sur l'enterinement desd. lettres seront ouys tant le Procureur general que les heritiers des precedens AbbeZ, du temps desquels peuuent estre aduenues les demolitions de ladite Abbaye, procez verbal sera faict des ruines, ensemble mesurage & estimation des bois de haute fustaye qui en dependent pour la tout veu, &c.

Principalis concessio. 10. Calend. Nouemb. 1568. Senatoria autem moderatio. 7. Calend. Mensis eiusdem & anni. Atque hæc interim de nemorum tutela memoranti succurrit illud Plinij, omnibus glãdiferi generis arboribus apud Romanos honorem perpetuũ fuisse: Quia hæ primò victum mortalibus præbuerint, nutrices inopes ac feræ sortis. Lib. 6. Natural. Hist. Cap. 3.

Rescriptum principis die 25. Oct. 1568. modificatum in Curia die 26. Oct. eod. An.

EGREGIE profectò de Ecclesia merentur Principales magistratus, qui suam auctoritatem conferunt ad sacrarũ opum custodiam, 13
Regiæque mentis interpretes circumspecti Res Templorum Ciuili tuentur Politũa, velut externo piarum Ecclesiarum fulcro atque præsidio. Huius enim maximi operis* ἀγωνοθέται ante omnia Magistratus esse debent. Legimus quidem Canonicas pœnas à Nicolao. 1. P. P. descriptas contra prophanos sacra occupantes. In Epist. ad Frontarium Burdegalensem antistitem. Can. De viro. 12. Quæst. 2. Scimus & Gregorium. 7. Pontif. sacra detestatione eos execratum, qui à Rege, aut profano Principe Ecclesiastica susciperent latifundia, nisi ea confestim restituerent Ecclesiis. Can. Quicunque militum. 12. Quæst. 2. Sed quia Sacerdotij res prædiariæ Ciuili reguntur Imperio, quarum nempe possessio reditúsque sunt profani, subsidio inuocanda est publici Magistratus Potestas ab Ecclesiastico Cœtu, ne eos fundos, qui Diuino tantùm dicati sunt ministerio, ad humanum profanúmque transferri patiatur. Tametsi haud negem, * Συνδίκους Ecclesiis permissos à Principe, qui in alienationis negotio

* præfecti qualiter agonum & certaminũ præsides ac iudices, Agonothetæ dicebãtur.

Pontificiæ pœnæ laicorum Ecclesiastica bona vsurpantium.

* defensores.

sacra.

ſacrarum ditionum explorent apud Regios Præfectos, ne nimiùm Eccleſia detrimenti capiat. Edicto Menſe Ianuar. 1563. quod Curiæ actis conſignatum eſt. 6. Kalendas Februar. eod. Anno. Tales quippe συνδίκους defenſores vocare poſſumus cum Arcadio Chariſio Lib. ſingulari De muner. ciuil. Et Vilhelmo Durando Specul. in Tit. De Syndico. Non omninò tamen ij Syndici intercedunt ſacrorum prædiorum auctioni, ſed haſtarum ſolemnia, quæ à Rege vel Senatu tali emptioni præſcripta ſunt, vndiq; colluſtrant rimantúrque oculis, ne templorum iura grauiori coptione elidantur. Sed notandum interim, generalem ſyndicum Gallici Sacerdotij in profanis Tribunalibus non agnoſci, nec admitti, niſi antea Regiis auſpiciis conſenſúve deſignatus ſit. Diplomate prohibitorio. 5. Calend. Apriles. 1567. quod regeſtum fuit in commentarios Curiæ. 8. Caléd. Maias anno prædicto. At poſtmodùm Clero indulſit princeps, vtì ad annum Diœceſeos cuiuſque Syndicum crearet ille, forenſia ſua negotia Regio in foro geſturum: ſalua eius Annarij muneris penes Regem prorogatione. Artic. 19. Bleſenſis Edicti Menſe Maio 1579. cui Senatus Pariſien. calculos admouit, Octauo Calend. Februar. poſteri anni. Quòd ſi omni ex parte præciſam velimus ſacrorum prædiorum alienationem, ſedulo enitendum, vt religioſiùs ſolito Templorum cenſus à quibuſdam Eccleſiæ magnatibus diſpenſentur, (quod bona eorũ venia dictum ſit,) i. erogentur inopibus, phanorum refectioni impendantur, Diuiníque cultus celebrationi, nec niſi in aſſiduo Eccleſiæ miniſterio verſantibus tractandi relinquantur. Exin fiet proculdubiò, vt quod Chriſtus tollet, nõ tollat Fiſcus, & canonicè piéque vtenda profani emptores * ἀνίπτοις χερσὶν contingere non audeant. Proin Alexander. 3. P. P. Abbæ D. Remigij, & Decano Meldenſi reſcripſit ad querulum libellum Aremarenſis Conuentus in ſuum Cœnobiarcham, qui Monaſticas CHRISTI opes ſacrilegè abliguriret. Cap. 3. quod incipit, Fratres Aremarenſes Tit. De reſtitut. ſpoliat. In Lib. Collectionis. 1. Decretalium Epiſt. Ob id Clemens. 4. P. P. cùm legem ferre non poſſet, qua ſucceſſores tenerentur, ipſe ſibi legem indixit, ac reliquis exemplum præbuit quonam iudicio Eccleſiaſtici prouentus à Clero diſtribuerentur. Ante ſacerdotium vxorem habueret, procreatas ex ea filias quùm Pontifex ſplendidiſſimo matrimonio collocare poſſet, priſtinæ fortunæ ſuæ hominibus tenui dote deſpondit. Filio ſororis multiplicia Præbẽda habenti optioné dedit, quod eorũ videretur, retineret, cæteris omiſſis. Si erga ſuos ſe præſtaret, qualem fas eſſet, alios non moleſtè laturos, ſaluti potiùs animorum quàm cupiditati ambitioníque cõſuli. Et turpe fuiſſet, Pontificem ſanctitate cedere Franco Regi Ludouico. 9. ipſius coætaneo, antiquiorem religionem ſeipſo habenti. Is ne præbendum quidem ædiculæ Regiæ ſuæ Pariſiẽſis niſi cognitæ integritatis viris dabat, vtì à Paulo Æmilio ſcriptum eſt in D. Ludouico. Pontificios verò Clemẽtis illius mores æmulatus fertur

Regia ordinatio publicata in curia Pariſ. dia 27. Ianu 1563.

Syndicus conſtitutus ab epiſcopo ſuper bonis Eccleſiæ, mortuo prælato non expirat. Glo. in Clem vlt. De pencur. Deciſ. Capel. Tholoſ. 35. cum Auferty Additionib.

Francici Cleri Syndicus generalis.

Galli regis reſcriptũ Die 28. Mart. 1567. comprobatum à Senatu Pariſ. die 24. April. eod. An.

Bleſenſi Edicto permiſſũ eſt Eccleſiaſticis, in congregatione generali Cleri cuiuſq; diœceſeos eligere Syndicum vnum aut *Sollicitatorem*, ad ſuas lites in iure perſequendas.

* illotis manibus.

Abbatia *de Hermieres* in diœceſi Pariſien. quam fundauit Mauricius Pariſiorum epiſcopus, ſub annum 1180. Teſte Nicol. Gillio in Franc. Anna.

Clemens 4. Pontif. primũ fuit patronus in Supr. Curia Franciæ deinde Abba ſani Victoris, apud Maſſiliã. Ex Platina in Clemẽte 4.

Digamiam Eccleſia non admittit in ſpiritali matrimonio. Vnde Pariſienſis quidam epiſcopus, oblata ſibi cœnobiarchia. Abſit, inquit, quòd habeam

„ cus gens ignauissima, quæ de solo patrio effusa est in Germaniam „ primùm, post cuius exitum arsit Belgarum regio, deinde Aquita- „ norum opes luxuriantium, & post hæc corpus omnium Galliarum. „ Sed paulatim hoc ipsum proficit tamen, vt dum pars cæditur, pars „ exemplo emendetur. Sic nostro seculo afflicta domesticis, externísque Teutonum armis Francia, coacti sunt Reges nummaria rerum gerendarum subsidia ab Hierarchis deposcere, solemni vel sacrorum venditione prædiorum, vel oppigneratione. Hi nimirùm vt Ciuili pacata dissensione, auitam Gallico orbi Religionem restituerent; pro cuius defensione potissimùm, velut in statione, perpetuò Franci excubant Monarchæ. Ad hunc modum, probatur sparsim à Gregorio Magno Ecclesiasticarum rerum alienatio in piam causam, putà pro redemptione captiuorum. Regesti lib. 5. Cap. 177. Lib. 6. Cap. 199. Lib. 7. Cap. 14. & 23.

Nihil hic contribuunt sacri Mendicantium Ordines ex bonis Ecclesiasticis, Quos etiam vetuit Carolus 7. Franciæ Rex vllis sacerdotiis suis, eorum possessione ipsis interdicta, (Episcopali, & aliis maioribus dignitatibus demptis) non obstante collatione vel Apostol. prouisione quacunque, nisi forsan aliquando ex permissione vel dispensatione regis Edicto Caroli. 7. An. 1443.

REGIBUS itaque in extremo Reipub. discrimine sacra gaza haud omninò neganda est, nec moderatæ pignorationis bonorum Ecclesiæ procuratio: siquidem aliunde Politica Regni negotia nequeát explicari. Cùm enim Sacerdotio ac Imperio constet Respub. cuius regios fasces præferunt Principes nostri, ita Politicam vtriusque curam debent suscipere, vt alterum alterius niti auxilio existiment, vnique consulendo alterius salutem non aspernentur. Eapropter prisci Reges, quorum memoria insigni pietatis nomine commendatur posteris, multa quidem Sacerdotibus irrogarunt priuilegia, ac Philippus. 4. imprimis. Sanctione edita An. 1302. nec paucis aliis, quæ ad verbum exscribuntur, Parte. 3. Styli Parlamentaris. Sed quùm in hunc Reipub. Ordinem toto illi pectore, animique propensione deflagrarent, reliquos nihilominùs Ciuili Politia confouerunt, & suum cuíque tribuentes vicissim, ne alij aliorum iura sibi vsurparent, latis Legibus prudenter prospexêre. Inter quas, mirè Politica habetur hæc Philippi filij D. Ludouici, deprompta ex Cartophylacio Parisien. Ratiociniorum, necdùm alibi comperta fortassis: *Philippus Dei gratia Francorum Rex, Dilectis & fidelibus clericis nostris M. Fulconi de Landuno Archydiacono Pontiui in Ecclesia Ambianensi, & Thomæ de Parisiis canonico Rothomagensi, Salutem & dilectionem. Super singulis ad nos missis Articulis, de quibus Curiam nostram consulere voluistis, sic duximus respondendùm. Et primò, super excommunicatis compellendis, qui sustinuerunt excommunicationem per annum, scire vos volumus, quòd Constitutionem Domini & genitoris nostri, quæ incipit, Cupientes, quæ est de Mense Aprili Anno. 1228. nolumus in aliquo contrahere. Si tamen ante & post Constitutionem eandem non fuerint Tholosæ excommunicati compulsi, rem nouam nolumus inchoari. Nec displicet nobis, si decimæ præstantur, quæ lege diuina debentur, vel pro loci consuetudine adprobata. De Clerico interficiente hominem in Iurisdictione nostra, cui committi debeat, nobis videlicet, an Episcopo, recurri volumus ad Ius scriptum: nisi quid agi debeat, Consuetudo declaret. Nec videntur sentire Canones, quòd Clerici moneantur, ne diuersa negotia exerceant:*

Alia est Philippi. 4. Constitutio An. 1300. Vt Clericorum homicidarum, & malefactorum notoriorum, qui per Officiales Episcopales liberabantur, bona immobilia saisirentur, & tenerentur, nec talibus in terra regia commorandi securitas aliqua præstaretur.

Insigne Diploma Philippi 3. Galliæ regis de Politicis quibusdam Capitibus, Iurisdictionéque præsertim, inter Ecclesiasticos & laicos controuersa.

Regia Constitutio B. Ludouici in excommunicatos duræ ceruicis, nec curantes anathematis vinculo absolui nouisque expiari.

Sed Clericos non coniugatos Canon moneri præcepit, ex quo gaudere voluerint priuilegio Clericali, vt secularibus negotiis & turpibus quæstibus se non debeant immiscere. Sed quoniam vxorati etiam deferentes tonsuram, qui secularibus negotiis, & turpibus quæstibus se immiscent, dum ius se implicant, priuilegio Clericali gaudere non possunt, quominùs respondeant Dominis suis in Iustitiis & debitis seruitiis consuetis præstari ab aliis vxoratis, in talibus non est aliqua monitio expectanda. De homicidis Clericis, antequam fuerint de crimine condemnati: non videtur quòd eorum bona debeant confiscari: sed iniuriam facit Episcopus, si in præiudicium iuris nostri à talium condemnatione cesset in fraudem, quòd Episcopus faciat mißionem in bona immobilia Clerici condemnati auctoritate sua, postquam res immobiles non sunt de Iurisdictione sua temporali. Non videtur rationē habere, si Clericus agat contra Laïcum, quòd relinqui non debeat laïcus foro suo. Et præterea ille qui habet Iurisdictionem temporalem in Territorio, vbi clericus habet suas possessiones, non debet suam Iurisdictionem amittere, si super iis Clericus trahatur in causam à laïco, pro eo quod ad clericum possessiones huiusmodi deuenerant: nisi de præscripta consuetudine in partibus illis hactenùs pacificè aliud fuerit obseruatum. Clerici verò si coniugati non sunt in Frãcia non contribuunt in Tailliis cum laïcis, sed onera rerum duntaxat agnoscunt. Vnde Consules Tholosani satis possunt abstinere à contributione, quam petunt à Clericis in Tailliis: nisi tales existant Talliæ, quæ possessiones onerauerint ab antiquo. Super vltimo Articulo non videtur nobis rationem habere, si laicus laico decimas vendiderit, quamuis emptas à Clerico, quòd quæstio, quæ vertitur de pretio soluendo inter laicum & laicum, propter hoc debeat relinqui foro iudicis Ecclesiastici. Sanè in his casibus, in quibus Episcopus est in possessione vel quasi explectandi, vel exercendi ea quæ præmisimus, non est bonum quod à sua possessione causa non cognita deiiciatur Episcopus : Sed est bonum, quòd eo vocato, ius nostrum modo debito retinere curetis. Datum Parisiis die Mercurij in vigilia B. Andreæ Apostoli.

Exemptio Cleri à cõmunibus plebeiorum Tailliis seu indictionibus, quas iam inde à Ludouici. 9 Regis temporibus plebi impositas vulgò dictas Siens: aliud tributi genus, *les Aydes*, seu oblationes a Carolo 5. institutæ sunt ex necessitate bellorum.

Ex iis nota priuatum possessorem nec à fisco quidē, nisi cognita causa, & post sententiam, possessione mouendum esse. Nam alioquin iure cõmuni licebat parti de facto resistere nuntio principis malè exequenti. L. prohibitum Cod. De iure fisc. lib. 10.

Quòd si emphyteuta pro re emphyteutica debeat frumentum & pecuniã annui canonis, & frumentum triennio soluerit, sed in pecuniæ solutione cessarit tribus annis, videndum, an tota res dicatur commissa, an pro parte pecuniæ nõ solutæ. Dixeris fortasse totum committi, quia pœna est indiuidua quæ vitari nequit, etiamsi factum pro parte impleatur. Tamē canonica æquitate pœna diuiditur Cap. suam. De pœnis. In casu autem proposito decisum est à Curia Delphinali, nulla ex parte commissi pœnæ locum esse. Guid. P. Decis. 174.

Etsi gliscentibus Reipub. periculis indicta sit à Principe fundorum Ecclesiasticorum licitatio paucos abhinc annos: Ab eo tamen ita prouisum est sacræ bonorum Oeconomiæ, vt si qua alia ratione conflari pecunia conferríque possit à sacrato Ordine in publicum Regni vsum tunc prædia Templorum minimè væneant Regio cogente imperio, sed nutu arbitrióque sacerdotum disponantur: ita, vt ab iismetipsis commodiore titulo in certum tempus alienentur. Sicuti à Gallico Clero tractatum accepimus cum Rege Christianiss. Mense Iunio An. 1576. Ponamus igitur, agrum quendam fuisse emphyteutica lege traditum ab Ecclesia. Numquid hæres emphyteutæ ob canonem biennio non solutum mulctetur emphyteusi? Pro Ecclesia vrget ius ἐμφυτευτικὸν, vel ἐμβατευτικὸν, (vt vocat Vlpianus L. 3. π. De Reb. cor.) quo dominis liceat, prædium commisso vendicare statim, ac emphyteuta canonem dependere cunctatus sit bienni spatio: nisi idem protinùs oblatis nummis moram purgauerit. Auctore Gregorio. 9. Pontif. In Cap. potuit De locato. Pro hærede in contrarium defenditur, bini quidem anni lapsu commissum 16

esse

esse emphyteuticum aruum, sed hæredi ipsi restitutionem in integrum legibus indulgeri. Dynus in Regula Cùm quis in ius alterius succedit Lib. 6. Specul. in §. Nunc aliqua De locato Vers. 18. Bart. in L. Cùm filius §. in hac. ff. De verb. oblig. Ad ea replicant proprietarij fundorum Clerici, quotiescunque pactum originem sumit à maiore 25. annis, aut alio non priuilegiario, nec aliquid cum hærede gestum est, hæredem tunc minimè esse integri restitutione adiuuandū. Ex opinione Pet. Perticensis Arg. L. 1. & 2. Cod. si aduers. vendit. pignor. Cynus in Lib. 2. Cod. De iure emphyteut. Atque ita discrepātes Doctorum sententias expendenti subit istud Symmachi præfecti vrbi ad Theodosium August. FACIT PLERVMQVE RATIO AVT FORTVNA CAVSARVM, VT IN CONTROVERSIIS ALTER ÆQVITATE ALTER IVRE NITATVR. TVNC HVMANO LABANTE CONSILIO, DELIBERATIO COGNITORIS AD CLEMENTIÆ VESTRÆ ORACVLVM RECVRRIT. Epist. 38. Cedò igitur, quodnam in dubia illa quæstione Senatus iudicium? Mitiorem partem complexi Patres secundum hæredem pronuntiarunt. Celebri decreto. 6. Iduum Iuniarum An. 1576.

Petrus de bella Pertica, Imperialiū Legum Interpres.

Res autē emphyteutica si perueniat in manum domini directi titulo cōmissi vel prælationi senanescūt seruitutes & obligationes super ipsa re per dominum vtilem impositæ: Si autem alio titulo, durant. Quia alienatio fit cum sua causa Guido Pap. Decis. 175.

Arestum die 8. Iunij. 1576.

17 FINGE iam clientelare prædium ab Ecclesia venditum fuisse in publicam tuendi Imperij causam, sed cum redhibitoria lege intra diem pacto præstitutum. Emptore dehinc vita functo, redimit Ecclesia fundum ab eius hæredibus ex priori conuentione. Hæsitatū est, an redemptionis pretium æquis portionibus diuidundum foret inter hæredes emptoris, quasi mobilis pecunia: an verò fundi hæreditarij instar, qui beneficiarius erat partiēdum cum natalitia masculi prærogatiua, iuréque primigeniorum. Masculo non leuia suffragabātur argumenta; Emptorē, qua die mortuus est nobilis prædij dominum extitisse: Fundi enim venditionem purè contractam fuisse, licet sub conditione resoluendam. Inspecto igitur tempore delatæ hæreditatis, probabile erat, pretium suffectum in agri hæreditarij vicem, æquo iure cum eo æstimandum ab arbitris diuidundæ familiæ. Diuersa tamen opinio placuit Senatui; Decretúmque, fundi pretium, ceu mobile æs quoddam, viritim æqualitérque distribui ab hæredibus inter ipsos. Aresto Curiæ, quod Præuostus Præses antiquo eius fori more palam recensebat. In peruigiliis Pentecostes An. 1576. Huius rationes S. C. plurimas collige ex Iohan. Gallo Qu. 1. *An pretium rei hæreditariæ censeatur hæreditarium.* Redimendi insuper facultas prædictæ addita venditioni, eam ipsam coarctauit, aut nūdam potiùs * Ἀντίχρησιν videtur induxisse, tantisper duraturam, quoad restituto pretio Ecclesiasticus ager lueretur, mortalium alioqui cōmercio solutus exemptúsque. Vt latiùs à nobis tractatum est in nostro Opere Domanij Gallici Tit. 3. Lib. 1. cùm nostris ad marginem Annot.

Alia causa est nummi hæredibus emptoris restitui ex pacto redemptiuo venditioni apposito: Alia nummi hæredibus numerati ex publica feudi auctione, venditi ob æs alienum defuncti post mortem ipsius. Nam priore casu, pecunia diuiditur ex æquo inter hæredes. Posteriore autē, reliqui nummi soluto ære alieno, diuiduntur cum eodem Primigeniorum iure, quo feudum ipsum.

Placitum Curiæ die 7. Sept. 1552. Claudio Gastelieio primogenito in Iohannem fratrem natu minorē altercante. De quo Ægid. Magistrū consule in suis Decis. forens.

DecretūSenatus die 8. Iunij 1576.

* hypothecariam possessionem creditoris.

18 QVOTIESCVNQVE Princeps à Sacerdotibus petit rei num-

In re Ecclesiastica sacri Conuentus decreto alienanda oportet singulos de conuentu instrumento alienationis adscribi & nominari

* In quo seposita sint κειμήλια, i. aurea vasa, instrumenta pretiosa & thesauri.

mariæ subsidia, proposita ob id sacrarum alienatione ditionum vel pigneratione, haud ideò censetur solemnitatem, quæ alienationi lege præstituta sit, omninò sustulisse. Argum. l. 35. Cod. de inoffic. testam. Nouissimè perculsa domesticis factionibus Gallia, egit Rex cum patrio Clero, vt * cimeliarchium suum liberaliter reseraret aperirétque Reipub. subleuandæ Iunio Mense An. 1576. Tanti autem æris collatio vt curaretur ocyssimè tentata fuit publica sacrorum fundorum venditio, constitutio pignoris, seu pactitia quæuis alienatio, ex qua afflictæ patriæ subueniretur. Quùm ergo sacri fundi væneūt à Cœnobiarcha, aut hypothecæ subiiciūtur decreto Monastici Cōuentus ad mutuas sumendas pecunias, necesse est singulorum nomina decreti tabulis inscribi, nec valet generalis ista verborum instrumenti conceptio: *Cluniacensis Cænobij Conuentus.* Iudicio Bartoli in l. 1. ff. de albo scriben. Per Leg. vlt. ibi, sigillatim vnumquemque Cod. devenden. reb. ciuit. Lib. 11. Quod obnixè etiam adstruit Ioh. Andræas de Templorum latifundiis. In Cap. Quantò de his quæ fiunt à præl. Vbi pariter Imolensis. Quibus dissentaneum non est Barbatiæ Responsum. 12. col. vlt. Volum. 2. Imò & Syndici Ecclesiæ cooptationi debent adscribi eorum nomina Clericorum, qui in illo constituendo, habitis de more comitiis, dixerint sententiam. Vt ait Specul. in Tit. de Syndico. Præterea non sufficit incerta alienationis Carthulæ præsentium enumeratio Canonicorum, nisi & singulorū subscriptio adhibeatur. Ex epistola Leonis P. P. ad Siculos antistites, Can. sine exceptione 12. Qu. 2. Guimerius expressim in verb. subscriptione Rub. de auctoritat. Sacr. Concil. In Gallia tamē hæc percrebuit consuetudo, vt sacrorum quidem Collegarum nullus subscribat priuatim, sed Collegij Scriba tabulas obsignet, vel publicus alius pactorum perscriptor nomen subsignet Instrumento. Cuiusmodi nostratis Ecclesiæ formula antiquæ subscriptioni æquipollet. Sicuti disertè Socynus, Responso. 15. Col. 14. Volum. 1.

Totus quidem Monach. conuentus alienationi interuenire debet quoad tractatū. Can. sine exceptione. 10 ver. & cum totius 12. Quæst 2. sed requiritur tātum maior pars quantum ad consensum. Satis est enim duas partes interesse, & maiorem partem alienationi consentire. Cap. 1. De his quæ fiunt a mai. par. cap. l. Nominationum Cod. De Decurion. lib 10. l. Placel. Nulli. ff. Quod cuiusque voiu.

Quod si Abbas Monachis careat, vel episcopus canonicis, fiet tunc alienatio cum superioris assensu Gl. in Can. si qua de reb. 12. Qu 2. Clem. 1. de Reb. Eccles non alienand.

Civili ingruente bello, Princeps Clero indixit multas aureorum numûn myriades An. 1575. Eum in Censum relatis Canonicis 19
Aurelianæ Ædis sacrarum maximæ indultum fuit Principali rescripto, vt grandes arbores nemorum suorum liberè amputarent, venundarent, ex quarum pretio collatitium æs 16. millium * HS. ab iis faciliùs numeraretur. Talium arborum auctioni intercedunt Vicani *De Trainou*, suæque intercessioni vetustum syluæ vsum prætendunt, ac in ea ius pecoris pascendi. Inde Senatu ex prouocatione adito, Forensis nostræ Actionis summa fuit pro Aurelianē. *Capitulo*, nihil iniquius videri, quàm si dominis libero prædij sui commercio interdicatur, seruitutis cuiusdam vel vsus obtentu. Nam & Regiis Constitutionibus ad certum agri modum præscriptósque regionum limites redigitur quilibet syluarum vsus: quò duæ saltem fundi partes, proprietarij arbitrio relinquantur. Causa diligenter excussa, interloquitur Senatus de venditarum arborum

* 16000. Sestertij, seu mille & ducentæ libellæ Franciæ, Tronen.

Econuerso emphyteuta non potest inuito domino syluam extirpare, & ibi plantare vineam, nec vsufructuarius pristinam rei formam immutare L. Vsufructuarius nouum ff de Vsufr. Ias. in l. 1. Cod. de Iur. Emphyt.

ac vſurariorũ numero pleniùs inquirendum: vt eoúſque duntaxat, quo legitimus ſyluæ vſus ferebat, interceſſionis iſtorum ratio haberetur. Extemporali Curiæ Sententia pridie Nonas Febr. 1577. Matthæo pro appellantibus Vicanis: Me, contrà, pro ſacro Collegio Aurelianen. dicentibus. Longè autem potiori in fundum iure ſubnixus eſt ſacræ Eccleſiæ emphyteuta, quàm vſuarius, aut fructuarius: quùm vtilis etiam dominij tranſlatitia ſit emphyteutica conuentio. Quin & emphyteuſis, perpetuáue locatio hæreditate transfertur ad matrem emphyteutæ, tanquam acquiſitionum hæredem, ex Moribus complurium Galliæ municipiorum, non ad fratres defuncti, lateralesvè alios in bona ſucceſſores. Quamuis enim principali Edicto ademptum ſit Gallicis matribus ſuccedẽdi ius in res liberorum, Tertylliano S.C. proditum: illud tamen in prouinciis ceſſat quæ patria ſua lege reguntur, ac ſcripta Regionis cuiuſque conſuetudine. Ita Pariſienſi Areſto definitũ eſt, quod Harleyus Præſes purpurea in toga recitabat. 14. Kalend. Maias An. 1576. Adde quòd Regia ſanctio de filiorum hæreditate, nominatim excepit mouentia, & res ſoli à defuncto acquiſitas, quæque ad liberos aliunde quàm ex paterno genere perueniſſent: Quorũ ſucceſſione bonorum minimè excluditur mater. Vt Regia lege cautum eſt Menſe Maio. 1567. quam probauit Curia Ornatiſſ. 4. Kalend. Sextiles eod. anno. Vtrum autẽ in aliis Galliæ oris locus ſit Edicto, quæ Ius Romanorum retinuerint ex Pactione Regum iureiurando ſancita, pendet pro roſtris controuerſia in Aulico Principis Conſiſtorio. Delphinates enim mordicùs iſtîc defenderunt, *Statutis* ſuis ad eos inteſtatorum hæreditatem redire, qui lege Quiritum vocentur ad ſucceſſionem. Delphinates autem Gallicum in dominatum antiquitùs tranſiiſſe cum hoc pacto, ne quid ex patriis Conſtitutionibus expungeretur, ſacramenti religione ob id ſanctè deuincta. Regij denique Prætorij Senatores rem miſerunt in conſilium. Menſe Quintili An. 1575. Marillaco Delphinatium cauſam orante. Exin Delphinates in Romano de matribus Iure tuendo perſeuerarunt. Narbonenſis autem prouinciæ ciues non tantùm parent Edicto Tertyllianum S.C. abroganti ſed propinquiores etiam defuncti cõſanguineos ex materno ſtemmate arcent tranſuerſaria eius hæreditate: ac patruos vterinis fratribus ſororibúſque in paternis demortui bonis anteponunt Regüs codicillis. 8. Kal. Nouemb. An. 1575. quos Prouinciæ Senatus Aquenſis publicauit. 9. Calend. Iunias An. 1576. *P*roximo itidem anno, Cõſcripti Curiæ eiuſdem Aquenſis pronuntiarunt ſecundos patruos & agnatos quoſdam cognomine Laurentios: vterinis fratribus materníſque, licet gradu propioribus, excluſis. Areſto. 3. Nonas Martias An. 1577.

Senatus interlocutio Die 4 Feb. An. 1577. vt ſeries familiarũm-que numerus cognoſceretur ad vſum ſyluæ limitandum. Nam familiæ in eo Pago adauctæ quadraginta ab hinc annos eo ſyluæ vſu frui poſſitique non debent. In huuc ſenſũ faciunt notata à Cepola in Tract. de ſeruitutibus an aucta familia, vſus commodi tâve ſeruitutis augeatur. L. Non modus Cod. de ſeruit. & aqua.

Iulius Capitolinus in Marco philoſopho refert, eũ leges edidiſſe de bonis maternis; & de filiorũ ſucceſſionib. pro parte materna.

Placitum curiæ Die 18. April 1576.

Francici Edicti verificatio in Curia Pariſiẽ. Die 29 Iulij 1567.

De Statutis patriæ Delphinalis nonnihil ſcripſimus lib. 4. de Domanio Franciæ.

Cauſe appointee au Conſeil, in priuato, quod vocant Franci Regis Conſilio.

Regia declaratio diè 25. Octobr. An. 1575 Verificata in Parlamẽ to Prouinciæ die 24. Maij An. 1576. Cui conforma ſecutũ eſt eius parlamenti Areſtum die 5 Martij An. 1577 *entre vn nommé Rommant & Germont heritiers collateraux d'vne Laurento.*

Hinc Sede vacante, bonorũ alienatio fieri non poteſt per ſolum Capitulum, ſed ſuperioris auctoritas requiritur. Præpoſ. & alij per Can. ſi quando reb. Et Can. precariæ 12. Quæſt. 2. Geminiã. in cap. 1. de maioris & obed. in 6. per cap. Is cui de elect. in 6.

Nec valeret consuetudo, quod in alienatione consensus episcopi nõ interueniret. Archydiac. in Can In venditionib 17. Qu. 4. Hostien. & Imol in cap. 1. de his quæ fiũt à præl.

ABSOLVENDA nunc est vulgaris bonorum Ecclesiæ alienatio Diœcesani præsulis auspiciis cum Ecclesiastico suo Senatu: illorum præsertim bonorum, quæ vel vtrique horum communia sint, vel alterutrius mensæ adsignata. Teste Glossematario In Cõstitutione 2. Clementis. 5. Pontif. De Reb. Eccles. non alienand. In Concil. Viennensi. Imol. in Cap. 1. De his quæ fiunt à præl. Perus. in Cap. 1. Eod. Titul. apud Bonifacium. 8. Quòd si minoris Collegij prædia distrahantur aut Cœnobij, eò accedere debet sacræ istius Familiæ consensio, vnáque Antistitis Diœcesani. Sin autem Monasticus conuentus purè subiiciatur Romanæ Cathedræ, nec inferiorem Ecclesiæ Præfectum agnoscat ab vetusto Rom. Sedis priuilegio, tunc huius auctoritate Sedis ineunda est sacrorum fundorum vel permutatio, vel alia mancipatio quæuis. Gloz. in cit. Clemen. 1. in verbo, proprij De Reb. Eccles. Neque ea tamen legibus rata erit, ni sigillatim præmonito de omnibus Pontifice, quæ alienãda proponebantur. Ioh. Andræas & Perus. In Cap. vlt. De Reb. Eccles. non alienand. In. 6. Episcopum rursùs alienationum auctorem fieri opus non est, quoad eorum bona templorum, quæ monasticis Præsulibus obnoxia sunt pleno iure, aut aliis minoribus sacrorum Præfectis Iurisdictionem habẽtibus quasi Episcopalem. Innoc. in. Cap. Cùm & plantare §. In Ecclesiis De priuileg. Imol. in Cap. Statuimus De Transact. Bal. Responso. 378. Volum. 3. Vnde colligitur, moniales purè subditas Dominicani Patris imperio vel Franciscani, sua abalienare posse Ministri Prouincialis auctoritate adhibita, vel Generalis magistri Ordinis, alteriúsve potestate præditi, quasi põtificali. Barbat. Respõso. 40. Volum. 1. & Consil. 14. Volum. 2. Porrò inferioris templi rectori alienatio permissa est, vno subscribente Episcopo, nec Cathedralis Cleri assensu requisito, Vt Agathensis Synodus sanxit. Can. Casellas. 10. Quæst. 2. Speculat. in Tit. De emptione. §. nunc dicendum, Versic. cæterum. Quod vsu probatum continuo affirmat Perus. in cit. Cap. 1. de reb. Eccles. non alien. In 6. Geminianus Responso. 48. Vacante tamen eius phani sacerdotio, defensoréque ipsi adscito Ecclesiæ, Cathedralis collegij tractatus exigitur, nedùm consensus in alienandis eiusdem latifundiis Templi simul cum Episcopi auspiciis. Præpositus in Can. sine exceptione. 12. Quæst. 2. Arg. Cap. 1. De reb. Eccles. non alien. In. 6. Rebuffus in Compendio alienat. rerum Eccles. Temporarius verò Ecclesiæ defensor, qui ab Episcopo constituitur, eidem huic alienationis auctori non auderet reluctari. Quò fit, vt Ecclesiastici Cœtus perinde, ac ordinarij iudicio Præsulis fulcienda sit alienatio. Contra opinionem Glo. & Doct. in Cap. 1. De rebus Eccles. non alienand. In 6.

Quando Abbates vel alij Prælati habent Ecclesias pleno iure subiectas, tũc si rector velit alienare, poterit cum consensu illius Abbatis cui iurisdictio competat, quasi episcopalis.

Talis autem consensus sigillatim in cameris datus iure nõ subsistit, sed in communẽ locum conuenire canonicos oportet, ibique congregatos cõsentire. Arg. cap in Genesi De elect. Nec teneret etiam cõsensus præstitus per literas. Bald. in Authen. Hoc ius porrectum Col. 1. Cod. de sacros. eccles.

20

Externa bonorum Ecclesiasticorum custodia Politicáque conseruatio ad Christianos Principes spectat.

21 PRÆCEPS denique nec solemnis sacrarum opum alienatio rescinditur à principali Magistratu, petita in profanum emptorem integri restitutione. Incumbit enim ciuilis potestatis officio, gnauum se Ecclesiastici arui propugnatorem præbere, eóque sanctorum Cano-

Canonum seruatorem. Nam hæc in Panegyricis Roman. Impp. voces personabant, quòd Ecclesiasticæ rei curatores se palam testarentur, nominatímque sacrarum ditionum commercia editis Legibus improbarent, nisi ex Canonicis causis suscepta, & formularum ritu diligenter obseruato. Sic princeps Iustinianus Ecclesiæ iuxta ac Reipubl. curam sibi sumebat, cùm & illam huius primam præcipuámque partem esse non ambigeret, & profiteretur se illius, quàm animæ suæ studio impensiùs commoueri. Sciebat veterem ac religiosum S. P. Q. R. morem, vt de rebus Diuinis priusquàm de humanis consilium iniretur. Itaque hoc se etiam fecisse existimauit, cùm Ecclesiasticas leges Constantini, Theodosij, & similium piorum Cæss. in primis proposuisset. Ad hæc, Conciliorum decretis tam sedulò rationem Gubernationis Politiæque Ecclesiasticæ descriptam esse iudicauit: vt qui confirmasset, laudasset, commendasset, satis hanc Christianæ Reipub. partem constituisse, ac communiisse putaretur. Sensit tandem necessariò expedire, vt nouas Leges conderet alienationum sacri fundi prohibitorias, aliáque multa in vsum reuocaret, præclarè à Maioribus de Ecclesiastico negotio instituta. Sanè quam Iustinianus (trecentis post Constantinum annis) curam iuris Ecclesiastici cum Iurisdictione ciuili coniunxit, candem & Karolus Mag. annis post Iustinianum trecentis, & magni filius Pius retinuerunt, gnauiúsque adhuc Hierarchico, quàm Ciuili Iuri componendo operam dedêre. Hanc etiam Sacrorum Politiam religiosè tractabant Christiani Imperatores, vt quod de rebus Ecclesiasticis statuebant, ad Concilia Episcoporum referrent: Non secùs ac primi Romanorum Augusti ad Senatum referre solebant, quod de Iure Ciuili vellent edicere. Cuiusmodi lex propterea nunc Oratio Principis appellabatur, nunc Senatusconsultum. Illud ædepol vel Ethnicis Regibus quondam * Πολιτικὸν ἀκρόαμα præscribebatur: vt Numinis cultum ante omnia legibus sancirent cùm publicis, tùm priuatis. Vitæ exemplo scilicet. Quod grauissimè quidem Principi suasit Aristoteles, Regni incolumitatem exoptanti, fœlicémque iusti Imperij administrationem. Politicor. Lib. 5. Cap. 11. Et Plutarc. In Polit. Hinc iactitat Tullius, nec numero Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos fuisse, sed Religione Pietatéque à Romanis superatos. De Aruspicum Responsis. Idem quippe scribit, Romulum auspiciis, Numam sacris constitutis fundamenta iecisse Romanæ Ciuitatis. Lib. 3. De Natur. Deorum. Vsqueadeo, vt Regia sacrorum Potestas ab illo decreta sit, hac Dionysianę Historiæ particula.* Πρῶτον μὲν ἱερῶν καὶ θυσιῶν ἡγεμονίαν ἔχειν, καὶ πάντα δι᾽ ἐκείνου πράττεσθαι τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ὅσια. Sed hanc postea curam præfecturámque sacrorum Regibus ademisse videtur Numa, cùm Pontificem Maximum instituit, cuius esset ius summum in Sacris. Neque ea idcirco dicta velim, quasi Ethnicæ superstitionis ritus nostris æmulandi proponantur: verùm vt eo alacriùs exciten-

Vt Christiani Monarchæ Religionem Politica bonorum Ecclesiasticorum cura stabiliendam susceperunt: Ita Iulianus Apostata Imp. Christianam fidem subuertere conatus est bonorum rapina Ecclesiæ Christi donatorum.

Ecclesiastica, & Ciuilia iura sese mutuò iuuant piorum Principum ductu auspicioque. Tamen in iis quæ ad Ecclesiasticam disciplinam pertinent Reges episcopis subesse declarat exemplum Theodosij apud Ruffinum Lib. 2. Cap. 18.

De Tiberio quoque narratur, id eum præcipuè Senatui mandauisse ne antea Principalibus rescriptis obtemperaret, quàm si æqua, iusta, vtilia esse viderentur.

* Politica Regula & sententia.

* Primùm quidem, sacrorum & sacrificiorum Principatum habere, ac omnia per ipsum agere ad Deos sanctos. Ex Dionysio Halycarnasseo.

B. Ambrosius in Epist. ad Valentinianum Imp. vtitur nonnunquam argumentis ex

turChristiani Principes ad Ecclesiastici Status tutelam atque custodiam, quò attentiùs spectarint, gentilium Deûm veneratores Rempubl. suam, adscita in speciem curatione sacrorum, in suprema humani fastigij sorte collocasse.

Ethnicorum ritu desumptis: Quod & sacri alij scriptores fatentur, minimè tamen vanum illorum & gentilem cultum adprobantes.

QVVM autem verba deficientibus operationibus erubescant, inquit Tertullianus, vix satis fuisset Christianiss. Regi, promulgatis Edictis bona Ecclesiastica suo patrocinio tutelæque asserere, Mense Aprili. 1571. nisi ab eorundem auctione, quam difficillima Reip. tempora extorserunt, abstinere in posterum ipsa re decreuisset: vti religiosè ei decretum accepimus. Quòd Hastæ subiecta sint Ecclesiæ latifundia quædam hac tempestate, id nostris priuatorum vitiis adscribendum: ex quibus sensim enatæ simultates, rediuiua nostratium bella identidem, cum exhausti eam in causam Ærarij inopia. Quòd verò tali sacrarum opum promercio temperetur postea, id Regiæ est Pietati tribuendum. Ita Hebræi infortuniis suis cautiores certò agnouerunt, nullas se calamitates perpessuros fuisse, si præscripta Legum prudenter obseruassent. 1. Esdræ. 7. Et apud Iosephum, Antiquit. Iudaïc. Lib. 11. Cap. 5. Quibus obiter subiungam, Deum Opt. Max. haud inultam passurum Sacri sui Patrimonij profanationem: cuius acerbissimas pœnas non modò exegit à Celso Magistro equitum Gunthranni Burgundiæ regis, sed à rege quoque Ludouico Crasso, primigeniæ suæ proli superstite magno cum luctu. Itaque ne in Ciuilia Mala toties dehinc recidamus, quæ necessariam rerum Ecclesiæ alienationem exprimant, morum emendatione redeamus in gratiam cum Superis, assidua Diuûm precatione, sacro ieiunio, perperámque actorum pœnitentia. Hæc luce cassis sacra restat anchora. Quo vt planius Sacerdotalis vitæ ductu exemplóque prouehamur, 22

Huius postremi Tituli Conclusio, ab vsu sacrarum facultatum quantum fieri potest abstinendum esse, vel belli temporibus. Quod & Mantinei Ethnici olim iudicio decreuerunt. Nam cùm Arcades ab Eleis victi essent, atque inscio populo, Imperatores Arcadum sacris numinis ad militare stipendium abuterentur, Mantinei pronuntiarunt, talibus pecuniis vti non licere. Cuiusmodi sententia et appellatione confirmata est a Myriis, Arcadiæ iudicibus. Ex Xenophonte, Rerum Græcarum Lib. 7. Ecclesiasticorum bonorum profanatractatio & alienatio a numine vindicata est in Gunthrannum ipsum, de quo in Textu, & in Lodou. *le Gros*, qui primogenito suo Philippo orbatus fuit miserrimo ac vilissimo mortis genere, quo Philippus iam inunctus Galliæ Rex absumptus est. Sicuti illam ob causam diuinæ iræ præmonitus fuerat à D. Bernardo Rex Ludouicus. Vt Heliodori interim exemplum prætercam, qui Seleuci Asiæ regis iussu pastus manum inijcere rebus Dei templo sacratis, diuina manu subinde percussus est.

Vos quibus est sacri custodia credita Templi,
Obsecrate Deum, eià Deum celebrate Ministri,
Qui sacra assidua vigilatis ad atria cura:
Eià Deum laudate bonum, noménque beatum
Tollite perpetuò vestro super Æthera cantu.

Vnde etiam meliùs formata Plebeiorum morum ratione, sperandum est, lapsos in rectam denuò de Numine persuasionem erectum iri, & ita Superos Gallicam pacem firmaturos * εἰς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Non minùs enim in aliorum sententiam trahimur Ethica fide, quàm Enthymematica, aut Pathetica: hoc est, alienæ vitæ speculo (Sacerdotalis putà) non minùs quàm argumentorum Panoplia, aut quàmlibet iusto Affectuum motu. Sicuti ab Aristotele scriptum est, Lib. 1 Rhetoric. ad Theodecten.

* in æterna secula.

QVAPROPTER, vt ab exordio Operis petamus dicendi finem, Ethica illa fides tribus est Eth. Philosophiæ concilianda capitibus, Monastico, Politico, & Oeconomico. Nempè vt singuli priuatim moribus, in Clerum allegendi, probentur: Allecti dein publico munere 23

Coronis Operis, cum Anacephalæosi.

munere fungantur pro Hierarchico Imperio: Exindeque census Ecclesiasticos licitè dispensent iuxta canonicam veteris Oeconomiæ disciplinã. Hac iter Elysium populis, Sacerdotum mores certatim velut Lumina quædam sectantibus; Christo vniuersim piis mortalium studiis prosperà fauoris aura aspirante. Sic concordes animi in vnum simul Christi Ouile referemur duce sacro Pastore, tum in cœleste Regnum, in illam triumphantem Hierosolymam, in Olympum veri Iouis transferendi ac perpetuæ fœlicitati destinandi. QVEM denique nostrarum ærumnarum portum bona spe cultioris Vitæ iam penè assecuti, propitij Numinis auspicio lætum Celeuma canimus.

*L*AVS*, Honor, Imperium Domino, qui robore cinctos*
Nos tegit, incolumésque rapit de morte propinqua.
Iam dedit haud dubiè posita placabilis ira
Signa secunda, piis dabit omnia prospera, leges
Qui patrias & sacra colent, errore relicto.
Ecce salus, ecce incultas bona copia terras
Incolet, & læti renouatrix gloria secli.
En bonitas, en alma fides feret obuia gressus:
Terra fidem, cœlo terras Astræa relicto
Sancta colet: comes Astrææ bona copia cœlo
Appluet, & lætos decorabit frugibus agros:
Et quacunque feret Dominus vestigia, gressus
Anteferent Ius Fásque suos: lis, vísque, dolúsque
Deseret afflictas per tot iam secula Terras.

EXPLICIT LIBER TERTIVS.

ΤΕΛΟΣ.



AVCTOR PIO LECTORI.



ANC etsi manibus satam profanis,
Sacrorúmque Politiam impolitam
Gratus sumito, Christiane Lector.
Nam rebus suus est lepos sacratis,
Non os, pectus at exigens disertum,
Cælestis Sophiæ pium ac alumnum:
Vt quæ Christicolas parans Olympo
Sacros continet in suo Ministros
Vitæquè officio Politioris.
Unum vos (Superi) rogamus, vt quod
Vestros deficio monens colonos,
Tantum hi Numine perciti superno
Vestro proficiant dehinc fauore.
Hinc totum Deus imperans per Orbem,
Cuius cuncta manu reguntur acta,
Sacratus, priùs Ordinem sacratum,
Leuitásque Patrum in viam reducet:
Qua, Christi reliquum hi duces Ouile
In cultum reuocent Deo probatum,
Nobis Æthereæ gradum quietis,
VITÆ & spem solidam probis beatæ.
SIC præsente fruens, petas futuram,
Et viuus citò posthumam requiras.



INDEX LATINOGALLICVS VERBORVM, ET LOQVENDI GENERVM SELECTIORVM, QVÆ IN HOC *Opere sparsim habentur.*

A

Centum.

Genius

Sacri

SENTEN-



SENTENTIARVM IN HOC VOLVMINE CONTENTARVM SYLLABVS.

A

Kkk

Anima

Arestum

Augustinus

Benefices

Cantuariensis

Cupianus

D.

E

Electionis

Exteras

G

Indult

K

L Laïcus

L

Litigantes

Maracharius

S.Michaëlis



O

Odo Cam-

Q

R.

Regij

Strahouiensis

T

Toggembur-

Vicarius Præ-

X

Y

FINIS.

ERRATA SIC CORRIGITO.

Pagina. 37. in Additionib. linea. 17. Lege, de la ſainćte Chappelle de S. Loys. Pag. 65. in Addit. linea. 23. lege, An. 1576. Et diei. 9. Auguſt. an. 1586. Pag. 67. lin. 7. leg. Lexouienſi. Pag. 100. in Addit. linea. 20. lege, Aſçauoir ſi la preuention. Ibidem lin. 24. lege, Toutesfois la queſtion eſt. Pag. 106. in Addit. linea 37. & 38. lege, trium Statuum Regni. Pag. 109. in Addit. linea à fine. 8. lege, Ne puiſſent deroger. Pag. 126. in Addit. linea. 3. lege, Collegiata, dummodo tria concurrant. Pag. 141. in Addit. linea. 22. lege, variis literis. Pag. 174. in Addit linea 32. lege, Goutiere. Pag. 288. in Addit. linea 22. lege, Par laquelle eſt defendu à tous Iuges. Pag 331. in Addit linea 32. lege, de S. Leonard d'Yſſeron. Pag. 559. linea 19. lege, Muſarum myſtæ. Pag. 601. linea 7. lege, Emphyteuſeω̃n. Pag. 607. linea 13. à fine, lege, Curatoris inſtar. Pag. 608. in Addit. linea 10. à fine, lege, Dagues pour le Chappitre.

Quæ ſuperſunt (BENIGNE LECTOR) ſuppleas, precor.

